INDEX

# D. Martin Luthers Werke

Kritiſche Geſamtausgabe

40. Band

Zweite Abteilung

Weimar

Hermann Böhlaus Nachfolger

1914

133766
8/9/14

# Vorwort.

Band 40, 2. Abteilung enthält zunächſt den Schluß der in Band 40[1] Unſrer Ausgabe begonnenen Galatervorleſung und bringt außerdem noch verſchiedene zeitlich ſich anſchließende Pſalmenvorleſungen (vgl. Inhaltsverzeichnis). Auch die Lieder hatten urſprünglich in unſerm Band ihren Platz finden ſollen (vgl. Unſre Ausg. Bd. 40[1], III), doch ergab ſich die Notwendigkeit ſo eingehender Vorunterſuchungen, daß ſie einem neuen Bande (Bd. 35) zugewieſen werden mußten. Beſondere Bemerkungen erfordert der vorliegende Band nicht. Wie der Text des Galaterkommentars, ſo iſt auch derjenige der Pſalmenvorleſungen von Lic. A. Freitag beſorgt, der germaniſtiſche Teil, die Worterklärungen uſw. ſind, wie immer, von Profeſſor O. Brenner, die Bibliographien von Profeſſor J. Luther geliefert. Noch eine dritte Abteilung des vierzigſten Bandes (Unſre Ausg. Bd. 40[3]) wird dann die andern Vorleſungen dieſer Jahre bringen: die ſich an die Erklärung des 45. Pſalms anſchließende Erklärung der Stufenpſalmen (Pſ. 120–134), die ſich von Mitte November 1532 bis Oktober 1533 hinzog, und die Vorleſung über Pſalm 90 von Oktober 1534 bis Mai 1535. Hierdurch iſt dann der direkte Anſchluß an die große Geneſisvorleſung gewonnen, die mit dem Jahre 1535 beginnt und die in den Bänden 42—44 Unſrer Ausgabe ſchon enthalten iſt. Die in dieſes große Kolleg eingeſtreuten Vorleſungen über Jeſaia 9 zu Weihnachten 1543 und Jeſaia 53 aus der Paſſionszeit des Jahres 1544 werden dann dieſe dritte Abteilung unſeres Bandes beſchließen.

Breslau, Oſtern 1914.

Profeſſor D. Dr. **Karl Dreſcher.**

# Inhalt.


Seite

Vorwort. Von Karl Dreſcher . . . . . . . . . . . . . . . . III

In epistolam S. Pauli ad Galatas Commentarius 1531 (1535), herausgegeben von A. Freitag . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 1

Vorleſungen über die Pſalmen 2. 51. 45 (1532), herausgegeben von A. Freitag . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 185

Psalmus 2 (gedruckt 1546) . . . . . . . . . . . . 192

Psalmus 51 (gedruckt 1538) . . . . . . . . . . . . 313

Psalmus 45 (gedruckt 1533) . . . . . . . . . . . . 471

Nachträge und Berichtigungen . . . . . . . . . . . . . . . . 611


Die germaniſtiſchen Bemerkungen, Worterklärungen ꝛc. von O. Brenner.
Die Bibliographien von J. Luther.

Hs] [Bl. 118a] **Caput V.**

14. Novemb. A⌊udivimus, quomodo P⌊aulus ex isto vocab⌊ulo 'filius lib⌊erae et ancil⌊lae' magnam sumps⌊erit occasionem confirmandi istius loci et arrip⌊iat hoc vocab⌊ulum 'libera' valde lib⌊enter etiam in sequentibus. Et ibi oc⌊casio disputandi de libertate Christiana, quam vocem etiam novimus et per eam defendimus contra Pap⌊am, qui subiecit ec⌊clesiam miser⌊rimae servituti et extinxit illam libertatem penitus. Res est valde spiritualis et per c⌊arnalem sensum[1]; imo etiam qui primitias s⌊piritus[2], egre retinent, etiam si copios⌊issime possint disserere. Non hat ſchein c⌊arnali ratione etc. Ideo non gering ding, quando loquitur de servitute et liberatione: es gilt den Papſt, vitam ae⌊ternam et econtra.

'In ea libertate': Loquitur valde ardenter et vehe⌊menter disp⌊utat, cum 5, 1
tendit ad finem; addit adhortationib⌊us comminationes, promis⌊siones, et sunt

*4* sequentibus] seq̄9 *5* libertate] lit̄ *7/8 über* per c⌊arnalem sensum *steht* quo⌊ad animalem ho⌊minem *zu 12* C⌊ap. V.³ *r* *13* tendit *c aus* dendit

¹) *Erg.* non intelligitur. ²) *Erg.* habent. ³) *Die Vulgata hat hier falsch abgeteilt, sie nimmt* qua libertate Christus nos liberavit *noch in Vers 31 des 4. Kapitels hinein; Luther verbindet die Worte nach dem richtigen Sinn mit* State; *vgl. seine Bibelübersetzung.*

Dr] **Caput V.**

Paulus ad finem Epistolae tendens vehementer et ardenter disputat pro defendenda doctrina fidei et libertatis Christianae contra Pseudoapostolos, hostes et destructores eius, in quos dirigit et iacit mera verborum fulmina, ut eos prosternat, Adhortans simul Galatas, ut eorum pernitiosam doctrinam tanquam pestem aliquam vitent. Et inter adhortandum comminatur, promittit et nihil non tentat, ut eos retineat in libertate hac a Christo ipsis parta, dicit ergo:

*20* hac] illa *CDE* *21* dicit ergo] dicens *CDE*

Hs] sententiae istius art⌊iculi fulmina contra advers⌊arios. i. e.: 'estote firmi'. Sic 1 Petri 5, 8 Pet⌊rus: 'cui fortes'. 'Standum est', q⌊uasi d⌊icat: requirit dil⌊igentiam, vigilantiam ista res, non manet apud stertentes et securos. Satan istam lucem max⌊ime odit, ideo, ubi lucet, nititur omnibus ventis, ut exting⌊uat: Nobis sunt irae etc. Gegen dieſen loc⌊um ten⌊uem ficht er am meiſten, i. e.: nihil aliud docete. ſehet drauff, non sitis securi; conabitur diab⌊olus, ut ad temp⌊lum aedif⌊icatum a deo per istum art⌊iculum vult tabernam dabey aufrecken, ut avocet ab isto templo, ergo standum est. significat nobis: standum in acie et expectanda tela ig⌊nita. 'In lib⌊ertate'. Qua? qua Christus.[1] [Bl. 118[b]] Non est lib⌊ertas, qua Cesar potest lib⌊erare, Ut Cesar coactus dare Pap⌊ae Romam et alias terras, Immunitates. Das iſt Civilis lib⌊ertas, ubi quis eximitur ab onerib⌊us. Carnis lib⌊ertas est diaboli, qua potis⌊simum regit in orb⌊e terra⌊rum, ubi ho⌊mines faciunt, quod.[2] illa non ad nos, quam sectantur rustici, nobiles, Sac⌊ramentarii, Secta⌊rii. illi docent, q⌊uidquid sibi visum, liberi volunt esse in concep⌊tionibus et opinio⌊nibus et actionib⌊us suis. Das iſt lib⌊ertas,

5 loc⌊um ten⌊uem? *verwischt*  ficht] f—cht  *zu 7ff.* artic⌊ulus iustificationis est thalamus, sponsa et quo consecratur templum, in quo habitat Christus. 'State': ipsum verbum significat solicitudinem *von Crucigers Hand r*  *11* Immunitates] I ——tates

1) *Vgl. zum Sinn im Druck Z. 29.*  2) *Erg.* volunt.

Dr] 5, 1 In ea igitur libertate, qua Christus nos liberavit, state.

1. Petri 5, 8 Idest, firmi estote. Sic Petrus: 'Estote Sobrii et vigilate, quia Adversarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circumit, quaerens, quem devoret, cui fortes resistite in fide'. Ne securi, inquit, sitis, sed firmi, non iacete aut dormite, sed state, Quasi dicat: Vigilantia et constantia ad hoc requiritur, ut [Bg. N] libertatem, qua Christus nos liberavit, retineatis, securi et stertentes non possunt eam retinere. Satan enim vehementer odit lucem Evangelii, hoc est, doctrinam gratiae, libertatis, consolationis et vitae. Ideo ubi videt eam exoriri, statim contra nititur omnibus ventis et tempestatibus, ut eam extinguat. Quare admonet Paulus non esse stertendum, non secure agendum piis, sed fortiter standum in acie contra Satanam, ne auferat libertatem illam a Christo ipsis partam etc.

Sunt autem singulae voces Emphaticae. 'State', inquit, 'in libertate'. In qua? Non qua Caesar, sed Christus nos liberavit. Caesar dedit, imo coactus est dare Romano Pontifici Urbem liberam et alias terras, Item immunitates, privilegia, indulta etc. Ea est etiam libertas, sed civilis, qua Pontifex Romanus cum clericis suis omnibus publicis oneribus exemptus est.

27 ipsis] eis *CDE*  28 'State *bis* libertate'] 'State', inquit, Quasi dicat: Hic opus est vigilantia. 'In libertate.' *CDE*  32 omnibus] *fehlt CDE*

Hs] qua diab⌊olus eos liberaverit. De ista nihil ad nos, q⌊uamquam totus mundus quaerat lib⌊ertatem c⌊arnis. Nec dicimus de libertate pol⌊itica, sed alia, quae max⌊ime invisa diabolo, quae est, qua nos Christus 'liberos fecit', — iſt beſſer quam: 'liberavit'.

Est libertas a lege, peccatis, morte, a potentia diab⌊oli, ira dei, ext⌊remo iud⌊icio. Ubi? in conscientia, Ut sic iust⌊us sim, quod Christus sit liberator et red⌊dat liberos, non carna⌊liter, non politice, diab⌊olice, sed theologice i. e. tantum in conscientia. Et hec est incompre⌊hensibilis, ut ceterae lib⌊ertates sint stilla, guttula ad maiestatem the⌊ologicae lib⌊ertatis: Esse liberum ab ira dei, deum non esse iratum nec fore inaeter⌊num iud⌊icem sed faventem.

---

5 potentia] pta  *zu 7 hinter* diab⌊olice *ist* non carnaliter *von Crucigers Hand rh*
9 stilla *c aus* stillae  10 inaeter⌊num] —t)

Dr] Deinde est quoque libertas carnis, quae praecipue regnat in mundo. Hanc habentes non obtemperant Deo nec legibus, sed faciunt. quod volunt. Illam sectatur hodie vulgus, sectantur etiam Phanatici spiritus, qui liberi esse volunt in opinionibus et actionibus suis, ut quod ipsi somniant rectum esse, doceant et agant impune. Ea diabolica est libertas, qua diabolus impios liberat, ut contra Deum et homines peccent. De ea nos non agimus, quanquam sit in maximo usu et totus mundus eam solam quaerat et sectetur. Nec de Politica libertate agimus, sed de alia quadam, quam diabolus maxime odit et impugnat.

Ea est, qua Christus nos liberavit, non e servitute aliqua humana aut vi Tyrannorum, sed ira Dei aeterna. Ubi? in conscientia. Hic resistit neque latius progreditur nostra libertas. Nam Christus nos liberos reddidit non Politice, non carnaliter, sed Theologice seu spiritualiter, hoc est, ut conscientia nostra sit libera et laeta, nihil timens venturam iram. Ea est verissima ac inaestimabilis libertas, ad cuius magnitudinem et maiestatem caeterae (politica et carnalis) collatae vix sunt una stilla vel guttula. Quis enim potest eloqui, quanta res sit, aliquem posse certo statuere Deum neque iratum esse neque unquam futurum iratum, sed in aeternum fore faventem et clementem Patrem propter Christum? Magna profecto et incomprehensibilis libertas est habere summam illam Maiestatem faventem, protegentem, iuvantem et tandem etiam corporaliter nos ita liberantem, ut corpus nostrum, quod 'seminatur in corruptione, in ignominia et in infirmitate, resurgat in incorrupti- 1. Kor. 15, 42f.

---

*11* quae *bis* mundo] seu potius diaboli, qua potissimum regnat in orbe terrarum *CDE*
*11/12* Hanc habentes] Nam habentes eam *CDE*  *14/15* ut doceant et agant impune, quod ipsi somniant rectum esse *CDE*  *15/16* Ea *bis* peccent] Illi stant in libertate, qua diabolus eos liberos facit *CDE*  *17* sit *bis* usu et *fehlt CDE*  *21* vi Tyrannorum] captivitate Babylonica aut turcica *CDE*  sed ab ira *CDE*  Dei *fehlt CDE*  *22* reddidit] fecit *CDE*
*23* hoc est, sic liberavit nos, ut *CDE*

Hs] Num parva res, Habere deum propicium, protegentem, ut etiam corpus resur⌊gat in ext⌊remo die a mort⌊e et lib⌊eretur a sua passione? Das iſt max⌊ima l⌊ibertas, liberari ab ira dei in eter⌊num. sequitur etiam alia li⌊bertas, ergo etiam liberati a p⌊eccato. p⌊eccatum non potest nos abigere, pallefacere, si sentitur. Sic mortem victam; — max⌊ima res, quid potentius ea. peccato? Sic lex. Istas ampl⌊ifica tu lib⌊ertates Christi; sunt facillima vocab⌊ula: libertas a morte, p⌊eccato, sed nesci⌊mus significationem et oportet istis
Jes. 54, 8 imbuerimus cor, ut magnitudinem gratiae accip⌊iamus. 'In modico irascar, sed semper', ut sciamus, quod deus suam iram amoverit in eter⌊num. Si ita conciperetur animo, quid posset esse tam magnum irarum[1]? — nihil tur-

1 protegentem] pptege– tʒ  4 ⟨Sed favor⟩ p⌊eccatum  5 mortem *c aus* mors  6 Christi *c aus* Christo  *zu 9* ⟨i⟩iram  *zu 9* vniversa lex tollitur et fit merum Euangelium *von Crucigers Hand r*

[1]) *Abhängig von* quid; *vgl. im Druck S. 5 Z. 8 f.*

Dr] bilitate, in gloria et potentia'. Quare inenarrabilis est libertas, nos esse liberos ab ira Dei in aeternum, maiorque coelo et terra et omnibus creaturis.

Ex hac sequitur alia libertas, qua securi et liberi per Christum efficimur a lege, peccato, morte, potestate diaboli, inferno etc. Sicut enim ira Dei non potest perterrefacere nos, nam Christus ab ea nos liberavit, ita lex, peccatum etc. accusare ac condemnare nos non possunt, Et quanquam lex arguat et peccatum perterrefaciat nos, tamen non possunt nos in desperationem adigere, quia fides, victrix mundi, mox dicit: Illa nihil ad me pertinent, Christus enim liberavit me ab his. Sic mors, qua nihil potentius et horribilius in mundo est, victa iacet in conscientia per hanc libertatem Spiritus. Quare illa amplitudo Christianae libertatis diligenter aestimanda et ponderanda est. Verba quidem illa: libertas ab ira Dei, lege, peccato, morte etc., dictu facialia sunt, sed magnitudinem huius libertatis sentire et fructum eius in certamine, in agone conscientiae, in praxi applicare sibi, hoc plus, quam dici potest, difficile est.

Ideo imbuendus est animus, ut, cum sentit accusationem legis, terrores peccati, horrorem mortis, iram Dei, illa tristia spectra ex oculis removeat et in locum horum ponat libertatem Christi, remissionem peccatorum, iustitiam, vitam et misericordiam Dei sempiternam, Et quanquam fortis sit sensus contrariorum, tamen certo statuat eum non diu duraturum, Iuxta illud Pro-
Jes. 54, 8 phetae: 'In momento irae abscondi faciem meam parumper a te, sed in misericordia sempiterna misereor tui'. Sed hoc facto difficillimum est. Ideo libertas illa, quam Christus nobis peperit, non tam cito creditur, quam nominatur. Sic certa a firma fide apprehendi posset, nullus furor aut terror mundi,

18 pertinent *fehlt CDE*  21 amplitudo] maiestas *CDE*

Hs] barum, Si deus pro nobis. Sic libertas a peccato, quanta res? tollitur universus morsus [Bl. 119 a] et ponitur in locum certis⌊sima fid⌊es, r⌊emissio p⌊eccatorum et iusticiam perfectam[1], ut omnia peccata absorbeat, Ut maiestas d⌊ei: nolo scire tua p⌊eccata; Si etiam pec⌊catum, tamen ignoro. Quis hoc novit? — Quis liberavit? Unus Christus. Quid? violentia, mors tollitur et ponitur vita certis⌊sima et eterna et leticia. Sic in locum ponitur legis, quae est tyrannis, et dicitur: nihil accuses, et ponitur in eius locum Euan-

*zu 1* Quantum possumus, illam libertatem extollamus et quidem omnia quae sunt fidei vocabula; inestimabiles enim res continent seu significant omnia vocabula, quibus exprimitur Christianorum rerum magnitudo *von Crucigers Hand r*  2 fid⌊es, ⟨quod quicunq⌊ue⟩, *darüber* tollere p⌊eccatum universum  7 tyrannis *davor nochmals* ty⌊rannis

[1]) *Abhängig gedacht von einem zu ergänzenden* ponimus.

Dr] legis, peccati, mortis, diaboli etc. tam magnus esse posset, qui non statim, ceu scintilla a mari, ab ea absorberetur. Certe illa libertas Christi semel absorbet et tollit universam molem malorum, legem, peccatum, mortem, iram Dei, ipsum denique serpentem cum capite suo, et in locum horum constituit iustitiam, pacem, vitam etc. Sed beatus, qui intelligit et credit.

Discamus igitur magnifacere illam libertatem nostram, quam non Caesar, non Angelus e coelo, sed Christus, Dei filius, per quem omnia creata sunt in coelis et terra, sua morte nobis paravit, non ut nos e servitute aliqua corporali et momentanea, sed spirituali et aeterna crudelissimorum et invictissimorum Tyrannorum, legis, peccati, mortis, diaboli etc. liberaret ac ita nos Deo Patri reconciliaret. Devictis autem his hostibus ac reconciliatis nobis Deo per mortem filii ipsius certum est nos iustos esse coram Deo omnesque actiones nostras placere illi, Et si quid peccati in nobis est reliquum, tamen illud non imputari, sed condonari nobis propter Christum. Et Paulus valde proprie loquitur, cum ait, In ea libertate, qua Christus nos liberavit, stare etc. Quare illa libertas non propter legem aut iustitiam nostram, sed gratis propter Christum nobis donatur, Id quod Paulus hic testatur et copiose ostendit per totam Epistolam, Et Christus Ioan. 8: 'Si Joh. 8, 36
vos filius liberaverit, vere liberi eritis'. Ille unus interponitur inter nos et mala, quae nos premunt, vincit ac tollit ea, ut amplius non possint nobis nocere, Imo loco peccati et mortis donat nobis iusticiam et vitam aeternam, Item servitutem et terrores legis mutat in libertatem conscientiae et Evan-

*9 vor* absorberetur *nochmals* non *A*  *11* constituit] subiicit *CDE*  *13/14* Caesar, Propheta aut Patriarcha, non Angelus *CDE*  *21/23* Et *bis* etc.] Paulus significantibus et emphaticis verbis utitur, quae diligenter expendenda sunt. 'State', inquit, 'in ea libertate, qua Christus nos liberavit'. *CDE*  *23* Quare] Ergo *CDE*  *25/26* 'Si filius vos liberavit *CDE*  *27/28* nobis nocere] nos opprimere et damnare *CDE*  *28* Imo *fehlt CDE*  *29* Item] atque ita *CDE*

Hs] Matth. 9, 2 gelium: 'Confide, fili'. sic universa lex totum in Euangelium etc. Das iſt nicht Cesa⌊ris etc., sed Christi. qui in eum cred⌊it, habet ista omnia praemia libertatis. Das iſt der rede werd[1], ut dabei bleib. Res videtur tenuis, sed incomprehens⌊ibilis, quando apprehenditur spiritu. Non est res, quae potest dici: loco irati dei hab⌊eo propicium in eter⌊num. Insti⌊ciarii volunt conterere et satisfacere. Nein, hie aliter: Christus est eter⌊nus, non moritur, et interponitur inter nos et deum. Ideo constitui in corde nostro necesse est

3 werde

[1]) = *wert.*

Dr] Matth. 9, 2 gelii consolationem, quae dicit: 'Confide, fili, remittuntur tibi peccata'. Qui igitur credit in Christum, habet illam libertatem.

Ratio non videt magnitudinem huius rei, quae in spiritu considerata amplissima et infinita est. Nemo enim nec verbis nec cogitatione consequi potest, quantum donum sit habere loco legis, peccati, mortis, irati Dei Remissionem peccatorum, iustitiam et vitam aeternam ac perpetuo propicium et faventem Deum. Papistae et omnes Iusticiarii gloriantur se quoque habere remissionem peccatorum, iusticiam etc., iactant etiam libertatem, sed illa omnia egena et incerta sunt, quae in tentatione in momento evanescunt, quia operibus et satisfactionibus humanis, non verbo Dei nec Christo nituntur, Ideoque impossibile est omnes Iusticiarios scire, quid sit libertas a peccato etc. Contra nostra libertas fundamentum habet Christum, qui aeternus est Pontifex, qui est ad dexteram Dei et interpellat pro nobis. Ideo libertas, remissio peccatorum, iusticia et vita, quam per eum habemus, certa, rata et aeterna est, modo hoc credamus. Quare si firmiter Christo adhaeserimus fide et fortiter steterimus in libertate, qua nos liberos reddidit, habebimus illa inenarrabilia dona. Si vero securi et stertentes erimus, amittemus ea. Paulus non frustra iubet nos vigilare et stare, quia novit diabolum hoc sedulo agere, ut surrepta nobis hac libertate, quae tanti Christo constitit, nos rursus implicet per suos ministros iugo servitutis, Ut sequitur:

### Et nolite iterum iugo servitutis concludi.

Paulus gravissime locutus est de gratia et libertate Christiana atque adhortatus est amplissimis verbis Galatas, ut persistant in ea; facillime enim

*11* infinita] inaestimabilis *CDE* Nemo *bis* cogitatione] Quis enim ulla cogitatione *CDE* *14* Iusticiarii] hypocritae, qui iustitiam legis aut suam sectantur, *CDE* *15* iusticiam, propitium Deum etc. *CDE* libertatem ac eam aliis promittunt *CDE* *15/16* omnia illa *CDE* *16* quae] Re vera enim servi corruptionis sunt, quibus *CDE* evanescit omnis vana eorum fiducia, quia *CDE* *18* omnes Iusticiarios] eos *CDE* peccatis *CDE* *20* qui est *fehlt CDE* et interpellat] interpellans *CDE* libertas *fehlt CDE* *21* et vita] vita et libertas *CDE* *23* reddidit] fecit *CDE* *30* ut in ea persistant *CDE*

Hs] aeternam iusticiam, vitam, re⌊missionem p⌊eccatorum contra contraria. Diab⌊olus, inquit, insidiatur huic immens⌊issimo dono, er iſt im zu ſeind, triſſs nicht ter⌊ribiliorem. Imp⌊licat mundum, c⌊oelum et ter⌊ram ser⌊vituti, magnus. Ideo state.

'Et nolite rursus': Das iſt contemptim geredt. Sicut amplis⌊sime locutus de libertate, qua Christus[1], — halt feſt dran. Sic econtra. 'illa': nostra sententia. Omnia in contrarium vertunt ps⌊eudoapostoli: Si vult⌊is liberi a p⌊eccato, morte, servate l⌊egem, Circumcidamini, Obedit deo, qui sacrificat, ista ob⌊edientia iustificat, ergo obediendum, ut simus liberi. P⌊aulus: morte[2] solum. Qui ista docuerit, non liberat sed illaq⌊ueat et iugo illa⌊queat, et servitutis Iugo. Istas doct⌊rinas vocat laq⌊ueos et iugi servilis, et non frustra, quia ista res valde tenaciter adher⌊et. Ideo bene dicitur 'laq⌊ueus', iſt einer ſo drin verwickelt, ut expl⌊icari non possit, ut fera; nihil habet quam iugum,

*1* contra ⟨ista⟩ contraria *13* quam *fehlt*

1) *Erg.* nos liberavit. 2) *Erg.* Christi.

Dr] amittitur vel oscitantia et securitate ideo iubet eos stare, vel defectione a gratia et fide ad legem et opera. Quia vero illa res nihil periculi afferre videtur rationi, quae longe praefert iusticiam legis iustitiae fidei, ideo indignabundus invehitur in legem Dei, vocans eam contemptu et extenuatione quadam insigni iugum, et iugum servitutis. Sic Petrus Acto. 15.: 'Quid tentatis Apg. 15, 10 Deum, ut imponatur iugum' etc. Atque ita omnia in contrarium vertit. Pseudoapostoli enim extenuabant promissionem et magnificabant legem et eius opera ad hunc modum: Si vultis liberari a peccato et morte et iustitiam ac vitam consequi, facite legem, circumcidamini, observate dies, menses, tempora, annos, sacrificate etc., tum illa obedientia legis iustificabit et salvabit vos. Paulus plane contrarium dicit. Qui, inquit, hoc modo legem docent, non liberant conscientias, sed eas illaqueant, et illaqueant iugo, et quidem iugo servitutis.

Loquitur ergo supra modum contemptim et ignominiose de lege, cum eam vocat laqueum durissimae servitutis et iugi servilis. Neque hoc frustra facit. Ea enim perniciosa opinio de lege, quod iustificet, valde tenaciter adhaeret rationi, qua denique implicatur et occupatur tam fortiter totum genus humanum, ut difficillime ex ea possit explicari. Et Paulus videtur hic quaerentes iusticiam per legem comparare bobus iugo conclusis. Ut enim boves

*14/15* vel *(1.) bis* a gratia] Ideo iubet eos stare, ne oscitantia aut securitate sua iterum deficiant a gratia *CDE* *15/16* rationi videtur afferre *CDE* *16* fidei iustitiae *CDE* *29* Ea *bis* opinio] Nam opinio ista perniciosa *CDE* *30/31* qua *bis* humanum] eaque totum genus humanum tam fortiter occupatur et implicatur *CDE* *31* Et Paulus, ut deroget legi gloriam iusticiae, videtur *CDE* *32* per legem] per eam *CDE*

Hs] quam laborem; hats ſchier komparirt bovi, qui trahit etc. et nihil quam pabulum. Ex l⌊ege nihil habetis, quam quod captivi et ligati et ad multum et max⌊imum lab⌊orem. Et isto iugo nihil quam servi, et eter⌊ni etc. [Bl. 119^b] Cuius? legis, mortis, p⌊eccati, carnis, celi, terrae et omnium crea⌊turarum. Non est ſchend⌊licher servitus, quam per l⌊egem velle iustificari. Ideo ardentib⌊us verbis commovet et permanere vellet: agitur de l⌊ibertate eterna et servitute eter⌊na. Sicut lib⌊ertas non temporalis aut pol⌊itica, Sic servitus non rustica, sed manebit, non mundi sed simplex l⌊egis, irae dei, iudicii; et manet sub istis illaque⌊is pressus. Quid nunc? operator l⌊egis duplex martyr. Es wird eim zu ſauer. Ibi sub l⌊ege viventes veh⌊ementer vexantur, coguntur

---

6 commovet] q—o—et  9 *über* duplex martyr *steht* ut more vulgi loquar

Dr] magno labore trahentes iugum nihil inde habent quam pabulum, et ubi amplius non sunt idonei ad trahendum iugum, mactantur, Ita quaerentes in lege iusticiam captivi sunt et premuntur iugo servitutis, hoc est, lege, et ubi diu magno labore et dolore defatigarunt se operibus legis, hoc tandem reportant praemii, quod miseri et aeterni servi sunt. Cuius rei? Peccati, mortis, irae Dei, diaboli, carnis, mundi et omnium creaturarum. Ideo non est maior et durior servitus quam legis. Non frustra ergo Paulus vocat iugum servitutis, Quia lex, ut supra saepe diximus, tantum ostendit et auget peccatum, accusat, terret, condemnat, iram efficit ac tandem conscientias, quae miserrima ac durissima servitus est, in desperationem adigit, Rom. 3. 4. 7.

Valde igitur ardentibus verbis utitur; vellet enim libenter eos permovere et flectere, ne sibi imponi a Pseudoapostolis nec huic iugo servitutis se iterum illaqueari per eos paterentur. Quasi dicat: Non agitur hic de re levicula aut nihili, sed vel de infinita et aeterna libertate vel servitute. Ut enim libertas ab ira Dei et omnibus malis non est Politica aut carnalis, sed aeterna, Ita servitus peccati, mortis, diaboli etc., qua premuntur, qui per legem volunt iustificari et salvari, non est corporalis, quae ad tempus aliquod durat, sed perpetua. Nam tales insticiarii, qui serio agunt omnia (de talibus enim loquitur Paulus), nunquam quieti et pacati sunt. In hac vita semper dubitant de voluntate Dei, timent mortem, iram et iudicium Dei, et post hanc vitam luent poenam incredulitatis suae, interitum aeternum.

Itaque operatores legis rectissime vocantur diaboli (ut more vulgi loquar) Martyres, qui longe maiori labore et molestia acquirunt inferos, quam Martyres Christi coelum, Quia duplici contritione conteruntur. Hoc est, dum hic

---

12/13 in lege] per legem *CDE*  16 carnis *bis* creaturarum] etc. *CDE*  21/22 flectere et permovere *CDE*  22 ne hoc importabile onus sibi *CDE*  28 iusticiarii] operarii *CDE*  34 Quia duplici] Duplici enim *CDE*  contrione *A*  Hoc est] primum *CDE*

Hs] multa lab⌊orare; quando moriuntur, veniunt in eter⌊nam servitutem. Ergo hic et dort marty⌊res. Ergo standum in libertate et cavendum a servitutis Iugo. Sic Pap⌊istis fit: non volunt aud⌊ire Euangelium nostrum. Ideo hab⌊ent servitutem eter⌊nam et infernalem, q⌊uamquam hic utantur lib⌊ertate carnis. Aut eris liber aut servus etc. Ein ſtarcke exhortatio warlich.

'Ecce': Das iſt widder unum fulmen. vehe⌊menter ardet et motus in 5, 2
s⌊piritu s⌊ancto, ista verba geuſt in ira et indig⌊natione s⌊piritus s⌊ancti eraus contra servitutem. Ego scio, quod verbum dei fur.[1] Dico vorbis sententiam: 'Si Cir⌊cumcidamini'. Das iſt ein ſcheuſ⌊licher[2] text: nihil erit vobis util⌊e; Circumcidi est idem quod Christum inutilem reddere, — non creden-

*1* lab⌊orare] lib⌊  *zu 8 hinter* fur *ist* Ideo habeo auctoritatem dicendi et definiendi *von Crucigers Hand eingewiesen*

[1]) = *führe.* [2]) = *schrecklicher.*

Dr] vivunt multa et magna opera facientes, frustra misere sese excruciant, cum moriuntur, praemium acquirunt aeternam damnationem et poenam. Sic miserrimi martyres sunt in praesenti et futura vita, estque eorum servitus aeterna. Non item piorum, quibus tantum in hac vita male est. Quare fortiter standum est in libertate, quam Christus sua morte nobis peperit, et diligenter cavendum, ne iterum iugo servitutis illaqueemur, Sicut hodie accidit Phanaticis spiritibus, qui excidentes fide et libertate illa hic temporalem, quam sibiipsis accersunt, servitutem habent et illic aeterna premuntur. Papistae Euangelium nunc non audiunt sed persequuntur. Hi, quanquam utantur libertate carnis (plerique enim sunt Epicuraei), tamen vere servi sunt diaboli, a quo captivi tenentur ad voluntatem ipsius. Ideo manet eos ista aeterna et infernalis servitus. Hactenus adhortatio Pauli vehemens et seria, quam sequens tamen superat.

Ecce ego Paulus dico vobis, quod, si circumcidamini, Christus 5, 2
vobis nihil proderit.

Paulus vehementer commotus loquitur ex magno Zelo et fervore Spiritus mera fulmina contra Legem et Circumcisionem, Illaque tam ardentia verba ei irato propter magnam indignitatem rei extorquet Spiritus sanctus, ut dicat: 'Ecce Ego Paulus' etc., Ego inquam, qui scio me Evangelium habere non ab homine, sed per revelationem Iesu Christi, qui denique certo scio me habere mandatum et autoritatem divinam docendi et definiendi, dico vobis

*11* excruciant, Postea, cum *CDE*  *14* Non *bis* est] Contra pii in mundo quidem habent afflictiones, in Christo autem pacem, quia credunt eum vicisse mundum *CDE*  *19/20* Papistae *bis* vere] Papistarum maior et potior pars degenerat hodie paulatim in Epicuraeos, ideo, dum licet, utuntur libertate carnis, securissime canunt: Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Sed verissime *CDE*

Hs] tib⌊us sed vobis, qui hoc docetis et creditis. Das iſt terrib⌊ilis tex⌊tus. Hunc locum applica⌊mus ad omnes religiones et tentationes. Iste locus mirum spiritualis. Ibi iudica⌊mus doct⌊rinas fortis⌊sime. Si est ulla doct⌊rina, relig⌊io, Ut Pap⌊ae, Turcae, qui v⌊olunt ista relig⌊ione iustif⌊icari et deo placere, dic illis: Christus tibi nihil proderit. Papae dicere[1], Collegiis sacerdotum, Scholis, Sanctis, qui fidunt suis statutis, illis dicitur claris⌊simo textu: Christus vobis otiosus, negastis eius res⌊urrectionem, mortem. Das iſt horribiliter dictum, quia dicit, quod f⌊ilius dei missus in carnem, passus etc. et

---

*2 über* Hunc locum *steht die Ziffer* 2   *über* Iste locus *steht die Ziffer* 1   *4 über* relig⌊io *steht* opus, caeremonia, qualis fuit Circumcisio

[1]) *Erg.* debemus.

Dr] sententiam novam quidem, sed certam et veram, quod scilicet, si Circumcidamini, Christus simpliciter nihil vobis proderit'. Haec valde dura est sententia, qua Paulus circumcidi idem esse dicit, quod Christum ociosum reddi, Non quidem simpliciter per se, sed Galatis, qui dolis Pseudoapostolorum circumventi credebant praeter fidem in Christum necessariam esse credentibus etiam circuncisionem, sine qua non posset illis contingere salus.

Atque hic locus Lydius lapis est, quo certissime et liberrime iudicare possumus omnes doctrinas, opera, cultus, caeremonias omnium hominum. Quicunque, sive sint Papistae, sive Iudaei, sive Turcae, sive Sectarii etc. aliquid docent ad salutem consequendam necessarium praeter Euangelium de Christum aut opus cultumve aliquem instituunt, item Regulam, traditionem aut caeremoniam quancunque observant hac opinione, quod per ista consequi velint remissionem peccatorum, iusticiam et vitam aeternam, Hi sententiam Spiritus sancti contra se latam ab Apostolo hic audiunt, quod Christus illis simpliciter non prosit. Et cum Paulus, quod est valde mirum, istam sententiam ausit ferre contra legem et Circuncisionem divinitus traditam, quid non auderet dicere contra paleas traditionum humanarum?

Quare is locus terribile fulmen est contra totum Regnum Papae. Nam omnes, sacerdotes, Monachi, Eremitae etc. (de optimis loquor) non Christo, quem summa iniuria et blasphemia fecerunt iratum iudicem, accusatorem et damnatorem, sed suis operibus, iustitiis, votis et meritis confisi sunt, Ideoque audiunt hic iudicium suum, quod Christus sit illis otiosus. Nam si ipsi propria iustitia et austeritate vitae possunt abolere peccata et mereri remissionem peccatorum et vitam aeternam, ad quid prodest illis Christum natum,

---

9 scilicet *fehlt CDE*   11 reddi] fieri *CDE*   12 simpliciter *fehlt CDE*   per se] in se *CDE*   17 Sectarii] haeretici *CDE*   18 Euangelium de] fidem in *CDE*   20 ista] talia *CDE*   23 cum *fehlt CDE*   24 ausit] audet *CDE*   25 dicere *fehlt CDE*   30 ipsi *fehlt CDE*

Hs] frustra gesserit et nihil utilitatis venire ad me etc. Ideo vides, quam horribilis⌊sima blas⌊phemia doct⌊rina hominum, tollit enim omnia. 'In Christo constituit pater omnia, the⌊sauros', Col. 2. [Bl. 120a] Econtra qui seq⌊uitur doct⌊rinam h⌊ominum, tollit omnia. Monach⌊us, Sacerdos est abnegator dei, hostis, blasphemator dei cum omnib⌊us suis bonis, quem ista v⌊erba non commovent ad prospiciendum pro ista libertate et contra. Claris⌊sima sententia: non est utilis Christus, suus sang⌊uis frustra fusus huic, qui Circumciditur i. e. qui confidit Circumcisione, quia non agit hic de opere in se sed de usu, fid⌊ucia, iustitia operis. Si opus fa⌊cio et non adii⌊cio particulam: iusticiam.[1] Ideo intel⌊ligamus P⌊aulum secundum materiam subiectam, nempe
Kol. 2, 3

4 abnegator] abnegatus

[1]) *Als Nachsatz ist zu ergänzen: so schadet es nichts.*

Dr] passum esse, fudisse sanguinem, resurrexisse, vicisse peccatum, mortem, diabolum, cum ipsi ista monstra suis viribus superare possint? Dici autem non potest, quanta indignitas sit Christum ociosum reddi. Ideoque ex magna indignatione animi et commotione Spiritus loquitur Paulus ista verba: 'Quod, si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit', Id est, nihil prorsus utilitatis redibit ad vos ex omnibus ipsius beneficiis, sed ea omnia frustra vobis gessit.

Ex his satis constat nihil esse pernitiosius sub sole doctrinis humanarum traditionum et operum, quia semel tollunt et evertunt veritatem Evangelii, fidem, verum cultum Dei, ipsum Christum, in quo Pater constituit omnia, Collo. 2: 'In Christo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi': Kol. 2, 3; 9 'In ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter'. Quare qui autor est aut cultor doctrinae operum, opprimit Evangelium, inanem reddit mortem et victoriam Christi, obscurat Sacramenta eius et verum usum ipsorum tollit, Estque abnegator, hostis et blasphemator Dei cum omnibus ipsius promissionibus et beneficiis. Quem ista res, quod Paulus legem Dei vocat 'iugum servitutis', non absterret ab humanis traditionibus, fiducia propriae iustitiae et operum et non invitat ad suspirandam libertatem in Christo, ille plus quam saxeus et ferreus est.

Clarissima ergo sententia est: Christus inutilis, id est, frustra natus, passus etc. est huic, qui circunciditur, id est, qui confidit circuncisione. Non enim agit Paulus, ut supra dixi, de ipso opere per se, quod sine fiducia et opinione iustitiae nihil obest, sed de usu operis, hoc est, de fiducia et iusticia

13 reddi] reddere *CDE* 17 gessit] exhibuit *CDE* 22 Deitatis] divinitatis *CDE* 27 servitutis', quod, qui circuncisionis observationem necessariam dicunt ad salutem, faciant sibi Christum otiosum, non absterret a lege et circuncisione, multo magis ab humanis traditionibus *CDE*

Hs] quod lex non iustif⌊icat. Non dicit, quod opera nihil sint; ergo habere
fid⌊uciam ex operib⌊us hominis, sciat, quod Christus ei otiosus. Hoc non[1]
Off. 12, 10 in privatis tenta⌊tionibus, ubi diab⌊olus accusat te, Ut in Ap⌊ocal. 'Et pater
Joh. 8, 44 mendacii', singulis momentis falsis terro⌊ribus nos vexat, ut con⌊scientia sit
in metu et sentiat accusationem. Quando ergo tentat —: Tu opponis mihi
legem, peccata, quae feci, et mala, quae secto; nihil ad me, Si istis operi-
b⌊us deb⌊eo diffidere vel econtra amittere Christum, Scio Christum mihi
utile. Ut bene discernas Christum ab o⌊mnibus operib⌊us, b⌊onis et malis,

*zu 3* ca⌊p. 12: 'Proiectus est serpens antiquus, qui seducit universum orbem, accusator fratrum nostrorum ante conspectum dei nostri die ac nocte *[die letzten drei Worte von Rörers Hand eingeschoben[2]]*, qui vicerunt eum propter sanguinem agni' *[Off. Ioh. 12, 9 ff.] von Crucigers Hand r* *zu 8 hinter* malis *ist* Sie gehoren warlich nicht zu ſamen *von Crucigers Hand eingewiesen*

[1]) *Erg.* obliviscaris. [2]) *Daraus, daß Rörer hier Cruciger ergänzt hat, geht hervor, daß Cruciger das Kollegheft Rörers an anderen Stellen ergänzt hat, bevor dieser selbst es zum Druck noch einmal durchkorrigierte; vgl. Unsre Ausg. Bd. 40[1], 660 Anm. 1.*

Dr] operi adiecta. Oportet enim nos Paulum intelligere secundum materiam subiectam seu secundum argumentum susceptum, quod est, Lege, operibus, Circuncisione etc. homines non iustificari. Non dicit opera per se nihil esse, sed fiduciam et iustitiam operum, ea enim facit Christum otiosum. Ideo qui accipit Circuncisionem hac opinione, quod necessaria sit ad iustificationem, huic Christus nihil prodest.

Hoc diligenter meminerimus in privatis tentationibus, cum diabolus conscientiam nostram accusat et perterrefacit, ut eam adigat in desperationem. Est enim pater mendacii et hostis libertatis Christianae, ideo singulis momentis vexat nos falsis terroribus, ut conscientia libertate illa amissa
Off. 12, 9 f. semper sit in metu, ac sentiat reatum et pavores. Cum, inquam, 'draco ille magnus, serpens antiquus, diabolus (qui seducit totum orbem terrarum, et accusat fratres nostros ante conspectum Dei die ac nocte', Apoca. 12.) venit et opponit tibi, quod non solum nihil boni feceris, sed etiam transgressus sis legem Dei, dic: Tu molestas me memoria praeteritorum peccatorum, deinde suggeris mihi, quod nihil boni fecerim, Hoc nihil ad me, Nam si aut bonis operibus factis confiderem aut non factis diffiderem, utrinque Christus nihil prodesset mihi, Sive igitur peccata sive benefacta mea opponas mihi, nihil moror, Utrisque enim ex oculis remotis sola libertate, qua Christus me liberavit, nitor. Non igitur reddam eum mihi inutilem, Id quod tum fieret, si vel propter benefacta mea praesumerem me consecuturum gratiam et vitam aeternam aut propter peccata mea desperarem de salute mea.

*17* Christianae libertatis *CDE* *27* Utrisque enim] Sed utrisque *CDE* *28* nitor. Hunc scio mihi utilem esse, Non *CDE*

Hs] legib⌊us o⌊mnibus, conscientiis malis. Et si qua specie appa⌊ruerit in corde, noli credere Christum, sed diab⌊olum, qui sub larva Christi cor nostrum divexat, — Ut Appa⌊ruit insigni specie, Mat., — tamen illuminante spiritu Matth. 28, 17 ag⌊noscas esse diabolum. Sic facit omnib⌊us nobis, qui credimus etc., quasi sit Christus, Ut in Joh. 5.: 'Si alius' etc. Sic debemus facere, das iſt nicht Joh. 5, 43 Christus sed larva Christi et diabo⌊lus. Das gehort ad privatas tenta⌊tiones. Ideo videndum, ne reddas Christum tibi inutilem. Ideo tractandum verbum dei die et nocte; quando securi, iſt er bald da hin.

3 *über* Mat. *steht* ut dubitarent, an deberent eum adorare 5 *die Ziffer* 5 *c aus* 7

Dr] Quare discamus diligenter Christum longissime discernere ab omnibus operibus bonis et malis, ab omnibus legibus divinis et humanis, ab omnibus afflictis conscientiis, huc enim Christus non pertinet; Pertinet quidem ad tristes conscientias, non ut plus perturbet eas, sed ut iam perturbatas rursus erigat et consoletur. Ideo si Christus specie irati Iudicis aut legislatoris apparuerit, qui exigit rationem transactae vitae, certo sciamus eum furiosum esse diabolum, non Christum. Christum enim Scriptura depingit nostrum esse propiciatorem, interpellatorem et consolatorem. Talis semper est et manet, non potest esse sui dissimilis. Itaque cum diabolus assumpta specie Christi ad hunc modum nobiscum disputat: Hoc debebas verbo meo admonitus facere, et omisisti, illud omittere, et fecisti, scias igitur me sumpturum de te poenas etc., Nihil hoc nos moveat, sed statim cogitemus: Christus hoc modo non loquitur cum desperabundis conscientiis, non addit afflictis afflictionem, 'Calamum conquassatum non confringit, Linum fumigans Matth. 12, 20 non exstinguit'. Dure quidem duris loquitur, sed conterritos suavissime invitat ad se, 'Venite', inquiens, 'ad me omnes, qui laboratis et onerati Matth. 11, 28 estis' etc., 'Non veni vocare iustos, sed peccatores' etc., 'Confide fili, remit- Matth. 9, 13. 2 tuntur tibi peccata', 'Confidite, ego vici mundum', 'Filius hominis venit quaerere Joh. 16, 33 Luc. 19, 10 et salvare, quod perierat' etc. Videndum est igitur nobis, ne mira arte et infinitis insidiis Satanae decepti suscipiamus accusatorem et damnatorem pro Consolatore et Salvatore atque ita sub larva falsi Christi, hoc est, diaboli, verum Christum amittamus ac nosipsi eum nobis inutilem reddamus. Haec de privatis tentationibus, quomodo in ipsis nos gerere debeamus.

[Bg. O] Testificor autem rursus omni homini, qui circunciditur, 5, 3 quod debitor est universae legis faciendae.

Prius incommodum valde ingens est, quod Paulus ait Christum iis non prodesse, qui circunciduntur. Hoc sequens non minus est, quod dicit

19/20 de te sumpturum *CDE* 24 invitat] allicit *CDE* 27 salvare] salvum facere *CDE* 34 valde] certe *CDE* 35 minus] levius *CDE*

Hs] 5, 3 'Rurs⌊us': wol yhn![1] Zu den Heil⌊igen ſchweren, bey dem l⌊ieben Gott: d⌊ico vos.[2] Iurat dazu. Das mag ambigue geredt ſein. Negative sic: 'qui' etc., etiam in opere Circumcisionis non circumciditur. Nullo modo impletur
6, 13 lex per impletionem; et ista[3] videtur mihi Pauli, ut infra: 'qui circumciduntur, non servant', Scilicet hec[3] spiritualior et magis ad propositum.

'Testif⌊icor': [Bl. 120[b]] eo ipso, quo vultis vos liberare a l⌊ege et facere legem, eo fitis servitores. Das iſt ein ſchon erb⌊eit, quando quis it, et ut cancer[4], servando legem transgreditur legem et quo magis praestes eam, hoc plus ius in te accusandi. Ego exper⌊tus in me ipso et aliis. Vidi opt⌊imos viros b⌊ona con⌊scientia, qui marty⌊rabant se ieiunantes, cilicium gerentes, et si ferreum corp⌊us; quo plus laborab⌊ant, pavidiores facti; non vidi magis trepidantes, vidi fures, qui confidentius etc., quia quo plus laboratur ad l⌊egem

*1 über* yhn *steht* 2  *zu 1/2* Iuro per o⌊mnia sac⌊ra *r*  *2 über* Negative *steht* 1[5]
*7* lege  *zu 7 8* Es iſt der krepſen gang: legi velle servire ad iustitiam *von Crucigers Hand r*
*8* transgreditur *c aus* transgredis

1) *Der Sinn ist: Wohl ihnen, den Galatern, daß Paulus sich so viele Mühe mit ihnen gibt, daß er sogar zu schwören beginnt!* 2) *Erg.* debitores esse. 3) *Erg.* sententia. 4) *Unsre Ausg. Bd. 19, 336, 11; Bd. 34², 73, 2.* 5) *Die hier angedeutete Reihenfolge im Druck Z. 15f.*

Dr] eos, qui circunciduntur, esse debitores totius legis servandae. Et ista verba tanto serio loquitur, ut etiam iuramento ea confirmet. 'Testificor' etc., Id est, per omnia sacra iuro. Possunt autem ambigue exponi, negative et affirmative; negative hoc modo:

Testificor omni homini, qui circunciditur, quod debitor est totius legis servandae, hoc est, quod nihil legis servat, etiam in ipso opere circuncisionis non circunciditur, etiam implendo legem non implet, sed transgreditur eam. Eaque videtur mihi simplex et germana Pauli sententia hoc loco. Infra
6, 13 enim Cap. 6. seipsum exponit, dicens: 'Qui circunciduntur, ne ipsi quidem
3, 10 legem servant', Sic supra Cap. 3.: 'Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt', Quasi dicat: Si etiam circuncidamini, non ideo estis iusti et liberi a lege, sed hoc ipso magis facti estis debitores et servi legis; eo ipso quo conamini satisfacere legi et liberari ab ea, hoc magis implicatis vos iugo ipsius, ut plus iuris habeat accusandi et damnandi vos. Hoc cancri more est ingredi et sordes sordibus abluere.

Hocque quod dico ex verbis Pauli, ego experientia ipsa in Monasterio didici in meipso et aliis. Vidi multos, qui summo studio et optima conscientia nihil non faciebant pro pacificanda conscientia, gestabant cilicia, ieiunabant, orabant, affligebant et defatigabant variis exercitiis corpora, quibus, si etiam ferrea fuissent, tamen ad extremum destruxissent ea, et tamen, quo

*13* Et *fehlt CDE*  *28* Pauli verbis *CDE*

Hs] implendam, magis receditur ab impletione, et quo plus volo con|scientiam quietare, contrarium facio. Si confessus, quis novit, an omnia dixerim, an satis contritus? Item de verbo, promis|sione dei: sed tamen: Si contritus fueris; ergo war das opus verlorn, iterum confitebar. Sic in servitute ista reddeb|ar dies imbecillior, et tamen laborabam, i. e. implendo l|egem minime impletis, sectando iust|itiam minime ad eam pervenitis, est verissima sententia. Qui ergo studet l|ege iustif|icari, alienatur magis a iustitia quam omnes alii pec|catores, qui amittunt fid|uciam operum propriorum; sciunt

1 impletione] impleto  3/4 *über* Si contritus fueris *steht* satisfeceris  6 sectado

Dr] plus laborabant, hoc pavidiores reddebantur. Et praesertim imminente iam hora mortis adeo erant trepidantes, ut plures viderim homicidas poena capitis damnatos confidentius mori quam ipsos, qui tamen sanctissime vixerant.

Itaque verissimum est, quod facientes legem non faciunt. Quo plus enim conantur homines satisfacere legi, hoc magis transgrediuntur eam. Quo magis conatur aliquis propria iusticia pacatam reddere conscientiam, hoc plus reddit eam inquietam. Ego Monachus studebam summa diligentia vivere iuxta praescriptum Regulae, solebam, semper tamen ante contritus, confiteri et recensere omnia peccata mea et saepe iterabam confessionem ac poenitentiam iniunctam mihi sedulo praestabam. Et tamen conscientia mea nunquam poterat certa reddi, sed semper dubitabat et dicebat: Hoc non fecisti recte, non fuisti satis contritus, hoc inter confitendum omisisti etc. Quo igitur longius conabar humanis traditionibus mederi incertae, imbecilli et afflictae conscientiae, hoc indies magis reddebam eam incertiorem, imbecilliorem et perturbatiorem. Atque hoc modo observando traditiones humanas plus transgrediebar eas et sectando Ordinis iusticiam nunquam poteram apprehendere eam, quia impossibile est conscientiam reddi pacatam, inquit Paulus, operibus legis, multo minus traditionibus humanis, sine promissione et Evangelio de Christo.

Quare cupientes iustificari et vivificari lege recedunt a iusticia et vita longius quam Publicani, Peccatores et Meretrices. Illi enim non possunt niti fiducia operum suorum, cum talia sint, propter quae non possint confidere se consecuturos gratiam et remissionem peccatorum; Nam si iustitia et opera secundum legem facta non iustificant, multo minus peccata contra legem commissa iustificant. Sunt igitur feliciores hac in parte iusticiariis, quia deest eis propriorum operum fiducia, quae si non penitus tollit fidem in Christum, tamen maxime eam impedit. E contra Iusticiarii abstinentes

9 iam *fehlt CDE*  13 eam. Idem sentiendum est de traditionibus humanis. Quo *CDE*  14 aliquis] homo *CDE*  propria iusticia] per eas *CDE*  15 eam *fehlt CDE*  22 indies *fehlt CDE*  30 possunt *CDE*

Hs] suum peccatum esse etc., non possunt d⌊icere: feci, ut salver. ergo feliciores in hoc gradu, quod eis fid⌊ucia deest. qui vero abst⌊inet a nullis operib⌊us, non possunt carere opinione iustitiae, ideo infeliciores. i. e. q⌊uisquis studuerit se iustif⌊icari et con⌊scientiam confirmari per l⌊egem, seiat se 'debitorem', i. e. ut sciat, quod nunquam fecerit unam literam. Nim omnes b⌊onos Monach⌊os et interroga, an statuant suam missam certis⌊sime deo placere et per eam servari. Si v⌊ult fateri verum, dicet: Vixi laudabiliter sineq⌊ue querela, sed certe nescio. Sic exemplum de S. Arsenio, qui vitam transegerat, tres dies iacebat moriens, tremebat: alia sunt iudicia dei, alia hominum; secundum ind⌊icium[1] fui sine querela. ergo tota vita nihil impet⌊rabat, quam quod pavidus factus. Si salvus, hat er muſſen kriechen ad Christum mortuum. Apostoli haben vns in Symb⌊olo gelegt istum art⌊iculum, [Bl. 121ᵃ] et omnes

5 sciam   6 statuat   *zu 8/9* Was iſt aber das geſagt a morituro? *von Crucigers Hand r*

[1]) *Erg.* hominum.

Dr] externe a peccatis et in speciem inculpate et religiose viventes non possunt carere opinione fiduciae et iusticiae, cum qua stare non potest fides in Christum. Ideoque infeliciores sunt publicanis et meretricibus, qui Deo irato non offerunt sua bona opera, ut pro eis reddat ipsis vitam aeternam (ut Operarii), cum nulla habeant, sed ignosci sibi sua peccata propter Christum petunt etc.

Qui igitur facit legem hac opinione, quod per eam vult iustificari, is debitor est totius legis faciendae, hoc est, ne quidem unam literam legis fecit. Neque etiam data est Lex hoc fine, ut iustificet, sed ut ostendat peccatum, terreat, accuset et condemnet. Ideo quo magis aliquis studet lege aut operibus consulere conscientiae, hoc magis reddit eam incertam et confusam. Rogentur omnes Monachi, qui serio laborant acquirere pacem conscientiae suis traditionibus, an certo statuere possint suum vitae genus Deo placere ac propter illud se in gratia esse coram Deo? Si fateri volunt veritatem, respondebunt: Ego quidem inculpate vivo et summa diligentia observo Ordinem meum, sed certo affirmare non possum, an ista mea obedientia Deo placeat, nec ne.

In Vitis Patrum legitur de Arsenio (cuius et supra memini). Is quanquam longo tempore vixerat in summa sanctitate et abstinentia, tamen cum sentiret iam non longe abesse mortem, coepit vehementer timere et moerore affici. Interrogatus, cur timeret mortem, cum totam suam vitam sancte transegisset et Deo indesinenter serviisset, Respondit se quidem secundum iudicium hominum vixisse inculpate, sed alia esse Dei iudicia quam hominum. Ille sanctitate et asperitate vitae suae nihil aliud consecutus est quam pavorem

22 aut] et *CDE*

Hs] loq⌊uuntur, sed nemo scit, quid. i. e. debes etiam reliquias legis facere, quia, qui Mo⌊sen accipit neces⌊sarium legislatorem, accipit totum. Non taugt: Vol⌊o Cir⌊cumcisionem, alias etc.; eadem consequentia, qua teneris ad Cir⌊cumcisionem, etiam ad templum etc. et retro ire in totum Mo⌊sen; quando partem legis observas, neces⌊sario debes obser⌊vare omnes alias partes. Et sequetur, quod unus nondum venerit, quia servare l⌊egem est fateri, quod nondum Christus venerit, at oportet de latis cibis servare et exp⌊ectare Christum venturum promissum. Nos praedicamus eum venisse, l⌊egem abrogatam. Sic nostri Sch⌊wermeri sunt et furen Mo⌊sen, ubi placent.[1] Si concederemus ei in una parte, totam legem teneremur etc.[2] Si Mose in una lege, mein Herr in omni. Ideo resistimus et dicimus posse nos exempla capere ex suis l⌊egibus, sed suas leges non debemus practicare. Admittimus

---

2 taug *zu 5 hinter* partes *ist* et tibi est sententia affirmativa etiam bona *von Crucigers Hand vom Rande eingewiesen* 7 *über* de latis cibis *steht* cere⌊monias 12 sed *c aus* et

[1]) *Zum Sinn des Plurals vgl. im Druck Z. 32.* [2]) *Erg.* implere.

Dr] et horrorem mortis. Si servatus est, oportuit eum amissa omni iusticia sua sola misericordia Dei niti et dicere: Credo in Iesum Christum filium Dei, Dominum nostrum, passum, crucifixum, mortuum pro peccatis meis etc.

Altera sententia affirmativa est, Eum, qui circunciditur, esse quoque debitorem totius legis faciendae. Qui enim Mosen in uno accipit, in omnibus accipere eum cogitur. Qui unam partem Legis necessario observat, is omnes alias eius partes observare debet. Neque iuvat, quod dicere velis Circuncisionem esse necessarium, non item reliquas leges Mosi. Eadem consequentia, qua teneris ad Circuncisionem, teneris etiam ad totam legem. Servare autem totam legem, nihil aliud est quam facto ostendere, quod Christus nondum venerit. Si hoc verum est, observari debent omnes Iudaicae caeremoniae et leges de cibis, locis, temporibus et adhuc exspectandus est Christus, qui antiquato Iudaeorum Regno et Sacerdotio instituat novum Regnum per totum orbem terrarum. Sed tota Scriptura testatur et res ipsa indicat Christum iam venisse, sua morte Genus humanum redemisse, legem abrogasse et omnia, quae omnes Prophetae de eo praedixerunt, adimplesse. Ergo sublata lege gratiam et veritatem donavit. Non igitur lex neque opera eius, sed fides in Christum, qui iam venit, iustificat.

Quidam hodie eodem modo, quo tum Pseudoapostoli, adstringere nos voluerunt ad quasdam leges Mosi, quae ipsis placebant. Hoc nequaquam ferendum est. Nam si permiserimus in parte aliqua Mosen dominari nobis, totum eius imperium ferre cogimur. Ideo nullo prorsus lege Mosi patimur

---

*17* accipit] recipit *CDE* *17/18* cogitur eum recipere in omnibus *CDE*

Hs] M⌊osen testem Christi, deinde exemplum opt⌊imarum legum et morum; sed
5. Mose 34, 6 ut cogat in con⌊scientia, ibi mortuus et 'sepultus et nemo scit, ubi' etc. Sed prior sententia magis ad propositum,— tamen utraque bona, —: qui vult iustif⌊icari per l⌊egem, nunquam etc. Utut intelligas: lex est negatio Christi. Nemo hoc auderet d⌊icere, quod l⌊ex mosi est negatio Christi. Quare tulit? Ante adventum Christi neces⌊saria, quae diceb⌊at Christum venturum; iam aliter. Et loquimur de l⌊ege, i. e. fiducia legis; sit lex testis promissionum, sed iam impleta. Hae sunt duae sententiae. Iam tangit susceptum arg⌊umentum: se non loqui de leg⌊e sed iusti-
5, 4 f⌊icatione legis. 'Quicunque, Christum':[1] Non damno legem, licet mihi con-

4 vult] volet   *10* Christum *c aus* Christus   legem] lege

[1]) *Nach Luthers Bibelübersetzung ist zu ergänzen:* amisistis.

Dr] nos premi. Admittimus quidem Mosen legendum et audiendum a nobis ut praedictorem et testem Christi, Deinde, ut petamus ex eo exempla optimarum legum et morum, Caeterum dominium in conscientiam nullo modo concedimus
5. Mose 34, 6 ei. Ibi mortuus et sepultus esto 'nemoque sciat, ubi sepulchrum eius sit'.

Prior sententia, negativa scilicet, spiritualior et aptior esse mihi videtur, utraque tamen bona est et iustitiam legis damnat: Primum, tantum abesse, ut lege iustificemur, ut, quo plus conemur legem implere, hoc magis transgrediamur eam, Deinde qui partem legis vult facere, debitorem esse totius legis faciendae, Summa, Christum nihil prodesse iis, qui lege iustificari volunt. Ex his sequitur Paulum his omnibus significare, legem esse negationem Christi. Mira autem res est, quod Paulus affirmare audet legem Mosi, divinitus traditam populo Israel, esse negationem Christi. Quare igitur tulit eam Deus? Ante adventum Christi, cum adhuc expectabatur venturus in carnem,
3, 24 f. necessaria erat. 'Est enim lex paedagogus noster ad Christum'. Iam autem ostenso Christo 'non amplius sub paedagogo sumus'. De hac re satis copiose diximus supra in fine Cap. 3. Itaque qui legem docet, negationem Christi et omnium beneficiorum eius docet, Deum mendacem facit, imo ipsam quoque legem mendacem facit. Ea enim testis est promissionum de Christo ac praedixit Christum non legis, sed gratiae Regem futurum.

5, 4 Evacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, et a gratia excidistis.

Hic Paulus seipsum exponit, se non loqui de lege aut opere Circumcisionis simpliciter, sed de fiducia et opinione iustificationis per eam, Quasi

*18* eum esse debitorem *CDE*   *25* ostenso] exhibito *CDE*   Christo, quatenus in eum credimus, non *CDE*   *26* legem necessariam ad iusticiam docet. *CDE*   *30/31* et *bis* excidistis *fehlt CDE*

Hs] versari cum Iud⌊aeis secundum legem; sed iustif⌊icari per eam, quasi Christus nondum venerit, das heiſt 'Evacuari'. i. e. estis Pharaones, nihil ampl⌊ius habetis de s⌊anguine Christi, vita, actione, cog⌊nitione, ſeid gar ſein los, ut ipse nihil cum vobis zu thun et econtra. Iterum fulmen doct⌊rinae nostrae signandum, quod P⌊aulus rotundis verbis non solum de lege dicit, sed: iustif⌊icari lege est otiosos nos reddi a Christo. Quid dices contra tonit⌊rua ista: Christus non potest esse habitans in cord⌊ibus nostris, ut fid⌊ucia legis simul stet? Si econtra, est larva diab⌊oli transfigurantis se in speciem Christi, quia vera cog⌊nitio Christi, quod ad damnationem, institiam mala et b⌊ona nihil, [Bl. 121[b]] propter mala non sum damnatus, econtra. Das b⌊ona ſein et mala mala. Christus in hoc est, ut insit iustificator contra tua mala opera sine tuis b⌊onis op⌊eribus. Si vis iust⌊ificari ex op⌊eribus l⌊egis, est otiosus et evacuatus

---

*zu 2 hinter* Pharaones *ist* der iſt auch i. e. ein evacuator *von Crucigers Hand vom Rande eingewiesen, dazu steht am untern Rand der Seite:* 'Evacuati estis', vide in Gen. Annot. cap. 39.   *4 über* zu thun *steht* negocii   *9* iustitiam] iustitia

Dr] dicat: Non damno Circuncisionem aut Legem simpliciter. Licet enim mihi edere, bibere, conversari cum Iudaeis secundum legem, Licet mihi circuncidere Timotheum etc. Sed velle iustificari per legem, quasi Christus nondum Apg. 16,3 venerit aut, iam praesens, solus iustificare non possit, hoc damno, hoc enim est evacuari a Christo. Itaque dicit: 'Evacuati estis', id est, estis Pharaones, hoc est, liberi a Christo, Christus desiit in vobis esse et operari, Nihil habetis amplius de cognitione, Spiritu, affectu, favore, libertate, vita, actione Christi, sed prorsus separati estis ab ipso, ut nihil negotii sit ei amplius vobiscum nec vobis cum ipso.

Illud diligenter observandum et inculcandum est, quod Paulus dicit, Per legem velle iustificari nihil aliud esse, quam separari a Christo et plane reddi ociosum ab eo. Quid potentius dici potest contra legem, quid opponi potest isti fulmini? Ergo impossibile est Christum et Legem simul habitare in corde. Aut igitur legem aut Christum cedere oportet. Si vero in ea persuasione es, Christum et fiduciam legis cohabitare posse in corde, tum certo scias non Christum, sed diabolum in corde tuo habitare sub larva Christi accusantis et perterrefacientis te ac exigentis Legem et opera tua ad iusticiam. Verus enim Christus, ut paulo ante etiam dixi, non expostulat tecum propter peccata tua nec iubet te confidere benefactis tuis. Et vera cognitio Christi seu fides non disputat, Utrum feceris bona opera ad iusticiam, aut mala ad damnationem, Sed simpliciter ita statuit: sive feceris bona opera, non ideo iustificaris, sive feceris mala, non ideo damnaris. Non

---

*24* reddi *bis* ab eo] eum nobis fieri ociosum *CDE*   *26* igitur] enim *CDE*   *29* tua] eius *CDE*

Hs] es ab eo. Das ſind hor|ribiles sententiae et comminationes et simul max⌊imae doctrinae et dignitates nostrae doct⌊rinae: Aut Christum amitte, aut iustitiam legis. Aut sine lege iustificaberis, aut suis cucullis etc. Papa, aut damnaberis; Si, econtra; ergo non cucullum. Iam iudica, quae doct⌊rina Pap⌊ae, quanta abominatio. Nos sepa⌊ravit a Christo et fec⌊it otiosum in
Jer. 23, 26 f. nobis, absentem. Sic conqueritur in Iere.: 'Pastores mei'; 'ut pop⌊ulus meus
Jer. 5, 17. 13 obl⌊iviscatur'; 'Ite, sacrificate deo, qui edux⌊it'; 'mactab⌊it f⌊ilios et filias et expend⌊et omnes substantias', — 'in ps⌊eudoprophetas'.[1] Est potens doct⌊rina, d⌊icere, quod universus Pap⌊atus sit evacuatus a Christo.

---

3 aut (2.) *fehlt*    8 *über* potens doct⌊rina *steht* res mag⌊na

[1]) *D. h. gegen sie richteten sich diese Drohungen Gottes [Jer. 5, 13].*

Dr] detraho bonis operibus suam gloriam nec mala laudo, sed in caussa iustificacionis dico videndum esse, quomodo Christum retineam, ne ociosus mihi fiat, si iustificari lege cupiam. Christus enim solus me iustificat contra opera mea mala et sine operibus meis bonis. Si sic de Christo sentio, verum Christum apprehendo, si autem iudico eum exigere a me legem et opera ad iusticiam, factus est mihi ociosus ac ego ab eo evacuatus sum.

Horribiles sunt hae sententiae et comminationes contra iusticiam legis et propriam. Deinde sunt etiam certissima Principia, quae articulum de iustificatione confirmant. Est igitur finalis haec conclusio: Aut Christum amitte, aut iusticiam legis. Si Christum retines, iustus es coram Deo, Si legem, Christus nihil tibi prodest, debitor es totius legis servandae habesque
5. Mose 27, 26 sententiam tuam: 'Maledictus omnis, qui non' etc. Simili modo dicimus de traditionibus humanis, ut iam de lege diximus: Aut Papa amittat cum suis Religiosis omnia, quibus hactenus confisus est, aut Christus erit eis ociosus. Ex his facile iudicari potest, quam periculosa et pestilens fuerit doctrina Papistica, ea enim longissime nos a Christo abduxit et plane nos ab eo
Jer. 23, 26 f. ociosos reddidit. Deus in Ieremia Cap. 23. conqueritur 'Prophetas vaticinari mendacium et prophetare seductiones cordis sui, hocque ideo, ut obliviscatur populus suus nominis sui' etc. Ut igitur Pseudoprophetae omissa germana interpretatione legis et doctrina de semine Abrahae, benedictore omnium Gentium, praedicaverunt sua somnia, ut populus oblivisceretur Dei sui, Ita Papistae obscurato et oppresso Euangelio Christi, ut amplius nullus eius esset usus, tantum doctrinam operum urserunt, qua totum mundum longissime abduxerunt a Christo. Qui ista serio considerat, non potest non exhorrescere.

---

24 periculosa] perniciosa *CDE*    25/26 nos *bis* reddidit] enim nobis ociosum fecit *CDE*
31 Christi] de Christo *CDE*

Hs] 'A Gratia excid⌊istis': ſeid der g⌊nade entpfallen. Amplius non estis in g⌊ratia. Sic qui excidit e navi, sive retro etc.[1], submergitur. Si v⌊is in leg⌊e iustif⌊icari, est naufragium facere: ſchwing[2], wie du wilt, es mortis, g⌊ratiam non potes retinere, si vis religione tua iustif⌊icari. Ubi nunc vota inania? Si ista servaveris, promitto tibi r⌊egnum c⌊oelorum! Ista doct⌊rina per omnia relig⌊iosorum Monast⌊eria. Cum iam ſo greiffen[3], ſol diab⌊olus nicht zurnen, quod Reg⌊num suum tam bene constitutum ſol vnterghen? Sed vns leit mher an vnſer doct⌊rina quam yhn an yhrm ding; libertatem aeter⌊nam, iust⌊itiam, vitam aeter⌊nam, das iſt groſſer quam decem mundi. Was iſt ein Papatus, Turca⌊tus et totus mundus erga unum Christum? Nos

---

*zu 2* submergitur, suffocatur aquis *r*  *3 über* ſchwing *steht* nata  *über* es mortis *steht* non potes effugere, mortem evadere  *4 über* retinere *steht* conservari  *7* ſol vnter=ghen *o dazu* dissolvi, destrui *r*  *10* Turca: *[der Doppelpunkt deutet eine Abkürzung an; daher die obige ungewöhnliche Ergänzung]*

[1]) *Erg.* sive a fronte.  [2]) = *schwimm. Vgl. D Wtb. 9, 2706.*  [3]) *Der Sinn ist: Wenn wir des Teufels Reich so angreifen, s. unten Z. 30.*

Dr] A gratia excidistis.

Id est, Non amplius estis in Regno gratiae. Ut enim is, qui est in navi, quacunque tandem parte excidit in mare, submergitur, ita qui excidit a gratia, non potest non perire. Velle ergo iustificari lege, est naufragium facere et se in certissimum discrimen aeternae mortis coniicere. Quae autem potest esse maior insania et impietas, quam velle amittere gratiam et favorem Dei et legem Mosi retinere, qua retenta necesse est, ut accumules tibi iram et omnia mala? Si autem excidunt a gratia, qui lege morali volunt iustificari, quo collabuntur, quaeso, Iusticiarii, qui traditionibus et votis suis iustificari volunt? Ad ima Tartara. Imo evehuntur in coelum! Sic enim docuerunt ipsi: Quicunque incedunt iuxta Regulam Francisci etc., pax et misericordia Dei super eos; Item: Qui observaverit castitatem, obedientiam etc., habebit vitam aeternam. Tu posthabitis illis inanibus et impiis nugis attende, quid Paulus hic doceat, Deinde quid Christus dicat: 'Qui', inquit, 'credit Joh. 3, 36. 18
filio Dei, habet vitam aeternam; qui vero non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum', Item: 'Qui non credit, iam iudicatus est'.

Caeterum doctrina Papistarum de traditionibus humanis, operibus, votis, meritis etc., ut erat vulgatissima in mundo, ita putabatur esse optima et certissima, qua et diabolus Regnum suum constituit et confirmavit potentissime. Ideo non mirum est, cum hodie impugnatur a nobis et dispellitur ceu 'palea a vento', quod Satan tam atrociter saevit, omnia turbis et scandalis Pſ. 1, 4

---

*12* in *vor* navi *fehlt A*  *27* Caeterum *fehlt CDE*  Papistarum, ut obiter hoc moneam, de *CDE*  *29* diabolus per Papam Regnum *CDE*  *30* cum hodie a nobis potentia verbi Dei impugnatur *CDE*

Hs] 2. Kor. 4, 7 quidem parvuli, 'sed thesaurus' etc. Qui ex g⌊ratia, etiam ex iust⌊itia, r⌊emissione p⌊eccatorum, vita, libertate, propiciatione d⌊ei, et cadit in iram, mortem, servitutem, p⌊eccatum diaboli. Das iſt g⌊ratia. mechtige exhort⌊atoria verba, quae debent commovere et confirma⌊re: Cadere a deo, Christo, qui quaerit iust⌊itiam legis et natura carnis et sensus con⌊scientiae et usus t⌊otius mundi.[1]

5, 5 [20. Novem.] 'Nos autem spiritu ex fide spem iust⌊itiae': Dix⌊it, quod excid⌊erunt a g⌊ratia et otiosi, qui vol⌊unt iustificari ex l⌊ege, quia de iustificando t⌊ota res agitur. Ideo nunc concludit et pul⌊chrum ponit ibi Epip⌊honema, dicens: Illi volunt iustificari ex l⌊ege, Circumcisio⌊ne. [Bl. 122$^{a}$] Nos non sic iusti-

1 *über* 'sed thesaurus' *steht* 2. Cor. 4.

[1]) *Der Sinn ist: Diese alle sind von Gott abgefallen.*

Dr] replet ac concitat in nos totum mundum. Ergo dicat aliquis: satius fuisset tacuisse, tum nihil talium malorum fuisset exortum? Nos pluris facere debemus favorem Dei, cuius gloriam praedicamus, quam furorem mundi persequentis nos. Quid enim Papa et totus mundus ad Deum, quem certe magnificare et praeferre debemus omnibus creaturis? Deinde impii exaggerant tumultus et scandala, quae Satan suscitat ad opprimendam aut saltem deformandam doctrinam nostram. Nos contra commodum et fructum huius doctrinae inaestimabilem amplificamus, quem longe praeferimus omnibus turbis,
2. Kor. 4, 7 Sectis et scandalis. Nos quidem parvuli et infirmi sumus, gestantes 'thesaurum coelestem in testaceis vasis'. Sed quamlibet vasa infirma sint, tamen thesaurus infinitus et incomprehensibilis est.

Nũn sunt frigide et oscitanter inspicienda haec verba: 'A gratia excidistis', sunt enim valde Emphatica. Qui excidit a gratia, amittit simpliciter expiationem, remissionem peccatorum, iusticiam, libertatem, vitam etc., quam Christus sua morte et resurrectione nobis emeruit, Et vicissim acquirit in locum illorum iram et iudicium Dei, peccatum, mortem, servitutem diaboli ac damnationem aeternam. Et hic locus fortiter munit et confirmat doctrinam nostram de fide seu articulum iustificationis et nos mirabiliter consolatur contra furores Papistarum persequentium et condemnantium nos tanquam Haereticos, quod istum articulum docemus. Deberet et merito iste locus perterrefacere omnes hostes fidei et gratiae, hoc est, omnes operarios, ut desinerent persequi et blasphemare verbum gratiae, vitae et salutis aeternae.
Matth. 13, 13 Sed adeo indurati et obstinati sunt, ut 'videntes non videant, et audientes' hanc horribilem sententiam contra se ab Apostolo latam, tamen 'non audiant'.
Matth. 15, 14 Sinamus igitur illos, 'caeci enim sunt et caecorum duces'.

30 Deberet et] Debebat *CDE*

Hs] f⌊icari volumus, ut cadamus a gratia. 'Sed' etc.: ſind eitel insig⌊nia verba. Non dicere voluit: Ex fide iustif⌊icamur, sed adiecit: 'spem iustitiae'; ut compreh⌊endat totum neg⌊otium fidei, involvit etiam spem.

'In spiritu': est Antith⌊esis. Non vol⌊umus iustificari ex c⌊arne, sed re spiritu iust⌊ificari, et sic ex spiritu, ne sit pha⌊naticus spiritus sibiipsi magister factus, sicut Rot⌊tenses etiam spiritum iactant, sed noster spiritus est ex fide. Ista satis tracta⌊vimus per t⌊otam Ep⌊istolam, quid ex spiritu et fide. Et non solum iustificamur spiritu, sed etiam 'exp⌊ectamus spem'. Das iſt nova additio. Spes dupliciter accipitur: pro re sperata vel affectu sperantis. Ro. 8: 'non est spes nisi', de af⌊fectu. Sic ad Col.: 'fidem' etc. Röm. 8, 24 Kol. 1, 4f. 'propter spem, quae', i. e. rem speratam. Sic hic potest accip⌊i dupliciter:

5 *über* re *steht* ut res nostrae sic] c *zu* 9 Spes dupliciter accipitur *r*

Dr] Nos enim Spiritu ex fide spem iusticiae expectamus. 5, 5

Paulus hic concludit pulchro Epiphonemate, dicens: Vos iustificari vultis lege, circuncisione et operibus. Nos non item, ne Christus nihil nobis prosit, ne debitores fiamus totius legis servandae, ne evacuemur a Christo et ne excidamus a gratia, Sed 'expectamus spem iusticiae in spiritu et fide'. Singulae voces diligenter expendendae sunt, sunt enim valde Emphaticae. Non voluit tantum dicere, ut alias solet: 'Nos iustificamur fide', aut: 'Spiritu ex fide', sed adiecit: 'Spem iusticiae expectamus', involvens simul spem, ut totum fidei negocium complectatur. Consideranda est autem Antithesis in vocabulo Spiritus, cum dicit: 'Nos Spiritu ex fide' etc., Quasi dicat: Nos non volumus iustificari carne, sed hoc agimus, ut Spiritu iustificemur, et sic Spiritu, ne sit Phanaticus et ex se Magister natus, ut Sectarii spiritum iactant, sed noster Spiritus est ex fide. De Spiritu et Fide supra copiose dictum est. Hic autem non solum dicit: 'Iustificamur Spiritu ex fide', sed adiungit: 'spem iusticiae expectamus', quae nova additio est.

Spes usu Scripturae dupliciter accipitur, pro re sperata et pro affectu sperante. Pro re sperata accipitur Coll. 1.: 'Propter spem repositam vobis Kol. 1, 5 in coelis', id est, rem speratam; Pro affectu sperante Rom. 8.: 'Spes, quae Röm. 8, 24 f. videtur, non est spes. Nam quod videt quis, cur speret? Si autem, quod non videmus, speramus, id per patientiam expectamus'. Sic et hoc loco spes accipi potest dupliciter, et secundum hoc gignit etiam duplicem sententiam. Prior est: 'Nos spiritu ex fide spem iusticiae nostrae expectamus',

*14/15* Nos *bis* prosit] Nos hoc modo non quaerimus iusticiam, ne Christus fiat nobis ociosus *CDE* *15* ne *bis* a Christo *fehlt CDE* *16* 'expectamus *bis* fide'] 'expectamus spiritu ex fide spem iusticiae'. *CDE* *20/21* Consideranda *bis* etc.] Cum dicit: 'Nos spiritu ex fide' etc., consideranda est Antithesis in vocabulo Spiritus *CDE* *22* volumus] quaerimus *CDE* *23* Phanaticus spiritus *CDE* Sectarii] haeretici *CDE*

Hs] 1. pro re sperata i. e. expect⌊amus in fide rem iustitiae nostrae i. e. iustitiam speratam, et proprius sensus 1.: sicut nondum sumus iustificati, et tamen sumus iustificati, sed iustitia nostra pendet adhuc in spe. Donec enim vivimus
Röm. 7, 23 in carne, hec manent: 'leges peccati' etc.; illis instantibus nobis manet ibi locus spei, quod iustitia non est, ut debet, exp⌊ectamus autem per primitias spiritus. accep⌊imus primitias, sed speramus, ut perfecte. Sic iustitia nostra non in re, sed spe.

Das iſt Cons⌊olatio max⌊ima, qua consolamur pusil⌊lam conscientiam, quae sentit suum p⌊eccatum et pavefit et pallet ad quod⌊libet telum ignitum. In hoc neg⌊otio, ut scimus exper⌊ti, ibi sensus merus p⌊eccati dominatur, irae dei, mortis, infer⌊ni et omnium pavorum. Ibi dicere debet, qui sic

5 *über* exp⌊ectamus *steht* speramus   7 spe   8 ₵ Das[1]

[1]) *Der Setzermarke entsprechend der Abschnitt im Druck Z. 22.*

Dr] id est, iusticiam speratam, quae certo revelanda est suo tempore. Altera: Nos spiritu ex fide expectamus spe et desiderio iusticiam, Hoc est, sumus iustificati, et tamen nondum sumus iustificati, quia iusticia nostra pendet
Röm. 8, 24 adhuc in spe, Ro. 8.: 'Spe salvi facti sumus'. Donec enim vivimus, haeret
Röm. 7, 23 adhuc peccatum in carne nostra, 'manet lex in carne et membris, repugnans legi mentis nostrae et captivans nos in obsequium peccati'. Illis affectibus carnis furentibus ac nobis Spiritu reluctantibus manet ibi locus speratae iusticiae. Incepimus quidem iustificari fide, qua et primitias Spiritus accepimus, et mortificatio carnis coepta est, sed nondum perfecte iusti sumus. Reliquum est, ut perfecte iustificemur, hocque speramus. Sic iustitia nostra nondum est in re, sed adhuc in spe.

Haec gravissima et suavissima est consolatio, qua afflictae et turbatae
Eph. 6, 16 mentes sentientes peccatum et pavefactae ad quodlibet 'ignitum diaboli telum' mirabiliter erigi possunt. In illo enim certamine conscientiae, ut experientia docti scimus, fortiter dominatur sensus peccati, irae Dei, mortis, inferni et omnium pavorum. Ibi tum dicendum est tentato: Tu, frater, vis habere iusticiam sensitivam, hoc est, cupis ita sentire iusticiam, ut peccatum sentis; hoc non fiet. Sed tua iusticia debet transcendere sensum peccati et sperare te coram Deo iustum esse. Hoc est, tua iusticia non est visibilis, non est sensibilis, sed speratur suo tempore revelanda. Ideo non debes iudicare secundum sensum peccati, quod perterrefacit et perturbat te, sed secundum promissionem et doctrinam fidei, qua promittitur tibi Christus, qui est perfecta et aeterna iusticia [Bg. P] tua. Sic spes mea in affectu sperante in mediis pavoribus et sensu peccati provocatur et erigitur fide, ut speret me

14 iustificati *(1.)*] iusti *CDE*   tamen *bis* pendet] tamen iusticia nostra nondum revelata est, sed pendet *CDE*   16 adhuc *fehlt CDE*   18/19 speratae iusticiae] spei *CDE*   32 perturbat] conturbat *CDE*

Hs] pavefit: Tu vis iustitiam habere sensitivam, Ut sentis peccatum etc. hoc non fit, tua iustitia debet transscendere hoc peccatum et sperare te iustum, i. e. tua iustitia est invisibilis. Ideo tibi cogitandum non secundum sensum peccati, quod sentis, sed sensum fidei, quae dictat te habere Christum in celis. Sic est spes in sperante affectu, — altera in re sperata, — quia in mediis tent⌊ationibus provocor, fide solicita, sperare me beatum; [Bl. 122b] Deinde res sperata, quod spero, quod futurum, das wird komen suo tempore.

Utrumque verum, sed max⌊ima consol⌊atio, si de affectu sperante intelligis, quando pugnas cum diab⌊olo et inflor per spem, quod iustitiam etc. Sic cepi esse iustus et spe consolor contra peccatum etc. hoc intelligitur in re et usu.

[1]Quomodo differunt fid⌊es et spes, — in qua re valde suda⌊verunt. Et differentia, quam difficil⌊lime nos differamus! Sie konen nicht von einander komen, fides sine spe non potest esse, ut si fortitudo sine prudentia, est temeritas; sic necesse se respiciunt ut duo cherub⌊im, et tamen sunt diffe- 2. Moſe 25, 20
rentes. Crasse a finib⌊us, offi⌊ciis et contrariis wolt ichs nhemen. Fidei est

1 sensitivam] se⁻tiaꝫ   5 in (2.) o   *zu 13 bei* Sie *ist durch Strich ein Absatz markiert*   16 *über* a finib⌊us *bis* nhemen *steht* s⌊cilicet differentiam

[1]) *Von hier bis S. 31, 14 liegt wieder ein Stück Präparation Luthers vor, vgl. Unsre Ausg. Bd. 40¹, 21, 15ff. Danach ist die Schlußbemerkung in Anm. 4 dort zu korrigieren.*

Dr] esse iustum. Deinde spes, pro re sperata, hoc, quod nondum videt, sperat perficiendum esse et revelandum suo tempore.

Utraque sententia bona est, sed prior de affectu sperante uberiorem affert consolationem. Iusticia enim mea nondum est perfecta neque sensibilis, ideo tamen non despero, sed fides monstrat mihi Christum, quo confido; hoc fide apprehenso luctor cum ignitis telis diaboli et animor per spem contra sensum peccati, statuens perfectam iusticiam mihi paratam in coelo. Sic utrumque verum est, quod hic iustus sum iusticia incipiente et in ea spe erigor contra peccatum et expecto consumationem perfectae insticiae in coelo. Haec tum recte intelliguntur, cum ad usum transferuntur.

Hic quaestio oritur, quid intersit inter fidem et spem. Hac in re valde sudaverunt Sophistae, sed nihil certi ostendere potuerunt. Nobis, qui tamen diligentissime versamur in sacris literis et longe maiori (absit verbo invidia) spiritu et intelligentia eas tractamus, difficile est aliquod discrimen invenire. Tantam enim cognationem inter se habent fides et spes, ut haec ab illa divelli non possit. Et tamen aliquod discrimen inter ipsas est, quod ab officiis, contrariis et finibus ipsarum sumendum est.

*26/27* transferuntur. Quod sit discrimen inter fidem et spem. *[als Überschrift]* Hic *CDE*

Hs] proprie docere et pertinet ad doct⌊rinam et comprehenditur in 1. genere, quod dicitur doct⌊rina, fides est quasi dial⌊ectica et pertinet ad doct⌊rinam, et spes a Reth⌊orica; et fidei off⌊icium discernere, indicare de dog⌊matibus, distinguit inter hereses et orth⌊odoxam doct⌊rinam, spes luctatur cum af⌊fectibus, tribulationib⌊us, crucib⌊us. Ideo fides docet adherere veritati, obiectum est veritas et Christus, et dirigit intel⌊lectum. Sicut f⌊ides est iudex contra errores pro veritate, Sic spes est contra trib⌊ulationes, mala et versatur in gaudio, animositate. Sed reipsa non possunt separari, f⌊ides sine spe non erit, Nisi quod resp⌊ondeat promissis fides, fides habet obiectum rerum, Spes res sperandas. Si credo in Christum et verwag mich t⌊oto corde, ut sus-

*zu 1* Fides *r* *zu 3* Spes *r* *3/4* indicare *bis* doct⌊rinam *unterstrichen*[1] *4* luctatur] luctato *7/8* Sic *bis* animositate *unterstrichen*[1] *9* promissa

[1]) *Vgl. die Gegenüberstellung im Druck Z. 16 bis 21.*

Dr] Differunt ergo fides et spes primum subiecto, quia fides est in intellectu, spes in voluntate. Re tamen separari non possunt, sicut duo Cherubim Propiciatorii. Deinde officio, quia fides dictat et dirigit intellectum, non tamen sine voluntate, ac docet, quid credendum sit. Est igitur fides doctrina seu noticia. Spes exhortatio est, quia excitat animum, ut sit fortis et erectus, ut audeat, ferat, perduret in malis ac in illis expectet meliora. Item fides est Doctor et iudex, pugnans contra errores et Haereses et iudicans spiritus et doctrinas. Contra spes dux belli est, luctans cum affectibus, quales sunt tribulatio, crux, impatientia, tristicia, pusillanimitas, desperatio, blasphemia, et versatur in gaudio, fortitudine animi etc. contra superiores malos illos affectus. Postremo differunt etiam obiecto: Fides habet obiectum veritatem, cui certo et firmiter docet adhaerendum esse, et intuetur in verbum rei vel promissionem. Spes habet obiectum bonitatem, et intuetur in rem verbi, hoc est, in rem promissam seu in res sperandas, quas fides dictavit suscipiendas.

*11/25* Differunt *bis* suscipiendas] I. Differunt subiecto, quia fides est in intellectu, spes in voluntate. Re tamen separari non possunt, respiciunt enim se mutuo ut duo cherubim Propiciatorii. — II. Officio, quia fides dictat, dirigit et docet, estque notitia. Spes exhortatio est, quia excitat animum, ut sit fortis et erectus, ut audeat, ferat, perduret in malis, ac in illis expectet meliora. — III. Obiecto, quia fides habet obiectum veritatem, cui certo et firmiter docet adhaerendum esse, et intuetur in verbum rei seu promissiones rerum. Spes habet obiectum bonitatem et intuetur in rem verbi, hoc est, in rem promissam seu in res sperandas, quas fides dictavit suscipiendas. — IV. Ordine, quia fides est ante omnem tribu-
Hebr. 11, 1ff. Röm. 5, 3f. lationem, initium vitae, Ebrae. 11.; spes posterior, ex tribulationibus parta, Rom. 5. — V. A contrariis, quia fides doctor et iudex est, pugnans contra errores et haereses, iudicans spiritus et doctrinas. Spes imperator seu dux belli est, pugnans contra tribulationem, crucem, impatientiam, tristitiam, pusillanimitatem, desperationem, blasphemiam. et exspectat bona sub malis. *CDE*

Hs] cip⌊iam, quod tamen sine vol⌊untate non fit, ibi sum iustus hac sententia. Ubi hoc fit, venit diab⌊olus et conatur exting⌊uere doct⌊rinam et vi opprimere; ibi spes appre⌊hendit rem in fide comprae⌊hensam. Ubi vicerit spes, letatur in gaud⌊io s⌊piritus s⌊ancti. Sic disting⌊uas. 'Exp⌊ectamus': Das iſt proprie voluntatis, esse animosum, ut in Pol⌊itia virtus prudens et fortis; sed talem fortitudinem habere sine intel⌊lectu dirigente est temeritas, oportet habere bene informatum animum; si hoc, tum spes sperat, ut fides docuit. [Bl. 123a] Sic traho fidem ad dial⌊ecticam, spem ad Reth⌊oricam, quae amplificat rem ad Exhort⌊ationem et persuas⌊ionem, ut non recedat a spe concepta et reth⌊orica et d⌊ialectica non weit voneinander: Si rethor non habet dia⌊lecticam, tum est weſſcher, Si simplex dia⌊lecticus, nihil monet. Sed Rethor habens dia⌊lecticam, der kans treiben, das¹ lebt. Sic distinctio spei et fidei quam pruden⌊tiae et fort⌊itudinis moraliter, Sed tradunt sibi mutuas operas.

1 sententia] *oder* noticia    5 virtz    8 *über* dial⌊ecticam *steht* subiectivam, in qua [*geschrieben* q°] concipiat ideam credendorum spem] *geschrieben ist* fide [*Schreibflüchtigkeit*]

¹) = *daß es.*

Dr] Quando igitur fide in verbum Dei edoctus apprehendo Christum et tota fiducia cordis (quod tamen sine voluntate fieri non potest) credo in eum, hac noticia iustus sum. Sic fide seu hac noticia me iustificato statim venit diabolus et nititur extinguere fidem Dolis, mendacio, erroribus et haeresibus, Vi, tyrannide et caedibus. Ibi spes luctans apprehendit rem fide dictatam, fit animosa et vincit diabolum impugnantem fidem, quo victo sequitur pax et gaudium in Spiritusancto. Re ipsa igitur fides et spes vix discerni possunt, et tamen est aliquod discrimen inter ipsas. Hoc ut facilius agnosci possit, declarabo rem similitudine.

In Politia differunt prudentia et fortitudo, est enim aliud prudentia, aliud fortitudo, et tamen ita cohaerent, ut facile separari non possint. Est autem fortitudo constantia animi, quae in adversis non desperat, sed fortiter perdurat et expectat meliora. Nisi autem fortitudo dirigatur prudentia, temeritas est, Et vicissim, nisi ad prudentiam accesserit fortitudo, prudentia inutilis est. Sicut igitur in Politia prudentia sine fortitudine vana est, ita fides in Theologia sine spe nihil est, quia spes fert et perdurat in malis ac vincit ea. Et vicissim, sicut fortitudo sine prudentia temeritas est, ita spes sine fide praesumptio in Spiritu et tentatio Dei est, caret enim noticia veritatis vel Christi, quam fides docet, ideo caeca et temeraria fortitudo est.

*17* diabolus, mendacii pater, et *CDE*    Dolis, hoc est, mendacio *CDE*    *18* Vi *bis* caedibus] Deinde, quia homicida est, conatur eam etiam vi opprimere *CDE*    *23/24* est *bis* possint] tamen ita coniunctae sunt hae virtutes, ut facile divelli non possint *CDE*    *27/28* prudentia vana et inutilis *CDE*

Hs] Röm. 8, 17 ff. Ro. 8. habes clare, ubi ponit spem in trib⌊ulatione. Fides concipitur simpliciter docendo, ubi instruitur animus, quid veritas; spes concipitur exhort⌊ando. Sed nisi fides luceret voluntati, non possem voluntati persuadere spem. Nos hab⌊emus f⌊idem, qua docemur, erud⌊imur, sapimus, appre⌊hendimus Christum, manemus in eius g⌊ratia. Sic credentes hab⌊emus hostes mundum, c⌊arnem, diab⌊olum, vexabimur, quia in spiritu sumus ex fid⌊e. Ideo sic iustificati in fide et spiritu, 'Exp⌊ectamus', i. e. toleramus ista mala et animose erigimur vol⌊untate per istam f⌊idem docentem vol⌊untatem, donec

1 ℭ Ro. 8.[1]

[1]) *Der Setzermarke entsprechend der Abschnitt im Druck Z. 25.*

Dr] Quare primum omnium pius habere debet rectam opinionem et intellectum fide informatum, secundum quem in afflictionibus regatur animus, ut speret in malis optima, quae fides dictavit et docuit.

Fides igitur est Dialectica, quae concipit ideam omnium credendorum, Spes Rhetorica, quae amplificat, urget, persuadet et exhortatur ad constantiam, ne fides in tentatione succumbat, sed retineat verbum et firmiter illi adhaereat. Sicut autem Dialectica et Rhetorica distinctae artes sunt et tamen adeo inter se cognatae sunt, ut altera ab altera separari non possit, Quia Rhetor sine Dialectica nihil firmi docere potest, Et econtra Dialecticus sine Rhetorica non afficit auditores, Qui vero utramque coniungit, is docet et persuadet, Ita fides et spes distincti affectus sunt, fides enim aliud est quam spes et spes aliud quam fides, et tamen propter magnam cognationem, quam habent inter se, divelli non possunt. Ut igitur Dialectica et Rhetorica mutuas sibi invicem operas tradunt, ita fides et spes. Est igitur ea distinctio fidei et spei in Theologia, quae est intellectus et voluntatis in Philosophia, Prudentiae et Fortitudinis in Politia, Dialectices et Rhetorices in sermone.

Summa, Fides, cum instruitur animus, quid veritas sit, concipitur docendo, Spes exhortando, quia exhortatione excitatur spes in afflictionibus, quae confortat iam fide iustificatum, ne cedat malis, sed contra audentior eat.[1] Sed nisi facula fidei luceret voluntati, non posset spes persuaderi voluntati. Habemus igitur fidem, qua docemur, sapimus, intelligimus coelestem sapientiam, apprehendimus Christum et manemus in ipsius gratia. Adhaerentibus nobis Christo fide et eum confitentibus, statim insurgunt contra nos hostes mundus, caro, diabolus, odientes et persequentes nos acerrime in

13 exhortatur et persuadet *CDE* 16 sunt *fehlt CDE* 18 Qui *bis* is] utramque vero coniungens *CDE* 25/26 Fides *bis* docendo] Fides docendo concipitur, ibi enim instruitur animus, quid veritas sit, *CDE* 26 Spes autem exhortando *CDE* 28/29 spes *bis* voluntati] ei persuaderi spes. *CDE*

[1]) *Verg. Aen. 6, 95; vgl. Unsre Ausg. Bd. 20, 126, 4.*

Hs] reveletur iustitia nostra, quam cred⌊imus et speramus. Fide incepimus, spe
perduramus, revela⌊tione totum habebimus. Propter credere patimur, patiendo
animose erigimur, exhortatur nos scrip⌊tura cum promis⌊sionibus, quas docuit
fides, et sic nascitur in nobis spes, Ut in Ro.: 'Ut per patientiam'. Fides Röm. 15, 4
incipit sine trib⌊ulatione, audio doceri Christum sine trib⌊ulatione et cruce,
sed kompt bald drauff. Veniente Cruc⌊e exhortandus animus ad fortitudinem
spi⌊ritualem et The⌊ologicam, quae posita in ferendo, Ut 15. Ro. 'Fides'
credendo, 'spes' def⌊endendo se ab er⌊roribus et heres⌊ibus, ferendo pess⌊ima
mala spiritualia et corp⌊oralia; 'Ch⌊aritas' faciendo omnia bona et mala.[1] et 1 Kor. 13, 13
sic homo integer et perfectus etc.

---

*zu 4 ff.* Ordine *r* [2]    *7/8* Fides spes credendo *[mit Strich zu* Fides *gezogen]* def⌊endendo

[1]) *Sinngemäß zu ergänzen* evitando.    [2]) *Vgl. im Druck der 2. Auflage oben S. 26 zu 11/25 Nr. IV. Hier unten im Druck zu Z. 29 wird auf jene vorweggenommene Stelle verwiesen mit den Worten:* ut et supra monuimus.

Dr] corpore et spiritu. Ideo sic credentes, iustificati Spiritu ex fide, expectamus
spem iusticiae nostrae. Expectamus autem per patientiam, quia omnino
contrarium sentimus et videmus. Mundus enim cum suo principe Diabolo
foris et intus nos omni genere malorum impugnat. Deinde haeret adhuc in
nobis peccatum, quod subinde contristat nos. In his tamen omnibus non
defatigamur nec deficimus, sed fortiter erigimus voluntatem fide, quae illuminat, docet et regit voluntatem, Atque ita constantes permanemus et superamus
omnia mala per eum, qui dilexit nos, donec reveletur iusticia nostra, quam
credimus et speramus.

Fide ergo incepimus, spe perduramus, revelatione totum habebimus.
Interim dum vivimus, quia credimus, docemus verbum et propagamus cognitionem Christi in alios, Docentes autem persecutionem patimur (Iuxta illud:
'Credidi, ideo locutus sum, Ego autem humiliatus sum nimis'), patientes Pf. 116, 10
fortiter erigimur spe, exhortante nos Scriptura suavissimis et consolatione
plenissimis promissionibus, quas fides docuit. Atque ita nascitur et crescit
in nobis spes, Roma. 15.: 'Ut per patientiam et consolationem Scripturarum Röm. 15, 4
spem habeamus'.

Ideoque non sine caussa coniungit Paulus cum spe patientiam et tribu-
lationes, Rom. 5. 8. et alibi, illis enim excitatur spes. Contra fides prior est Röm. 5, 3 f. Röm. 8, 17 ff.
spe, est enim initium vitae, et incipit ante omnem tribulationem, Discit
enim et apprehendit Christum sine cruce. Cognitionem tamen Christi statim

---

22 Docentes autem] Hoc facientes *CDE*    *28* Ideoque] Ideo *CDE*    *28/29* cum spe *bis* tribulationes] patientiam in tribulationibus cum spe *CDE*    *29* Contra fides, ut et supra monuimus, prior *CDE*

Hs] Pro doct⌊rina servit iste locus, quod non Cir⌊cumcisione iustif⌊icamur sed solo Christo. Q⌊uidquid in nobis praeter hoc, sive opus, pass⌊io, vol⌊untas, sunt carnalia. In Christo fiunt omnia spiritualia. Erg⌊o observatio l⌊egis est caro. Nos vero ultra Circumcisionem versamur in spiritu, credimus. Consolatio est hec, ut tempore trib⌊ulationis sic te iustum[1], ut plus sentias de.[2] [Bl. 123b] Sensus peccati perturbat te, non solum reluct⌊antem sed captivantem se⌊ntis, i. e. tu aliud nihil sentis quam te absorptum in p⌊eccato; sed revera non est, sed meus sensus indicat ita. Ibi disce et

*6 über* Sensus peccati *steht* est fortis⌊simus   *7* aliud *c aus* alius

[1]) *Erg.* sentias.   [2]) *Erg.* deo.

Dr] sequitur crux et pugna. Ibi tum exhortandus est animus ad fortitudinem Spiritus (Spes enim nihil aliud est, quam fortitudo Theologica, ut e contra fides est sapientia seu prudentia Theologica), quae sita est in ferendo, Iuxta
Röm. 15, 4 illud: 'Ut per patientiam' etc. Manent ergo tria illa, Fides docet veritatem ac defendit ab erroribus et Haeresibus, Spes fert et vincit omnia mala cor-
5, 6 poralia et spiritualia, Caritas, ut in textu sequitur, facit omnia bona. Sic homo intus et foris integer et perfectus est in hac vita, donec reveletur iusticia, quam expectat, ea erit consummata et aeterna.

Porro hic locus gravissimam et doctrinam et consolationem continet. Doctrina est, quod non per opera, ritus, sacrificia et totum illum cultum Mosaicae legis, multo minus per opera et traditiones humanas iustificemur, sed per solum Christum. Quicquid praeter hunc in nobis est, sive sit intellectus, voluntas, sive actio, passio etc., caro, non spiritus est. Quicquid igitur mundus habet optimum et sanctissimum extra Christum, peccatum, error et caro est. Itaque circuncisio, observatio legis, item opera, religiones, vota Monachorum et omnium iusticiariorum carnalia sunt. Nos vero, inquit Paulus, longe supra ista omnia versamur in Spiritu, quia per fidem tenemus Christum et in tribulatione expectamus spe eam iusticiam, quam fide iam possidemus.

Consolatio haec est, ut in seriis pavoribus (in quibus adeo magnus et fortis est sensus peccati, tristiciae, desperationis etc., penetrant enim et occupant omnes angulos cordis) non sequaris sensum tuum, alioqui dices: Sentio vehementes terrores legis et tyrannidem peccati non solum rebellantis mihi, sed omnino captivantis me, non ullam consolationem aut iusticiam sentio, ergo peccator, non iustus sum, Si peccator, ergo reus aeternae mortis. Sed contra hunc sensum nitere et dic: Etiamsi sentiam me prorsus oppressum

*11* sapientia seu *fehlt CDE*   *20/21* sive *bis* etc.] sive sit lex, opus, passio, sive intellectus, voluntas etc. *CDE*   *21* caro est, non spiritus. *CDE*   *30* omnes angulos] omnia interiora *CDE*   *32* non ullam] nullam *CDE*

Hs] exp⌊ecta tuum Christum et tenta, quantum de Christo. Etiamsi captivas me et nihil sentiam quam p⌊eccatum, mortem, tamen credo in I⌊esum Ch⌊ristum, et sic sum iustificatus spiritu et in istis malis exp⌊ecto iusticiam, quam iam habeo inceptam, revelandam. sic consolari te potes: habeo iustitiam, quod deus r⌊emittit mihi peccatum; etsi tenuiter sentio, tamen appre⌊hendo Christum in ista promis⌊sione; et illa scintilla erit fornax et elementaris ignis, sed prae sensu p⌊eccati non potes estimare mag⌊nitudines istas spei et fidei. Luctare ideo; si senseris te cap⌊tum, noli credere. Etiam aversus, Christus non est aversus et deus etc. Et sic persuade tibi promis⌊sionem Christi. quod hab⌊es iust⌊itiam, hoc est tibi credendum. Das heiſt consolari per spem etc. Das ſey der text, qui clare docet opera non iustificare nec consolari; sed hoc facit spiritus in fide Christi, qui dat spem etc. Es iſt gar ein gering ding, fides et spes. ap⌊paret 'linum', quod iam ventus; et tamen Jeſ. 42, 3
manente verbo non conteritur.

'In Christo enim Iesu operosi'[1]: Iam venit 3. virtus. f⌊idem et spem 5, 6
hab⌊emus, quae faciunt animum recht. Nu ſol operosus foris in memb⌊ris et officiosus.

---

3 sic] c *[so die übliche Abkürzung Rörers dafür]* 4 *über* inceptam *steht* fide revelandam *mit Strich zu* iusticiam *Z. 3 gezogen* 9 sic] c 11 iustificari 13 quod] q̃ *[=* quam; *Schreibflüchtigkeit]* 16 animum *über* (fidem) *zu 16 hinter* recht *ist* veritatem et vol⌊untatem *vom Rande eingewiesen*

[1]) *Von hier bis S. 39, 2 wirkt die Handschrift gar nicht auf den Druck. Vgl. hierzu weiter S. 34 Anm. 1.*

Dr] et absorptum peccato et iudicem Deum aversum et iratum, tamen re ipsa hoc non est verum, nisi quia sensus meus ita iudicat. Verbum Dei, quod in istis pavoribus sequi debeo, non sensum meum, longe diversum docet, 'Deum' scilicet 'prope adesse iis, qui tribulato corde sunt, et humiles spiritu Pſ. 34, 19
salvare', Item, 'non despicere eum cor contritum et humiliatum'. Deinde Pſ. 51, 19
Paulus hic docet iustificatos Spiritu ex fide spem iusticiae nondum sentire, sed expectare adhuc.

Quare cum lex accusat et peccatum perterrefacit te et nihil sentis quam iram et iudicium Dei, ne ideo despera, sed arripe armaturam Dei, 'scutum fidei, galeam spei et gladium Spiritus', et experire, quam bonus et Eph. 6, 16 f.
fortis sis bellator. Fide apprehende Christum, Dominum legis et peccati et omnium, quae illa comitari solent. In hunc credens iustificatus es (Id quod ratio et sensus cordis tui tibi tentato non dicit, sed verbum Dei), Deinde in istis pugnis et terroribus, qui subinde redeunt et exercent te, per spem patienter expecta iusticiam, quam modo fide habes, sed tantum inceptam et

---

18 iudicem] cor dictet *CDE* 21 sunt corde *CDE* 26 desperes *CDE* arripias *CDE* 32 modo] nunc *CDE*

Hs] 'In Christo Neq⌊ue': mirabilis sententia. Cum ista 2 sint contraria, deb⌊emus sic d⌊icere: Aut praepucium prodest aut Circumcisio, quia sunt contraria. Sed ipsi[1] mentiunt: iustif⌊icare[2]; altius est nobis eundum, quam fit C⌊ircumcisione aut praeputio. Sunt contraria inter se, sed non cum iustitia. Non est terrena sed cel⌊estis. ergo sive Circumcidaris sive non[3], q⌊uamquam ibi g⌊entes et Iud⌊aei dimicent usque ad sang⌊uinem de suis Iust⌊iciis, Ut nobiscum iam pug⌊nant de esu carnis et die⌊bus fest⌊is. Quidam ex nostris, quidam putant p⌊eccatum mortale, si non deb⌊eant uti libertate nostra.[4] Item ſol dem Pabſt einreumen[5], quid esset p⌊eccatum mortale. Isti etiam stulti, Christianus hic[6]: Nos habemus res superiores. Neque arg⌊entum nec aurum hic valet, quia in Christus est maius. [Bl. 124a] Sic nec
1. Kor. 8, 8 bibere, ieiunare facit aliquid ad rem. P⌊aulus: 'nihilo meliores, si non edimus'; istae res viliores, quam quod debeant trahi in locum iustif⌊icationis. Q⌊uidquid est, mundus, vilior quam ut in hunc locum iustif⌊icationis. Nos aliter eruditi: q⌊uidquid non est Christus, dicimus nihil ad iustificationem coram

5 non *fehlt* 11 aurum] a—ros 12 *über* nihilo *steht* 'sive edamus' 14 quam o 15 *über* ad *steht* iusticiam

[1]) *Nämlich* Sophistae. [2]) *Erg.* Circumcisionem. [3]) *Erg.* nihil est. [4]) *Der Satz blickt wohl zurück auf jene Wittenberger Stürmereien während Luthers Wartburgaufenthalt: man müsse den Abendmahlskelch mit der Hand anfassen usw.* [5]) *Erg.* zu entſcheiden. [6]) *Erg.* dicat.

Dr] imperfectam, donec ea suo tempore reveletur perfecta et aeterna. At non sentio me habere iusticiam, aut saltem tenuiter sentio! Non sentire, sed credere debes te iusticiam habere, Et nisi credideris te esse iustum, insigni contumelia et blasphemia afficis Christum, qui te mundavit Lavacro aquae per verbum, qui denique mortuus in cruce peccatum et mortem condemnavit et occidit, ut per ipsum consequereris aeternam iusticiam et vitam. Ista negare non potes (nisi velis esse palam impius et blasphemus et prorsus contemnere Deum, omnia promissa divina, Christum et omnia ipsius beneficia), ideo neque te iustum esse negare potes.

Discamus igitur in magnis et horribilibus terroribus, ubi conscientia nihil sentit praeter peccatum et iudicat Deum esse iratum et Christum aversum, non esse consulendum cordis nostri sensum, sed verbum Dei consulendum esse, quod dicit Deum non irasci, sed respicere ad afflictos, contritos spiritu et trementes sermonem ipsius, Christum non avertere se a laborantibus et oneratis, sed eos refocillare etc. Docet igitur hic locus clare legem et opera non afferre iusticiam et consolationem, sed hoc ipsum facere Spiritum in fide Christi, qui excitat spem in ipsis pavoribus et tribulationibus, quae fert

29 trementes ad sermonem *CDE*

Hs] deo. Quid leges divinae, cere⌊moniae ec⌊clesiasticae? las ghen. nihil[1] edere ad hanc iustitiam. Vis edere? bene. Qui res extra Christum positas vocant in disputationem iustificandi[2] —: Sed heiſt: Extra Christum, sive Circumcisio. Quando[3] accipit Circumcisionem, totam legem.[4] Si praepucium 5, 3 gentes[5], cum omnibus suis leg⌊ibus, sapientiis, Regnis.[6] q⌊uidquid possunt intel⌊ligere sap⌊ientiae, volunt omnib⌊us viribus[7]; Iudei cum sua Cir⌊cumcisione, Mo⌊saicis legib⌊us, Regib⌊us. Capiuntur partes pro toto. 'In Christo' etc.: non disputandum de l⌊egibus gentilibus vel Iud⌊aicis, nec an ista lex vel alia iustificet. Sed ite cum legib⌊us in locum suum, ad tribunalia: Iudicent de personis, agris, pec⌊unia. Cere⌊moniae vadant in templum, accendens cereolam; Item festi dies. Das heiſſen leges, quas vel⌊int servare, si valent ad concordiam, tranq⌊uillitatem. Si vero volunt non facere[8], discordemus, prius abrogemus etc. Das iſt ſ⌊einer text: q⌊uidquid in g⌊entibus et Iu⌊daeis est, reiicit, ut statuat unicum: quod in Christo. q⌊uidquid non est[9]; — in[10] Christo appre⌊hendimus, est iustitia sola. Interim patiatur et exer⌊cet spem et ch⌊aritatem; fides non est in legibus g⌊entium nec Iud⌊aeorum, sed in Christo. Ideo

6 viribus] viris  8 gentilibus] gentilium *[Schreibfehler]*  9 tribunalia] trib—a
12 discordemus] discordēo *[Schreibfehler]*  14 est *mit Strich zu* reiicit *gezogen*

1) *Erg.* valet. 2) *Erg.* errant. 3) *Erg.* quis. 4) *Erg.* servare debet. 5) *Erg.* servant. 6) *Erg.* servare volunt. 7) *Erg.* facere ad iustitiam. 8) *Erg.* ad hunc finem. 9) *Erg.* in Christo, reiicimus. 10) *Erg. als Objekt zu* apprehendimus *wieder ein* quidquid.

Dr] et vincit mala. Perpauci norunt, quam imbecillis et exigua sit fides et spes in cruce et lucta, apparet enim tum esse 'linum fumigans', quod iam iam Jeſ. 42, 3 extincturus sit fortis ventus. Sed credentes in illis pugnis et terroribus contra spem in spem, hoc est, pugnantes fide in promissionem Christi contra sensum peccati et irae Dei, experiuntur postea istam scintillam fidei perexiguam, ut apparet rationi, quia eam vix sentit, fore velut elementarem ignem, qui implet totum coelum et absorbet omnes terrores et peccata.

Vere pii in toto orbe terrarum nihil charius et preciosius habent hac doctrina, quia tenentes eam hoc noverunt, quod totus mundus ignorat, nempe peccatum et mortem et alias calamitates ac mala corporalia et spiritualia electis cedere in bonum. Item noverunt Deum tum proxime adesse, cum longissime apparet abesse, Tum maxime esse misericordem et Salvatorem, cum videtur maxime irasci, affligere et perdere. Noverunt tum se habere iusticiam aeternam, quam ut certissimam possessionem spe expectant, repositam in coelis, cum maxime sentiunt terrores peccati et mortis, Tum se esse dominos omnium, cum omnium sunt egentissimi, Iuxta illud: 'Nihil habentes, 2. Kor. 6, 10 omnia possidentes'. Hoc vocat Scriptura consolationem concipere per spem. Sed illa ars sine crebris et magnis tentationibus non discitur.

Hs] Papa fuit dib⌊olus, quod coegit fidem nostram applicare suis legib⌊us. Ibi ponenda tantum membrorum dil⌊ectio.

¹Istum textum etiam arrip⌊iunt Sop⌊histae et extinguunt fidem: Vides, quod f⌊ides non iustif⌊icat, quia P⌊aulus dicit: 'fides valet', quomodo? 'per ch⌊aritatem operantem', — et dant sic operib⌊us in charitate factis iustitiam et adimunt eam fidei. Et putant P⌊aulum addidisse per modum ademptionis etc. Sed P⌊aulus v⌊ult describ⌊ere veram f⌊idem contra hypoc⌊risin.

---

2 *über* dil⌊ectio *steht* obedientia    *zu* 3 Sophista r    *zu* 4/5 *steht* 'per ch⌊aritatem' dicit, non per superstitiosa opera *am unteren Rande der Seite*    5 charitate *über* ⟨veritate⟩

¹) *Für das von hier bis S. 39, 2 reichende Stück seiner Nachschrift setzte Rörer eine entsprechende Ausarbeitung, die ihm von Luthers eigener Hand zugekommen war (vgl. Einleitung in Unsrer Ausg. Bd. 40¹, 4 Abschnitt c), ein, für die wieder noch eine Art Vorarbeit ebenfalls von Luthers Hand auf uns gekommen ist (vgl. Einleitung a. a. O. Abschnitt d, abgedruckt in Bd. 40¹, 22f.). Wir geben hier unten zunächst jene Bd. 40¹, 4 Abschnitt c beschriebene Ausarbeitung Luthers in Form von Varianten zum Druck wieder und darunter dann den auf sie aufgebauten Text des gedruckten Kommentars. — Als Präparation Luthers zu der oben von Rörer nachgeschriebenen Vorlesung kommt vielleicht das Bd. 40¹, 19 Abgedruckte in Betracht. Die Reihenfolge all dieser Aufzeichnungen war also: 1. Luthers Präparation (Bd. 40¹, 19). 2. Die hier oben wiedergegebene Vorlesung selbst. 3. Luthers Vorarbeit zu einer besonderen Ausarbeitung dieses Stückes (Bd. 40¹, 22f.) 4. Diese Ausarbeitung, die hier unten gegeben wird. 5. Der von Rörer darauf aufgebaute Text des Kommentars (gleichfalls hier unten).*

*Besondere handschriftliche Ausarbeitung Luthers zu dieser Stelle, von uns als Varianten zu dem hier unten gegebenen Text des Kommentars gedruckt (vgl. hier oben Anm. 1). Diese Korrekturen sind, wie das ganze Stück, von Luthers eigener Hand; wo Rörer etwas dazu schreibt, vermerken wir das ausdrücklich.*

*Bos. q. 24ᵘ Bl. 253ᵃ.*    *8/9 über* Nam *bis* praeputium *steht* text⌊us *von Rörers Hand*    'Nam in Christo Iesu' etc. *e in* ⟨etc.⟩ neq⌊ue *usw. bis* efficax *von Rörers Hand*    *9 vor* Sed *steht* 13 *rot als Setzerzeichen*    *12* divinitus ⟨posse⟩    *18* habere *über* ⟨videri⟩.

Dr] 5, 6 Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet neque praeputium, Sed Fides per Charitatem efficax.

Hunc locum Sophistae trahunt ad suam sententiam, qua docent nos Charitate seu operibus iustificari. Dicunt enim Fidem, etiamsi sit infusa divinitus (de acquisita taceo), non iustificare, nisi sit informata per Charitatem, Quia Charitatem vocant Gratiam gratum facientem, hoc est, iustificantem (ut nostro verbo, seu Pauli potius, loquar), Charitatem deinde acquiri nostro merito congrui etc. Quin hoc affirmant, Fidem etiam infusam stare posse cum peccato mortali. Adeo in totum transferunt iustificationem a fide et soli tribuunt (hac ratione) Charitati. Atque hoc volunt hoc loco per Sanctum Paulum demonstratum habere: 'Fides, quae per Charitatem operatur', Quasi Paulus velit dicere: Ecce, fides non iustificat, imo nihil est, nisi accedat operatrix Charitas, quae fidem informet.

Hs] Hoc observa propter ipsorum perfid⌊iam et pervers⌊ionem. Ipsi nihil sciunt de fide, ideo coguntur phantizari: Ecce, 'fides est operosa', ergo f⌊ides sine ch⌊aritate nihil facit. Hoc est prorsus exting⌊uere fidem. [Bl. 124$^{b}$] Ipsi d⌊icunt, quod f⌊ides infusa stat in p⌊eccato mort⌊ali[1], et nisi accesserit ch⌊aritas tanquam forma, fides est tabul⌊a. Quid tum neces⌊se disp⌊utare de Christo, quem semper anzihet? Hoc debes ex oculis removere. Fides est parvula scintilla in corde quasi, fides est saccus, ch⌊aritas est thesaurus in sacco, fides est vas etc. Hoc pestilens dictum cavete. Hoc est, quod nihil intel⌊ligunt. Ipsi intelligunt obiective non subiective. Ideo ut cecus[2] etc. Ideo cum aud⌊iunt hic ch⌊aritatem operosam, mus fides gering ſein, ch⌊aritas alls ſein, cum econtra in toto. Est descriptio[3] verae fid⌊ei, non hy⌊pocriticae. Est hic scriptum per modum Epitasis. Si f⌊ides tua vera, es iustus, et eam iustitiam f⌊idei impossibile fieri, quin operetur. Non est correctio. V⌊ult

---

*zu 5 gehörig steht* 'quae est efficax per charitatem', Cha⌊ritas est porticus etc. *am oberen Rande der Seite*     *zu 9* Ipsi loquuntur de fide obiective, quam subiective nunquam senserunt *von Crueigers Hand r*     *13* ea iustitia   operetur] oper⌊

1) *Thomas, Summa II, 1 Q. 112.*     2) *Erg.* de colore loquitur.     3) *Nämlich das Wort des Paulus:* 'fides per charitatem efficax'.

*14* per homines ignavos *über* ⟨ex hominibus⟩     *16* fide *o*     *17* ex ⟨verbo⟩     *21* Paulus: [Bl. 253$^{b}$] fides   ⟨Nec sensus⟩ nec dicit fides quae per *rh*     *25* hominem *rh*     *27* ⟨At⟩ Clara     *28* 'Operatur', quare     *30* Morali     *31 hinter* opera *steht* vel saltem per opera Iusticiam parari

Dr] Verum haec omnia monstra sunt, per homines ignavos conficta. Quis enim ferat doceri, Quod Fides, donum Dei per Spiritumsanctum infusum cordibus, possit stare cum peccato mortali? Si de fide acquisita seu historica et naturali opinione ex historia concepta loquerentur, tolerari possent, imo de historica fide recte loquerentur. At de fide infusa sic sentire, hoc est plane confiteri sese prorsus nihil de fide recte intelligere. Deinde hunc locum Pauli per coloratum (ut dicitur) vitrum legunt et textum deformant ad sua somnia. Non enim dicit Paulus: Fides, quae per Charitatem iustificat, Nec dicit: Fides, quae per Charitatem gratum facit. Talem textum ipsi fingunt et huic loco per vim intrudunt. Multo minus dicit: Charitas gratum facit. Non sic dicit Paulus, Sed sic dicit: 'Fides, quae per Charitatem operatur'. Opera fieri dicit ex fide per Charitatem, non iustificari hominem per Charitatem. At quis est tam rudis Grammaticus, qui non ex vocabulorum virtute intelligat aliud esse Iustificari, aliud Operari? Clara enim et aperta sunt verba Pauli: 'Fides per Charitatem OPERATUR'. Quare manifestum furtum est, quod illi vero et germano sensu Pauli sublato pro 'operari' intelligunt iustificari et per 'opera' iusticiam, cum etiam in morali Philosophia fateri cogantur opera non esse iusticiam, sed a iustitia fieri opera.

Hs] d⌊icere: multi aud⌊iunt fidem v⌊eram et cognoscunt nostram doct⌊rinam perfecte, sed manent hypo⌊critae. Ergo dico: 'In Christo', certe valet f⌊ides, dat Christum, tunc iustitia fidei affert s⌊piritum s⌊anctum, qui charitatem affert, quae non est otiosa sed dat o⌊mnia bona, ut sit cathena. Ergo discernit inter hyp⌊ocritas et veros Christianos. Multi habent fidem in Christum, sed non veram, quia ibi arbor sine fr⌊uctibus; si esset vera, tum fierent opera.

Ibi vides, quod fidei dat, quod operetur et exerceat multa opera, i. e.

---

*zu 2 zu* hypo⌊critae *ist* Ipsi invertunt fidem, non habent sed exting⌊uunt eam et eligunt pha⌊risaica opera, omittentes ch⌊aritatem, et iis *[mit Strich zu* pha⌊risaica opera *gezogen]* volunt placare deum *vom unteren Rande der Seite eingewiesen* *zu 2* Extollit ergo fidem super omnia, quae in mundo: sap⌊ientiam, iusticiam *r* *3 über* affert *(2.) steht* dat *5* fidem] fide *6* opera] operaretur *[nämlich* fides; *die Konstruktion ist durch das eilige Schreiben verwirrt]* *zu 7* ¶ Ibi [1] exerceat] exercet

[1]) *Die Setzermarke zeigt, daß Rörer zunächst diese seine Nachschrift dem Druck zugrunde legen wollte, ehe ihm einfiel, statt ihrer die hier unten gegebene Ausarbeitung Luthers einzusetzen.*

*zu 8 hinter* cahos *ist* (seu materiam) *rh* *9* sit *o* *10 vor* et *(1.) steht* 14 *rot als Setzerzeichen* *11* asserens *rh* *13* (facit) operatur *zu 15 hinter* sed *ist* (ab agente puto) *rh* fabro (seu) *16* vim [Bl. 254ᵃ] *19* (seu) tribuere *20* (operari) iustificare *hinter* Charitati *ist* (sed fidei) *rh* *21* Certum *über* (Palam) est *über* (fit) *22* Charitatis Charitate *25* (sacris) lectioni

Dr] Porro, Paulus hic non facit Fidem informem et rude velut cahos, cuius nihil sit neque esse neque agere, Sed operationem ipsam tribuit fidei et non Charitati, non fingens rudem quandam et informem qualitatem, Sed asserens efficacem et operosam quidditatem ac velut substantiam seu formam (ut vocant) substantialem. Non enim dicit: Charitas est efficax, Sed: 'Fides est efficax', Non: Charitas operatur, sed: 'fides operatur'. Charitatem vero facit fidei velut instrumentum, per quod operetur. Iam quis nescit, quod instrumentum habet vim, motum et actionem non a se ipso, sed a Fabro, operatore seu agente? Quis enim diceret: Securis dat vim et motum secandi Fabro? Navis dat vim et motum navigandi nautae? Vel ut Isaiae exemplum
Jeſ. 10, 15 adducam, Quis dicet: 'Serra trahit fabrum, et baculus levat manum?' Non dissimile est, quod isti dicunt Charitatem esse formam fidei seu tribuere vim et motum fidei seu iustificare; cum Paulus nec opera Charitati concedat, quomodo concederet iustificationem? Certum igitur est, iniuria magna non solum Pauli, sed ipsius quoque fidei et charitatis hunc locum pro charitate contra fidem esse depravatum.

Sed ita accidit ignavis lectoribus et qui suas cogitationes afferunt lectioni sacrarum literarum, cum vacui accedere deberent et ex literis sacris

---

25 ex sacris literis *CDE*

Hs] per illum spiritum, qui datur fidei. Corripit improbos, praedicat, orat. Et veniunt ista of⌊ficia ex mera ch⌊aritate, gratuita vol⌊untate. Fides facit omnia hylari, volenti, simpl⌊ici animo. Non per questum, sed gratis diligit, non 'quaerunt, quae sua sunt', 1. Cor. 13., 'omnia'. Et fiunt hec omnia hylari 1 Kor. 13, 5; 7
animo, nihil quaerit, non del⌊ectatur in suis laudib⌊us, honoribus. Ipsi dis-

---

*zu 2* Confer cum novo etc.[1] *r*     *zu 3ff.* 'Si habes aliquid', 'relinque munus' *[Matth. 5, 23f.]*. 'Quaecunq⌊ue sol⌊veritis' *[Matth. 18, 18]*. 'Non septies' etc. *[Matth. 18, 22] r*

[1]) *Erg.* Testamento. *Die Bemerkung bezieht sich wohl auf die zu 3ff. beigeschriebenen Zitate.*

*8* ⟨de⌊⟩ excerptis   *9* loco *rh*   *10* ⟨a pr⌊iori⟩ superius   *11* vera⟨quae⟩   *14/15* ⟨ex ch⌊aritate⟩ per Charitatem   *15* Christianus [Bl. 254ᵇ]   *16* Credentem   *18* A Sinistris   *19* Circumcisio   *21* valet *rh*   *22 hinter* nihil *steht die Zahl* 16 *rot als Setzerzeichen* Credamus   *23* ⟨Ut⟩ Verum   *27* intus *rh*   *28* Ut Homo sit absolute Christianus

Dr] referre cogitationes, deinde verba diligenter considerare, praecedentia cum sequentibus conferre et hoc studere, ut integrum sensum alicuius loci caperent, non truncatis vocabulis aut excerptis verbis sua somnia affingerent. Paulus enim hoc loco non agit, Quid sit fides aut quid coram Deo valeat, Non (inquam) de iustificatione disputat. Hoc enim superius per totum prolixe fecit. Sed brevi velut Epiphonemate concludit, quid sit ipsa Vita Christiana, dicens: 'In Christo Iesu neque Circumcisio neque Praepucium quicquam valet, Sed fides per Charitatem operosa', Id est, fides non ficta neque Hypocritica, Sed vera et vivax. Ea est, quae exercet et urget bona opera per Charitatem. Hoc est tantum dicere: Qui vult esse vere Christianus seu in Christi Regno, Hunc oportet esse vere credentem. Vere autem non credit, si opera Charitatis fidem non sequuntur. Et sic utrinque, a dextris et sinistris, excludit a Regno Christi Hypocritas, A sinistris Iudaeos et operarios, dicens: In Christo neque Circumcisio, id est, nulla opera, nullus cultus, nullum prorsus vitae genus, Sed sola fides sine omni fiducia operum valet; A dextris Ignavos et inertes ac desides, quia dicunt: Si fides sine opere iustificat, Ergo nihil operemur, Sed credamus solum et faciamus, quae volumus. Non sic, impii, dicit Paulus. Verum est sine operibus solam fidem iustificare, Sed de fide vera loquor, quae, postquam iustificaverit, non stertet ociosa, Sed est per Charitatem operosa.

Igitur sicut dixi, totam vitam Christianam Paulus hoc loco pingit, scilicet esse Fidem erga Deum intus et Charitatem seu opera erga proximum foris, Ut sic homo absolute sit Christianus, intus coram Deo per fidem, qui operibus nostris non indiget, foris coram hominibus, quibus fides nihil prodest, sed opera seu Charitas. Hac igitur forma vitae Christianae audita seu

Hs] pu⌊tationem faciunt, quod fidem ſchwechen. fides credens Christo foris servit prox⌊imo in ch⌊aritate i. e. von hertzen gern, est prompta ad benefaciendum cunctis. Ch⌊aritas non habitus obiectivus. Ipsi non de re disputant sed de lit⌊eris et syllabis, nesciunt, quid dicant. Ch⌊aritas est propensus animus

---

*zu 4* Cha⌊ritas *r*

7 interna *rh* *8/9* coniungit *bis* i. e. *rh* *9* dicit [Bl. 255[a]] *13 hinter* pla *in* plane *der Buchstabe* D *rot als Setzerzeichen* *16* docendi *rh* definiendi *c aus* definitiones dividendi *c aus* divisiones colligendi *c aus* collectiones *17* esset enim corpus ⟨ergo⟩ *18* Corpus *19* ⟨Ita Christianus⟩ ⟨Eadem⟩ Eadem *20* Charitas *22* ⟨Hoc⟩ Sed facessant *usw. als neuer Absatz* *23* Egyptiis Sed *28* Christianum [Bl. 255[b]] *30 hinter* Pur *in* Purpuratus *die Zahl* 2 *rot als Setzerzeichen*

Dr] cognita, scilicet quod sit fides et Charitas (ut dixi), nondum dicitur, Quid sit fides, Quid sit Charitas, Haec enim alia est disputatio. Nam de fide seu interna natura, vi et usu fidei supra disputavit, ubi eam docuit esse iusticiam seu potius iustificationem coram Deo. Hic coniungit Charitati et operibus, id est, de eius externo officio loquitur. Hic dicit eam esse impultricem et effectricem bonorum operum seu Charitatis erga proximum. Quare hunc locum nemo recte sapiens potest intelligere de negotio iustificationis coram Deo, cum loquatur de tota vita Christianorum, Et est pla[Bg. Q]ne vitiosa Dialectica seu fallacia compositionis et divisionis, Ubi de parte accipitur, quod de toto dicitur. Neque enim dialectica pati debet figuras Synecdochas et Hyperbolas, ut Rhetorica facit, cum sit Magistra docendi, definiendi, dividendi et colligendi, quantum fieri potest, propriissime. Qualis enim esset ea Dialectica: Homo est anima et corpus, nec sine anima et corpore esse potest, Ergo corpus intelligit, anima sola non intelligit? Eadem Dialectica est: Vita Christiana est fides et charitas seu fides per charitatem efficax, ergo charitas iustificat, non sola fides.

Sed facessant humana somnia. Hoc simul ex isto loco discamus, quam
2. Mose 10, 21 horribiles sint tenebrae in istis Aegyptiis, qui non solum fidem, sed etiam charitatem in Christianismo contemnunt et loco eius sese fatigant operibus electiciis, rasuris, vestibus, cibis et aliis infinitis personatibus et larvis, quibus volunt Christiani videri. Sed stat hic liberrimus Paulus apertis et disertis verbis: Christianum facit fides efficax per Charitatem. Non dicit: Christianum facit Cucullus, Ieiunium, vestis, ritus, Sed fides vera erga Deum, quae diligit proximum et benefacit, sive sit servus, Dominus, Rex, Pontifex, Vir, Mulier, Purpuratus, Pannosus, Carnibus vescens, Piscibus utens. Nihil, Nihil horum facit Christianum, Sed fides et Charitas. Caetera sunt omnia

Hs] erga prox[imum ad benefaciendum et ferendum mala, ad corrigendum mala etc.

[Bl. 125ª] 'Currebatis': non diff[icile. Confirmat, quod iam recte docet 5, 7
et prius etiam. Nova fig[ura: vita Christi est cursus; Currunt; 'Euangelizate'; Matth. 28, 19
currunt discip[uli; Ec[clesia currit quam in docent[ibus quam aud[ientibus. 'Pedes' significat amb[ulare, conversari. i. e.: yhr lebtet ſer wol, es ging ſein zu in E[urem leben. Q[uamquam videatur nostra vita pigra, tamen s[piritu

*zu 3 am oberen Rande der Seite steht der Buchstabe* O *als Lagenbezeichnung* *3 über* non diff[icile *steht* Ista plana sunt *zu 4/5* 'Velociter currit sermo eius' *[Ps. 147, 15].* 'Quasi spon[sus' etc. *[Ps. 19, 6].* Eph. 6. *[V. 15] r* *6 hinter* amb[ulare *steht am Anfang der neuen Zeile nochmals* amb[ulare *zu 7 hinter* pigra *gehörig steht* et magis reptacio quam cursus *von Crucigers Hand am Rande*

*8/9* ea *bis* Charitate *rh*

Dr] mendacia et mera idolatria. Et tamen nihil est contemptius ea ipsa fide et Charitate apud eos, qui Christianissimi esse volunt et plane Ecclesia sanctior, quam ipsa Dei sancta Ecclesia. Rursus suas larvas et figmenta electiciorum operum admirantur et iactant, sub quibus alunt et tegunt horribiles suas idolatrias, impietates, avaricias, immundicias, odia, homicidia et totius inferni et Diaboli regnum. Tam potens est violentia Hypocrisis et superstitionis in omnibus seculis ab initio usque ad finem mundi.

Currebatis bene, Quis vos impedivit veritati non obedire? 5, 7

Haec plana sunt. Affirmat enim se et antea recte docuisse et nunc recte docere, Subobscure simul significans Galatas antea quidem recte currisse, hoc est obedisse veritati, recte credidisse et vixisse, non item nunc, postquam a Pseudoapostolis seducti sunt. Porro nova phrasi hic utitur, qua Christianam vitam cursum appellat. Ebraeis enim currere seu ambulare dicitur vivere aut conversari. Currunt doctores et discentes, quando hi pure docent, illi verbum cum gaudio suscipiunt et utrinque fructus spiritus sequuntur, Id quod praesente Paulo fiebat, ut supra Cap. 3. et 4. testatus est et hic: 'Bene currebatis', Hoc est, vivebatis optime, contendebatis recta ad vitam aeternam, quam vobis pollicebatur verbum etc.

*16* obedire? etc *CDE* *17/19* Affirmat *bis* nunc] Affirmat Paulus se iam recte docere, et idem docere, quod antea docuit, Ipsos autem bene cucurrisse quidem antea, cum veritati obedirent, hoc est, recte credidisse et vixisse, non autem nunc *CDE* *25* Hoc est, omnia apud vos erant in felici statu et successu, vivebatis *CDE*

Hs] s[ancto regente est cursus. Apud nos videtur res diff[iculter procedere; Sed coram deo, quod apud vos reptat, currit. apud vos p[eccatum, iniustitia, tristitia, incommodum; quia in Christo sunt omnia, est iustus, letus, — qui credit in eum, habet omnia. ergo si credis, curris. nescit tarda molimina.

3, 1 'Verita[ti': Hoc etiam supra geklagt. Ipsi inverterunt, quod putarunt se errare, cum bene cucurrerunt. Econtra iam.

---

2 apud *(2.)* apud

Dr] Continent autem illa verba: 'Currebatis bene' consolationem. Paulus enim respicit illis verbis ad tentationem, qua boni exercentur, quibus vita sua videtur pigra et magis reptatio quaedam quam cursus. Sed praesente sana doctrina (quae sine fructu tractari non potest, affert enim Spiritum sanctum cum suis donis) vita piorum, etiamsi videatur reptatio, cursus quidam strenuus est. Apparet quidem nobis, omnia difficulter et tarde progredi, sed quod nobis tardum videtur, coram Deo velox est, quod nobis vix reptat, hoc illi velociter currit. Item quod in oculis nostris tristicia, peccatum, mors est, hoc apud Deum est gaudium, iusticia et vita propter Christum, per quem consummati sumus. Christus autem Sanctus, iustus, laetus etc. est nihilque ei deest, sic credentibus in eum nihil deest. Itaque Christiani vere sunt cursores et quicquid faciunt, currit et feliciter progreditur, provehente hoc Christi spiritu, qui nescit tarda molimina.

In hoc cursu impediuntur, qui a gratia et fide ad legem et opera deficiunt, ut accidit Galatis persuasis et seductis a Pseudoapostolis, quos tecte perstringit his verbis: 'Quis vos impedivit veritati non obedire?' Simili
3, 1 modo supra Cap. 3.: 'Quis vos fascinavit, ut non obediretis veritati?' Obiter etiam hic Paulus indicat tam vehementer homines falsa doctrina dementari, ut mendacium et haereses pro veritate et spirituali doctrina suscipiant et vicissim sanam doctrinam, quam primum amaverunt, esse erroneam et suum errorem esse sanam doctrinam iurent ac totis viribus defendant. Sic Galatas primum optime currentes adduxerunt Pseudoapostoli in eam opinionem, ut

---

*7/18* Continent *bis* cursores] Haec verba: 'Currebatis bene', continent magnam consolationem. Pios exercet ista tentatio, quod vita ipsorum videtur pigra et magis reptatio quaedam, quam cursus. Sed si perstant in sana doctrina et spiritu ambulant, nihil moveat eos, quod eorum actiones videantur lente progredi seu potius reptare. Deus longe aliter iudicat. Nam quod nobis tardum videtur aut vix reptare, hoc illi velociter currit. Item quod in oculis nostris tristicia, luctus, mors est, hoc apud Deum est gaudium, risus et beatitudo. Hinc Christus dicit: 'Beati, qui lugetis, ploratis etc., quia consolationem accipietis,
Matth. 5, 4 ridebitis' etc. Credentibus in filium Dei cedunt omnia in bonum, sive sit tristitia sive mors. Sunt ergo vero veri cursores *CDE*    *20 vor* In *als Text*: Quis vos impedivit veritati non obedire? *CDE*    *22* veritati non obedire?' etc. *CDE*    *28* adduxerunt] duxerunt *CDE*

Hs] 'Hec persuasio': Das iſt auch ein k⌊leine consol⌊atio. Lieber, heiß die 5, 8
cogit⌊ationes fallen! pertinet ad animos afflict⌊os. quando persuasio est sensui p⌊eccatoris, habet Sat⌊an potentis⌊simos omnes: viliss⌊imum p⌊eccatum facit tam grande, ut magnum [1], et persuadet. Sic in docendo fit. Posse docere est pulcher⌊rimum. Quando recedit a verbo et fide, non est persuasio ex Christo. Sed potest [2] opponere verbum et personam Christi ex suo verbo. Tum discendus Christus, prout est donum et exemplum. Oportet me appre⌊hendere

---

2 animos *oder* og *über* persuasio *steht* persuasio Sacra⌊mentariorum, Anab⌊aptistarum *zu 2:* Ioh.: 'probate spiritus' *[1. Joh. 4, 1]*, Supra c⌊ap. 1.: 'Si nos aut ang⌊elus' etc. *[Gal. 1, 8] r zu 3/4* accusator fromm *r* [3]

[1]) *Erg.* videatur. [2]) *Erg.* Satan. [3]) *D. h. Satan erscheint als frommer Verkläger.*

Dr] crederent se prius, cum Paulo usi fuerant doctore, errasse et tardissime incessisse, Postea vero seducti a Pseudoapostolis, cum toto coelo aberrarent a veritate, ita fascinati sunt falsa ipsorum persuasione, ut putarent omnia sua in felicissimo progressu et cursu esse. Hoc idem accidit hodie illis, quibus spiritus Phanatici imposuerunt etc. Ideo saepe soleo dicere casum in doctrina non esse humanum, sed diabolicum, nempe e sublimi coelo ad ima Tartara, quia homines perseverantes in errore tantum abest, ut agnoscant peccatum suum, ut etiam defendant illud esse summam iusticiam. Impossibile est igitur eos consequi veniam.

Persuasio haec non ex eo est, qui vocat vos. 5, 8

Haec insignis est consolatio et doctrina, qua docet Paulus, quo modo seductis per impios doctores falsae persuasiones eximendae sint. Pseudoapostoli erant magni viri, longe superantes in speciem Paulum doctrina et pietate. Hoc fuco decepti Galatae, cum audirent ipsos, putabant se Christum audire, ideoque iudicabant persuasionem ipsorem esse ex Christo. Contra Paulus subobscure et verecunde indicat, hanc persuasionem et doctrinam non esse ex Christo, qui vocaverat eos in gratia, sed ex diabolo, Atque ita multis exemit hanc persuasionem. Sic hodie multos per Sectarios seductos revocamus ex errore, cum ostendimus illis opiniones Sectariorum phanaticas et impias esse.

Deinde pertinet etiam consolatio illa ad omnes afflictos, qui tentati falsam opinionem de Christo concipiunt. Est enim diabolus persuasor mirificus, qui vilissimum et pene ridiculum peccatum ita inflare novit, ut tentatus putet esse atrocissimum crimen, dignum aeterno supplicio. Hic erigendus est ad hunc modum conturbatus animus, quo Paulus Galatas erexit, Nempe

---

25 hanc falsam persuasionem *CDE* Sectarios] haereticos *CDE* 26 illis *fehlt CDE* Sectariorum] illorum *CDE*

Hs] Christum ut donum. Ibi nullus defectus. Si ut exemplum, toto tempore vitae non assequor; sed quando credo, fides totum Christum app⌊rehendit. Exemplum: vix cente⌊simam, millesimam.[1] Ideo noli opponere Christum exemplariter nisi in die leticiae. In tempore trib⌊ulationis. Christus hoc fecit, tenuit, dormivit in terra, — tu non etc.; Oportet, ut

3 opponas *zu* 3/4 'Invicem' *[?]* 'dilexit', Ioh. 13. *[V. 34]*, 15. *[V. 12]* *r* 4 In tempore trib⌊ulationis *mit Strich zu* noli opponere *Z. 3 gezogen*

1) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 27.*

Dr] istam cogitationem seu persuasionem non esse ex Christo, cum ea pugnet contra verbum Euangelii, quod pingit ipsum Christum non accusatorem, durum exactorem etc., sed mitem, humilem corde, misericordem, Salvatorem et consolatorem.

Si vero Satan hoc evertit (est enim mille artifex) et opponit verbum et exemplum Christi, hoc modo: Christus quidem mitis, benignus etc. est, sed iustis et sanctis, Contra peccatoribus minatur iram ac perditionem, Luk. 13, 25 ff. Joh. 3, 18 Luc. 13., Item pronunciat incredulos iam esse damnatos, Ioan. 3.; Deinde, Christus multa bona operatus est, multa mala pertulit et iubet nos imitari exemplum suum, Tua vero vita neque verbo neque exemplo Christi respondet, quia peccator et incredulus es, denique nihil boni fecisti etc., Ideo sententiae, quae pingunt Christum Iudicem etc., ad te pertinent, non consolatoriae de Christo Salvatore etc., Ibi hoc modo consoletur se ipsum tentatus:

Scriptura proponit Christum dupliciter, Primum ut donum. Si hoc Kol. 2, 3 modo apprehendero eum, nihil plane mihi deesse poterit. 'In Christo enim sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.' Is quantus quantus est, a Deo mihi factus est sapientia, iusticia, sanctificatio et redemptio. Etiamsi igitur multa et grandia peccata commiserim, tamen si credidero in eum, omnia absorbentur a iusticia ipsius etc. Deinde scriptura proponit etiam eum ut exemplum nobis imitandum. Sed hunc exemplarem Christum non patiar mihi proponi, nisi in die laeticiae, cum sum extra tentationes (ubi vix millesimam partem exempli ipsius possum assequi), ut habeam speculum, in quo, quantum adhuc mihi desit, contempler, ne fiam securus. In tempore vero tribulationis non audiam neque admittam nisi Christum donum, qui pro peccatis meis mortuus impertiit mihi suam iusticiam et hoc, Röm. 10, 4 quod mihi deest in vita, pro me fecit et implevit. Ipse 'enim est finis legis ad iustitiam omni credenti'.

Ista prodest nosse, non solum ut singuli habeamus certum in tempore tentationis remedium, quo illud venenum desperationis, quo Satan nos inficere cogitat, depellamus, Sed etiam ut furiosis nostri seculi Sectariis resistamus.

35 depellamus] devitemus *CDE*

Hs] Anab⌊aptistae, sequi Christum et ferre crucem! Es iſt ein ſchoner T⌊eufel[1] et potens in hoc genere persuadendi. Sed iam opus, ut discam Christi opus. Et mihi neces⌊sarius salvator, non magister. Ista persuasio non est ex Christo, si etiam Christum proponat. Ich ſols thun, verum est. Iam mihi opus disp⌊utare non de meis meritis, sed, quia perterritus, opus vero Christo et proprie dicto. In exemplis kan ich Daniel⌊em, P⌊etrum, Paul⌊um finden. Ego volo Christum, qualis nullus nisi unus. Ubi tantum, Non est P⌊etrus.[2]

zu 1/2 Confer cum reliquis exemplaribus[3] *und* Mauritii die[4] *r*   5 perterritꝰ *c aus* perterrit?

[1]) *D. h. einer, der durch Vorspiegelung einer schönen Aufgabe die Menschen für sich einfängt.*   [2]) *D. h. wo Christus nur allein hilft, gilt Petrus und die andern sittlichen Vorbilder nichts.*   [3]) *D. h. mit den Nachschriften Dietrichs und Crucigers, vgl. Unsre Ausg. Bd. 40[1], 689f. Wahrscheinlich gehen die umfänglicheren Ausführungen des Druckes gegenüber der Handschrift auf den folgenden Seiten auf diese Nachschriften Dietrichs und Crucigers zurück.*   [4]) *D. i. der 23. September. An diesem Tage 1533 war Rörer also mit der Herstellung seines Druckereimanuskripts bis hierher gekommen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 40[1], 6 Anm. 4, 5 und 7.*

Dr] Anabaptistae enim nihil habent speciosius in tota doctrina sua, quam quod exemplum Christi et crucem ita urgent, praesertim cum manifestae sint sententiae, quibus Christus suis discipulis crucem commendat. Discendum est igitur, quo modo Satanae huic in speciem Angeli se transformanti resistamus, Nempe hoc modo, ut discernamus inter Christum, qui alias ut donum, alias ut exemplum praedicatur. Utraque praedicatio habet suum commodum tempus, quod si non observatur, fit pestis ex praedicatione salutis.

Pavidis igitur et iam antea conterritis mole peccatorum suorum Christus Salvator et donum, non exemplum et legislator inculcandus est. Securis autem et induratis proponendum est exemplum Christi, ne occasionem libertatis carnis ex Euangelio capiant atque ita securi fiant. Discat igitur unusquisque Christianus, ut territus et afflictus falsam persuasionem, suggerente eam Satana, de Christo conceptam possit excutere et dicere: Quid, Satan, nunc de faciendo mecum disputas? cum antea satis conterritus et perturbatus sim propter facta et peccata mea; Imo, cum iam laborem et oneratus sim, non te accusatorem et perditorem, sed Christum Salvatorem generis humani audiam, qui dicit venisse se in mundum, ut 'peccatores salvaret, ut Luk. 4, 18f.
desperabundos consolaretur, captivis praedicaret liberationem' etc. Is verus et proprie dictus Christus est, et praeter illum nullus alius. Exemplum sanctae vitae possum petere ex Abraham, Esaia, Ioanne Baptista, Paulo et aliis sanctis. Sed illi non possunt mihi remittere peccata, liberare a potestate tua et morte, salvare et donare vitam, ea enim competunt soli Christo,

8 in tota sua doctrina *CDE*   17/18 ne *bis* fiant] et durae ipsius sententiae et horribilia exempla irae Dei, ut diluvii, eversionis Sodomorum etc., ut poenitentiam agant. *CDE*   19/20 suggerente eam Satana] quam Satan suggerit *CDE*   28/29 a tua potestate *CDE*

Hs] Ibi opus in trib⌊ulatione non est ex Christo. Fides iudicat et pronuntiat de omnib⌊us dogmatib⌊us.
5, 9 [Bl. 125ᵇ] 'Modicum': istud generalis⌊sime intelligitur. Hiero⌊nymus et Eras⌊mus fundunt virus in ec⌊clesiam, quasi P⌊aulus erra⌊ret in citando dicta
3, 10 scrip⌊turae s⌊anctae. Sunt aliquando generaliter sumenda, Ut supra: 'Male-
1. Kor. 5, 6 dictus', Sic hic: 'Modicum'. Loquitur hic de doct⌊rina, Ad Cor⌊inthios de morib⌊us, q⌊uamquam etiam ad doct⌊rinam referri possit. Hic in loco iustificationis est. 'Modicum' est cautela, quam P⌊aulus magnificat. Si scribit

---

3 C 'Modicum' 7 possit *fehlt*

Dr] quem Pater signavit Deus. Ideo non te doctorem audiam, sed Christum,
Matth. 3, 17 Mark. 9, 6 de quo Pater dixit: 'Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, Ipsum audite'. Hoc modo discamus in tentatione et persuasione falsae doctrinae nos fide erigere, alioqui aut Diabolus per suos ministros seducet, aut suis ignitis telis occidet nos.

5, 9 Modicum fermentum totam massam corrumpit.

Hieronymus et qui eum secuti sunt, notant S. Paulum, quod multa sacrae Scripturae dicta detorqueat in alienam sententiam. Hinc dicunt apud Paulum pugnare, quae suis locis non pugnant.[1] Sed immerito accusant Apostolum, qui recte et prudenter vel generales sententias particulares facit,
3, 10 Ut supra Cap. 3. generalem sententiam: 'Maledictus omnis, qui pendet in ligno', particularem facit, cum eam aptissime ad Christum applicat, Vel particulares facit generales, ut hanc particularem sententiam: 'Modicum fermenti' etc., generaliter accipit, quia et ad doctrinam, ut hoc loco, ubi de
1. Kor. 5, 6 iustificatione agit, et ad vitam et ad malos mores, ut 1. Corint. 5., eam referre solet.

Tota Epistola satis testatur, quam aegre tulerit Paulus lapsum Galatarum quamque crebro inculcaverit ipsis, iam obiurgando, iam obsecrando, quae maxima et inaestimabilia mala hunc illorum lapsum secutura sint, nisi resipiscant. Ista paterna et vere Apostolica cura et admonitio quosdam plane nihil movit, plerique enim iam amplius non agnoscebant Paulum doctorem suum, sed longe ei praeferebant Pseudoapostolos, a quibus somniabant se veram doctrinam hausisse, non a Paulo. Deinde proculdubio traduxerunt Pseudoapostoli Paulum apud Galatas hoc modo: Eum esse hominem pertinacem et contentiosum, qui propter rem levissimam scinderet concordiam Ecclesiarum, non ob aliam causam, quam quod solus sapere,

---

28 vere *fehlt CDE* 33 scinderet] dissueret *CDE*

1) *Vgl.* De servo arbitrio *Unsre Ausg. Bd. 18, 723.*

Hs] Gal⌊atas cog⌊novisse ipsum, — est paululum quiddam! Sic Sch⌊wermeri: Vos pugnaces, nos concordatis⌊simi, et propter unum art⌊iculum disscinditis. Sic volunt 'modicum'. Sed ego: man ſchertz mir nicht cum verbo dei, in morib⌊us conniveo. Sed in loco iustif⌊icationis et doct⌊rinae P⌊aulus cavet, ne. Si permitto et concedo ch⌊aritatem, propter unum parvum art⌊iculum. Ja, lieber: quando quis audit nos et ghet hin ad eos, commovetur, quando audit eorum arg⌊umenta in speciem opt⌊imam. Es iſt werlich war, quod propter parvam rem disscinditur cha⌊ritas.

21. Novemb. 'Modicum'[1]: Attigi obiter hoc arg⌊umentum, quo nos veh⌊ementer gravant Sa⌊cramentarii; ubi obii: neg⌊asti ch⌊aritatem! credo, quod hoc arg⌊umento multos b⌊onos subvertunt, quia paratum est ad concitandam invidiam contra nos et subvertendam doct⌊rinam. Sic dicunt: Cur in omnib⌊us arti⌊culis consentimus, et tantum in eo non concord⌊amus, qui adhuc incertus? ergo vos, qui sic

4 ca—t

[1]) *Vgl. zum Folgenden Luthers Präparation in Bd. 40*$^{1}$*, 21.*

Dr] solus magnifieri vellet etc. Ea falsa accusatione fecerunt Paulum apud multos invisum. Alii, qui nondum prorsus defecerant a doctrina Pauli, cogitabant nihil periculi esse, si in doctrina de iustificatione et fide modicum dissentirent ab eo, ideoque, cum audiebant Paulum adeo vehementer exaggerare rem, ut ipsis videbatur, tam levis momenti, mirabantur et cogitabant: Esto sane, quod nonnihil discesserimus a doctrina Pauli et aliquid peccatum sit a nobis, tamen id modicum quiddam est, Ideo merito ad hoc connivere vel saltem tam vehementer hoc amplificare non deberet, ne illa levi occasione scinderetur Ecclesiarum concordia.

His respondet hac pulcherrima proverbiali sententia: 'Modicum fermenti totam massam corrumpit'. Estque cautela, quam Paulus magnifacit. Debemus et nos eam magnifacere hac nostra aetate. Nam Sectarii, qui negant corporalem praesentiam Christi in coena, obiiciunt etiam hodie nobis, quod contentiosi, duri et intractabiles simus, qui propter unicum articulum de Sacramento scindamus Christianam charitatem et concordiam Ecclesiarum; Non debere nos tanti facere hunc parvum articulum, cumque incertum neque satis ab Apostolis declaratum, (praesertim cum alioqui de aliis articulis Christianae doctrinae idem nobiscum sentiant,) ut propter illum solum neque totius Christianae doctrinae neque generalis omnium Ecclesiarum concordiae rationem habeamus. Isto valde plausibili argumento non solum onerant nos invidia apud suos, sed etiam multos bonos subvertunt, qui iudicant nos ex

*18* rem tam levis, ut ipsis videbatur, momenti *CDE* *25* Sectarii] Sacramentarii *CDE* *26* etiam] quoque *CDE* *29* hunc parvum articulum] hunc articulum exiguum *CDE* *30/31* de aliis Christianae doctrinae articulis, qui magis necessarii sunt et maioris momenti, idem *CDE*

Hs] pertinaces in 1 isto art⌊iculo incerto, videmini non habere rationem doct⌊rinae et concordiae. Statim cog⌊noscunt nos tam intractab⌊iles, hanc laudem nobis furantur. Ipsi postea pleni charitate, nos discordia. Contra hoc arg⌊umentum d⌊ico cum P⌊aulo: 'Modicum f⌊ermentum'. Mod⌊icus error in principio est max⌊imus in fine, — dicitur in ph⌊ilosophia. Distinguamus v⌊itam et doct⌊rinam, quae ad deum pertinet, vita ad nos. Doct⌊rina non nostra, vita nostra. Cum doct⌊rina zuthun, ut deus velit. De doct⌊rina nihil possum remittere, de vita omnia. ch⌊aritas omnia [1], sed tamen salva semper doct⌊rina, de qua semper dicimus h⌊oc proverb⌊ium: 'Modicum'. Si leſt diab⌊olum in puncto 1 hin ein, devastat totam doct⌊rinam. Via arctis⌊sima ibi. salva doct⌊rina nihil est, quod non tolerare velimus. Nichts iſt in augen gut [2];
Luk. 11, 36 Si ein klein festuca, non videt. Sic Christus: 'Si oculus in [Bl. 126ᵃ] homine

*1* non *o*    *zu 1f.* Matth. 13 *[V. 21] r*    *zu 5f.* Vita, *darüber* 2, Doctrina, *darüber* 1 *r*
*6* vita *(1.)*] vitam    nostra(m)    *zu 11* Nichts iſt Inn die augen gut *r*

¹) *Erg.* ferre potest.    ²) *Thiele Nr. 43.*

Dr] mera pertinacia seu aliquo quodam privato affectu dissentire ab ipsis. Sed hae Diaboli sunt insidiae, quibus non solum illum articulum, sed totam Christianam doctrinam conatur evertere.

Ad hoc ipsorum argumentum respondemus cum Paulo: 'Modicum fermenti totam massam corrumpit'. In Philosophia modicus error in principio in fine est maximus. Sic in Theologia modicus error totam doctrinam evertit. Quare longissime discernenda sunt doctrina et vita. Doctrina non est nostra sed Dei, cuius nos tantum sumus vocati ministri, Ideo ne apiculum quidem de ea remittere aut mutare possumus. Vita nostra est, ideo quod ad eam attinet, nihil possunt Sacramentarii a nobis exigere, quod non velimus et debeamus etiam suscipere, condonare et ferre, Salva tamen doctrina et fide, de qua semper dicimus hoc Pauli: 'Modicum fermenti' etc. Hac in parte ne pilo quidem cedere possumus. Est enim doctrina instar Mathematici puncti, non potest igitur dividi, hoc est, neque ademptionem neque additionem ferre potest. Contra vita, quae est instar Physici puncti, semper dividi, semper aliquid concedere potest.

Minutissima festuca in oculo offendit visum. Hinc Germani dicunt
Luk. 11, 34; 36 de remediis oculorum: Nichts iſt inn die Augen gut, Et Christus: 'Lucerna', inquit, 'corporis est oculus. Cum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit' etc., Et deinde: 'Si corpus tuum non habuerit aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum' etc. Hac allegoria significat Christus Oculum, hoc est, doctrinam debere simpliciter esse puram,

*23* tamen] tantum *CDE*    *29* visum] oculum *CDE*    *31* oculus est *CDE*

Hs] nullam partem teneb⌊rarum' etc. v⌊olumus in oc⌊ulo habere nullam partem teneb⌊rarum, sed simpliciter sit pura doct⌊rina. Et Iac⌊obus in sua Ep⌊istola ex auditu patrum: 'Qui of⌊fenderit in uno, omnium'. Doct⌊rina debet Jak 2, 10 esse rotundus et aureus circulus sine rima. Quid prodest, credere omnes art⌊iculos Iudeos, totam scrip⌊turam sanctam, — negant unum art⌊iculum: Christum? Qui offend⌊it in uno, scilicet quo ad doctrinam. Ipsi vol⌊unt servare simplicitatem doct⌊rinae. Ideo contra hoc arg⌊umentum invidiae[1], quod ipsos ornat, nos macul⌊ant. Nos etiam parati ad ch⌊aritatem et concord⌊iam, sed manete intra limites cha⌊ritatis. Nolumus ludere in doct⌊rina. Ibi frustra Iactatis, quod I art⌊iculum nolumus dimittere. Nolite nobis unum art⌊iculum parvum; — si unum amittimus, omnes amittimus. Si scirent verbum, tum scirent omnia verba esse unum et unum omnia. Itaque, quantum ipsi amplif⌊icent cha⌊ritatem et concord⌊iam, Nos dei verbum.[2] Ibi nihil con-

6 in offend⌊it in vol⌊unt *mit Strich zu* art⌊iculum *Z. 5 gezogen* 8 *über* macul⌊ant *steht* conta⌊minant

[1]) *D. h. entgegen ihrem Argument, auf das sie sich soviel zugute tun, daß wir nämlich Störenfriede seien, schmähen sie vielmehr uns.* [2]) *Erg.* amplificemus.

Dr] claram et sinceram, quae plane nullam partem tenebrarum, nullam nubeculam habeat etc. Et Iacobus non ex suo spiritu, sed procul dubio ex auditu Patrum pulcherrime dixit: 'Qui offenderit in uno, factus est omnium reus'. Jak. 2, 1 Debet igitur doctrina esse unus quidam perpetuus et rotundus aureus circulus, in quo nulla sit fissura; ea accedente vel minima, circulus non est amplius integer etc. Quid prodest Iudaeis, credere Deum unum eumque Creatorem omnium, credere omnes articulos et totam Scripturam sanctam recipere, cum Christum negent? 'Qui igitur in uno offendit, factus est omnium reus.'

Quare hic locus diligenter observandus est contra hoc illorum argumentum, quo calumniantur nos violare charitatem cum maximo Ecclesiarum incommodo. Nos certe parati sumus servare pacem et charitatem cum omnibus, modo doctrinam fidei relinquant nobis integram et salvam. Si hoc impetrare non possumus, frustra exigunt a nobis charitatem. Maledicta sit charitas, quae servatur cum iactura doctrinae fidei, cui omnia cedere debent, charitas, Apostolus, Angelus e coelo etc. Satis ergo testantur, cum tam calumniose caussam hanc extenuant, quam magnifaciant maiestatem verbi. Quod si crederent esse verbum Dei, non ita cum eo luderent, sed summo honore afficerent et sine ulla disputatione aut dubitatione fidem ei adhiberent scirentque unum verbum Dei esse omnia, omnia esse unum, Item, scirent unum articulum esse omnes, omnes esse unum et uno omisso omnes paulatim amitti; cohaerent enim et quodam communi vinculo continentur.

16 Patrum] Apostolorum *CDE* 20 omnes] alios *CDE* 31 aut] et *CDE*

Hs] cessum. Sed in ch⌊aritate omnia volumus tolerare et credere. Quid nocet, quod alius me beſcheiſſet? Das ſchad mir nichts. Ideo omnium lud⌊ibriis exposita. Ipsa debet falli et fallitur, et tamen manet constans. Sed in reb⌊us dei, ut[1] mir proponat deum: qui men⌊dacium[2] et verbum[3] etc.[4] Ibi non iocum[5]; ibi non amitto d⌊enarium, sed v⌊itam ae⌊ternam, creatorem. Ibi dico: 'Mod⌊icum'. Si nego deum in uno art⌊iculo, in omnibus. Est in omni art⌊iculo totus. Non patitur ludum fama, f⌊ides, oculus.[6] Hoc dixi propter arg⌊umentum[7] pro nobis, quia mirab⌊ilem gl⌊oriam iactant de concord⌊iae et charitatis plenitudine; sed qui dominum non dil⌊igit, mag diligere, quid velit, — nihil.[8] Sehet euch fur, vos doct⌊ores et aud⌊itores[9], ſchertzt nicht

*1* volumus *o* *2* Ideo *mit Strich zu* tolerare *Z. 1 gezogen* *4* ut *scheint c in* d; [= debet]

1) *Erg.* necesse est, ut man *usw.* 2) *Erg.* docet. 3) *Erg.* confundit. 4) *Erg. als Nachsatz* reiiciendus est. 5) *Erg.* tolero. 6) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 40* [1], *21, 4.* 7) *Erg.* adversariorum. 8) *Erg.* valet. 9) *Die lebensvolle Anrede an seine Zuhörer gibt der Druck abgeblaßt wieder.*

Dr] Sinamus igitur eos amplificare concordiam et charitatem Christianam, nos contra amplificamus maiestatem verbi et fidem. Charitas negligi potest in loco sine periculo, non item verbum et fides. Charitatis est omnia tolerare, omnibus cedere. Contra fidei est nihil prorsus tolerare, nemini cedere. Charitas libenter cedens, omnia credens, condonans et ferens saepe luditur, delusa tamen nihil incommodi, quod vere incommodum dici posset, accipit, hoc est, non amittit Christum, ideoque non offenditur, sed retinet constantiam suam in benefaciendo, etiam erga ingratos et indignos. Contra in re salutis, quando phanatici homines mendacium et errores docent sub specie veritatis et imponunt multis, Ibi certe non est exercenda charitas neque approbandus error, hic enim non amittitur beneficium in ingratum collatum, sed amittitur verbum, fides, Christus, vita aeterna etc. Quare si Deum in uno articulo negas, in omnibus negasti, quia Deus non dividitur in multos articulos, sed est omnia in singulis et unus in omnibus articulis. Itaque perpetuo respondemus Sacramentariis, criminantibus charitatem negligi a nobis, hoc proverbium Pauli: 'Modicum fermenti' etc., Item: Non patitur ludum fama, fides, oculus.

Haec dixi copiosius pro nostris confirmandis et ad docendos alios, qui fortasse nostra constantia offenduntur nec putant nos istius constantiae certas et graves caussas habere. Nihil igitur nos moveat, quod tantopere studium charitatis et concordiae iactent; qui enim non diligit Deum et

*12* amplificemus *CDE* *14* prorsus nihil *CDE* *25* a nobis negligi *CDE* *26* etc.] totam conspersionem fermentat' *CDE* *28* copiosius] multis *CDE* *31* iactant *CDE*

Hs] cum doct⌊rina, quasi sit res nihili, in aliquo convincere, concedere. Totus mundus non **klug**, ut unum radium **beuget**.

'Ego confido in vos in domino': Satis vobis dictum, moniti estis, satis 5, 10
confirmavi, si velitis adimere. 'Confido': num in hominem? Cha⌊ritas credit mendacio, f⌊ides veritati; diversa obie⌊cta. Non per hoc confide⌊re in deum quasi in hominem. Et neces⌊saria ista f⌊ides in mundo, alioqui nihil possumus effi⌊cere; oportet vicino, familiae, [Bl. 126[b]] sed est charitatis, sed non **drauff ſterben**. i. e. in tantum vobis confido, in quantum in vobis dominus et rexerit vos; donec veritas et fides. Si **teufel felt drein**, habet f⌊ides mea **ein end. Er troſt ſich, als beſt kan.**[1] Si d⌊eus **dazu kompt, ſo hilfft**: si non frustra praedicavi: i. e. non sequimini, qui aliud E⌊uangelium praedicabunt.

*10* ein *fehlt*

[1]) *D. h. so gut, wie er kann.*

Dr] verbum ipsius, is nihil refert quid aut quantum postea diligat. Admonet ergo Paulus hac sententia tam doctores quam auditores, ne cogitent doctrinam fidei rem exiguam aut nihili esse, cum qua ludere possimus pro libidine nostra. Ipsa est radius solaris e coelo veniens, qui illuminat, accendit et dirigit nos. Ut autem mundus cum omni sua sapientia et potentia non potest flectere radios solis e coelo tendentes directe in terram, ita neque doctrinae fidei aliquid auferri aut addi potest, vel in totum evertitur etc.

Ego confido de vobis in Domino. 5, 10

Quasi dicat: Satis monui, confirmavi et obiurgavi vos, si modo auscultare velletis, Confido tamen de vobis in Domino. Hic quaestio oritur, an Paulus recte fecerit, quod dicit se confidere Galatis, praesertim cum sacrae literae prohibeant fiduciam in homines. Utraque, et fides et charitas, cre[Bg. R]dit, sed diversa sunt obiecta. Fides credit Deo, ideo falli non potest, charitas hominibus, ideo saepe fallitur. Est autem charitatis fides ad praesentem vitam adeo necessaria, ut sine ea non possit consistere vita in mundo. Si enim homo homini non crederet et confideret, quae esset futura vita nostra in terris? Christiani citius per charitatem credunt quam filii seculi huius; est enim fides erga homines fructus Spiritus seu Christianae fidei in piis. Hinc Paulus Galatis etiam lapsis confidit, sed in Domino, Quasi dicat: Eatenus confido vobis, quatenus Dominus est in vobis et vos in ipso, Hoc est, quatenus manetis in veritate; a qua si excideritis, decepti per Satanae ministros, nec ego amplius confidam vobis. Hoc modo licet piis, credere et confidere hominibus.

*13* is *fehlt CDE*  postea] is *CDE*  *17* sapientia sua *CDE*

Hs] 'Qui autem': Hec est sententia. Condemnat ibi doctores ipsorum. Sedet hic Iudex pro tribunali. quasi novissima exhortatione vult eos exhortari hac sententia, quod eorum doctores damnat: Ipsi non docent, sed perturb[ant. Quid auditis? Est perturbatio conscientiarum eorum doctrina. Ideo: quales, quanti fuerint, — damnati mihi! Apparet fuisse magnos aliq[uos
1, 8 viros, quia dicit: 'Quicunque'. Supra: 'Si angelus'. Fuit aliquis insig[nis discip[ulus apostolorum magni nominis. Ideo in principio dicit: 'Si nos, ang[elus'. Sic hic: est damnatus, si ego, Cephas. Poterat etiam accusari: Quare negat ch[aritatem, quare tam dure damnat? Ja ſchertz da nicht: 'Maledictus' et 'Anath[ema', qui violaverit unum art[iculum. — Sacra[mentum altaris

---

*1* ℭ Qui *2* ———s *ergänzt in ausgeführter Schreibung zu* novissima *3* docent *über* (damnant) *6 über* angelus *steht* 'e coelo' *zu 6* c[ap. 1. *r* *8 über* Poterat *steht* Pau[lus *9* negat *scheint c aus* negas *10 über* Sacra[mentum altaris *steht* dicunt ipsi

Dr] **Quod nihil aliud sentietis.**

Scilicet de doctrina et fide, quam quod ex me audistis et didicistis, Hoc est, Confido, quod doctrinam aliam a mea dissentientem non sitis accepturi.

**Qui autem perturbat vos, portabit iudicium, quicunque fuerit.**

Hac sententia Paulus velut Iudex pro tribunali sedens condemnat Pseudoapostolos vocans valde odioso nomine conturbatores Galatarum, quos ipsi ducebant piissimos et longe meliores Paulo doctores. Simulque permovere vult Galatas hac horribili sententia, qua tanta certitudine damnat Pseudoapostolos, ut illos vitent tanquam nocentissimam pestem, Quasi dicat: quid auditis illas pestes, quae non docent, sed tantum perturbant vos? Doctrina, quam tradunt vobis, nihil aliud est quam perturbatio conscientiarum. Ideo quantumvis magni sint, habebunt damnationem suam. Satis autem intelligi potest ex his verbis ('Quicunque tandem fuerit') Pseudoapostolos fuisse in speciem optimos et sanctissimos viros, Et fortasse fuit inter eos aliquis insignis Apostolorum discipulus, magni nominis et autoritatis vir. Non frustra enim tam grandibus et significantibus verbis utitur. Ad eundem
1, 8 modum loquitur et Cap. 1.: 'Etiamsi nos aut Angelus e coelo Evangeliset vobis praeter id, quod Evangelisavimus vobis, Anathema sit'. Neque dubium est, quin multi vehementer offensi sint ista vehementia Apostoli, qui cogitaverunt: Cur Paulus laedit charitatem? cur adeo pertinax est in re tam levicula? cur tam praecipitanter pronuntiat sententiam aeternae damnationis contra eos, qui aeque sunt ministri Christi ac Ipse? Hoc nihil moratur, sed certissimus et securissimus maledicit et damnat eos, qui laedunt

---

*14* accepturi] recepturi *CDE*

Hs] est adhuc incertum! Ego volo habere de rigore summo: debet doct⌊rina esse pura **durch aus**. Et neces⌊sarium max⌊ime, quia est lux nostra, quae illuminat nos ad celum. Sine charitate et concord⌊ia cum Sacra⌊mentariis **kan ich** ad c⌊oelum **komen**. Volo habere ch⌊aritatem et concor⌊diam cum aliis, qui sunt de eadem relig⌊ione. Sed sine fide, verbo, doct⌊rina non salvus. Ideo etiam Pau⌊lus ibi durus: Ipsi perturbant, ideo damnabuntur. **Das iſt** praecise **abgeſchniten**.

Ista distinctio vald⌊e neces⌊saria doct⌊rinae et vitae: doct⌊rina coelum, vita terra. In vita peccatum, miseria cum aceto, ibi tolerate, credite, fallimini, tantum credite r⌊emissionem p⌊eccatorum et **behalt** doct⌊rinam. Sed super

5 *über* qui *bis* relig⌊ione *steht* idem sentiunt nobiscum de art⌊iculis christianae fidei *8* ❡ Ista, *dazu mit Strich hingewiesen:* Reverende D⌊omine Praeposite, hic potest v⌊estra praepositalis dignitas desinere [1] *10* credite] *nur* dite *am Zeilenanfang*

[1]) *Rörer gibt dem, durch den er hier sein Kollegheft zum Druckereimanuskript umschreiben läßt, in scherzhafter Weise den Wink, hier einen Absatz zu machen. Wahrscheinlich war dieser abschreibende Freund Cruciger. So würde sich die Annahme Bucers, Unsre Ausg. Bd. 40* [1], *Einleitung S. 2, des weiteren erklären.*

Dr] doctrinam fidei, quantumvis in speciem sancti, docti et magnae existimationis sint viri.

Simili modo nos hodie pro excommunicatis et damnatis habemus, qui articulum de Sacramento corporis et sanguinis Domini incertum esse dicunt aut Christi verbis in coena vim faciunt. Nos summo rigore omnes articulos doctrinae Christianae, magnos et parvos (quanquam nullus sit nobis parvus), volumus habere puros et certos. Hocque summe necessarium est. Nam doctrina est unica lux nostra, quae illuminat et dirigit nos ac ostendit iter ad coelum, qua labefactata in una parte necesse est eam labefactari in totum. Hoc ubi fit, nihil poterit nos iuvare charitas. Nos sine charitate et concordia cum Sacramentariis possumus salvi fieri, non item sine pura doctrina et fide. Alioqui libenter servabimus charitatem et concordiam erga illos, qui pie nobiscum sentiunt de omnibus articulis Christianae doctrinae. Imo etiam, quantum in nobis est, pacem habebimus cum inimicis nostris ac pro ipsis orabimus, qui per ignorantiam doctrinam nostram blasphemant et nos persequuntur, non item cum iis, qui scienter et contra conscientiam articulum aliquem aut plures doctrinae Christianae laedunt.

Et Paulus hic suo exemplo tam pertinaces nos esse docet, qui propter rem, ut Pseudoapostolis et eorum discipulis videbatur (nam utrique putabant, hi se recte et pie docere, illi se recte et pie credere), non solum levissimam sed etiam iniquissimam certissime praedicit eos portaturos iudicium suum. Quare, ut saepe soleo monere, diligenter discernenda est doctrina a vita.

23 sentiunt] senntiunt *A*

Hs] doct⌊rinam non est r⌊emissio p⌊eccatorum, quia verbum dei, quod affert r⌊emissionem p⌊eccatorum, tollitur. Ideo nulla comparatio do⌊ctrinae et vitae, nec satis coelum et terra. Erravit Cyp⌊rianus et Aug⌊ustinus, et nos: Vita impura, sed nostra doct⌊rina est pura; certi, quod omnes art⌊iculi solidi et fundati in sacris literis. [Bl. 127ᵃ] Diab⌊olus vellet eam lib⌊enter inmundam reddere cum argumentis concordiae.

5, 11 Es iſt ihm angſt: 'lib⌊e Gal⌊ater'. Zu recht. Iam ponit suum Exemplum: 'Si Cir⌊cumcisionem.' sic nos d⌊icere possumus. 'Si praedicarem Circumcisionem': Totam gentem Iude⌊orum concitavi, Pontifices etc. in caput meum et persecutionem patior tantam. Statim liberari velim ista perseq⌊utione, tum Iudei laudarent; sed contra. ideo patior persecutionem. Sic si adorarem Papam et docerem eius doct⌊rinam, quiesceret ipse Satan cum Pap⌊a. Sed

*3 über* Cyp⌊rianus *steht* in rebap⌊tismate[2] *7* Es] Eſt *zu 8* 'Si Circumcisionem praedico' *r* *zu 10 mit Strich zu* liberari *gezogen* hac unica re *r*

[1]) *Bezüglich der* Lapsi.

Dr] Doctrina est coelum, vita terra. In vita est peccatum, error, immundities et miseria, ut dici solet, cum aceto; ibi charitas conniveat, toleret, ludatur, credat, speret, sustineat omnia, ibi maxime valeat remissio peccatorum, modo peccatum et error non defendantur. Sed in doctrina ut non est error, ita non opus habet ulla remissione peccatorum. Nulla igitur penitus est com-
Matth. 5, 18 paratio doctrinae et vitae. 'Unus apex' doctrinae plus valet quam 'coelum et terra', ideo in minimo non patimur eam laedi. Ad errores vitae autem egregie possumus connivere. Nam et nos quoditie in vita et moribus erramus, errant etiam omnes Sancti hocque serio fatentur in oratione Dominica et Symbolo. Sed doctrina nostra, Dei gratia, pura est, omnes articulos fidei solidos et fundatos in sacris literis habemus. Illos libenter vellet diabolus contaminare et evertere, ideo hoc specioso argumento de charitate et concordia Ecclesiarum non laedenda tam versute nos adoritur etc.

5, 11 Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc praedico, quid adhuc persecutionem patior? Evacuatum est igitur scandalum crucis.

Paulus, ut nihil non tentet pro revocandis Galatis, argumentatur nunc ab exemplo suo. Ego, inquit, conflavi mihi acerrimum odium et persecutionem Pontificum, Seniorum populi et totius meae gentis, quod detraho circuncisioni iustitiam, quam si ei tribuerem, non solum non insidiarentur mihi Iudaei, sed etiam laudarent et vehementer amarent me. Nunc, quia Euangelium Christi et iusticiam fidei abrogata lege et circumcisione praedico,

*17* Nulla *bis* est] Quare nulla prorsus est *CDE*

Hs] iam excitat ibi scandala et ubique. Sed hoc volunt illi: Fug⌊iunt cruc|em, nolunt ferre acerb⌊itatem odiorum, Volunt placere Iud⌊aeis et ut nihil inter vos dissidii, inter Iude|os et vos. Sed nostra do⌊ctrina est scandalorum et cruc|is.

'Ideo eva⌊cuatum': magnum hoc absurdum apud P⌊aulum. Sic ad
Cor.: 'ne eva⌊cuetur crux Christi'. Quaerimus hoc nostra praedicatione, ut 1. Kor. 1, 17
scandala excitentur? Ideo Christiani sunt extreme dementes, quia praedicatione sua crucem quaerunt. Das wer nicht gut, si cessaret crux. Mira-
b⌊ilis praedicatio, scilicet conso⌊latio P⌊auli pro nobis. 'quando diab⌊olus Luk. 11, 21
possidet' etc.; non est bonum sig⌊num. Bern⌊hardus: 'in pace amaris⌊sima'. Jeſ. 38, 17 [Vulg.]
Si non scand⌊alum et furor persecutorum et sectarum, signum, quod verbum ablatum. Ideo horribile signum, quando E⌊uangelium praedicatur pace manente.

---

*zu 6:* 1. Cor. 1. *r*   8 crux *unter der Zeile*   12 quando *c aus* quod

Dr] persecutionem patior. Econtra Pseudoapostoli, ut crucem et hanc acerbitatem odiorum gentis Iudaicae non ferant, praedicant Circuncisionem atque ita conciliant sibi gratiam Iudaeorum et eos retinent amicos. Sic infra Cap. 6.
'Cogunt vos Circuncidi' etc. Denique et hoc libenter efficerent, ut nihil 6, 12
plane dissidii, sed summa pax et concordia inter Gentes et Iudaeos esset. Sed impossibile est hoc fieri sine iactura doctrinae fidei, quae est doctrina Crucis et plena scandalis.

Itaque cum dicit: 'Si Circuncisionem adhuc praedico, quid persecutionem adhuc patior? Evacuatum est igitur scandalum Crucis', significare vult magnam fore absurditatem et indignitatem, si cessaret scandalum crucis. Ad
eundem modum loquitur 1. Corin. 1.: 'Christus misit me Euangelisare non 1. Kor. 1, 17
in sapientia verbi, ne evacuetur Crux Christi'. Quasi dicat: Non libenter vellem aboleri scandalum et crucem Christi. Hic dicat aliquis: ergo Christiani extreme dementes sunt, quod ultro se obiiciunt periculis. Nam sua praedicatione nihil faciunt, nisi quod conciliant sibi iram et odium mundi et suscitant scandala. Hoc, ut ille ait, frustra est niti et nihil nisi odium quaerere. Ista res, inquit Paulus, nihil offendit aut perturbat nos, sed tantum animosos reddit et bene sperare iubet de felici successu et augmento Ecclesiae, quae sub Cruce floret et crescit. Oportet enim Christum, caput et sponsum
Ecclesiae, 'dominari in medio inimicorum suorum' Psal. 110. E contra, Pſ. 110, 2
quando crux abolita est et furor Tyrannorum et haereticorum, item scandala
desierunt ac 'diabolo custodiente atrium suum omnia in pace sunt', certissi- Luk. 11, 21
mum signum est, ablatam esse puram verbi doctrinam.

Hoc etiam Bernardus animadvertens, Ecclesiam tum in optimo statu esse ait, cum undique impetatur vi et dolis a Satana, Contra pessime habere, cum in summa pace agat, Et pulchre per Catachresin allegat dictum hoc
ex Cantico Ezechiae: 'Ecce in pace amaritudo mea amarissima' in persona Jeſ. 38, 17 [Vulg.]

Hs] Nos econtra: Nisi venit scandalum, magnum arg⌊umentum videtur, quod ista doct⌊rina diab⌊oli. P⌊aulus econtra pro mag⌊no et certis⌊simo arg⌊umento, quod sit doct⌊rina dei. Sic deus sub larva diab⌊oli v⌊ult cognosci et diab⌊olum redarg⌊ui sub larva dei. Si praedicaretur, ut cess⌊aret tum scand⌊alum, Crux evacuaretur.
Pſ 116, 10 'Scand⌊alum Cruc⌊is': Crux sequitur verbum. 'Credidi', Ps. Est scandalosa Crux, est praedicatio cum ignominia, quod patimur ut pes⌊simi neb⌊u-
Jeſ. 53, 12 lones in terris, ut 'Christus cum sceleratis'. Patimur tanquam extreme meriti, omnes merentur compass⌊ione, ibi non scand⌊alum cum Cruc⌊e. Sed apud Christianos: nulla dig⌊nitas, pavor istis etc. Ideo dicit P⌊aulus: nolite
Matth. 5, 11 f. terreri, si ghet. Item Christus: 'Si perse⌊quuntur, gaudete et exul⌊tate'.

*1* Nos *c aus* contra  Nisi] Nonne *[Schreibfehler]*  *5/6* scandolasa  *zu 7* Esa. 53. *r*  *8* merentur] meret;  *zu 10* Matth. 5. *r*

Dr] Ecclesiae agentis in securitate et pace. Quare Paulus pro certissimo signo habet non esse Euangelium, si salva pace praedicetur. Contra mundus pro certissimo signo accipit Euangelium esse haereticam et seditiosam doctrinam, quia videt, praedicationem eius sequi ingentes tumultus, turbationes, scandala, sectas etc. Sic Deus larvam diaboli, diabolus Dei induit, et Deus sub larva diaboli cognosci et diabolum sub larva Dei reprobari vult.

'Scandalum crucis' active vel passive licet intelligi. Crux sequitur
Pſ. 116, 10 statim doctrinam verbi, Iuxta illud Psalm. 116.: 'Credidi, ideo locutus sum, ego vero humiliatus sum nimis'. Est autem crux Christianorum persecutio cum ignominia et sine ulla commiseratione, ideoque valde scandalosa est. Primum patiuntur ut sceleratissimi nebulones. Hocque Esaias Propheta etiam
Jeſ. 53, 12 de ipso Christo praedixit, Cap. 53.: 'Cum sceleratis reputatus est'. Deinde latronibus, furibus etc. mitigantur poenae et homines tanguntur misericordia erga illos, ibi scandalum non est coniunctum cum poena. Contra mundus, ut iudicat Christianos pestilentes esse homines, ita putat nullam poenam satis dignam eis pro malefactis suis infligi posse. Neque commiseratione ulla movetur erga ipsos, sed ignominiosissimo genere mortis afficit eos. Et illa re putat duplex commodum ad se redire, Primum, quod obsequium praestet Deo, si interficiat eos, Deinde publicam pacem sperat restitui istis pestibus ablatis. Ideo Crux et mors piorum est plena scandalis. At nihil moveat vos illa indignitas, inquit Paulus, et duratio crucis Christi et scandali, sed potius vos confirmet, istis enim durantibus optime habet res Christiana.

Matth. 5, 11 f. Ad eum modum consolatur etiam Christus suos, Matth. 5.: 'Beati estis', inquit, 'cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum verbum adversus vos, mentientes propter me. Gaudete et

*12* Euangelium non esse *CDE*  *17* vel] et *CDE*  licet] potest *CDE*  *27* eos *fehlt CDE*

Hs] Das gaud⌊ium wil im[1] P⌊aulus auch nicht laſſen nhem⌊en. [Bl. 127b] Si Papa, P⌊rincipes nobiscum pacem, wer nicht gut. Si posset pax pub⌊lica, bene, sed manebit, quia diab⌊olum non possumus acrius irrita⌊re quam ei auffere g⌊loriam divinitatis; quod non permitto incedere in larva maiestatis, cum sic irrito. Ideo impossibile est: vel deus[2], non deus diab⌊olus, quando seq⌊uitur Crux, scandalum Cruc⌊is post verbum, — vel diab⌊olus non est recte tractatus sed palpatus, ideo tacet. Si recte tangitur, invertet se et die lantzen regen. Ideo Christianorum est, quod si retinere volunt v⌊erbum dei, ut non terreantur neque scand⌊alizentur, si furere[3] Sata⌊nam et totum orb⌊em marte, oriantur sectae, irascantur, 2. Ps. ſo ſols ghen, sunt signa Pſ. 2, 11.

2 nicht *o*  8 volunt *fehlt*  *zu 8 hinter* regen *steht* vnd vmb ſich zu ſchmieſſen[4] *r*  10 ſo] ſol *[Schreibfehler: das folgende* ſols *war schon im Ohr]*

[1]) = *ihm.*  [2]) *Erg. etwa* praedicatur.  [3]) *Erg.* vident.  [4]) *Sinn: und wird die Lanzen um sich her schleudern.*

Dr] exultate, quoniam merces vestra multa est in coelis. Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos'. Hoc gaudium non patitur Ecclesia sibi eripi. Quare non libenter velim, quod Papa, Episcopi, Principes et phanatici spiritus nobiscum concordes essent. Ea enim concordia certa significatio esset, nos amisisse veram doctrinam. In summa, oportet Ecclesiam persecutionem pati, cum pure Euangelium docet. Euangelium enim praedicat misericordiam et gloriam Dei et aperit malitiam et dolos diaboli depingitque eum suis coloribus, Detrahit ei larvam maiestatis divinae, qua toti mundo imponit. Hoc est, ostendit, omnes cultus, religiones, ordines ab hominibus excogitatos, Item traditiones de coelibatu, de cibis etc., quibus indicant homines se promereri remissionem peccatorum et iustificationem, esse res impias et daemoniorum doctrinas. Nulla igitur re plus irritatur diabolus, quam praedicatione Euangelii, illa enim aufert ei larvam Dei et prodit eum esse, quod vere est, hoc est, diabolum, non Deum. Quare impossibile est non sequi scandalum crucis florente Euangelio, vel certe diabolus non est recte petitus, sed tantum leniter palpatus. Si vere petitur, non quiescit, sed incipit horribiliter tumultuari et omnia perturbare.

Christiani igitur, si modo verbum retinere volunt, ne offendantur aut terreantur, si vident diabolum ruptis habenis furere, totum orbem commoveri, Tyrannos saevire, Sectas oriri, sed certo sciant illa esse signa non horroris, sed gaudii, ut Christus interpretatur, 'Gaudete', inquiens, 'et exultate' etc. Absit ergo, ut tollatur scandalum crucis, quod fieret, si hoc praedicaremus, quod Princeps huius mundi et membra eius libenter audirent,

15/16 Ecclesiam, cum pure Euangelium docet, persecutionem pati *CDE*  17 aperit] detegit *CDE*  21 iustificationem] vitam aeternam *CDE*  22 doctrinas daemoniorum *CDE*

Hs] gaudii, ut Christus. Mir⌊emini nicht, ut scand⌊alum; i. e. si praedicaremus, quod diab⌊olus lib⌊enter audiret, hab⌊eremus clementem deum in diab⌊olo cle⌊mente, Papa. Sed iam rapiunt corpora, res.

5, 12 'Utinam ab⌊scindantur': Das het ich gern, das man noch dazu flucht. Est hoc Apostolicum, non solum damnare et dec⌊larare perturb⌊atores, sed etiam simpliciter maledicere. hoc est plane maledicere. Et videtur sumptum esse ab allusione: Ipsi volunt circumcidi, Sie haben luſt zu ſchneiden, Gott geb, ut nicht wurtzel et ſam.[1] Licet me maled⌊icere? Certe, Ut supra:

1, 8 'Anath⌊ema'. Quando eo procedit res, ut sit maledicendum verbum: kers umb, benedicatur dei verbum et maledicatur, q⌊uidquid non deus. Non habet pro fermento sed pro mag⌊no, ut etiam maled⌊icat; quia si vergit doct⌊rina in neg⌊ationem dei et concul⌊cationem domini, als da ſey ich et du

---

*6* hoc *mit Strich zu* ab⌊scindantur *Z. 4 gezogen* *zu 7 zu* allusione *gehörig* Circumcisionis *von Crucigers Hand r* *7/8 über* Gott geb *steht* das ſie rein aufgeſchnitten werden mit, *dieses dann vor* wurtzel *eingewiesen* *10* dei *später c in* deus *zu 10/11* Assuescatis, rogo, ut *von Crucigers Hand vom Rande vor* Non *eingewiesen*

[1]) *Erg.* maneat; *doch vgl. die Besserung hier oben in den Korrekturen zu Z. 7/8.*

Dr] scilicet iusticiam operum, tumque haberemus clementem diabolum, faventem mundum, Papam et Principes propicios. Quia vero illustramus beneficia et gloriam Christi, persequuntur nos et auferunt nobis res et corpora.

5, 12 Utinam et abscindantur, qui vos conturbant.

Estne Apostolicum hoc, non solum declarare, Pseudoapostolos esse perturbatores, damnare et tradere eos diabolo, sed etiam imprecari eis, ut extirpentur prorsus et pereant, quod plane est maledicere? Allusit autem Paulus, ut opinor, ad Circumcisionem, Quasi dicat: Ipsi cogunt vos circumcidi, utinam ipsi funditus et radicitus excindantur.

Hic oritur quaestio, Utrum liceat Christianis maledicere. Licet, non tamen semper et ex qualibet caussa. Cum eo ventum est, ut verbum sit maledicendum seu doctrina blasphemanda et per consequens Deus ipse, tum inverte sententiam et dic: Benedicatur verbum et Deus, et maledicatur, quicquid est extra verbum et Deum, sive sit Apostolus, sive Angelus e

1, 8 coelo. Sic supra Cap. 1.: 'Etiamsi nos aut Angelus e coelo' etc., 'anathema sit'. Ibi cernere est, Paulum tanti facere modicum fermenti, ut etiam ausit maledicere Pseudoapostolos, in speciem magnae autoritatis viros. Ne igitur et nos parvifaciamus fermentum doctrinae; quantumvis enim modicum, si contemnatur, caussa est, ut paulatim veritas et salus amittatur ac Deus

---

*13* tumque] tuncque *CDE* *20* Ipsi *fehlt CDE* *25* verbum et Deus] Deus et verbum ipsius *CDE* *29* Pseudoapostolos] Pseudoapostolis *CDE* autoritatis viros] auctoritatis et sanctitatis viris *CDE*

Hs] verf⌊lucht, quia deo neg⌊ato et verbo eius proiecto non est salus. Sed quando nos blasphemamur, maledicimur, occidimur, Est adhuc unus, qui vivif⌊icat mortuos etc. Sed quando ipse hin weg et verlorn, ego zu vor aus. Ideo assues⌊catis amplif⌊icare maiestatem verbi. Non est modicum, Sed unum verbum dei g⌊roſſer quam c⌊oelum et ter⌊ra. Ibi kunen[1] nec charitatem etc., sed ibi loco eius[2] maled⌊ictione et condemnatione et tribunali. Si salvum rel⌊inquunt verbum, vol⌊umus esse servi usque ad mortem etiam. [Bl. 128$^{a}$] Si econtra, vadat mundus et ego in eternum. Maneat deus, tum manet vita, salus. Ideo bene excindi ex mundo, bonis huius vitae et ecclesiae, quasi tales perturb⌊atores excindat, maled⌊icat eorum doct⌊rinam deus et anath⌊ematizet, et deus facit. Haec male⌊dictio procedit ex s⌊piritu s⌊ancto. Sic Pet⌊rus: 'Pec⌊unia', das dein gelt et du hin f⌊ahre, quia vole- Apg. 8, 20

2 nos] non    4 assues⌊catis *scheint* assuef⌊iatis    11 facit] ft̄ *[?]*

[1]) = *können wir brauchen.*    [2]) *Erg.* utimur.

Dr] negetur. Depravato enim verbo et negato ac blasphemato (Id quod necesse est sequi) Deo, non restat ulla spes salutis. Si vero nos blasphemamur, maledicimur et occidimur, est adhuc, qui possit nos resuscitare et liberare a maledicto, morte et inferno.

Discamus igitur amplificare et magnificare maiestatem et autoritatem verbi. Non enim est res levicula, ut phanatici hodie putant, sed unus apex maior est coelo et terra. Quare ibi nullam plane habemus rationem charitatis aut concordiae Christianae, sed utimur simpliciter tribunali, hoc est, condemnamus et maledicimus omnes, qui vel in minimo depravant seu laedunt maiestatem divini verbi, Quia 'Modicum fermenti totam conspersio- 5, 9
nem fermentat'. Si autem relinquunt nobis integrum et illaesum verbum, parati sumus non solum charitatem et concordiam servare cum ipsis, sed offerimus nos fore servos eorum et nihil non facturos. Si non, pereant et detrudantur ad infernum, non solum ipsi, sed totus mundus etiam cum piis et impiis, modo ut Deus maneat; hoc manente manet vita et salus, manebunt et pii.

Recte igitur facit Paulus, quod perturbatores illos maledicit et pronuntiat sententiam, eos esse Anathema cum omnibus, quae sunt, docent et faciunt, quodque imprecatur eis, ut excindantur ex hac vita, et praecipue ex Ecclesia, hoc est, ne Deus gubernet et fortunet doctrinam et omnes actiones eorum. Et haec maledictio profecta est e Spiritu sancto. Sic Pet. Acto. 8. maledicit Apg. 8, 20
Simonem: 'Pecunia tua', inquit, 'sit tecum in perditionem' etc. Et frequens usus est maledictionum in sacris literis contra tales conturbatores mentium,

*18* phanatici homines *CDE*    *21* maledicimus et condemnamus *CDE*    *29* perturbatores illos] perturbatoribus illis *CDE*    *34* Simonem] Simoni *CDE*

Hs] ⌊bat ex deo facere idolum et aurum; Ideo verfl⌊ucht, das der doner et bliß; das iſt nu aus.

Seipsum posuit[1], ut non scandalizentur in tempore Euangelii. Et quo turbulentior mundus contra E⌊uangelium, ſo beſſer. Ideo eum vid⌊es furorem et turbationem mundi contra verbum, tamen las ghen; ipsi furunt et insani sunt propter verbum. Si negaremus, lieſſen ſie mit frid; ergo vergit contra
1. Petri 4, 15 verbum. Ideo las ghen hin et yhe erger, ie beſſer: 'non quia fures', sed propter doct⌊rinam sic 'patimur'. Ideo certa consol⌊atio, ut d⌊icamus: nu ghets recht, quia t⌊otus mundus sic furit et alias doct⌊rinas defendit, ibi fotrix, adulatur et omnia facit. Ergo evidens arg⌊umentum, ut laetemur, quod mundus stulta amat et optimam doct⌊rinam econtra. Sed d⌊icis: Quid

4 furorem] furore    9 *hinter* doct⌊rinas *nochmals* alias    10 laetemur] laetamur
11 *über* stulta *steht* impias doct⌊rinas

1) *Nämlich als Exempel in Vers 11, vgl. unten im Druck Z. 16f.*

Dr] Pſ. 55, 16 praecipue in Psalmis, Ut Psalm. 55.: 'Veniat mors super illos et descendant
Pſ. 9, 18 in infernum viventes', Item: 'Convertantur peccatores in infernum' etc.

Hactenus munivit Paulus locum iustificationis firmissimis argumentis. Deinde, ut nihil omitteret, disputationi huic passim inseruit obiurgationes, laudationes, exhortationes, comminationes etc. In fine addidit etiam exemplum suum, se persecutionem pati propter hanc doctrinam, monens per hoc omnes pios, ne scandalizentur et terreantur, si tempore Euangelii viderint excitari tumultus, scandala, sectas etc., sed potius gaudeant et exultent. Nam quo atrocius furit mundus contra Euangelium, hoc melius habet negocium Euangelii.

Haec gratissima nobis hodie esse debet consolatio. Certum est enim, quod propter nullam aliam caussam mundus nos oderit et persequatur, quam quod veritatem Euangelii profitemur. Non accusat nos, quod fures, adulteri, homicidae etc. simus, sed hoc unicum detestatur in nobis, quod Christum pie et pure docemus et patrocinium veritatis non deserimus. Certo igitur sciamus, vel hinc doctrinam nostram esse sanctam et divinam, quod mundus tam acerbe eam odit. Alioqui enim nulla doctrina tam impia, stulta, ridicula, perniciosa est, quam non libenter mundus suscipit, exosculator et defendit, Deinde reverenter tractat, fovet, adulatur et omnia facit professoribus ipsius. Solam doctrinam pietatis, vitae et salutis et ministros eius summe detestatur, omnibus probris afficit etc. Evidens ergo est argumentum, quod mundus tantum odio verbi nobis infensus sit. Itaque cum obiiciunt nobis adversarii, Nihil ex hac doctrina oriri nisi bella, seditiones, scandala, Sectas et infinita alia mala, Respondeamus: Benedictus dies, quo ista videre licet.

25 unicum] unum *CDE*    35 in quo *CDE*

Hs] boni inde? Sed benedictus dies, dicamus, quo ista videmus. Totus mundus turbatur! Ja, si non turbaretur et diab⌊olus iras⌊ceretur, tum non haberemus verbum. mendacium dil⌊igit. veritatem, ubi audit etc.[1]

Iam incipiunt exhort⌊ationes, Iam veniunt Pareneses. Et exhortabitur ad of⌊ficia ch⌊aritatis post d⌊octrinam fidei, et stabilitam con⌊scientiam per fidem sequuntur exhor⌊tationes ad praestanda of⌊ficia invicem. Das ſind moralia. De 1. art⌊iculo nihil scit mundus, de 2. uteunque et ratio etiam docet. Ne videatur doct⌊rina nostra dissolvere b⌊onos mores et dissol⌊vere pub⌊licas ordinationes, Ideo melius doce⌊t b⌊onos mores quam ulli g⌊entium phi⌊losophi. Ideo non possunt nos accusare contra mores b⌊onos et ord⌊inationes pub⌊licas. Sed haec ratio, quod mundus turbatur, quod docemus Christum. Die relig⌊io macht den irtung.[2] Ergo erit adher⌊endum.

'Vos, f⌊ratres, vocati estis', 'Non habetis libertatem': Quid requiritur? 5, 13
est cautela neces⌊saria. [Bl. 128[b]] Quidem estis sine lege in con⌊scientia. Vestra vita est Christus, beati et salvi estis, hec est lib⌊ertas vestra.

6 fidem] fide  zu 13 supra initio c⌊ap. 1. [V. 8] r

1) *Erg.* persequitur mundus.  2) = *Irrtum.*

Dr] Sed totus mundus turbatur. Bene, si non turbaretur et diabolus non ita saeviret et conturbaret omnia, non haberemus puram doctrinam, quam isti tumultus et furores non possunt non sequi. Ideo quod vos malum putatis, hoc nos pro summo bono accipimus.

Sequuntur nunc exhortationes et praecepta de bonis moribus. Apostolus enim in more habet, post doctrinam fidei et instructionem conscientiarum subiicere praecepta morum, quibus exhortatur credentes ad officia pietatis inter se mutuo exercenda. Et eam partem doctrinae aliquo modo intelligit et docet etiam ratio, de doctrina fidei prorsus vero nihil novit. Ne igitur videatur doctrina Christiana dissolvere bonos mores et pugnare contra politicas ordinationes, admonet Apostolus etiam de bonis moribus et honesta externa conversatione, de servanda charitate, concordia etc. Non potest igitur mundus iure accusare Christianos, quod dissolvant bonos mores, quod publicam pacem, honestatem etc. perturbent, quia melius tradunt mores et omnes virtutes quam ulli aut Philosophi aut Magistratus, quia fidem addunt.

Vos enim in libertatem vocati estis, fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem servite vobis invicem. 5, 13

Quasi dicat: Naeti estis iam per Christum libertatem, hoc est, longe estis supra omnes leges secundum conscientiam et coram Deo, beati et salvi

*20 vor* Sequuntur *steht als Überschrift:* Doctrina de bonis operibus *CDE*  Apostolus] Apostoli *CDE*  *21* habet] habent *CDE*  *22* exhortatur] exhortantur *CDE*

Hs] 'Tantum ne': Ibi multa dicenda. Das iſt der leidige T[eufel, das iſt 1. malum omnium malo[rum, quod diab[olus excitat in nostra doct[rina, quod Jud. 4 diab[olus h[anc libertatem transfert. Sic Iudas: 'Qui transferunt', quia audit caro, quod simus sine lege. Si hoc praedicatur: Non estis sub l[ege, nullis op[eribus iustif[icamini, Nemo kan die consequentiam wehren: Ergo nihil faciamus. Si taceo, quod sumus sub gratia, tum plane salvabitur nullus. Si vero doceo istam l[ibertatem, thut P[auer, Edel[mann, civis, kunſt[ler, k[necht, magd, quid velit, quia est lib[er factus. Sic convertuntur ad avaritiam, super[biam et sua desideria carnalia. Hoc est max[imum scand[alum inter nos, quod Sat[an. Interdum iratus, quod totus mundus trhait illam libertatem s[piritus in carnis. Et nos ipsi sumus segniores, frig[idiores ad orandum, patiendum, quo sumus certiores de lib[ertate

3 transfert] transferunt 7 doceo] docêo

Dr] estis, Christus vestra vita est. Igitur lex, peccatum, mors, etiamsi vos terrent, tamen neque nocere neque in desperationem adigere possunt. Ea est praeclara et inaestimabilis libertas vestra. Nunc vestrum est, diligenter cavere, ne illam libertatem detis in occasionem carni.

Hoc malum latissime patet et omnium deterrimum est, quod Satan in doctrina fidei excitat, quod scilicet hanc libertatem, qua Christus nos liberavit, in multis mox transfert ad occasionem carni. Hoc idem conqueritur Jud. 4 et Iudas in sua Epistola: 'Subintraverunt', inquit, 'quidam homines impii, qui Dei nostri gratiam transferunt ad lasciviam'. Caro enim prorsus non intelligit doctrinam gratiae, scilicet, quod operibus non iustificemur, sed sola fide, Quod lex nullum ius in nos habeat. Ideo cum audit hanc doctrinam, transfert eam ad lasciviam et statim sic infert: Si sumus sine lege, vivamus igitur, ut volumus, nihil faciamus boni, nihil demus egentibus, multo minus patiamur aliquid mali, non enim est lex, quae cogat aut liget nos.

Itaque utrinque periculum est, alterum tamen altero tolerabilius. Si gratia seu fides non praedicatur, nemo fit salvus, Fides enim sola iustificat et salvat. Contra, si praedicatur Fides, ut necesse est eam praedicari, maior pars hominum carnaliter intelligit doctrinam de fide et libertatem spiritus in libertatem carnis rapit. Hoc cernere est hodie in omnibus vitae generibus superiorum et inferiorum. Omnes iactant se esse Euangelicos, iactant Christianam libertatem, Et tamen interim obsequentes suis cupiditatibus convertuntur ad avariciam, voluptates, superbiam, invidiam etc., nemo fideliter suum officium facit, nemo per charitatem alteri servit etc. Ea indignitas nonnunquam adeo impatientem me fa[Bg. S]cit, ut saepe optem eiusmodi Matth. 7, 6 'porcos, qui margaritas pedibus conculcant', adhuc esse sub Tyrannide Papae. Impossibile enim est hunc populum Gomorrhae Euangelio pacis regi.

Hs] Christiana. Ideo max⌊ima admonitio est neces⌊saria, et nisi dominus scand⌊alum Cruc⌊is auff collum et diab⌊olus nos vex⌊aret, nemo nostrum oraret, daret d⌊enarium. Sic obrueret nos c⌊aro cum sua pigritia, ut lieſſen verbum et orationem liegen, ut multi faciunt. Ubi habent victum, fiunt porci, relinquunt officium, vivunt sibi. sed quia pauperem per fratrem vexat diab⌊olus, ideo oportet orare, praedicare. Tanta est violentia c⌊arnis, quae pendet in collo, ut in 1[1] fit certe: audita lib⌊ertate s⌊piritus trahunt in luxum c⌊arnis. Omnes sunt Euangelici nobiles, fa⌊ciunt, quod pla⌊cet eis, non est dan⌊ge. Sic rustici: iam non dant d⌊enarium, rauben da zu. Si iam sub lege et staret ty⌊rannis et rigor Pap⌊ae, geſch⌊äh yhn recht. Sed ibi extinguitur religio Christiana et manet opinio, quod oportet ista servare, si salvari etc. Doceamus ergo Christianos ut P⌊aulus hic: ne cog⌊itetis vobis libertatem

*1* est] et   *5* vivunt *c aus* ⟨s⌊ibi⟩   *7* s⌊piritus ⟨s⌊ancti⟩   *11* Christiana *o*   et *über* ⟨tunc⟩ quod *o*

1) *Erg.* momento.

Dr] Deinde nos ipsi, qui docemus verbum, non tanta diligentia et ardore iam in luce veritatis facimus nostrum officium, ut prius in tenebris ignorantiae illud fecimus. Quo enim sumus certiores de libertate illa a Christo nobis parta, hoc frigidiores et segniores sumus ad tractandum verbum, orandum, bene operandum, ad mala ferenda etc. Et nisi Satan vexaret nos intus spiritualibus tentationibus et foris persecutionibus adversariorum, item contemptu et ingratitudine nostrorum hominum, prorsus securi, ignavi et ad omne opus bonum reprobi fieremus atque ita cum tempore amitteremus cognitionem et fidem Christi, desereremus ministerium verbi et quaereremus commodiorem pro carne nostra vivendi rationem. Id quod plerique ex nostris facere incipiunt, illa occasione moti, quod laborantes in verbo non solum victum inde habere non possunt, sed quod etiam indignissime tractantur ab iis, quos praedicatione Euangelii liberaverunt ex miserrima servitute Papae. Hi pauperem et scandalosum Christum deserentes implicant se praesentis vitae negociis et ventri suo, non Christo, serviunt, sed quo fructu, cum tempore experientur.

Cum itaque sciamus diabolum maxime insidiari nobis, qui verbum habemus (alios enim captivos tenet ad suam ipsius voluntatem), et hoc sedulo conari, ut libertatem illam Spiritus nobis auferat vel saltem hoc efficiat, ut eam transferamus ad lasciviam, Ideo summa cura et diligentia docemus et adhortamur exemplo Pauli nostros homines, ne existiment illam libertatem spiritus partam Christi morte ideo sibi donatum, ut eam dent in occasionem carni, aut, ut Petrus ait, eam 'habeant velut malitiae velamen', 1. Petri 2, 16
sed ut per charitatem sibiipsis invicem serviant.

*32* diligentia et cura *CDE*

Hs] s⌊piritus datam ad c⌊arnem, quae debet crucifigi. appre⌊hendit c⌊aro lib⌊ertatem in oc⌊casionem libidinis.

'Sed per ch⌊aritatem': ſo heiſts. Ibi lex, et valde mag⌊na. Ista lib⌊ertas sic non intelligenda, sed contra istam libertatem ponamus servitutem et l⌊ieb. [Bl. 129ᵃ] Ergo Christiani lib⌊eri in spiritu, sed serviunt in carne. Q⌊uidquid habes in c⌊arne, debet servire. Si corpus habes, serviat officio, Predig⌊er consulat, studeat et moneto te ibi servum, et exigitur a te, ut ex lege. Servus, utere ad officium corpore, femina debet servire.

'Invicem': hoc nullis praedicamus; potest inculcari soli Christiano. Rusti⌊ci, nob⌊iles: Ja, ich muſts machen sicut Civitas; burg⌊er: tamen mea est; et excutiunt servitutem c⌊arnis cum fid⌊ucia. Quid fiet? sicut volunt in Matth. 12, 45 carnis, amittunt libertatem s⌊piritus, et erger quam sub Pap⌊a et '7ᵉˢ peiores'.

---

*4* non *o* *7* servum *c aus* servos *8* officium] offʾ *9* inculcari *c aus* inculculari *11* fient

---

Dr] Ne ergo, ut diximus, Christiani abutuntur hac libertate imponit Apostolus carni eorum servitutem per legem de mutua dilectione. Quare meminerint pii, se in conscientia coram Deo esse liberos a legis maledicto, a peccato et morte propter Christum, corpore autem esse servos. Hic alter alteri per charitatem iuxta hoc Pauli praeceptum servire debet. Unusquisque igitur studeat, in sua vocatione diligenter facere officium suum et, quacunque re potest, adiuvare proximum. Hoc exigit a nobis Paulus his verbis: 'Per charitatem servite vobis invicem', quae non sinunt sanctos secundum carnem esse liberos, sed subiiciunt eos servituti etc.

Porro haec doctrina de mutua charitate inter nos servanda nullo modo potest inculcari et persuaderi carnalibus hominibus. Christiani libenter hac in re obsequuntur. Alii praedicata libertate illa statim inferunt: Si liber sum, ergo licet mihi facere, quod volo. Haec res mea est, cur ergo non venderem eam quanti possum? Item: cum propter bona opera non contingat nobis salus, cur daremus aliquid egentibus? etc. Hi securissime excutiunt hoc iugum et servitutem carnis Et transferunt libertatem Spiritus in licentiam et lasciviam carnis. Illis securis contemptoribus certo annunciamus (quanquam non credant nobis, sed nos rideant), quod si corpore et facultatibus suis utantur pro sua libidine (ut certe faciunt, quia non adiuvant inopes, non mutuum dant, sed fraudant in negotio fratres, rapiunt per fas et nefas etc.), quod, inquam, liberi non sint, ut maxime se tales glorientur, sed amiserint Christum et libertatem et servi sint diaboli quodque nunc sub nomine Christianae libertatis 'septies deteriores' sint, quam antea sub tyran- Matth. 12, 43 ff. nide Papae. 'Diabolus enim, qui expulsus erat, reversus est in eos assumptis

---

*23/24* hac in re libenter *CDE*

Hs] Ideo helff, wer helff⌊en.[1] Si vis cum tuo corpore, substantia[2], quod carni pl⌊acet, tum scis, quod amiseris Christum, nec Christianus es. Ideo non curant E⌊uangelium, non ad Sac⌊ramentum, nemini helffen, rauben et ſtelen dazu. Nostrum non est tacere verbum nec in autoritate, ut istam libertatem revocemus. Si non hoc[3], wolt bald der ſachen raten; et non pos⌊sumus persuadere hominibus, ut corpore servirent.[4] Ideo praedicamus piis. ob der wenig ſind, nihil nocet: unus melior quam infiniti. Si unum ad Christum, melior mihi quam totus mundus. aufero absq⌊ue dubio multos. Illi ſollen mir ſo lieb ſein, ut nihil ruren kon⌊nen[5] etc. E⌊uangelium ergo serviat lib⌈ertati spiritus apud Christianos veros, qui sciunt se carne etc. P⌊aulus

*1 über* vis *bis* tuo corpore *steht* pro tuo arbitrio carnis uti  *4 über* autoritate *steht* potestate nostra  *10 über* etc. *steht* debere fratrib⌊us servire

[1]) *Erg.* kann.  [2]) = *Vermögen; erg.* facere.  [3]) *Erg.* necessarium esset.  [4]) *Erg.* aliis.  [5]) *Sinn: daß mich die vielen, die sich nicht retten lassen, nicht rühren, d. h. betrüben können: vgl. im Druck Z. 25ff.*

Dr] secum aliis septem spiritibus nequioribus ipso etc. Ideo eorum novissima facta sunt peiora primis.'

Nos divinum mandatum habemus praedicandi Euangelium, quod annunciat omnibus hominibus, si modo credant, gratis propter Christum libertatem a lege, peccato, morte, ira Dei etc. Non est autem in arbitrio aut potestate nostra, hanc libertatem caelare aut per Euangelium iam invulgatam obscurare seu revocare, quia Christus eam nobis donavit ac sua morte peperit. Neque possumus illos porcos, qui toto impeto ruunt in licentiam carnis, cogere, ut corpore et rebus suis serviant aliis. Ideo, quod possumus, facimus, hoc est, admonemus diligenter, illos debere hoc praestare, si his monitis nostris nihil efficimus, committimus rem Deo, cuius etiam est; is suo tempore iustas infliget eis poenas. Interim tamen hoc nos solatur, quod labor et diligentia nostra non est inanis apud pios, quorum proculdubio multi per nostrum ministerium erepti sunt e servitute diaboli et translati in illam libertatem Spiritus. Hi pauci, qui agnoscunt gloriam huius libertatis Spiritus et vicissim parati sunt per charitatem servire aliis et noverunt se secundum carnem esse debitores fratrum, plus nos exhilarant, quam innumera turba eorum, qui abutuntur illa libertate, nos contristare possunt.

Paulus valde propriis et disertis verbis loquitur, cum inquit: 'Vos in libertatem vocati estis' etc. Hic ne quis somniet libertatem carnis, exponit

*15* autem *fehlt CDE*  *16* nostra situm, hanc *CDE*  *16/17* hanc *bis* revocare] hanc libertatem per Euangelium iam invulgatam celare homines aut revocare *CDE*  *20* illos] eos *CDE*  *21* cuius etiam est *fehlt CDE*  *22* eis *fehlt CDE*  poenas istis contemptoribus *CDE*  *30* etc.] fratres.' *CDE*  somniet] somniat *A*

Hs] non permittit trahe⌊re[1] etc., sed debetis esse servi. Unusq⌊uisque sciat Christum dominum mortis, l⌊egis, inferni. Contra hunc th⌊esaurum habet servitutem externam, quae est servire prox⌊imo, ut ei **diene mit leib** et **gut**, quia deus sic fecit. Sed mundus totis fluviis fluit in lib⌊ertatem c⌊arnis. Fuerunt idol⌊olatrae sub Pap⌊a, illi peiores. Culpa non mea, habent doct⌊rinam puram, qua abutuntur, donec veniat deus peste, bello etc. 'Sed nos serviamus': Quid sit servire, sequetur. **man kans am aller beſten declarirn** per decalogum, ut sequetur.

5, 14 27. Novemb. | 'Omnis enim lex in uno verbo imp⌊letur': Postquam, sicut solet, P⌊aulus 1. iecit fundamentum Ch⌊ristianae doct⌊rinae, solet sic superst⌊ruere

1. Kor. 3, 11 f. 'aurum, arg⌊entum', ut docet ad Cor.: 'fundamentum est Christus' et iustitia Christi, postea 'superedificantur' b⌊ona o⌊pera, et vere b⌊ona o⌊pera, [Bl. 129ᵇ]

3. Moſe 19, 18 quae o⌊pera compreh⌊enduntur in b⌊revi praecep⌊to: 'Dil⌊iges prox⌊imum

3 extremam *[verschrieben]* *zu 3 zu* servitutem externam *gehörig steht unten am Rand der Seite:* qua gravati obediunt *[geschrieben:* obedit*]* deo

[1]) *Erg.* libertatem ad carnem.

Dr] se ipsum, cuiusmodi libertatem intelligat, dicens: 'Tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem servite vobis invicem'. Quare unusquisque Christianus sciat, se per Christum constitutum esse in conscientia dominum legis, peccati, mortis etc., ita quod illa non habeant ius in eum etc. Contra sciat quoque hanc servitutem externam corpori suo impositam esse, ut per charitatem serviat proximo. Qui autem aliter intelligunt Christianam libertatem, illi fruuntur Euangelii commodis in suam ipsorum perniciem et peiores sunt idololatrae sub nomine Christiano, quam antea sub Papa fuerunt. Paulus iam pulcherrime declarabit ex decalogo, quid sit servire per charitatem etc.

5, 14 Tota enim Lex etc.

1. Kor. 3, 11 Paulus ubi iecit fundamenta Christianae doctrinae, solet 'superstruere aurum, argentum et lapides pretiosos'. Fundamentum autem aliud nullum est, ut ad Corinthios ait, quam ipse Iesus Christus seu iusticia Christi. Super hoc fundamentum nunc superstruit bona opera et vere bona, quae omnia includit brevi praecepto: 'Diliges proximum tuum' etc., Quasi dicat: Cum dico debere vos per charitatem servire invicem, hoc volo, quod lex

3. Moſe 19, 18 alibi dicit: 'Diliges proximum tuum sicut te ipsum'. Hoc vere est interpretari Scripturam et praecepta Dei. Cogitatio Sophistarum, quam habent

*14/63, 30* seipsum exponit *CDE* *23* etc. *fehlt CDE* *24* etc.] in uno verbo impletur, nempe hoc: Diliges proximum tuum sicut teipsum *CDE* *25* fundamenta] fundamentum *CDE* *30* hoc] idem *CDE*

Hs] tuum'. Hoc est vere interpretari scrip⌊turam et praecepta dei. Dicit:
'servire invicem per charitatem', hoc est illud, quod dicitur alias in lege:
'Dilige'. Ne sit illa vana cogitatio, quam Soph⌊istae concipiunt de verbo Matth. 22, 39
amandi: Amare pro⌊ximum est velle alicui b⌊onum. Ex Philosophia pro-
cedunt: charitas est qualitas herens in animo, qua elicior ad actum bene
velle. Das iſt nuda, macra et mathematica ch⌊aritas, sed oportet ch⌊aritatem
esse: servat. nisi hoc, non est ch⌊aritas. Das iſt de ch⌊aritate vel 'servite'
geredt.

Oblique tamen taxat vanas doct⌊rinas. Istam doct⌊rinam etiam tradi-
d⌊erunt Philosophi, d⌊icunt legem naturae: hoc fac alteri, et: alteri ne feceris.
Hoc factum viris humani⌊s et gibt natura, quae hoc dictat. Sed hec non
potest dictare quam p⌊eccata. Imo docui vos veram, sanctam doct⌊rinam
vitae, iam op⌊era vera, ut ceremonialia et phanat⌊ica habeatis longe inferiora;
quia ps⌊eudoprophetarum omnium furor, quod non solum puram doct⌊rinam
deserunt, sed herent in superstit⌊ione, nulli herent in solidis op⌊eribus. Sic
in Sch⌊wermeris omnis discordia hebt ſich[1] etc. P⌊aulus: 'super' 'fenum', 1. Kor. 3, 12

*4* pro⌊ximum *c aus* d⌊icunt   *zu 4* Amare *r*   *5* qua] quo *c aus* qd   *9* Istam] Ista   *10* Philosophi] Phos̄   *zu 10* lex naturae *r*   *11* natura] n̄a, *darüber* forte: natura   *zu 15* Heretici docent superstitiosa opera *r*

[1]) *Erg.* an, *nämlich in der* doctrina.

Dr] de verbo diligendi, prorsus frigida ac vana est, dicunt enim diligere nihil
aliud esse nisi velle alicui bonum, Aut charitatem esse qualitatem inhaerentem
animo, qua homo elicit motum cordis vel actum, qui vocatur bene velle.
Illa est plane nuda, macilenta et Mathematica charitas, quae non est, ut
ita dicam, incarnata neque procedit in opus. Paulus contra dicit charitatem
debere esse servam, et nisi sit in officio servitutis, non esse charitatem.

De charitate autem praecipiens, oblique simul taxat vanos doctores, in
quos spicula sua dirigit, ut doctrinam suam quoque de operibus contra ipsos
defendat et confirmet, Quasi dicat: Hactenus vos docui, O Galatae, veram
et spiritualem vitam, nunc etiam vere bona opera docebo, Et hoc ideo, ut
illa ridicula et phanatica opera caeremoniarum, quae solum urgent Pseudo-
apostoli, longe inferiora esse agnoscatis operibus charitatis. Ea enim est
dementia et furor omnium impiorum Doctorum et phanaticorum spirituum,
quod non solum relinquunt fundamentum verum et doctrinam puram et soli-
dam, sed etiam haerentes in superstitionibus suis nunquam attingunt vere
bona opera. Ideoque tantum 'superstruunt super fundamentum', ut Paulus 1. Kor. 3, 12
ait, 'Lignum, foenum et stipulam.' Sic Pseudoapostoli, qui erant acerrimi
defensores operum, non docebant aut urgebant opera charitatis esse facienda,

*28* agnoscatis] cognoscatis *CDE*   *31* vere] vera *CDE*

Hs] ut Iud⌊aei non contendunt de v⌊eris operib⌊us ch⌊aritatis, de serviendo invicem, ut manu, lingua, totis virib⌊us sim paratus, neq⌊ue exercentur, sed an servandus iste dies festus, Neo⌊menia, Circumcisio. Das mus folgen, ubi Satan Ab⌊stulit fundamentum: impossibile manere usum b⌊onorum operum. ubi arb⌊or wegreuſt, etiam ipsi fructus. Sacra⌊mentarii gloriantur de ch⌊aritate, sustulerunt Christum et arbo⌊rem. Ibi incip⌊iunt, praedicant de g⌊rau rock, hut et ſauer, in fenum, stipulas komen. Sic omnes heret⌊ici. Sic Anab⌊aptistae non agunt, ut serviant invicem nisi in specie, sed: relinquere domum. Eque neces⌊sarium urgere doctri⌊nam de b⌊onis o⌊peribus, q⌊uam prins neces⌊sarium urgere doct⌊rinam fidei, resistit Sat⌊an utrique

2 neq⌊ue *über* sed  5 fructus *o*

Dr] ut Christiani mútuo sese diligerent, ut parati essent ad ferendam opem in quacunque necessitate proximis, non solum facultate, verum etiam toto corpore, hoc est, lingua, manu, corde et totis viribus, sed tantum urgebant servandam esse Circuncisionem, observandos esse dies, menses etc. Neque alia bona opera docere poterant. Destructo enim fundamento Christo et obscurata doctrina fidei impossibile est remanere ullum verum usum, exercicium et opinionem bonorum operum. Sublata arbore necesse est auferri quoque fructus.

Simili modo hallucinantur hodie Sectarii in doctrina de bonis operibus, necesse est igitur eos phanatica et superstitiosa quaedam opera docere. Sustulerunt Christum, succiderunt arborem et fundamentum subverterunt,
Matth. 7, 26 ideo 'aedificant super harenam' et nihil possunt superstruere quam lignum, foenum, stipulam. Egregie quidem simulant dilectionem, humilitatem etc., sed
1. Joh. 3, 18 revera 'non opere et veritate', ut Ioan. ait, 'sed tantum verbo et lingua diligunt' etc. Simulant et magnam sanctitatem, eaque sanctitatis simulatione imponunt hominibus, ut iudicent opera eorum esse magnifica et Deo grata. Verum si admoveris lucem verbi, invenies esse meras nugas de rebus ridiculis et nihili, pertinentibus tantum ad loca, tempora, vestes, respectum personarum etc. Quare aeque necessarium est, ut pii doctores tam diligenter urgeant doctrinam de bonis operibus, quam doctrinam de fide. Satan enim utrique infensus est et acerrime resistit. Fides tamen primum plantanda est, sine ea enim impossibile est intelligi, quid bonum opus sit, quid Deo placeat.

Quod vero Satan doctrinam etiam vere bonorum operum oderit, vel
Röm. 2, 14 inde apparet. Tametsi enim omnes homines 'notitiam quandam naturalem habeant, animis ipsorum insitam', qua naturaliter sentiunt alteri faciendum esse, quod quis velit sibi fieri (Quae sententia et similes, quas legem naturae vocamus, sunt fundamentum humani iuris et omnium bonorum operum), tamen adeo corrupta et caeca est vitio diaboli humana ratio, ut illam cognitionem secum natam non intelligat aut, si etiam admonita verbo Dei

Hs] doct⌊rinae. Q⌊uamquam alteram partem sciant, ut dil⌊igamus nos invicem, nec urgent multum docendo, multominus sic vivunt. Et in nostris ecclesiis videtur, quam frigid⌊a b⌊ona o⌊pera; sub Pap⌊atu giengen ceremonialia mit etc. Sic et, si velimus operosum facere, statim zurichten kunden.[1] Sed iam ie mher man treibt ad cha⌊ritatem, non furari, ie weniger thut. Sic etiam non discunt. Sic Philosophi ag⌊noscunt: diligendus prox⌊imus, tamen subvertuntur huma⌊na ratione [Bl. 130ᵃ] et diab⌊oli instigatione, quod relinq⌊uunt istam doct⌊rinam tam verbo quam opere et ruunt in suas cere⌊monias. Id quod cernere in Decreto.

Veram doct⌊rinam audistis, iam restant vera opera. Manent reliq⌊uiae in car⌊ne, quae sicut abhorrent a fide, sic a b⌊onis o⌊peribus. Sicut ergo luctandum pro fide, sic ad b⌊ona opera, quia habent lust ad phanaticas

---

*3 über* frigid⌊a *steht* languid⌊a  *zu 10* Vera opera *r*

[1]) *Sinn: Wenn wir doch unsern Willen gleich zur Tat zurichten könnten, ihn in die Tat umgesetzt sähen!*

Dr] intelligat, tamen scienter (tanta est potentia Satanae) eam negligat et contemnat. Deinde accedit hoc mali, quod diabolus omnes iusticiarios et haereticos ita dementat, ut omissa doctrina de vere bonis operibus pueriles quasdam tantum caeremonias aut portentosa quaedam opera, quae ipsi excogitarunt, urgeant. Ea magnifacit ratio ignara fidei et mirifice illis delectatur.

Sic in Papatu faciebant homines stulta illa et nihili opera, quae neque praecipit neque exigit Deus, summa voluptate, diligentia, ardore et magnis impensis. Idem studium ad res nihili cernimus hodie in Sectariis et eorum discipulis, praecipue autem in Anabaptistis. In nostris vero Ecclesiis, ubi diligentissime urgetur vera doctrina de bonis operibus, dictu mirum, quanta socordia et oscitantia regnet. Quo plus adhortamur et excitamus homines ad bene operandum, ad exercendam invicem charitatem, ad abiiciendam curam ventris etc., hoc languidiores et magis frigidi redduntur ad omnia exercicia pietatis. Itaque Satan non solum doctrinam fidei, sed etiam bonorum operum vehementer odit et impedit, Hic, ne homines nostri eam discant aut, si norint, factis tamen non praestent, Illic Hypocritae et Haeretici eam penitus negligunt et interim loco eius stultas caeremonias aut ridicula et phanatica quaedam opera docent, quibus facile capiuntur carnales homines. Mundus enim non Euangelio et fide, sed lege et superstitione regitur.

Admonet igitur Apostolus serio Christianos, ut, postquam puram doctrinam de fide audierint et acceperint, etiam vera opera exerceant. Manent enim etiam in iustificatis peccati reliquiae, quae, ut a fide, ita et a vere bonis

---

*31* facile *fehlt CDE*  carnales] et delectantur *CDE*

Hs] Pſ. 4, 3 operationes, Ut Ps. 4: 'Vanitatem'. Ipsa perfidia, qua contra deum nitimur nostris operib⌊us et negligentia cha⌊ritatis, qua nitimur in phanaticas quam ch⌊aritatem. Nihil facilius dictum: Dilig⌊e pro⌊ximum et servitute. Sed da doct⌊ores et auditores, qui hoc dilig⌊unt docendo et vivendo; non tantum conqueror de vivendo quam 1. Ideo ista verba sunt eterna, nemo satis ponderat, exercet, neque nos etiam. Istam tenta⌊tionem habeo, quod magis observo, ubi omiserim horam orandi, quam omiserim charitatem; habeo con⌊scientiam, ubi treck. Non enim adeo spectatis charitatis praecep⌊ta ut nostras superstitiones. Vos, inquit, estis immersi vestris supersti⌊tionibus ciborum etc. Ubi manet ch⌊aritas? Sic Iero⌊nymus: frangimus corpora nostra vig⌊iliis etc., et ea, quae est sola ch⌊aritas, negli⌊gitur. Sic in omnibus ſtucken: die

*zu 1* Ps. 4. *r* 7 habeo *neben* (haben) 8 *über* treck *steht* ex re nihili *zu 10* Hiero⌊nymus *r*

Dr] operibus abhorrent et avocant. Deinde ratio humana et caro, quae in Sanctis resistit Spiritui (in impiis vero potentissime dominatur), naturaliter afficitur
Pſ. 4, 3 Pharisaicis superstitionibus et, ut Psalm 4. ait: 'Diligit vanitatem et quaerit mendacium', Hoc est, plus delectatur, Deum metiri ex suis cogitationibus, quam ex verbo ipsius, Et longe maiori ardore facit opera, quae ipsa elegit, quam quae Deus praecipit. Ideo tam diligenter sudandum est piis doctoribus in urgenda charitate non simulata seu in urgendis vere bonis operibus, quam in vera fide docenda. Nemo igitur putet se perfecte nosse hoc praeceptum: 'Diliges proximum tuum' etc. Brevissimum quidem est et facillimum, quod ad verba ipsa attinet, Sed da Doctores et Auditores, qui docendo et vivendo hoc recte exerceant et praestent, video enim utrosque torpere. Ideo verba ista: 'per charitatem servite vobis invicem', 'Diliges proximum tuum sicut teipsum', aeterna sunt, quae nemo etiam bonus satis ponderat, urget et exercet. Et quod mirum est, pii hanc tentationem habent, quod statim laeditur conscientia ipsorum, si vel rem levem, quam debebant facere, omittant, non item, si charitatem (quod quotidie fit) negligant et puro ac fraterno corde erga proximum non afficiantur. Tanti enim non faciunt praeceptum charitatis ut superstitiones suas, a quibus in hac vita non sunt prorsus liberi etc.

Compellat igitur Paulus Galatas his verbis: 'Tota lex in uno verbo impletur' etc. Quasi dicat: Vos belli estis homines immersi superstitionibus et caeremoniis vestris de locis, temporibus, cibis, quae prosunt nec vobis nec aliis, et interim charitatem, quae sola erat facienda, negligitis. Quae ista est dementia vestra? Sic et Hieronymus ait: Nos frangimus corpora nostra

*14/15* et *(1.) bis* mendacium' *fehlt CDE* *17* praecipit] praecepit *CDE* *18* in urgenda] in tradenda et urgenda *CDE* *21* docendo, discendo et vivendo *CDE* *22* video *bis* torpere *fehlt CDE* *23* invicem', item: 'Diliges *CDE* *24* etiam *bis* ponderat] pius etiam satis expendit *CDE* *31* etc. *fehlt CDE*

Hs] Munch⌊e heiſſen ſie[1], faſten, rigide obser⌊vant suas preces, horas, vestes, todſund; quod odit fratrem, nihil. Sic nobis fit. Ergo hoc praecep⌊tum non solum docet b⌊onos mores, sed etiam confutat istas superst⌊itiones, Non solum superaedif⌊icat arg⌊entum, sed etiam destruit foenum. Quam infirmius in fide, tam infirmius in ch⌊aritate. Sed disp⌊utationem de deo secundum cog⌊itationes meas abiicere, sed fidere.[2] Sic in ceremoniis obmissis etc., sed puro corde et fraterno affici et exerceri cha⌊ritate. Ideo deus bene fecit dando multas cere⌊monias, sed exemplo indicavit, quam ei placuerit ch⌊aritas: Ut David. Christus: 'spicas', 'giengen hin durch', — ut significaret deus 1. Sam. 21, 7 Matth. 12, 1
humanum animum naturaliter superstitiosum i. e. adhereat locis, cibis. Nemo theol⌊ogorum hoc praecep⌊tum intelligit, non totus mundus intel⌊ligit. Et hoc praecep⌊tum cog⌊itare iſt leicht, ghen da hin et torpemus prae nimia fiducia et securitate, nimia scientia.

---

*1* faſten] faſſen    *zu 2/3* 'Misericordiam volo et non sac⌊rificium' *[Hosea 6, 6]*
*7 über* affici *steht* erga fratrem    *zu 9* Dauid *r*

¹) ſie *für* ſich, = *sie setzen sich hart zu; vgl. Unsre Ausg. Bd. 31¹, 96, 20.*    ²) *Erg.* debemus.

Dr] vigiliis, inedia, labore etc., et charitatem, quae sola est Domina et Magistra operum, negligimus. Hocque egregie cernitur in Monachis, qui rigidissime observant traditiones suas de caeremoniis, esu, vestitu etc. Hic si aliquid vel tantillum omittant, peccant mortaliter. Quod vero non solum negligunt charitatem, sed insuper etiam alius alium acerrime odit, nihil est, ut timeant.

Itaque Paulus hoc praecepto non solum docet bona opera, sed damnat etiam phanatica et supersticiosa opera. Non solum 'superstruit super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos', sed etiam destruit ligna, exurit foenum et stipulam. Deus quidem benefecit, quod multas caeremonias Iudaeis dedit. Per hoc enim voluit significare, humanum animum naturaliter superstitiosum, nihil curare charitatem, sed alligatum esse caeremoniis et carnali iusticia delectari. Interim tamen Deus exemplis testatus est in veteri etiam Testamento, quanti semper fecerit charitatem, cui cedere voluit ipsam legem cum suis caeremoniis. David cum esuriret ipse et qui cum 1. Sam. 21, 7
eo erant, cum non haberent, quod ederent, edebant panes sanctos, quos secundum legem solis Sacerdotibus, non Laicis edere licebat etc. Discipuli Matth. 12, 1
violabant Sabbatum vellendo spicas etc. Violat et Christus ipse Sabbatum, ut Iudaei interpretabantur, sanando in Sabbato infirmos. Haec omnia indicant, charitatem longe praeferendam esse omnibus legibus et caeremoniis etc. et Deum nihil usque adeo requirere a nobis quam charitatem erga proximum. Idem testatur etiam Christus, cum ait: 'Secundum autem simile est huic.' Matth. 22, 39

---

*18* nihil *bis* timeant] hic nihil peccant aut laedunt Deum *CDE*    *23* significare voluit *CDE*    *25/26* etiam in veteri Testamento *CDE*

Hs] 'Omnis': Quid vultis viel mit leg⌊e umbgehen? Per fidem damnavi cere⌊monias et leg⌊es. Iam per ch⌊aritatem. 'Omnis': desistite ab istis ineptiis. [Bl. 130ᵇ] Quid vultis vos vexari cere⌊moniis? Sic comedendum, bibendum, lavandum, surgendum, — hoc, quid est? Deus non indig⌊et his.
Apg. 16, 31 'Crede in Christum'. Si vis leges habere, —: 'Uno'. Das heiſt Mos⌊en reducere a sua maiest⌊ate. Unum verbum: Crede in Christum et dilige. Verbum fid⌊ei est vilis⌊sima vox et parvis⌊sima et tamen victrix diab⌊oli, mortis. Sic servire prox⌊imo, consola⌊ri fratrem, docere errantem, iuvare pec⌊catorem vilis⌊sima res, ferre fratris impatientiam, passiones, mores, esse patientem in oeco⌊nomia, politia, cum uxore, — est nullius speciei, sed tam

---

*1 über* vultis *steht* vos multis l⌊egibus onerare *zu 1 gehört vielleicht* gravati ab deo acerrime *am untern Rande der Seite* *2* cere⌊monias et leg⌊es *über* (opera) *zu 6* Diligere *r* *zu 8* Servire prox⌊imo *r* *9* impatientiam] impatientiatem *10* politia[2] oeco⌊nomia[1]

Dr] Tota enim lex in uno verbo impletur, nempe hoc: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Quasi dicat: quid oneratis vos lege? quid anxii sudatis et vexamini caeremoniis legis de cibis, diebus, locis etc.? quod hoc modo sit vescendum, bibendum, feriandum, sacrificandum etc.? Desistite ab his ineptiis, et audite, quid ego dico. Tota lex plenissime comprehenditur in uno illo verbo: 'Diliges proximum tuum sicut teipsum.' Deus certe non delectatur nec indiget illa observatione rituum legalium, Sed hoc nunc a vobis requirit, ut credatis iu Christum, quem misit ipse; tum in illo consummati estis et habetis omnia. Si autem ad fidem, cultum Deo gratissimum, vultis et leges addere, tum scitote, hoc brevissimo praecepto: 'Diliges proximum tuum sicut teipsum' omnes leges comprehendi. Hoc praeceptum studete servare, quo servato implestis omnes leges.

Et Paulus optimus est interpres praeceptorum Dei, in brevissimam enim summam contrahit totum Mosen, ostendens in omnibus ipsius legibus, quae fere infinitae sunt, nihil aliud contineri in summa, quam hoc brevissimum verbum: 'Diliges proximum tuum sicut teipsum.' Caeterum ratio offen-
Apg. 16, 31 ditur ista vilitate et paucitate verborum, quia brevissime dicitur: 'Crede in Christum', Item: 'Dilige proximum tuum sicut teipsum.' Ideo utranque doctrinam de fide et vere bonis operibus contemnit. Interim tamen ista vilissima et brevissima fidei vox: 'Crede in Christum' credentibus divina est potentia, qua vincunt peccatum, mortem, diabolum etc., qua salutem consequuntur. Sic servire alteri per charitatem, hoc est, docere errantem, consolari afflictum, erigere infirmum, adiuvare proximum, quacunque re possis,

---

*11/12* nempe *bis* teipsum *fehlt CDE* *27* Caeterum *fehlt CDE*

Hs] mag[num opus, quod totus mundus non comprehend[it, et tamen dicit se scire et habet scriptum in corde, et tamen non intel[ligit, alioqui magni estimaret et ging durch superſti[tionem. Quando vero ein g[rauen rock, das ſind speciosa; ſauer ſehen, non ducere uxo[rem, ieiunare pane et aqua, das leucht etc.; sed obed[ire parentib[us. Ideo ceci in ipsa vita, plus in fide Ideo luctandum est non solum contra op[iniones cordis, quod ad f[idem, sed etiam b[ona o[pera, Ut sciret se quis gros achten, quando alium vid[et sedentem in auro et se dilig[enter administrantem; sed quia est communis res. Quam breve verbum et pulchre et potenter dictum: non possum melius exemplum dare quam me et nobilius obiectum quam prox[imum, nobilis[simus habitus cordis, nempe charitas. Si vis scire, quomodo dil[igas prox[imum, inspice te: Volo me iuvari omnibus consiliis, paternis rebus

3 *über* ging durch *steht* P[aulus *zu 8/9* 'Diliges prox[imum' *r* 11 *ursprünglich steht:* nempe cor, *dazu vom Rande eingewiesen* charitas, *darunter von Crucigers Hand* sive dileccio

Dr] ferre eius agrestes mores et importunitatem, tolerare in Ecclesia et Politia aequo animo molestias, labores, hominum ingratitudinem et contemptum, obedire Magistratibus, honore parentes afficere, patientem esse domi cum morosa uxore, intractabili familia etc., opera, ut ratio iudicat, nullius momenti sunt. Sed crede mihi, tam egregia et praeclara opera sunt, ut totus mundus eorum utilitatem et dignitatem (quia non metitur opera aut ullas alias res ex verbo Dei, sed ex iudicio impiae, caecae et stultae rationis) non comprehendat, Imo ne quidem unius minimi vere boni operis precium aestimare potest.

Toto igitur coelo errant homines, quando somniant se belle intelligere praeceptum charitatis; habent quidem illud scriptum in corde, quia naturaliter iudicant Alteri faciendum, quod sibi quis cupit fieri, sed hinc non sequitur, quod illud intelligant, alioqui factis etiam praestarent illud et praeferrent charitatem omnibus operibus, Neque tanti facerent et inflarent suas bullas, hoc est, nugas et superstitiones, ut sunt: tristi vultu et demisso capite incedere, coelibem esse, victitare pane et aqua, in Eremo agere, sordido vestitu uti et similia. Illa prodigiosa et superstitiosa opera, quae neque Deo mandante neque approbante eligunt, iudicant tam praeclara et sancta, ut charitatem, quae est sol omnium operum, longissime superent et obscurent. Adeo incomprehensibilis et infinita est caecitas humanae rationis, ut non solum de doctrina fidei sed etiam de vita et operibus rite iudicare non possit. Quare luctandum est nobis sedulo non solum contra opiniones cordis nostri, quibus naturaliter libentius niteremur in re salutis quam verbo Dei, sed etiam contra larvam et sanctam speciem electiciorum operum, Ut ita

25 illud (2.)] *fehlt CDE*

Hs] meis man ſols curirn. Caro transit frigida. 'Teipsum' iſt ein koſtlich exemp⌊lum. Optimum librum habes omnium legum in corde tuo, tantum respice te, non opus aperias lib⌊ros. Nulla persona nobilior, in qua debeo exer⌊cere ch⌊aritatem; non animali; homo naturaliter constitutus ad Civil⌊itatem et societatem. Non animal in terris, quod liblicher quam homo. Ideo nihil potuit constitui amari quam prox⌊imus.

Sed istud praedicamentum obiecti aufert diab⌊olus: video aliquo vitio laborantem, inspicio ut diab⌊olum, et amp⌊lius non prox⌊imus sed hostis.

4 in *über* (a) animali] alj̄ 6 constitui c *aus* constituitur

Dr] discamus magnificare opera, quae unusquisque in sua vocatione facit, etiamsi in speciem levia et despecta videantur, modo habeant mandatum Dei, Et e contra contemnere ea, quae ratio eligit sine mandato Dei, ut maxime praeclara, gravia, magna, sancta videantur.

Hoc praeceptum alibi diligenter et copiose tractavi, ideo iam obiter tantum illud percurram. Breve verbum est et pulchre ac potenter dictum: 'Diliges proximum tuum sicut Teipsum.' Nemo potest dare melius, certius et propius exemplum quam Seipsum. Neque dari potest nobilior et profundior habitus quam charitas, Neque excellentius obiectum quam proximus. Exem[Bg. T]plum ergo, habitus et obiectum sunt nobilissima. Itaque si cupis scire, quo modo diligendus sit proximus, et habere exemplum illustre huius rei, considera diligenter, quo modo Tu teipsum diligas. Certe cuperes anxie in necessitate aut periculo te amari et iuvari omnibus consiliis, facultatibus et viribus non solum omnium hominum sed etiam omnium creaturarum. Quare nullo libro indiges, qui te erudiat et admoneat, quomodo proximum diligere debeas, habes enim pulcherrimum et optimum librum omnium legum in corde tuo. Non eges ullo doctore hac in re, tantum consule tuum proprium cor, hoc satis abunde docebit te, ita diligendum esse tuum proximum, ut Teipsum. Deinde charitas summa virtus est, quae non solum parata est servire lingua, manu, pecunia, facultatibus, sed etiam corpore et ipsa vita, neque meritis aut ulla alia re provocatur, neque demeritis, ingratitudine etc. impeditur. Mater ideo fovet, curat etc. filium, quia diligit eum etc.

Postremo nullum animal, erga quod exercere debes charitatem, nobilius est proximo tuo. Non est diabolus, non leo, ursus, lupus, non lapis, lignum etc., sed animal tui simillimum, quo nullum vivit in terris iucundius, amabilius, utilius, benignius, magis consolatorium et necessarium, quodque naturaliter conditum est ad civilitatem et societatem. Ideo nihil in tota rerum natura potuit constitui magis dignum amore, quam proximus noster. Sed

20 cuperes anxie *fehlt CDE* 21 aut] et *CDE* periculo maxime cuperes te *CDE* 22 non solum *fehlt CDE* sed etiam omnium] et *CDE*

Hs] Das kan diab⌊olus zutwegen bringen et habitum in corde machen frigidum, ut non curem prox⌊imo. cupiditatib⌊us meis studeo, das der habitus hin weg; tum tantum manent voculae dilig⌊endi. [Bl. 131ᵃ] Sed prox⌊imus meus est quilib⌊et homo, qui mihi etiam nocuerit. Etiam si noceret, maled⌊iceret, tamen manet homo, caro et sang⌊uis, corp⌊us et anima, crea⌊tura divina, mihi simillime creata; ea manente natura manet praecep⌊tum ch⌊aritatis. Ut ho⌊mo, qui appreh⌊endit ho⌊minem apud vitium: der mit dem g⌊roßen maul.[1] Si etiam homo plenus virtutibus ut Christus, et tantum video unum, quod displicet. Das wer ein praecep⌊tum, inquit, da yhr zuthun habt per totam v⌊itam. Exercete vos 1. in fid⌊e, postea ch⌊aritate, quia mundus plenus hominib⌊us

*zu 4/5* Esa. c. 58.: 'Ne despex⌊eris c⌊arnem tuam' *[Jes. 58, 7]*. Memb⌊rum in corpore putridum non etc.[2] *r*   *6 über* Ut *steht* facimus   *9* habt] hat

[1]) *Siehe S. 74, 15.*   [2]) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 32.*

Dr] ea mira ars est diaboli, ut non solum possit egregie obscurare hoc nobilissimum obiectum et ex animo mihi eximere, sed etiam potest cordi plane contrariam opinionem persuadere, ut iudicet proximum non amore, sed acerbissimo odio dignum. Hocque potest facillime efficere, tantum suggerit mihi: Ecce is homo hoc vitio laborat, obiurgavit te, nocuit tibi etc. Hic statim vilescit hoc obiectum amabilissimum, ut amplius non agnoscatur proximus diligendus, sed hostis odio dignissimus. Hoc modo Satan mirifice potest habitum diligendi in corde nostro frigidum et negligentem reddere, imo prorsus extinguere, ut obliti amoris erga proximum tantum obsequamur cupiditatibus nostris. Praeter hoc accedit etiam nostra superstitio et negligentia, Deinde offensiones proximorum, quae nos penitus ex amatoribus faciunt osores, Ita ut nihil in nobis de illo praecepto maneat quam nudae et inanes literae et syllabae: 'Diliges proximum tuum sicut teipsum.'

Hoc modo non tenemus sententiam huius praecepti, multominus servamus. Sed proximus est quilibet homo, praesertim qui ope nostra indiget,
ut Christus interpretatur Luc. 10. Qui etiamsi me aliqua iniuria affecit aut Luk. 10, 30ff.
nocuit, non ideo exuit humanitatem aut desinit esse caro, sanguis, creatura Dei mihi simillima, Summa, non desinit esse proximus meus. Donec ergo manserit in eo natura humana, tantisper manet etiam praeceptum charitatis, quod exigit a me, ut carnem meam non despiciam, non malum pro malo reddam, sed malum bono vincam, Alioqui charitas nunquam erit 'tolerans,
patiens' etc., 1. Corin. 13. Non absciditur membrum morbosum, sed fovetur 1. Kor. 13, 7

*12* mihi *fehlt CDE*   *15* mihi *fehlt CDE*   *17/23* Hoc *bis* teipsum.'] Hoc modo Satan mirifice potest habitum diligendi in corde nostro mutare, ut ex amatoribus proximorum fiamus detractatores, osores et persecutores ipsorum, ut nihil in nobis de illo praecepto (diliges proximum tuum sicut te ipsum) maneat, quam nudae et inanes literae et syllabae. *CDE*
*24/25* Hoc *bis* est] Est autem proximus noster *CDE*   *29* in eo manserit *CDE*

Hs] indigentib⌊us. Ibi caro non; sed tum fiet, ut ch⌊aritatis l⌊ocus, 1. Cor. 13. Omnes l⌊eges in hoc ordinatae, ut 1. fid⌊em doce⌊amus, post ch⌊aritatem. Theologia est brevis in verbis et facilis, sed re, usu est latior, longior, profundior quam totus mundus.

5, 15 'Si autem invicem': Das vitium bl⌊eibt extra ec⌊clesiam non, postquam ingressi ps⌊eudoprophetae; ubi subverterunt fundamentum, tum impossibile, ut maneat concord⌊ia et p⌊ax, nec in opinione nec oper⌊e. Ubi Aph⌊rica

3 *über undeutlichem* Theª *steht* forte Theª [= Theologia] [1]

[1]) *D. h. Rörer stellt die Lesung sicher.*

Dr] 1. Kor. 12, 23 et curatur. Et 'membris minus honestis', inquit Paulus, 'uberior honos addendus est.' Sed plerique adeo immemores sunt huius praecepti, ut, si etiam norint aliquem multis insignibus donis ac virtutibus praeditum, tamen si vel unum naevum aut maculam in eo deprehenderint, in illam solam intuentes obliviscuntur omnium donorum et bonorum ipsius. Multos etiam invenies tam inhumanos et acerbos illusores, qui eos, quibus male volunt, non appellant proprio nomine, sed describunt ignominiosa quadam periphrasi, Ut ille: limis oculis, adunco naso, sparso ore etc. Breviter mundus est regnum diaboli, quod fidem et charitatem et omnia Dei dicta et facta securissime contemnit.

Commendat ergo Paulus Galatis et omnibus Christianis charitatem et adhortatur eos, ut per eam sibi invicem serviant, Quasi dicat: Non opus est onerare vos Circuncisione et ritibus Mosaicis, Sed ante omnia perseverate in fidei doctrina, quam a me accepistis. Post, si vultis bene operari, Ego uno verbo ostendam vobis summa et maxima opera et quomodo omnes leges impleatis: Diligite vos mutuo per charitatem. Non deerunt, quibus benefacere poteritis, mundus enim plenus est hominibus, qui ope aliorum egent. Haec absoluta est doctrina de fide et charitate et Theologia brevissima et longissima, Brevissima, quod ad verba et sententias attinet, sed usu et reipsa latior, longior, profundior et sublimior est toto mundo.

5, 15 Quodsi invicem mordetis et comeditis, videte, ne ab invicem consummamini.

Paulus his verbis testatur, in Ecclesiis non posse constare pacem et concordiam, neque in opinione neque in vita, si per impios doctores subvertatur fundamentum, hoc est, doctrina fidei, sed subinde oriri alias atque

9 Sed *bis* praecepti] Sed ita excaecata et corrupta est veneno diaboli natura *CDE* 10 norint filii saeculi aliquem *CDE* 11 illam] hanc *CDE* 15 Ut ille apud Teren.: Limis *CDE* 18 Paulus charitatem Galatis *CDE* Christianis] piis (hi enim soli diligunt) et *CDE* charitatem *fehlt CDE* 25 absoluta] perfecta *CDE* 31 opinione] doctrina *CDE* 32 doctrina fidei] fides in Christum *CDE*

Hs] per Manich⌊aeos seducta, Venerunt Donatistae cum reliquis 2 sectis. Ubi una scissura, non finis eius. Ubi Sch⌊wermeri a nobis defecerunt, postea Anab⌊aptistae, sic postea alii, nec inter se possunt concordes fieri, quia ablato spiritu veritatis. Sic nullus finis in op⌊inionibus, heresib⌊us et doctrina, sic etiam in morib⌊us, is nimbt vestem, diem, Circum⌊cisionem. Sicut in Pap⌊atu: si mansisset, venissent plures ordines Monach⌊orum, deinde quodlibet monast⌊erium, tot opiniones quot cap⌊ita. Postea kompt mordere, quod secta sectam damnet, Ut Parſ⌊uſſer ſchilt Predig⌊er: Vos eſſet fl⌊eiſch! Vos non ſchuch tragt! Sic secta sectam iud⌊icat et opus opus damnat, quia sua vol⌊unt laudare. Das thut ch⌊aritas nicht, sed sic dicit: Ego sum prae-

*zu 1/2* In mathematica, cum semel receditur ab unitate, numerus non cessat progredi, donec crescat in infinitum. Sic *von Crucigers Hand r* 6 venissent] venisset

Dr] alias dissensiones et opiniones de doctrina, fide et operibus. Semel autem violata Ecclesiae concordia non est modus neque finis mali illius. Autores enim schismatum inter se dissentientes hic illud opus docet ad iusticiam necessarium, alius aliud. Quisque suam opinionem et superstitionem probat, alterius reprehendit. Ibi necesse est oriri dissidia et factiones, quae postea mutuo mordent et devorant, hoc est, iudicant et condemnant, donec tandem consummentur. Hoc praeter Scripturam testantur etiam exempla omnium temporum. Ubi Aphrica eversa fuit per Manichaeos, mox secuti sunt eos Donatistae, qui et ipsi inter se dissentientes divisi erant in tres Sectas etc. Nostro tempore primum defecerunt a nobis Sacramentarii, post Anabaptistae, horum neutri inter se concordes sunt. Ita Secta semper parit Sectas et alia alias damnat. Cessante unitate secundum Mathematicos progreditur numerus usque in infinitum. Sic laesa et ablata unitate spiritus, neque in doctrina neque in moribus possibile est manere concordiam, sed subinde novi utrinque errores nascuntur usque in infinitum. Hoc etiam egregie vidimus in Papatu, in quo, cum neglecta iaceret doctrina fidei, impossibile fuit manere concordiam spiritus, qua ablata postea per doctrinam operum natae sunt fere infinitae Sectae Monachorum, qui discordes inter se metiebantur sanctitatem ex gravamine ordinum et difficultate operum superstitiosorum, quae ipsi excogitaverant. Hinc alii volebant haberi aliis sanctiores. Item non solum monachi diversae, sed etiam eiusdem professionis inter se dissentiebant. Ut figulus figulo, ita Minorita Minoritae invidebat etc. Denique tot erant opiniones in quolibet Monasterio, quot Monachi erant. Tam diu igitur

*11* opiniones et dissensiones *CDE* fide et operibus] et vita *CDE* *12* mali illius] dissensionum *CDE* *13* hic illud, alius aliud opus *CDE* *14* alius aliud *fehlt CDE* *15/17* quae *bis* consummentur] Unde fit, ut alii alios mordeant et devorent, hoc est, iudicent et condemnent, donec tandem pereant *CDE* *22* alias] aliam *CDE* *25* egregie *fehlt CDE* *27* qua] Ea *CDE* *28* qui] Hi *CDE*

Hs] dicator, sum discip⌊ulus, praeceptor, mag⌊istratus; est valde bonum opus: servus, ancil⌊la, uxor; servi tu deo in tua vi⌊ta sicut ego in mea. Sic lob ich dein ampt et econtra. Sic alterum al⌊ter non iudicat, sunt in varietate multorum op⌊erum, et tamen s⌊umma concordia.

Hoc non possunt Sectae facere, hoc impossibile, alioqui giengen zu ſcheittern. Mo⌊nachus Francis⌊canus non dicit: Uxor, tuum of⌊ficium tam bonum ut nostrum; quod Karl⌊ſtadt dicat[1]: Mein g⌊rauer rock non melior quam gulden baret Cesaris; Sed: Isti seculares, incedunt Pompa, in auro, Nos econtra. [Bl. 131[b]] Sed P⌊aulus: Si vis l⌊egem facere et luſt ad b⌊onum op⌊us, 'Servite' etc., laſt ein igl⌊ichen ſein[2] etc. et laudetis invicem, nemo

6 tuum] tua)

[1]) *Abhängig zu denken von einem aus Z. 5 wiederholten* impossibile. [2]) *Erg.* was er iſt.

Dr] mutuo inter se aluerunt aemulationes, contentiones, lites, virulentias, morsus et devorationes, donec iuxta hoc dictum Pauli iam consummentur etc.

Qui vero doctrinam fidei tenent et iuxta hoc Pauli praeceptum sese mutuo diligunt, non vituperant alii aliorum vitae genus et opera, sed quisque alterius genus vitae et officium, quod facit in sua vocatione, probat. Nemo pius praefert coram Deo officium magistratus officio subditi, quia novit utrunque esse ordinationem Dei et habere divinum mandatum. Non discernit inter officium seu opus patris et filii, paedagogi et discipuli, heri et servi etc., sed certo pronunciat utrunque placere Deo, si fiat in fide et obedientia Dei. Coram mundo quidem ista vitae genera et eorum officia inaequalia sunt, sed ista externa inaequalitas nihil impedit unitatem Spiritus, qua idem omnes de Christo sentiunt et credunt, scilicet per eum solum nobis contingere remissionem peccatorum et iusticiam. Deinde quod ad externam conversationem et officium attinet, alius non iudicat alium neque opera eius vituperat, sua laudat, etiamsi longe superent ea, sed uno ore et spiritu
Röm. 2, 11 fatentur se habere eundem Christum Salvatorem, apud quem 'nulla est personarum' aut operum 'acceptio' etc.

Hoc impossibile est eos facere, qui neglecta doctrina de fide et charitate superstitiosa opera docent. Monachus non concedit, Laici opera, quae facit in sua vocatione, tam bona et accepta esse Deo quam sua. Nonna longe praefert suum vitae genus et opera vitae generi et operibus Matronae coniugis, haec enim iudicat meritoria esse gratiae et vitae aeternae, non item illa. Atque hinc est, quod sacri illi homines, ut auri fames, vehementer contenderunt et persuaserunt etiam mundo, suum statum et opera longe

*11* mutuo] mutuas *CDE* *21/22* omnes idem *CDE* *32* coniugis] quae maritum habet. *CDE* haec enim] Sua opera *CDE* *33* illa] opera matrisfamilias *CDE* illi] isti *CDE* *34* etiam toti mundo *CDE*

Hs] exal⌊tet se super alium. Das heiſt recht docere bona op⌊era. Istam doct⌊rinam non docent nec possunt, quia obsessi opinio⌊nibus propriis de fide et b⌊onis o⌊peribus. Nos gratia dei bene loqui possumus de b⌊onis o⌊peribus. Ubicunque f⌊ides, manif⌊esta fecit et successit op⌊era falsa, i. e. invicem iud⌊icare, criminari, damnare et extollere super alium sequitur inevitab⌊iliter, quia ibi c⌊aro, mundus, diab⌊olus kan nicht anders. Ideo ne heiſt euch nec damnate invicem propter Cir⌊cumcisionem, festa, ia wird nichts draus. 'Si', i. e. yhr werd euch ſo lang freſſen, ut euch auffreſt. Si edif⌊icatis focum, habebitis etiam

2 docent] docet  3 possumus *fehlt*  5 alium] aliam  7 nichts] nicht

Dr] maiora et sanctiora esse Laicorum statu et operibus. Et nisi ipsi hanc opinionem sanctitatis de operibus suis adhuc hodie haberent et defenderent, non diu servarent dignitatem et Regnum suum. Nulli igitur Monacho aut alii, quicunque tandem sit, iustitiario persuadebis, opera vulgaris Christiani, in fide et obedientia Dei facta, meliora et magis accepta esse Deo quam superstitiosa et prodigiosa illa sua opera, quae ipsi legerunt. Sublato enim fundamento non possunt operarii aliter iudicare, quam se, qui tam praeclara et grandia opera faciunt, et ut hodie Anabaptistae somniant, se, qui egent, esuriunt, frigent et vili vestitu utuntur etc., esse sanctos, non item alios, qui proprium tenent etc. Ideo impossibile est, eos pacem habere cum iis, qui eorum opinioni non assentiuntur, sed mordent et devorant eos.

Contra Paulus docet, vitandas esse tales occasiones discordiarum, et ostendit, quo modo vitari possint. Ea, inquit, est via ad concordiam: Quisque faciat in suo vitae genere, ad quod Deus eum vocavit, suum officium, non extollat se supra alios neque opera aliorum reprehendat et sua tanquam meliora commendet, sed alii aliis per charitatem serviant. Haec germana et simplex est doctrina de bonis operibus. Hoc illi, qui 'naufragium circa 1. Tim. 1, 19
fidem fecerunt' et phanaticas opiniones de fide et vita seu operibus bonis conceperunt, non faciunt, sed statim dissentientes inter se de doctrina fidei et operum alii alios mordent et devorant, id est, criminantur et condemnant, ut de Galatis hic Paulus ait: 'Quod si invicem mordetis' etc. Quasi dicat: nolite alii alios invicem criminari et damnare propter Circuncisionem, propter observationem feriarum aut aliarum caeremoniarum, sed hoc potius praestate, ut vobis invicem per charitatem serviatis, alioqui si perrexeritis vos invicem mordere et devorare, videte, ne consummamini, id est, prorsus pereatis etiam

9 ipsi *fehlt* *CDE*  10 hodie apud quosdam haberent *CDE*  11 Regnum suum] opes suas *CDE*  12 vulgaris Christiani] mariti, uxoris, servi, ancillae etc. *CDE*  14 sua] electitia *CDE*  legerunt] faciunt *CDE*  15 fundamento] angulari lapide Christo *CDE*  qui] praesertim cum *CDE*  16 faciunt, solos Deo esse acceptos. *CDE*  et ut] Sic *CDE*  18 tenent] habent *CDE*  eos] iusticiarios et sectarum autores *CDE*  23 tanquam] velut *CDE*  24 commendet] laudet *CDE*

Hs] ignem, i. e. simpliciter peribitis, etiam poenaliter. Iam culpa perierunt. Nullum
b⌊onum opus ad Sch⌊wermerum; q⌊uando facit in speciem, ideo mordet invicem.
Ideo etiam consummamini poenaliter, Sicut fecit Ar⌊io, Muntz⌊ero et aliis.
5, 16 'Dico autem: ambul⌊ate'. Da wil ers ſaſſen et praecep⌊tum exponirn,
quid sit dilig⌊ere p⌊roximum.
28. Novemb. Periculos⌊um et diffic⌊ile, simul docere nos iustificari sine operibus
et tamen exigere opera. Si docemus opera, amittitur f⌊ides. Si econtra, etc.
Ibi ergo ceperat exhortari ad opera et dicit: 'in 1 verbo impletur tota lex:
5, 14 Dilige' etc. Ecce versatur in operib⌊us et sonant verba, quasi, si fecerint

4 *über* exponirn *steht* exemplariter 7 amittitur] amittitutur 9 *über* si *steht* qui

Dr] corporaliter. Id quod fere semper accidere solet, praecipue authoribus Sectarum, Ut Ario et aliis et nostro tempore nonnullis. Qui enim fundamento iacto in arenam superstruit ligna, foenum, stipulam, hunc necesse est perdi et concremari, illa enim omnia parata sunt ad incendium. Ut interim non dicam, eiusmodi morsus et devorationes sequi solere etiam devastationes non unius civitatis, sed regionum et regnorum etc. Nunc interpretatur, quid sit servire proximo per charitatem.

Difficile et periculosum est docere, nos fide iustificari sine operibus,
et tamen simul exigere opera. Hic nisi sint fideles et prudentes ministri
1. Kor. 4, 1 Christi et 'dispensatores mysteriorum Dei', qui recte secant verbum veritatis,
statim fides et opera confunduntur. Uterque locus et fidei et operum diligenter doceri et urgeri debet, sic tamen, ut uterque intra suos limites maneat. Alioqui, si opera sola docentur, ut in Papatu accidit, fides amittitur, Si fides sola docetur, statim somniant carnales homines opera non esse necessaria etc.

Coeperat Apostolus supra exhortari ad bona opera et dicere totam
legem impleri uno verbo, illo scilicet: 'Diliges proximum tuum sicut teipsum'.
Hic alicui in mentem venire posset: Paulus in tota Epistola detrahit legi
2, 16 iusticiam, quia dicit: 'Ex operibus legis non iustificatur omnis caro', Item:
3, 10 'Qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt' etc. Iam autem, cum ait
totam legem in uno verbo impleri, videtur oblitus caussae, quam in tota hac Epistola tractavit, et plane diversum sentire, nempe hoc, quod facientes opera charitatis legem impleant et iusti sint. Ad hanc occupationem respondet his verbis:

5, 16 Dico autem, Spiritu ambulate, et concupiscentiam carnis non perficietis.

Quasi dicat: Non sum oblitus disputationis meae superioris de fide neque eam iam revoco, cum adhortor vos ad mutuam charitatem et dico

33/34 et *his* perficietis *fehlt CDE*

Hs] ista, sint iusti. ergo recessit a priori disput[atione. Ideo cautus est et memor sui: 'Dico'. Inceperam suaderi, ut diligatis, et dixi, quod universa lex in uno etc. Hoc fortasse non recte intelligeretis, ergo indicabo. Sic Soph[istae: Dilectio est plenitudo legis, et dicit [1], quod universa lex collecta uno verbo etc., ergo dilectio est iustitia. Ipsi a verbo ad opus, a doctrina ad opus; est insulsis[sima consequentia, a praeceptis etc. Sed heißt: deberemus quidem iustificari, si p[raeceptum non esset hic. Lex praescribit, quid faciendum. Quid? Diligere debes, ergo dilectio facit iustos. et da, qui diligat deum et proximum. In fut[ura vita erit dilect[io iusti[tiae, cum erimus purgati et sancti ab universis vitiis et puri ut sol; ibi cessabit fides 1. Kor. 13, 8
et spes. sed quia non puri, nihil vehementius amamus quam nos et contemnimus alios et malitia manet ista in hac vita. Ut ergo simus iusti in hac

zu 3 Sophistae *r* 6 *über* opus *steht* vitam *über* insulsis[sima *steht* ineptis[sima consequentia] 9ñā 8 *über* qui *steht* aliquem *zu 8 f.* habeat primum motum et zelum et faciat, quid in se est *r* *zu 11 ff.* In hac vita non sumus iusti nisi imputatione, peccatum enim heret in nobis et dilectio nostra impura et imperfecta est *r*

[1]) *Erg.* Paulus. *D. h. die Sophisten berufen sich auf diese paulinische Stelle.*

Dr] totam legem impleri dilectione, sed plane idem sentio, quod supra. Ideo ut recte me intelligatis, addo: 'Spiritu ambulate' etc.

Quanquam Paulus proprie et diserte hic locutus est, tamen nihil profuit. Sophistae enim ex hoc dicto Pauli male intellecto: Dilectio est plenitudo legis, sic collegerunt: Si dilectio est impletio legis, ergo dilectio est iusticia, Ergo si diligimus, iusti sumus. Belli homines argumentantur a verbo ad opus, a doctrina seu a praeceptis ad vitam, hoc modo: Lex praecipit dilectionem, ergo opus statim sequitur. Est autem ineptissima consequentia a praeceptis argumentari et concludere ad opera.

Deberemus quidem implere legem et impletione eius iustificari, sed peccatum obstat. Praescribit et praecipit quidem lex, ut 'Deum ex toto corde etc. et proximum ut nos ipsos diligamus', sed ideo non sequitur: Hoc scriptum est, ergo fit, Lex praecipit dilectionem, ergo diligimus. Non dabis aliquem in terris, qui ita diligat Deum et proximum, ut lex requirit. In futura autem vita, ubi plane mundati ab omnibus vitiis et peccatis et puri ut sol erimus, perfecte diligemus et perfecta dilectione iusti erimus. In illa vero vita impedit puritatem illam caro, in qua, donec vivimus, haeret adhuc peccatum. Hinc tam potens est amor nostri viciosus, ut longe superet amorem Dei et proximi. Interim tamen, ut et in hac vita iusti simus, habemus 'Propiciatorium' et Thronum gratiae Christum, in quem credentes, pecca- Röm. 3, 25

*15 vor* Quanquam *steht als Überschrift:* Dilutio argumenti sophistarum: Dilectio est impletio legis, ergo lex iustificat. *CDE* *18* si diligimus] diligentes *CDE* sumus iusti *CDE*

Hs] Röm. 3, 25 vita, habemus 'propiciatorium'. sic fid⌊es est iustitia in hac vita, donec liberemur ab omni peccato; tum non opus fide et spe. Si etiam aliqua Eph. 5, 5 charitas, tamen non tanta, qualis possit deum placare. [Bl. 132a] 'Nihil impurum intrabit in reg⌊num celorum', omnes autem sordidi. ideo habemus nostram fidem, thesau⌊rum, quod Christus tegit nos sua iustitia, qui solus 1. Petri 2, 22 non peccat, 'non in ore' etc., et adumbrat nos suae iustitiae velo, et interim 1. Kor. 15, 24; 15, 28 incepimus diligere et ut satis⌊faciamus legi. Sed 'ubi trad⌊iderit reg⌊num' etc., 1. Kor. 13, 8 'et deus omnia', tum erit cha⌊ritas eterna, ut 1. Cor. 13: f⌊ides et spes cessabunt. Soph⌊istae, ubi aud⌊iunt[1], —: est[2] praeceptum principale, ergo iustif⌊icat; fides iustif⌊icat, sed cum charitate ornata. Opera commendantur, quasi iustif⌊icent et placeant deo. Ideo bleibts in: deberemus. Si nullum in me peccatum et omnino purus, perfecte ardens in cha⌊ritate, tum essem

4 *über* sordidi *steht* sumus  6 *über* 'non in ore' *steht* 1. Pet. 2.  7 *über* ut *steht* incip⌊imus  *zu* 7 1. Cor. 15 *r*  9 praecepti p̄—li

[1]) *Nämlich das Gebot der Liebe.*  [2]) *Erg.* dicunt.

Dr] tum nobis non imputatur. Est igitur fides iusticia nostra in hac vita. In futura autem, ubi perpurgati et prorsus liberi erimus ab omnibus peccatis et concupiscentiis, non amplius opus habebimus fide et spe.

Magnus igitur error est tribuere iustificationem dilectioni, quae nulla est aut, si aliqua est, tamen non tanta est, quae possit Deum placare, quia Eph. 5, 5 sancti etiam in hac vita imperfecte et impure, ut dixi, diligunt, 'nihil autem impurum intrabit regnum coelorum'. Interim tamen hac fiducia sustentamur, 1. Petri 2, 22 quod Christus, 'qui solus peccatum non fecit neque dolus in ore eius inventus est', obumbrat nos sua iusticia. Hoc umbraculo, coelo remissionis peccatorum et throno gratiae, conclusi et protecti incipimus diligere et implere legem. Sed propter hanc impletionem non iustificamur neque accepti sumus, dum hic 1. Kor. 15, 24; 15, 28 vivimus. 'Ubi vero tradiderit Christus regnum Deo Patri et aboleverit omnem principatum etc. et Deus erit omnia in omnibus', ibi tum cessabit 1. Kor. 13, 8 fides et spes, et charitas erit perfecta et aeterna, 1. Cor. 13. Hoc sophistae non intelligunt, ideo, cum audiunt dilectionem esse summam legis, statim inferunt: Ergo dilectio iustificat, Vel contra, cum legunt in Paulo Fidem iustificare, addunt: scilicet informatam charitate. Ea non est sententia Pauli, ut supra dictum est copiose.

Si ab omnibus peccatis puri essemus et perfecte arderemus charitate erga Deum et proximum, tum certe iusti et sancti essemus per charitatem, nihilque esset, quod ultra Deus a nobis requirere posset. Hoc in praesenti vita non fit, sed differtur in futuram. Accipimus quidem hic donum et primitias Spiritus, ut incipiamus diligere, sed valde tenuiter. Si autem vere

15 spe, sed perfecte diligimus. *CDE*  33 requirere] exigere *CDE*

Hs] S⌊anctus et iustus per illam ch⌊aritatem. Sed hic non; incipitur quidem hic donum spiritus et primitiae, ut aliq⌊uem incip⌊iam diligere, sed modica particul⌊a, non sic paupertatem[1] ut opes, mortem ut vitam. Si esset vera ch⌊aritas, absolveret me ab hac vita nec possem vivere. Sumus plane in p⌊eccatis submersi, nihil boni cog⌊itamus coram deo, ibi mera[2] etc. Sed postea Christus vocat me. 'Sicut vivo, in filio' etc., Sic in illo Christo 2, 20
etiam incipio dil⌊igere. Supra: 'misit deus filium, ut iustificatio' etc., i. e. 4, 4 f.
inciperet impleri, i. e. haberemus primitias, implere legem. Interim iustificamur 'propiciatione', sub eius umb⌊ra vivimus. Hoc quidem dixi de 'non 1. Joh. 4, 10
mordendo' etc.[3] et dilig⌊endo proximo. hoc sic intelligite.

'Amb⌊ulate spiritu': ſo mein ichs, tantum hoc exigo a vobis, scio, quod non l⌊egem imple⌊bitis, manebit in vobisipsis p⌊eccatum. 'Amb⌊ulate': secte-

*4 nach* nec *nochmals* nec  *5 über* mera *steht* nulla dil⌊ectio  *8* legem] leg? *zu 11* 'Ambulate spiritu(s)' *r*  *12* vobisipsis] seip⌊so  *über* 'Amb⌊ulate' *steht* Sic fa⌊cite

[1]) *Erg.* diligimus. [2]) *Erg.* inimicitia. [3]) *Erg.* 'et comedendo invicem' *[die Bibelstelle]*.

Dr] et perfecte, ut lex: 'Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo' etc. requirit, diligeremus Deum, tum inopia tam grata esset nobis ut copia, dolor ut voluptas, mors ut vita etc. Imo vere et perfecte diligens Deum non diu posset vivere, sed mox absorberetur illa charitate. Nunc autem humana natura adeo submersa est peccatis, ut plane nihil recte de Deo cogitare aut sentire possit, non diligit, sed vehementer odit Deum etc. Quare, ut Ioann. ait, 'Nos non dileximus Deum, sed Ipse dilexit nos et misit Filium suum 1. Joh. 4, 10
propiciationem pro peccatis nostris', et supra Cap. 2: 'Christus dilexit me 2, 20
et tradidit Semetipsum pro me', Et cap. 4: 'Misit Deus Filium suum, factum 4, 4 f.
sub legem, ut eos' etc. Per hunc filium redempti et iustificati, incipimus diligere, Iuxta illud Pauli Rom. 8: 'Quod erat impossibile legi etc., ut iusti- Röm. 8, 3 f.
ficato legis in nobis impleretur', id est, inciperet impleri. Mera igitur somnia sunt, quae Sophistae de impletione legis docuerunt.

Quare Paulus indicat his verbis: 'Ambulate spiritu' etc., quomodo velit accipi sententiam suam, qua dixerat: 'Per charitatem servite vobis invicem', Item Dilectionem esse impletionem legis etc., Quasi dicat: Dum iubeo vos diligere mutuo, hoc a vobis exigo, ut spiritu ambuletis. Scio enim, quod legem non implebitis; quia peccatum haeret in vobis, donec vivitis, ideo impossibile est vos implere legem. Interim tamen hoc diligenter curate, ut Spiritu ambuletis, Hoc est, luctemini Spiritu contra Carnem et sectemini motus Spirituales etc. Non igitur oblitus est caussae iustificationis. Nam

*14* ut] quam *CDE*  *15* ut *(1.)*] quam *CDE*  ut *(2.)*] quam *CDE*  *17* submersa est peccatis] corrupta est et peccatis submersa *CDE*

Hs] mini motus illos spi⌊ritus et luctamini cum carne. Ibi manifeste negat opera iustificare, non oblitus sui status; et inimici duo sunt in vobis, spiritus et caro. Deus suscitavit in corpore vestro rixam, quod spiritus cum c⌊arne luctatur. Nihil potestis hac vita praestare, quam ut sequamini ducem spiritum et resistatis duci carni. Quando ergo dico: debetis hoc et hoc facere, sic intellig⌊ite, ne putetis me docere operibus iustificari.

'Sed spiritu': Er redt verbis proprie acceptis. Ambulandum, eundum, exercendum in spiritu; nondum hin[1], ut ea cogitemus, faciamus, quae spiritus sunt, et resistamus eis, quae sunt carnis. Q⌊uasi d⌊icat: Opera[2], desideria nondum mortua, semper remurmu⌊rant, reluctantur spiritui. Nullius Sancti caro tam bona est, quin, si offendatur a fratre, vellet libenter mordere, devora⌊re. Si offensa c⌊aro, aliquid omittat de p⌊raecepto: 'Dilig⌊e pro⌊xi-

*1 über* motus illos spi⌊ritus *steht* verus timor, fiducia dei     2 inimici] c—ƹ *[verschrieben]*     *zu 2* Spiritus, caro *r*     4 sequamini] seq—i [sequimini]     *zu 7ff. gehörig steht am oberen Rande der Seite:* Cat⟨h⟩alogum operum carnis vide In locis C⌊ommunibus Phil⌊ippi, fol. 78. *Desgleichen am unteren Rande der Seite:* M⌊agister V⌊itus[3]: Lege diligenter, quomodo utendum sit lege contra et in carnem, ut spiritu resistamus. Nam cavere concupiscentiam non possumus ob corruptam nostram naturam     *10* spiritui] sp⊃     *zu 10/11* Sancti habent carnem, ergo opera non iustificant *r*     *zu 11ff.* Offensio *r*

[1]) *D. h. wir sind noch nicht dahin gelangt, daß usw.*     [2]) *Erg.* carnis.     [3]) *Rörer zitiert hier wieder das Kollegheft Veit Dietrichs.*

Dr] cum iubet eos Spiritu ambulare, manifeste negat opera iustificare, Quasi dicat: Cum de impletione legis loquor, non hoc volo, quod lege iustificamini, sed hoc dico, quod duo contrarii Duces sunt in vobis, Spiritus et Caro. Deus suscitavit in corpore vestro rixam et pugnam. Spiritus enim cum Carne luctatur et vicissim Caro cum Spiritu. Hic nihil exigo a vobis, neque enim plus potestis praestare, nisi ut sequentes ducem Spiritum resistatis Duci Carni. Illi obedite, contra hanc pugnate. Itaque cum doceo legem, et adhortor vos ad dilectionem mutuam, ne putetis me revocare doctrinam de fide, et nunc tribuere legi vel charitati iustificationem, sed hoc volo, ut Spiritu ambuletis, ne concupiscentiam carnis perficiatis.

Utitur ergo Paulus verbis proprie acceptis. Quasi dicat: Nondum pervenimus ad impletionem legis, ideo ambulare et exerceri Spiritu nos oportet, ut ea cogitemus, dicamus et faciamus, quae Spiritus sunt, utque resistamus his, quae Carnis sunt. Ideo adiicit: 'Et concupiscentiam Carnis non perficietis.' Quasi dicat: Desideria Carnis nondum mortua sunt, sed semper repullulant, remurmurant et reluctantur Spiritui. Nullius Sancti caro tam bona est, quae offensa non vellet libenter mordere et devorare vel saltem

*15* sunt] sint *CDE*     *23* ergo] autem *CDE*     *26* adiicit] addit *CDE*     *26/27* 'Et *bis* perficietis' *als Text in besonderer Zeile gedruckt CDE*

Hs] mum'; [Bl. 132$^{b}$] ibi c⌊aro exigit vindictam et ut non pro amice hab⌊eat sed hoste. Ibi regula constituta, ut invicem remitte⌊rent p⌊eccata, ut deus eis remis⌊it, alioqui impossibile pacem constare, impossibile est me non offendi et offendere. Vestra vita non talis, quin me offendat et te ego. Ideo dicimus: 'Remitte' etc., est toleranda ista infirmitas, sed remittenda etc. Das heiſt Matth. 6, 12
resistere carni et non perficere; etiam si soliciter ad fratrem odiendum etc., sed tamen resisto; frater offendit, tamen est adhuc prox⌊imus. vitium, p⌊eccatum eius hic; quid faciam? 'Dilige' etc.! Sic reluctamur spiritu, adhuc dilig⌊imus et non cedimus carni.

Sophistae 'Concup⌊iscentiam c⌊arnis' exp⌊onunt libid⌊inem, nec aliam. Nemo nostrum sine libid⌊ine, interroga adolescentem, et a diebus adoles-

zu 2 f. 'Remitte nobis' *[Matth. 6, 12]* r   4 *über* vita *steht* bona, perfecta   10 *über* 'Concup⌊iscentiam c⌊arnis' *steht der Buchstabe* A, *mit Strich zu* A *über S. 84, 6 hingewiesen* zu 10 'Concupiscentia carnis' r

Dr] aliquid de praecepto charitatis omittere. Imo primo impetu non potest se continere, quin avertatur a proximo, vindictam expetat et oderit eum ut hostem vel saltem minus eum diligat, quam debebat iuxta hoc praeceptum. Hoc Sanctis accidit.

Ideo constituta est ab Apostolo pro Sanctis Regula ista, ut sibi invicem per charitatem serviant, ut alii aliorum infirmitates et onera portent, ut alii aliis remittant delicta. Et sine hac ἐπιεικεία impossibile est pacem et concordiam consistere inter Christianos. Fieri enim non potest, quin saepe offendaris et vicissim offendas. Multa in me vides, quae te offendunt, Ego vicissim in te multa video, quae mihi displicent. Hic si alter alteri per charitatem non cedit, nullus erit finis contentionum, discordiarum, aemulationum, inimiciciarum etc. Quare Paulus vult nos spiritu ambulare, ne concupiscentiam carnis perficiamus, Quasi dicat: Etiamsi commoveamini ira, invidia etc. adversus fratrem offendentem vel aliquid hostiliter agentem contra vos, tamen per Spiritum resistite et reprimite istos motus, tolerate eius imbecillitatem et diligite eum, Iuxta illud: [Bg. V] 'Diliges proximum tuum sicut te ipsum.' Nam frater non ideo desinit esse proximus, quia labitur aut offendit te, sed tum maxime opus habet, ut charitatem erga ipsum exerceas. Et hoc praeceptum: 'Diliges proximum' etc. exigit idem, scilicet ne obtemperes carni, quae offensa odit, mordet, devorat etc., sed Spiritu ei relucteris et perseveres per Spiritum in amore proximi, etiamsi nihil in eo invenias amore dignum.

Sophistae concupiscentiam carnis interpretantur libidinem. Verum quidem est, quod nemo ex piis, praesertim qui maturam aetatem nondum

*31/32* ei relucteris] relucteris ipsi *CDE*   *35/84, 11* quod *bis* careat] quod pii etiam, praesertim adolescentes, libidine tententur *CDE*

Hs] centiae est caro concupiscentia fermentata; et ubi Sancti viri, in coniugio est pestil⌊ens caro, ut maritam et maritum non dil⌊igant. Sed inspicere in aliam ux⌊orem, ancil⌊lam, das iſt blandium c⌊arnis. Hoc etiam in Sanctis, alii ferventius ardent lib⌊idine, odio, superbia, avaritia, alii remissius. Etiam timere deum, fidere, die hohen aff⌊ectus ſind alle aff⌊ectus[1], quia inter opera c⌊arnis heres⌊es, Odia.[2] P⌊aulus ergo loquitur de tota concup⌊iscentia carnis, et politia peccati contra pol⌊itiam spiritus, iſt das groſſe heer mit dem carne, ista luctantur in Sanctis contra spiritum. Item quis habet posses⌊siones abundantes, — non amat suas sed spectat alias et concupiscit; hoc, quod habet, non potest amare etc. Sic cum lib⌊idine: ubi debet amare,

*zu 4 ff.* Opera carnis *r* 5 *über* aff⌊ectus *(2.) steht* carnis 6 *über* tota concup⌊iscentia *steht wieder der Buchstabe* A *zu 7* Politia < carnis / spiritus *r* *zu 10 bis 85, 3* Hec omissa sunt *r*[3] 9 alias et concupiscit *über bezw. unter* (alibi)

[1]) *Sinngemäß zu ergänzen: deren Gegenteil als* opera carnis *zu bezeichnen ist; vgl. das über* affectus *stehende* carnis. [2]) *Erg.* Dei. [3]) *D. h. Rörer merkt an, daß diese Ausführungen weiter oben in seinem Heft ausgelassen sind, mit anderen Worten: daß sie eigentlich in einen früheren Zusammenhang gehören. Dementsprechend hat er sie im Druck an eine frühere Stelle hinaufgerückt, siehe unten Z. 11 bis 15.*

Dr] attigerunt aut caelibem vitam agunt, libidine careat. Imo coniuges, tam corrupta et pestilens est caro, sine libidine non sunt. Quisque hic (loquar iam cum piis coniugibus utriusque sexus) diligenter exploret se ipsum, tum proculdubio inveniet sibi magis placere formam seu mores alterius uxoris, quam suae. Concessam mulierem fastidit, negatam amat. Imo in omnibus rebus hoc accidere solet: Quod aliquis habet, contemnit, quod non habet, amat. Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata etc. Ideo non nego concupiscentiam carnis complecti libidinem, Non tamen solam libidinem sed omnes etiam alios vitiosos affectus complectitur, quibus pii laborant, alii tamen ferventius, alii remissius, quales sunt superbia, odium, avaricia, impacientia etc. Imo inter opera carnis non solum illa crassa vitia, sed etiam
5, 19 ff. idolatriam, Haereses etc., qui sunt superiores affectus, infra recenset Paulus. Constat igitur eum loqui de tota concupiscentia carnis et universa politia peccati, quae luctatur in piis, qui primitias Spiritus acceperunt, contra politiam Spiritus, non solum ergo loquitur de libidine, superbia, sed etiam incredulitate, diffidentia, desperatione, odio, contemptu Dei, idolatria, Haeresibus etc.

15 suae (et econtra) *CDE* 18 libidinem *(2.) fehlt CDE* sed] quia *CDE* 19 etiam alios *fehlt CDE* 20 tamen ferventius] magis *CDE* remissius] minus *CDE* quales] ut *CDE* 20/21 impatiencia, libido etc. *CDE* 21 crassa illa vitia *CDE* 22 qui *bis* affectus *fehlt CDE* 25 superbia etc., sed etiam de incredulitate *CDE* 26/85, 14 etc., cum ait: 'Et concupiscentiam carnis non perficietis'. Quasi *CDE*

Hs] fastidit, econtra. Haec fiunt plurim⌊is adul⌊escentibus reipsa, qui hab⌊ent formosis⌊simam uxo⌊rem et polluunt se cum pellib⌊us[1]; est c⌊aro: concessam mulierem fastid⌊it, negatam amat. Sic est in avaritia et o⌊mnibus aliis Motib⌊us. Vos habetis c⌊arnem, et corruptam, in collo hangen. Et dico, ut dil⌊igatis prox⌊imum; sed personis[2], quibus impossibile, ut fa⌊ciant, quia habetis c⌊arnem corruptam concup⌊iscentia, malis vitiis; et est peccatum in carne, non solum carne inclinamur ad peccatum. Si ch⌊aritatem hab⌊eo, ſol ich eben ſo frolich ſein, ubi mors veniret ac vita, si weh[3] etc. Sic uxor tua deb⌊et esse formosis⌊sima, etiam deformis, et econtra omnes etc.

[Bl. 133ᵃ] Ideo nolite cog⌊itare me revocare doct⌊rinam meam de iustitia, sed manebit. ch⌊aritas est parva, tantum primitias. Ergo tantum est, quod praedicavi: 'Hoc dico', ne obediatis c⌊arni et motib⌊us vel con-

1 *über* econtra *steht* ubi debet fastidire, amat  Haec] H⁻⁻c [= Hinc]  2 se *o über* pellib⌊us *steht* deformib⌊us  *zu* 3 Avaritia *r*  11 cog⌊itare *o*

[1]) *Die Bezeichnung* pellis *(oder* pellicula*) für Buhlerin entstammt dem Volkswitz, der sie für das gleichlautende* pelex *(oder* pelicula*) = Kebsweib gebrauchte. Daher ist dann auch* scortum, *eigentlich wie* pellis *= Leder, zu der Bedeutung von Buhlerin gekommen. Luther gebrauchte die Worte schlechthin in dieser Umprägung; vgl. auch Luthers 'Balg'.*  [2]) *Zu* dico *gehörig.*  [3]) *= Weh.*

Dr] Quasi dicat: Ego scribo, ut vos mutuo diligatis; hoc non facitis, neque etiam potestis, Quia habetis carnem, et eam corruptam concupiscentia, quae non solum excitat in vobis peccatum, sed ipsum peccatum est. Alioqui si perfectam haberetis charitatem, nulla tristicia, nulla adversa fortuna tam magna esset, quae eam interturbare posset, perfusa enim esset per totum corpus. Nulla uxor tam deformis esset, quam maritus non vehementer amaret, aliis mulieribus formosissimis fastiditis etc. Hoc non fit, Impossibile est igitur vos dilectione iustificari. Quare ne putetis me revocare doctrinam de fide, Nam oportet manere fidem et spem, ut hac iustificemur, illa vero in malis erigamur et perduremus. Deinde servimus quidem nobis invicem per charitatem, quia fides non est ociosa, sed charitas exigua est et infirma. Ideo cum jubeo vos Spiritu ambulare, satis declaro vos dilectione non iustificari.

Neque per hoc, quod dico Vos Spiritu debere ambulare, ne carni obediatis aut ne concupiscentiam carnis perficiatis, exigo a vobis, ut carnem prorsus exuatis aut occidatis, sed ut eam coherceatis. Deus enim vult durare mundum usque ad extremum diem, hoc fieri non potest sine generatione et educatione hominum, qua manente necesse est etiam manere carnem et per

*18* eam] illam charitatem *CDE*  *29* mundum] genus humanum *CDE*  *29/30* generatione *bis* manente] parentibus, qui generant et educant liberos. Istis mediis manentibus *CDE*

Hs] cup⌊iscentiae c⌊arnis. Nolo praedicare, ut c⌊arnem exuatis; deus vult, ut generatio hominum maneat, ad hoc mus caro da bl⌊eiben, ergo etiam peccatum. Si ergo spectas car⌊nem, sumus peccatores, Si spiritum, es iustus. Sic omnis Christianus peccator et iustus, hoc nolunt aud⌊ire. Sed maior nostra iustitia quam peccatum, quia Christus est potentior S⌊anctitate et maiore iustitia quam peccatum nostrum, ideo per remis⌊sionem absorbentur omnia p⌊eccata. ergo remis⌊sione p⌊eccatorum iustificamur. Ubi f⌊ides cessarit, tum non opus credere sp⌊iritu, tum hab⌊ebimus et videb⌊imus.

P⌊aulus dicit, quod S⌊ancti amb⌊ulare deb⌊ent spiritu, et concup⌊iscentiam.[1] Non scribit impiis in seculo[2] sed universae cath⌊olicae S⌊anctae ec⌊clesiae, nullo S⌊ancto excepto. Noli specul⌊ationes habere. Hiero⌊nymus,

*zu 1* ⟨Nolo⟩ *[?] r* 1 ut *fehlt* *zu 4* Christianus < Iustus / Peccator *r* *zu 11* Quibus scribit *r*

[1]) *Erg.* non perficient. [2]) *D. h. in dieser Welt.*

Dr] consequens peccatum, quia caro non est sine peccato. Itaque si carnem spectemus, peccatores sumus, si Spiritum, iusti. Atque ita partim peccatores, partim iusti sumus. Uberior tamen iusticia nostra est quam peccatum, quia sanctitas et iusticia Christi, Propiciatoris nostri, longe superat peccatum totius mundi. Itaque remissio peccatorum, quam habemus per ipsum, tam magna, larga et infinita est, ut facile absorbeat omnia peccata, modo perseveremus in fide et spe erga ipsum etc.

Porro observandum est, Paulum ista non solum Eremitis et Monachis, qui coelibes vivunt, scribere, sed omnibus Christianis. Hoc dico, ne ineptiamus cum Papistis, qui somniarunt, hoc praeceptum pertinere tantum ad clericos, quos hortetur Apostolus, ut Spiritu ambulent, hoc est, ut domata et expugnata carne vigiliis, ieiuniis, laboribus etc. caste vivant, Tum eos non perficere concupiscentiam carnis, id est, libidinem. Quasi tota concupiscentia carnis victa sit, repressa et domata libidine, quam tamen solam nulla carnis subactione potuerunt reprimere, Id quod Hieronymus, ut alios silentio praeteream, qui mirificus amator et defensor castitatis fuit, ingenue fatetur: O quoties, inquit, egoipse in Eremo constitutus et in illa vasta solitudine, quae, exusta solis ardoribus, horridum Monachis praestat habitaculum, putabam me Romanis interesse delitiis etc. Item: Ille igitur ego, qui ob gehennae metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius et ferarum, saepe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiuniis, et mens desideriis aestuabat in frigido corpore, et ante hominem suum, iam carne praemortua, sola libidinum incendia bulliebant etc. Si tantos ardores libidinis sensit

*17* Itaque] et *CDE* *18/19* perseveremus *bis* etc.] spiritu ambulaverimus etc. *CDE*

Hs] qui tantum intel⌊lexit miseram lib⌊idinem, iverat in desertum et ieiuna⌊verat ad tantum unam lib⌊idinem expugnandam. S. Iero⌊nymus, quo plus ieiunavit triduum, tamen in choro puellarum. Prohibitum, ne oneretur, ut occidatur, ne mutiletur, ne reddatur inutiliter. Sed sic haben ieiuniis, ut ſtarck ſey, sed vitia occidere. Sed si ſtarck, vult adult⌊erium, duc uxorem. Sic in aliis wher, das heiſt amb⌊ulare spiritu. Sic omnes, qui sunt in of⌊ficio a deo instituto, habent mandatum, ut spiritu amb⌊ulet princeps, quando regit in pace. Si caro dicit: mus kriegen, ut latior terra vel puellam amat, ibi non in spiritu. i. e. manere in fide et sequi donum dilectionis, quod dedit in nobis. Si etiam caro egra, tamen diab⌊olus kans auffwecken.

'Concup⌊iscentiam': i. e. sentietis quidem iram, superb⌊iam, contemptum dei, non solum lib⌊idinem, sed. Sic habete eas, ut 'non perfic⌊iatis', nolite consentire. 'Si irasceris, noli pec⌊care': ibi etiam dicit concup⌊iscentiam in Pſ. 4, 5 car⌊ne, caro solicitabitur, sed. Si blanda forma movet, tu delectare cum uxore tua, quam ducis. Si caro: illa formos⌊ior, suscitat fastidium contra

*1* iverat] inert *4* ne *(1.) fehlt* *5* uxorem] uxore *zu 6* Spiritu amb⌊ulare *r* *14* sed *mit Strich zu* noli pec⌊care *Z. 13 gezogen*

Dr] Hieronymus, qui pane et aqua in Eremo victitavit, quid putas sentire nostros clericos, sancti Ventris cultores, qui se ita replent et distendunt lauticiis, ut mirum sit non rumpi medios? Quare neque Monachis neque peccatoribus in mundo ista tantum scribuntur, sed Catholicae Ecclesiae et omnibus piis, quos adhortatur Paulus Spiritu ambulare, ut concupiscentiam carnis non perficiant, hoc est, ut non solum cohibeant crassos motus carnis, libidinem, iram, impacientiam etc., sed etiam Spirituales illos, quales sunt dubitatio, blasphemia, idolatria, contemptus, odium Dei etc.

Neque Paulus exigit a piis, ut carnem prorsus perdant et occidant, sed ut ita eam coherceant, ut Spiritui subdita sit. Rom. 13. iubet nos 'fovere Röm. 13, 14 carnem'. Ut enim non debemus esse crudeles in aliorum corpora nec ea vexare iniusto labore, ita nec nostra. Quare iuxta praeceptum Pauli debemus carnem nostram curare, ut possit tolerare labores ingenii et corporis, ad necessitatem tamen, 'non ad alendam concupiscentiam' vult curari eam. Itaque si caro incipit lascivire, reprime eam Spiritu, si pergit, duc uxorem. 'Melius est enim nubere, quam uri.' Hoc faciens ambulas Spiritu, Hoc est, 1. Kor 7, 9 sequeris verbum et voluntatem Dei. Caeterum, ut dixi, hoc praeceptum de ambulando Spiritu etc. non solum ad Eremitas et Monachos, sed ad omnes pios, etiamsi non urantur libidine, pertinet, Ut princeps Spiritu ambulat, cum

*19* et omnibus] omnibusque *CDE* *24* Neque, ut dixi, Paulus *CDE* perdant et occidant] abiiciant et perdant *CDE* *32* verbum *bis* Dei] verbum Dei et facis voluntatem eius *CDE* *34* urantur] utantur *CDE* Ut *fehlt CDE* Spiritu ambulat] concupiscentiam carnis non perficit *CDE*

Hs] uxorem et haeres ut stimulus in alienis, — das heiſt nicht amb⌊ulare spiritu, sed c⌊arne et perficere. Sic amplifica de universo regno peccati.

5, 17 Exponit latius: 'Caro'. Rhemeus potentialiter, i. e. ut non possitis facere, quae velletis. [Bl. 133b] P⌊aulus scrib⌊it ad ec⌊clesiam renovatam, bap⌊tisatam, reiustif⌊icatam et habentem r⌊emissionem p⌊eccatorum, et tamen
Röm. 7, 23 dicit habere c⌊arnem luctantem contra spiritum. Sic ad Ro.: 'video aliam legem' etc. Ibi excusant, ne ullum p⌊eccatum ponant in org⌊ano electo. Ipse: 'militat, captivat' etc. et: 'servire legi'. Loquitur, inquiunt, in persona

*zu 3* Ut non possitis *r* *zu 4* Ecclesiae ista dicit *r* *zu 6* Ro. 7. *r* *7 über* excusant *steht* Sophistae Paulum *über* in *steht* Paulo *zu 8f.* Soph⌊istarum glossa *r*

Dr] diligenter facit officium suum, cum bene praeest subditis, punit sontes et innocentes defendit. Ibi caro et diabolus repugnant et solicitant eum, ut iniustum bellum moveat, ut obsequatur suis cupiditatibus etc. Hic nisi Spiritum ducem sequatur et verbo Dei recte et pie monenti eum de officio suo obediat, perficit concupiscentiam carnis etc.

5, 17 Caro enim concupiscit adversus Spiritum, Spiritus autem adversus Carnem. Haec autem sibi invicem adversantur, ut non, quaecunque volueritis, illa faciatis.

Paulus, cum dicit Carnem concupiscere adversus Spiritum etc., simul commonefacit nos, quod sensuri simus concupiscentiam carnis, hoc est, non solum libidinem, sed superbiam, iram, tristiciam, impacientiam, incredulitatem etc. Verum ita vult nos ista sentire, ne illis consentiamus aut ea perficiamus, Hoc est, ne illa loquamur et faciamus, ad quae nos solicitat caro, Ut,
Ps. 4, 5 si etiam nos ad iram commoveat, tamen ita 'irascamur', ut Psal. 4. docet, 'ne peccemus'. Quasi sic velit dicere Paulus: Scio, quod solicitabimini a carne ad iram, invidiam, dubitationem, incredulitatem etc., sed resistite Spiritu, ne peccetis. Si vero deserto duce Spiritu Carnem sequimini, concupiscentiam
Röm. 8, 13 carnis perficietis et 'moriemini', Rom. 8. Sic dictum hoc intelligendum est non de sola libidine, sed de toto regno peccati etc.

Hanc particulam: 'Ut non, quaecunque volueritis, illa faciatis' potentialiter accipio, id est, ut non possitis facere ea, quae velletis. Et hic locus clare testatur, Paulum ista scribere Sanctis, hoc est, Ecclesiae credenti in

*13* etc.] Sic quisque in sua vocatione spiritu ambulet, et non solum libidinem sed etiam alia opera carnis non perficiet. *CDE* *15/16* Haec *bis* faciatis *fehlt CDE* *17* etc.] et spiritum adversus carnem *CDE* simul *fehlt CDE* *21* illa cogitemus, loquamur *CDE* faciamus, quae suggerit et ad quae *CDE* solicitat nos *CDE* *22* commoveat ad iram *CDE* *27* Haec autem sibi invicem adversantur, ut non, quaecunque volueritis, illa faciatis *als Text hinter* etc. *Darauf folgender Satz als Anfang des Abschnitts:* Hi duo duces, inquit, in corpore vestro, Caro et Spiritus, adversantur sibi, ut non, quaecunque volueritis, illa faciatis. *CDE* *28* Hanc *bis* faciatis'] Ista verba *CDE*

Hs] impiorum. Impius non potest dicere, quod 'militet' etc. Ibi non peccati pugna, sed regnat peccatum. Sic Hiero|nymus et alii volunt Sanctos puros et non inquinatos, hoc est tollere re⌊missionem pec|catorum et Christum. Non loquitur, quod Pau|lus istis vitiis obnox⌊ius.[1] P|aulus non negat se car⌊nem et vitia carnis. In suis max⌊imis tentationibus spi|ritus et corp⌊oris non sensit lib|idinem, tamen quando frölich, sensit sic iram etc., non tamen permisit dominari. Ideo sinamus tex|tum hunc ſthen et consol⌊ationis plenis⌊simum. Iero|nymus tamdiu voluit ieiunare, donec non sentiret libid⌊inem,

*3* non *fehlt, aber über* inquinatos *steht* non forte [2] *4 über* Non loquitur *steht* inquinat *über* Pau|lus *steht* ipse *über* obnox|ius *steht* sit *zu 7/8* Plenis⌊simus consolationis locus *r*

[1]) *Sinn, mit den Verbesserungen in den Varianten: Paulus spricht in Röm. 7, 23 nicht von den Frommen, — sagen die Sophisten, — weil sonst Paulus selbst dieser Laster schuldig wäre.* [2]) *D. h. Rörer notiert, daß vielleicht* 'non' *zu ergänzen sei, wie im Text geschehen ist.*

Dr] Christum, baptisatae, iustificatae, renovatae et perfecte habenti remissionem peccatorum, Et tamen dicit eam habere Carnem luctantem contra Spiritum. Eodem modo de se ipso loquitur Rom. 7: 'Ego carnalis sum, venundatus Röm. 7, 14. 23 f. sub peccatum', Et deinde: 'video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae' etc., Item: 'infelix ego homo' etc. Hic anxie laborant non solum Sophistae, sed etiam quidam ex Patribus, quo modo Paulum excusent, indignum enim iudicant, quod dicatur electum illud organum Christi peccatum habere. Nos fidem adhibemus verbis Pauli, quibus ingenue fatetur se venditum esse sub peccatum, captivari peccato, habere legem repugnantem sibi, carne se servire legi peccati. Hic iterum respondent, Apostolum ista loqui in persona impiorum. Impii non queruntur de rebellione, pugna, captivitate peccati, quia peccatum potenter in ipsis dominatur. Ideo ista querela verissime Pauli est et omnium Sanctorum etc. Non solum igitur imprudenter, sed etiam impie fecerunt, qui excusarunt Paulum et alios Sanctos non habere peccatum. Ista enim persuasione ex inscitia doctrinae fidei nata privarunt Ecclesiam maxima consolatione, aboleverunt remissionem peccatorum et Christum reddiderunt ociosum.

Quare Paulus non negat se carnem et carnis vitia habere, cum dicit: 'Video aliam legem in membris meis' etc. Ideo non incredibile est, eum aliquando sensisse libidinem. Opinor tamen eam bene suppressam fuisse gravibus et magnis illis tentationibus animi et corporis, quibus, ut eius Epistolae indicant, fere perpetuo exercitatus et vexatus fuit. Aut si quandoque laetus et fortis, libidinem, iram, impatientiam etc. sensit, tamen Spiritu restitit et illos motus non permisit dominari. Itaque nullo modo concedamus

*27* non incredibile] credibile *CDE*

Hs] et tamen per hoc confirmarunt superb⌊iam, odia, dissensionem, haeresim, quia
tantum hoc vitium respex⌊erunt. contemptum dei, prox⌊imi etc. ſind recht
1. Kor. 13, 13 gentilia. Sed iustitia nostra rotunda, perfecta Christus. 'manent haec 3';
fides manet in hac vita semper, semper credendum in Christum; postea
herunter: sum eatenus iustus, quatenus resisto et reluctor c⌊arni. Ego non
concupisco, non versor in concup⌊iscentia alienae uxoris. Etiam si moveor,
tamen fluchs impetu primo exting⌊uo. Sic impatientia contra Rusti⌊cos et
Nob⌊iles, sed spiritus ſtil. Sic cum blasphemia. Sic semper contra meum
animum luctor cum carne; ſo fern bin ich iustus. Quando Christianus non

*3* manent] manet *9* animum *fehlt*

Dr] huiusmodi loca consolatione plenissima, quibus Paulus luctam carnis contra Spiritum in suo proprio corpore describit, tam ineptis glossis depravari. Sophistae et Monachi nullam spiritualem tentationem experti sunt, ideo tantum bellum gesserunt cum libidine reprimenda et vincenda, et ea victoria inflati, qua tamen nunquam potiti sunt, putaverunt se longe meliores et sanctiores esse coniugibus, Ut interim non dicam, quod isto specioso praetextu aluerint et confirmaverint omnis generis horribilia peccata: dissensionem, superbiam, odium, contemptum proximi, fiduciam propriae iustitiae, praesumptionem, neglectum pietatis et verbi, incredulitatem, blasphemiam etc. Contra illa peccata non pugnaverunt, imo ne quidem duxerunt esse peccata, tantum in stultis et impiis votis suis observatis statuerunt iusticiam, in neglectis iniusticiam.

Nos vero certo statuere debemus, nostram capitalem, rotundam et perfectam iusticiam esse Christum. Si nihil est, quo niti possumus, tamen 'ista
1. Kor. 13, 13 tria', ut ait Paulus, 'manent: fides, Spes, Charitas'. Semper igitur fidendum
et sperandum est, semper apprehendendus est Christus ut caput et fons iusticiae nostrae. Qui in hunc credit, non pudefiet. Deinde operam dare debemus, ut etiam externe iusti simus, hoc est, ne assentiamur carni, quae semper suggerit aliquid mali, sed illi resistamus per Spiritum, Ne frangamur impatientia propter ingratitudinem et contemptum vulgi, qui abutitur libertate Christiana, sed Spiritu vincamus hanc et omnes alias tentationes. Quatenus igitur luctamur Spiritu contra carnem, eatenus etiam externe iusti sumus, Quanquam ista iusticia nos coram Deo non commendet.

Nemo igitur desperet, cum senserit carnem subinde novam pugnam movere Spiritui aut si non statim poterit carnem cohibere, ut Spiritui subiecta sit. Cuperem et ego me habere firmiorem et magis constantem animum, qui non solum minas Tyrannorum, Haereses, quas Phanatici spiritus serunt, et scandala ac tumultus, quos iidem suscitant, egregie contemnere posset, sed

*19* illa] ista *CDE* *21* iniusticiam] peccatum *CDE* *32* commendet] commendat *CDE*

Hs] est adulter, ebriosus, non diffidat, si sentit adhuc[1], si non tam purus; velim, ut non timerem mortem, tyran⌊num, ut esset mors ut ſuſſer trunck, et in cord⌊e solic⌊itudines, pavores et dolores. Ibi wolt gern los ſein; Ich kan nicht, ibi pugno usque ad sudorem. Sic cum alio, qui est in inferiorib⌊us tenta⌊tionibus, paupertatis etc. Das iſt concup⌊iscentia c⌊arnis, quae non sol⌊icitudinem wolt leiden, elend, armut.

'Ut non': Das irs nicht kund hin bringen; sed satis, ut 'non perficiatis'[2], quia c⌊aro v⌊ult semper impatiens esse, mortem odisse. Sic alius: non possum dilig⌊ere uxorem; ibi cog⌊itat; [Bl. 134a] ibi luctetur et dicat: Ego sum peccator et maneo, donec vixero, sed non subdam collum, non faciam,

*1* sentis    *zu 2ff.* Sensus mortis *r*    *3* nicht *o*    *zu 4/5* Tentatio paupertatis *r*    *7* 'Ut non' *mit Strich zu* ſuſſer trunck *Z. 2 gezogen*    *zu 7* 'Ut non faci⌊atis' *r*

[1]) *Erg* peccatum.    [2]) *Erg.* 'concupiscentiam carnis'.

Dr] qui etiam pavores et dolores animi statim excuteret, qui denique mortem acerbam non exhorresceret, sed eam tanquam gratissimum hospitem exciperet. 'Sed invenio aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meae' etc. Alii luctantur cum inferioribus tentationibus, ut sunt paupertas, ignominia, impatientia etc.

Ideo nemo miretur aut perterrefiat, cum sentit in corpore suo pugnam hanc Carnis contra Spiritum, sed erigat se his verbis Pauli: 'Caro concupiscit adversus Spiritum' etc., Item: 'Haec sibi invicem adversantur, ut non, quae volueritis, illa faciatis.' His enim sententiis consolatur tentatos, Quasi dicat: Impossibile est, ut per omnia sequamini ducem Spiritum sine ullo sensu aut impedimento Carnis. Imo caro obstabit, et ita obstabit, ut non possitis facere, quae libenter velletis. Hic satis est, ut Carni resistatis, ne concupiscentiam eius perficiatis, hoc est, ut Spiritum sequentes, non Carnem, quae facile impacientia frangitur, cupit vindictam, murmurat, odit, mordet, etc. Itaque cum aliquis sentit hanc carnis pugnam, non ideo abiiciat animum, sed resistat Spiritu et dicat: Ego sum peccator et peccatum sentio, quia carne nondum exutus sum, in qua tantisper haeret peccatum, donec vivit. Sed Spiritui, non Carni obsequar, Hoc est, apprehendam fide et spe Christum ac ipsius verbo me erigam atque hoc modo erectus concupiscentiam carnis non perficiam.

Valde prodest piis hanc doctrinam Pauli bene cognitam et meditatam habere, quia mirabiliter consolatur tentatos. Ego Monachus putabam, statim actum esse de salute mea, si quando sentiebam concupiscentiam carnis, hoc

*16/17* hanc pugnam *CDE*    *17* his *fehlt CDE*    *18* etc. *fehlt CDE*    *20* ducem Spiritum sequamini *CDE*    *23* sequentes] sequamini *CDE*    *24* cupit vindictam, mordet, dubitat, murmurat, odit Deum, irascitur ei, desperat etc. *CDE*

Hs] ut irritet. Haec spectant ad consol⌊ationem. In monachatu putabam me dannatum, quando sentieb⌊am concup⌊iscentiam carnis, ut malus motus, displicentia cum fratre, et c⌊aro conclud⌊ebat: tu es in peccatis. Sic o⌊mnibus aliis. Sed sic cog⌊ito: frater, du wirſt nicht fromer werden. Ich hab v⌊nſerm h⌊errn G⌊ott tauſ⌊endmal gelobt, Ich wil nymer globen. Si non vult gnedig ſein et ein g⌊nedig ſtund[1] geben, tum verlorn, — Staup⌊itius. Sic habeo Christum, abstineo, quantum possum, a libid⌊ine etc., et quod non hab⌊eo, condona⌊t per r⌊emissionem p⌊eccatorum. tum non tibi displicebis, q⌊uidquid[2], — dices: si peccatum, tamen meum officium et omnia op⌊era, quae procedunt secundum officium, placent etc. Quae ego non possum vitare, ignoscat deus, — dicit fides.

1 über spectant steht pertinet    4 über du bis werden steht tu sine peccato non eris    zu 6 Staupitz r    zu 6 gehörig steht am unteren Rande der Seite g⌊nedig ſtundlin    9/10 procedunt] procedit

[1]) D. h. Sterbestunde.    [2]) Erg. facis.

Dr] est, malum motum, libidinem, iram, odium, invidiam etc. adversus aliquem fratrem. Tentabam multa, confitebar quotidie etc., sed nihil proficiebam, quia semper redibat concupiscentia carnis, ideo non poteram acquiescere, sed perpetuo cruciabar his cogitationibus: Hoc et illud peccatum commisisti, item laboras invidia, impatientia etc. Ociose igitur ingressus es sacrum ordinem et omnia bona opera tua frustranea sunt. Si tum intellexissem recte Pauli sententias: 'Caro concupiscit adversus Spiritum' etc., 'Haec sibi invicem adversantur' etc., non usque adeo me afflixissem, sed, ut hodie soleo, cogitassem: Martine, tu non carebis prorsus peccato, quia carnem adhuc habes, senties igitur certamen ipsius, Iuxta illud Pauli: 'Caro resistit Spiritui', ne igitur despera, sed reluctare, ne concupiscentiam eius perficias, et tum non es sub lege.

Memini Staupicium dicere solitum: Ego plus quam milies Deo vovi me fore probiorem, sed nunquam praestiti, quod vovi. Posthac non vovebo tale quiddam, quia verissime scio, me hoc non praestiturum. Nisi igitur Deus placatus et propitius mihi propter Christum sit et optatam ac felicem horulam concesserit, cum mihi migrandum erit ex hac misera vita, non potero consistere cum votis et benefactis meis. Haec non solum vera, sed etiam pia et sancta desperatio erat, quam necesse est fateri ore et corde, quotquot salvi fieri volunt. Sancti enim non nituntur sua iusticia, sed cum Davide
Pſ. 143, 2 canunt: 'Ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificatur in con-

16 Ociose] Frustra CDE    17 frustranea] inutilia CDE    26 verissime scio] experientia nunc didici CDE    praestiturum] posse praestare CDE    31 Sancti enim] Nam Sancti CDE    32 canunt] clamant CDE

Hs] Consolatio est scire, se esse partim carnem partim spiritum, tamen sic, ut spiritus dominetur, caro sit subiecta, Iustitia regnet, peccatum serviat, Ut Christianus sit max⌊imus et potentis⌊simus, ut peccatum damnet. Quando c⌊aro me exag⌊gerat, cogit, ut r⌊emissionem p⌊eccatorum disid⌊erem. Ideo expedit, ut sentiam aliquando meam c⌊arnem et maliciam, ut exciter. Ille non deb⌊et desperare de salute: fiat concup⌊iscentia, sed non perficiatur, moveat ira, sed non permoveat. Das ſind die rech⌊ten heiligen, de quib⌊us patres in deser⌊to nihil et Soph⌊istae. Iterum, quando hoc praedicatur,

*1* ℭ Consolatio[1] *2* sit *o* *5 über* exciter *steht* ad serio orandum *zu 7* Veri Sancti *r*

[1]) *Dementsprechend Abschnitt im Druck Z. 19.*

Dr] spectu tuo omnis vivens', Item: 'Si iniquitates observas, Domine, Domine, Pſ. 130, 3 quis sustinebit?' Intuentur igitur Christum, Propiciatorem suum, qui vitam dedit pro peccatis ipsorum. Deinde si quid est reliquum peccati in carne, noverunt hoc non imputari, sed per remissionem condonari sibi. Interim tamen Spiritu pugnant contra Carnem, non quod omnino eius concupiscentiam non sentiant, sed quod eam non perficiant. Itaque etiamsi sentiant carnem furere et rebellare Spiritui et se quandoque etiam in peccata labi et in eis vivere, non tamen ideo statim despondent animum neque ideo statim cogitant suum vitae genus et officium ac opera secundum vocationem facta displicere Deo, sed fide erigunt se.

Magnam igitur habent consolationem pii ex hac doctrina Pauli, quod norint se partim carnem partim Spiritum habere, Sic tamen, ut Spiritus dominetur, Caro subiecta sit, iusticia regnet, peccatum serviat. Alioqui ignorans hoc Spiritu tristiciae ad extremum absorbetur et desperat. Qui vero hanc doctrinam novit et recte ea utitur, huic etiam mala necesse est cooperari in bonum. Nam cum caro solicitat eum ad peccandum, hac occasione excitatur et urgetur ad quaerendam remissionem peccatorum per Christum, ad iusticiam fidei amplectendam, quam alioqui tanti non faceret neque tanto desiderio suspiraret. Itaque valde prodest, ut nonnunquam sentiamus maliciam naturae et carnis nostrae, ut vel hoc modo expergefiamus et excitemur ad fidem et ad invocandum Christum. Atque ista occasione Christianus fit artifex potentissimus et mirificus Creator, qui ex tristicia gaudium, ex terroribus consolationem, ex peccato iusticiam, ex morte vitam, dum, hac ratione coherceus carnem,

*9* observas] observaveris *CDE* *10* igitur] autem *CDE* *11* si quid] quod *CDE* reliquum est *CDE* *15* etiam per infirmitatem in peccata *CDE* *15/16* et in eis vivere *fehlt CDE* *16* statim *(1.) fehlt CDE* *19* consolationem habent *CDE* *21* Alioqui ignorans hoc] Qui ignorat hanc doctrinam et cogitat pios debere prorsus carere omni defectu, et tamen sentit contrarium, is *CDE* *21/22* Spiritu tristiciae *hinter* absorbetur *CDE* *25* quaerendam] quaerendum *CDE* *28* ad *(2.) fehlt CDE*

Hs] dicit caro: **wird einer laß** et quando motum, vexationes non statim reprimuntur, es damnatus. Ibi nemo potest cogi et praescribi regulis; ideo secundum quod sentis te affici car⌊nis vol⌊untate ad iram etc., noli sic concedere c⌊arni, ut in securitatem etc.; vigiles oportet et pugnes cum carne. Si senseris lib⌊idinem c⌊arnis, postea cog⌊itat, loquitur et postea venit ult⌊ima linea amoris. Sic **ſol einer ſo lang deſperirn**, ut postea **nicht zu redten iſt**, — Quando securus **hin gehts** et non **achten**.[1] Ideo contrarius habitus opponendus. Sic invenerunt omnes S⌊ancti, sic nos experimur. Sicut hic scriptum, sic invenio in me: spiritus adest et caro, sed tamen per Christum **hab** victoriam super carnem. Omnis Christianus dicit: Caro mea con-

2 repriuuntur *o* 7 non *o*

[1]) *Fortwährender Subjektswechsel. Sinn: Wenn man dem Gedanken an seine Sünden nachhängt, geht man verloren.*

Dr] eam in servitutem redigit et Spiritui subiicit, facere potest. Quare sentientes concupiscentiam carnis non ideo statim desperent de salute. Sentiant sane eam, modo ei non assentiantur, moveat sane eos ira, libido etc., modo non permoveat, solicitet eos peccatum, modo illud non perficiant. Imo quo quisque magis pius est, hoc plus sentit illam pugnam. Hinc sunt illae querelae Sanctorum in Psalmis et tota Scriptura. De illa pugna nihil prorsus Eremitae, Monachi, Sophistae et omnes Operarii noverunt.

At dicat hic aliquis, periculosum esse hoc docere, quod aliquis ideo non damnetur, si passiones carnis, quas sentit, non statim vincat, quia, cum haec doctrina spargitur in vulgus, redditur securum, iners et languidum etc. Hoc est, quod supra dixi, Si fidem docemus, carnales negligere opera, si opera urgentur, amitti fidem et consolationem conscientiarum. Hic nemo cogi neque ulla certa regula praescribi potest, Sed unusquisque se ipsum diligenter exploret, qua potissimum passione carnis afficiatur, et, ubi hoc deprehendit, non sit securus, non blandiatur sibi, sed vigilet et luctetur Spiritu contra eam, ut, si omnino refrenare non potest, saltem eam non perficiat.

Istam luctam Carnis cum Spiritu habuerunt et senserunt omnes Sancti, Eandem et nos experimur. Qui consulit conscientiam suam, modo non sit Hypocrita, certo inveniet ita geri rem in seipso, ut Paulus hic describit, scilicet, quod Caro concupiscat adversus Spiritum. Unusquisque igitur Sanctus sentit et fatetur Carnem suam resistere Spiritui et ista duo ita sibi invicem adversari in seipso, ut, quae velit, etiamsi maxime hic laboret et sudet, tamen non possit ea facere. Itaque Caro obstat, quo minus praecepta

20 spargitur] spargatur *CDE* redditur] reddatur *CDE* et *fehlt CDE* 29 consulit] explorat *CDE* 34 ea *fehlt CDE*

Hs] cup⌊iscit et econtra, et sic, ut non possim facere quae velim, non possim Sanctus, praecep⌊ta servare divina; sequitur: non possum iustif⌊icari operib⌊us. Sancta vol⌊untas quidem adest, sed c⌊aro non sequitur. [Bl. 134b] Sed deus non imputat. sed propter quem non imputat? propter filium, in quem credis et habes propiciatorem. ergo non extenuanda sed magnificanda[1], quia in peccatis meis hoc agitur, ut agnoscam Christum, appreh⌊endam. Peccatum iſt peccatum et verum et deus odit; sed quod mihi non est mortale, facit propic⌊iator; alias omnia essent mortalia et etiam b⌊ona o⌊pera, quia 'q⌊uid- Röm. 14, 23
quid', Ro. 14. Ein p⌊eccatum iſt groſſer denn das ander, quoad substantiam, sed persona facit veniale: mihi remissum, alii servatum[2], non propter diffe-

*1* facere quae velim *o*   *4* quem *(1.) über* ⟨rem⟩   *zu 8/9 ff.* Omnia peccata sunt mortalia quoad substantiam facti, sed quoad ⟨substantiam⟩ differentiam personarum ⟨quaedam s⌊unt⟩ peccata sunt venialia *von Crucigers Hand r*

[1]) *Erg.* peccata.   [2]) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 31 ff.*

Dr] Dei servemus, quo minus diligamus proximos ut nosipsos, multominus ut diligamus Deum ex toto corde etc. Ideo impossibile est nos legis operibus iustificari. Voluntas bona quidem adest, quam oportet adesse (est enim Spiritus ipse rebellans Carni), quae libenter vellet facere bonum, implere legem, diligere Deum et proximum etc., Caro autem non obsequitur isti voluntati, sed resistit ei. Sed Deus non imputat hoc peccatum, est enim propicius propter Christum. Ex hoc tamen non sequitur, quod debeas peccatum extenuare aut contemnere, quia Deus illud non imputat. Non imputat quidem, Sed quibus et propter quid? Non duris et securis, sed poenitentiam agentibus et fide apprehendentibus Christum Propiciatorem, propter quem ut remittuntur eis omnia peccata, ita et reliquiae peccati eis non imputantur. Illi non extenuant peccatum, sed amplificant, quia norunt illud nulla satisfactione, operibus et iusticia elui posse, praeterquam per mortem Christi, non tamen propter magnitudinem eius desperant, sed [Bg. X] certo statuunt illud ignosci sibi propter Christum.

Hoc ideo dico, ne quis putet peccatum post acceptam fidem non esse magnifaciendum. Peccatum est vere peccatum, sive illud ante sive post Christum cognitum commiseris. Et Deus peccatum odit, Imo omne peccatum, quod ad substantiam facti attinet, est mortale. Quod autem credenti non est mortale, fit propter Christum Propiciatorem, qui peccatum sua morte expiavit. Non credenti in Christum non solum omnia peccata mortalia sunt, sed etiam bona ipsius opera peccata sunt, Iuxta illud: 'Quicquid non est Röm. 14, 23
ex fide, peccatum est.' Ideo Sophistae perniciose errant, qui peccata destin-

*16/17* enim credentibus illis propicius *CDE*   *26* ideo] ego *CDE*   *27* illud *fehlt CDE*   *28* commiseris] committatur *CDE*   Deus semper odit peccatum *CDE*   *33* Ideo *bis* errant] Ideo perniciosus est Sophistarum error *CDE*

Hs] rentiam peccatorum sed personarum, quia habeo, qui mihi condonat. Ego pecco, et tamen maneo pius; Ille peccat, impius. Das iſt consolatio nostra. Non facias[1] S⌊anctos ut klotz et lap⌊idem, in quo non concup⌊iscentia.
Ps. 32, 6 Ps. 143, 2 Nullus S⌊anctus, prophe⌊ta. 'Orabit ad te omnis S⌊anctus'. 'Non iusti-
Röm. 3, 20 Ps. 130, 4 ficabitur'; 'quia apud te propitiatio'. Das ſagen max⌊imus David et Pau⌊lus. Ideo non legunt[2] lib⌊ros, ideo loq⌊uuntur ut ceci de col⌊ore.

[1]) = fingas tibi. *Vgl. zur Stelle Unsre Ausg. Bd. 47, 794, 10.* [2]) *Erg.* Sophistae.

Dr] gunt penes substantiam facti, non penes personam. Qui credit idem et aeque magnum peccatum habet, ut incredulus. Credenti tamen illud condonatur et non imputatur, Incredulo retinetur et imputatur. Huic veniale, illi mortale est, Non propter differentiam peccatorum, quod credentis peccatum minus, increduli maius sit, sed personarum. Credens enim novit peccatum sibi esse remissum propter Christum, qui morte sua illud expiavit. Itaque peccatum habens et peccans tamen manet pius. Contra incredulus peccans manet impius. Atque ea est vere piorum sapientia et consolatio, quod, etiamsi peccata habeant et committant, tamen sciant ea propter fidem in Christum non imputari sibi.

Ex his etiam intelligi potest, qui veri Sancti sint. Sunt autem non trunci et lapides, ut Sophistae et Monachi somniant, qui prorsus nulla re afficiantur aut nunquam concupiscentiam carnis sentiant, sed, ut Paulus ait, 'caro ipsorum concupiscit adversus Spiritum.' Ideo peccatum habent et
Ps. 32, 5 f. peccare possunt. Et Psalm. 32. testatur, Sanctos confiteri iniusticiam suam et orare pro remissione impietatis peccati sui, cum inquit: 'Dixi, confitebor adversum me iniusticiam meam Domino, Et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis Sanctus' etc. Deinde orat tota Ecclesia, quae certe sancta est, Remitti sibi peccata et credit Remissionem pecca-

*8* illud *fehlt CDE* *11* novit] fide statuit *CDE* *11/12* peccatum, cum Christus seipsum pro eo tradidit, sibi *CDE* *12* propter *bis* expiavit *fehlt CDE* *13/14* peccans manet *fehlt CDE* *16 nach* sibi *folgender Abschnitt:* Haec in consolationem piorum dico. Nam hi soli vere sentiunt se peccata habere et committere, hoc est, se non satis ardenter amare Deum, ex corde illi non confidere, imo subinde dubitare se illi curae esse, in adversis rebus impatientes esse et irasci Deo etc. Hinc illae querelae Sanctorum in scripturis, praecipue in Psalmis. Et Paulus queritur, se 'venundatum sub peccatum', et hic ait Carnem
Röm. 7, 14 5, 24 resistere spiritui. Quia vero (ut alibi ait) spiritu facta carnis mortificant et, in fine huius capitis, 'carnem cum concupiscentiis et disideriis crucifigunt', non nocent nec damnant eos peccata illa. Si autem carni obsequuntur perficiendo eius concupiscentias, amittunt fidem et spiritum sanctum. Et nisi detestentur peccatum et revertantur ad Christum, qui claves tradidit Ecclesiae, ut lapsos recipiat et erigat, atque ita fidem et Spiritum sanctum recuperent, in peccatis moriuntur. Quare de his non loquimur, qui somniant se fidem habere et tamen
Röm. 7, 14 interim in peccatis vivunt. Hi habent sententiam suam: 'Secundum carnem viventes mori-
Gal. 5, 19 ff. untur'. Item: 'Manifesta sunt opera carnis, Fornicatio etc., De quibus praedico vobis, sicut praedixi, quod, qui talia agunt, regnum dei non consequentur'. *CDE*

Hs] 'Si autem spiritu': Er kan der lere nicht verg⌊eſſen, semper iuxta doc- 5, 18
t⌊rinam operum inculcat f⌊idem. Dicis[1] c⌊arnem habere peccantem, militantem
et vexantem, affect⌊us irae, tristiciae, — das heiſt ia: 'sub lege'. ia freilich,
quia sentio p⌊eccatum et kans nicht los werden. Ipse: Non; tantum servate
hanc voluntatem, quod non velit adulterari, forni⌊cari. habes vol⌊untatem
spiritualem resistentem istis motib⌊us; 'mente ser⌊vio, sed carne'. 'sub lege Röm. 7, 25
non estis', scilicet spiritu, i. e. non habet vos accusare, dicere: tu peccas, —
quia ius ademptum legi per Christum, ut hoc, quod vere p⌊eccatum est contra

5 habes *mit Strich zu* Non *Z. 4 gezogen* 6 *über* mente *steht* Ro. 7. *zu 6/7* 'Non estis sub lege' *r*

[1]) *Ist Einwurf eines Gegners des Paulus; vgl. unten im Druck Z. 19 ff.*

Dr] torum, Et Psalmo 143. orat David: 'Ne intres, Domine, in iudicium cum Pſ. 143, 2
servo tuo, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis vivens', EtPsalm. 130.:
'Si iniquitates observas, Domine, Domine, quis sustinebit? Apud te propri- Pſ. 130, 3 f.
ciatio est' etc. Sic loquuntur et orant maximi Sancti, David, Paulus etc.
Ergo idem loquuntur et orant eodem spiritu omnes sancti. Sophistae
Scripturas non legunt, aut si etiam legunt, tamen obducto ob oculos velo
legunt, ideo, ut de nulla prorsus re, ita neque de peccato neque de sanctitate
recte iudicare possunt.

Si autem Spiritu ducimini, non estis sub lege. 5, 18

Paulus non potest oblivisci doctrinae suae de fide, sed semper eam
repetit et inculcat etiam, cum de bonis operibus agit. Hic obiiciat aliquis:
Qui fieri potest, quod sub lege non simus? Tamen tu, Paule, doces nos
Carnem habere, quae concupiscat adversus Spiritum, quae militet, vexet et
captivet nos etc. Et revera sentimus peccatum nec illo sensu liberari possu-
mus, ut maxime velimus. Hoc certe est sub lege esse. Cur ergo, Paule,
dicis nos non esse sub lege? Haec res, inquit, nihil vos moveat, Sed hoc
saltem agite, ut Spiritu ducamini, hoc est, ut hanc voluntatem servetis, quae
adversatur carni et eius concupiscentias non perficit (hoc enim est duci seu
trahi Spiritu), tum non estis sub lege. Sic Paulus de seipso loquitur, Romanos
septimo: 'Mente servio legi Dei', hoc est, Spiritu nulli peccato sum obnoxius, Röm. 7, 25
'Carne vero servio legi peccati.' Itaque pii non sunt sub lege, scilicet
Spiritu, lex enim non potest accusare et ferre sententiam mortis contra eos,
etiamsi ipsi peccatum sentiant et fateantur se peccatores esse, quia ius
ademptum est legi per Christum, 'qui factus est sub legem, ut eos, qui sub 4, 4 f.
lege erant, redimeret'. Ideo hoc, quod vere peccatum est contra legem, lex
pro peccato non audet accusare in piis.

34 audet] potest *CDE*

Hs] l⌊egem, non audeat l⌊ex accusare pro peccato: tantum valet donum fidei, quia iustitia iſt zu ſtarck, quia habemus in eo, qui est inaccusabilis. Repetit aliquantulum praeteritas voces, quod non iustif⌊icamur ex operib⌊us, quia zu viel peccata noch da, et tamen nicht not, quia iusti estis in spiritu. Si hoc, ergo non estis sub lege. Hoc loco consolari poteris in abso⌊lvenda tenta⌊tione, quando quis sentit tenta⌊tionem, quando adol⌊escens in fervore lib⌊idinis ergriffen etc., sic cum tenta⌊tionibus irae, impatientiae, odii, hoc leſt ſich fulen, sic spiritus tristiciae. Ibi consolatio da her: haec c⌊aro tua, quae contra te pug⌊nat; tu amb⌊ula spiritu et noli consentire, loqui, facere et hoc; sine furere istas concup⌊iscentias. [Bl. 135ᵃ] Quando Sat⌊an kompt sua

1 audeat] audet    2 habemus] haberemus    *zu 10 am oberen Rande der Seite steht der Buchstabe* P *als Lagenbezeichnung*

Dr] Tanta est igitur potentia dominii Spiritus, ut, quod vere peccatum est, tamen lex non possit accusare. Iusticia enim nostra, Christus, quem fide apprehendimus, irreprehensibilis est, ideo a lege non potest accusari. Donec in illo haeremus, Spiritu ducimur et a lege liberi sumus. Sic cum Apostolus etiam bona opera docet, non obliviscitur disputationis suae de iustificatione, sed semper indicat, impossibile esse nos operibus legis iustificari. Reliquiae enim peccati haerent in carne, ideo, donec ea vivit, non desinit concupiscere contra Spiritum, nihil tamen periculi inde accipimus, quia a lege liberi sumus, modo Spiritu ambulemus.

Et his verbis: 'Si ducimini Spiritu, non estis sub lege' egregie poteris teipsum et alios vehementer tentatos consolari. Saepe enim accidere solet, quod homo ira, odio, impacientia, libidine, spiritu tristiciae aut alia concupiscentia carnis tam fortiter exerceatur, ut eam prorsus non possit excutere, etiamsi hoc maxime cupiat. Quid hic faciat? Num ideo desperet? Non, Sed ita dicat: Caro tua iam pugnat et furit adversus Spiritum. Sinito eam furere, quam diu vult, tu modo illi ne assentiaris, sed ambula et ducere Spiritu, ut concupiscentiam eius non perficias. Hoc faciens liber es a lege. Accusat et perterrefacit quidem te, sed frustra etc. In tali ergo lucta carnis contra Spiritum nihil melius est, quam in conspectu habere verbum et ex eo consolationem Spiritus petere.

Neque moveat tentatum quod diabolus tam egregie potest peccatum exaggerare, ut luctans videatur sibi prorsus succumbere in paroxysmo nihilque sentiat quam meram iram Dei et desperationem. Hic saltem non sequatur sensum suum, sed hoc Pauli verbum: 'Si Spiritu ducimini, non estis sub

15 suae *fehlt CDE*    16 legis *fehlt CDE*    *vor* iustificari *steht* posse *CDE*    31 tentatum] illum, qui hanc tentationem patitur, *CDE*    tam egregie] ita *CDE*    32 luctans *fehlt CDE*    34 verbum] dictum arripiat *CDE*    ducimini', hoc est, si fide in Christum vos erigatis etc., 'non *CDE*

Hs] pompa, putat quis se damnatum, tamen manente verbo in cord⌊e, potentius omnib⌊us pompis Sat⌊anae, quantum furiat c⌊aro cum suis concup⌊iscentiis, volup⌊tatibus; i. e. l⌊ex non habet te accusare. istae furiae in c⌊arne non damnabunt te, quia dominaris spiritu, non vis, consentis, es in lucta, q⌊uamquam in parox⌊ysmo videris subiicere. videtur tristitia dominari, tamen haerens in verbo. Econtra, submergis te vel blasph⌊emas. Utcunque sis **ſchwach**, tamen manente verbo superas pompam. Habui tenta⌊tiones irae, impatientiae, lib⌊idinis: si verbum **hab erlangt** et **feſt dran geh⌊angen, iſt gewichen**. Si vero sine verbo etc. 'Sub leg⌊e', i. e. non accusari, sed manere spiritu et re⌊missione peccatorum.

4. Decemb. Loquitur de lucta c⌊arnis et spiritus, quod v⌊ita Christiana non possit perficere hoc, quid spiritus velit. qui velit esse t⌊otus purus, sed c⌊aro non permittit. Tamen salvi fiunt et sunt per r⌊emissionem p⌊eccatorum, quae est in Christo, et iam non sunt sub l⌊ege, quia amb⌊ulant spiritu.

Dr] lege.' Cui si firma fide adhaeserit, habebit praesidium potentissimum, quo 'poterit omnia ignita tela', quibus ille malignus eum petit, 'extinguere'. Ut Eph. 6, 16 maxime igitur bulliat et insaniat Caro, tamen omnes ipsius motus et furiae non poterunt nocere et condemnare eum, quia Spiritu ambulans et ductus non praebet carni assensum neque perficit eius concupiscentiam. Itaque id unicum est remedium, ut furentibus Carnis motibus arripientes 'gladium Eph. 6, 17 Spiritus, hoc est, verbum Dei' pugnemus contra eos, tum haud dubie victores erimus, etiamsi durante pugna plane contrarium sentiamus. Remoto autem ex oculis verbo non est consilium neque auxilium etc. Ego expertus ista loquor. Passus sum varias et multas tentationes, et eas gravissimas, quamprimum autem aliquod dictum Scripturae apprehendi et illi tanquam sacrae ancorae innixus sum, statim deferbuerunt tentationes, quas sine verbo impossibile mihi fuisset vel modicum tempus sustinere, multominus vincere.

Docet ergo Paulus in summa, hac disputatione de lucta Carnis et Spiritus, quod reconciliati seu Sancti non possint perficere hoc, quod Spiritus vult. Libenter enim Spiritus vellet totus esse purus, sed Caro coniuncta illi non permittit. Salvi tamen sunt et fiunt per remissionem peccatorum, quae est in Christo. Deinde quia etiam ambulant et ducuntur Spiritu, non sunt sub lege, hoc est, Lex non potest accusare et perterrefacere eos etc., aut si etiam hoc tentet, tamen non potest adigere eos ad desperationem.

---

*15* Cui *bis* adhaeserit] Ita *CDE*   *18* Spiritu *bis* ductus] Spiritum ducem sequens *CDE*   *19* concupiscentiam] concupisciam *At*   *21* Dei] salutis *CDE*   salutis, scilicet, quod Deus nolit mortem impii etc., pugnemus *CDE*   tum] tunc *CDE*   *24* tentationes] passiones *CDE*   *30* reconciliati seu Sancti] Sancti seu credentes *CDE*   *32* et fiunt *fehlt CDE*

Hs] 5, 19 'Manifesta': adul⌊terium, fornicatio. Est similis locus quasi cum Matth. 7, 16 f. Christi[1]: 'de ficis spinas; Omnis b⌊onus arb⌊or', ne quis causetur, se non intelligere P⌊aulum, cum dicit 'luctam c⌊arnis'. Exempli inquit gratia: 'Manifesta'; et quidam ornat se, sed illa manifesta, et quaelibet alia immundicia carnis. Si quis velit iactare spiritum et se Christianum et amatorem Euangelii, et velit persequi in adul⌊terio et reliquis immundiciis carnis, ille convincitur, quod non, quia hoc non est ambulare secundum sp⌊iritum sed carnem; non solum est pati, sed perficere desid⌊eria carnis. quod Iuvenis lib⌊idine, senectus avaritia, Iuvenis vana g⌊loria[2], non mirum. Nemo Iuvenis absque tent⌊atione c⌊arnis, virilis aetas irae, avaritiae, senilis etc. Ibi sunt desi-

2 causetur *über* c̄c̄tq [= *Abkürzung für* causae *und* tur]

[1]) *Erg.* loco, sententia. [2]) *Erg.* exercetur.

Dr] Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt etc.

5, 19 Matth. 7, 16 f. Hic locus non est dissimilis huic sententiae Christi: 'A fructibus eorum agnoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, Mala autem arbor fructus malos facit' etc. Paulus plane idem hoc loco docet, quod illic Christus, Satis scilicet testari opera et fructus, an arbores bonae sint an malae, an homines sequantur ducem Carnem an ducem Spiritum. Quasi dicat: Ne quidam vestrum causentur se non intelligere me nunc disserentem de lucta Carnis et Spiritus, subiiciam vobis ob oculos primum opera Carnis, quorum pleraque etiam impiis nota sunt, deinde fructus Spiritus. Hocque Paulus ideo facit, quia multi erant Hypocritae inter Galatas, ut hodie etiam inter nos, qui simulabant se esse pios, iactabant Spiritum et, quod ad verba attinebat, egregie noverant doctrinam pietatis, interim tamen non Spiritu, sed carne ambulabant ac opera ipsius perficiebant. Qua re Paulus manifeste convincit, eos non esse tales, pro quibus sese venditabant. Et ne hanc eius admonitionem contemnant, fert contra eos horribilem sententiam, quod regni Dei haeredes non erunt, ut ea admoniti sese emendent.

Quod quaelibet aetas etiam in piis peculiares suas tentationes habet (ut quod iuvenilem aetatem libido, virilem ambicio et vana gloria, senilem avaricia praecipue exercet), non est mirum. Quia supra dixi, nullum fuisse unquam Sanctum, quem non saepius in vita solicitaverit Caro ad impacientiam, iram etc. Hinc Paulus de Sanctis hic loquens dicit, Carnem in ipsis concupiscere adversus Spiritum etc. Itaque non aberunt desideria et pugnae Carnis, non tamen ideo statim obsunt illis, qui eas sentiunt. Sed ita de hac re iudicandum est: Aliud esse solicitari a carne et eius concupiscentias

24 Qua] eaque *CDE* 28 Quod *fehlt CDE* 29 ut quod *fehlt CDE* aetatem *fehlt CDE* 30 non est mirum *fehlt CDE* Quia] Hinc *CDE*

Hs] deria, luctae, pugnae; sed alii consentiunt et ambulant secundam desid⌊eria carnis, perficientes ista opera et iactant. De his: Iacta⌊re spiritum, nihil etc. Fit etiam quandoque, ut David, et sanctus potest ruere, et perficiunt desideria carnis cum opere. Ut David in adul⌊terio, homi⌊cidio et blasp⌊hemia divini nomin⌊is, post adul⌊terium tot homicidia commisit propter 1 virum 2. Sam. 11, 17 ff. et dedit occas⌊ionem inimicis gloriandi, triump⌊handi deum Israel et adorabatur idolum Moab. Quando fiunt lapsus, fiat, sed perseverantia est pessima. quando pugna redit, et non fit concupis⌊centia, contra studeat quot⌊idie et velit etc., das iſt resurgere. Ut infra: 'praeoccupatus', non abiiciendi. 6, 1 [Bl. 135ᵇ] tales quando non widderk⌊omen[1], est tum signum, quod dolus in spiritu.

Desideriis nemo et ten⌊tationibus caret, quia habemus car⌊nem, unus sic, alter sic; secundum differentias, complex⌊ionem et spiritum quidam alias

---

3 ruere] ruat   *zu* 3 David *r*   7 fiat] fit   *zu* 7 Lapsus *r*   9 *über* non abiiciendi *steht* tales   *zu* 9 c⌊ap. 6. *r*   10 *über* est *steht* econtra   12 caret] carē   13 *über* alter sic *steht* alius aliter

[1]) = *umkehren.*

Dr] non ultro ferre, sed Spiritu ambulare et reniti etc., Aliud esse assentiri carni et opera eius secure perficere, in illis commorari et tamen interim simulare pietatem et iactare Spiritum etc. Priores consolatur, dum dicit eos Spiritu duci et sub lege non esse, Posterioribus comminatur aeternum interitum.

Imo quandoque etiam accidit, ut Sancti labantur et desideria ipsius carnis perficiant. Sicut David grandi et horribili lapsu cecidit in adulterium, Item autor fuit caedis multorum, dum volebat Uriam in acie perire. Qua 1. Sam. 11, 17 ff. re hostibus etiam occasionem dedit gloriandi contra populum Dei, adorandi idolum suum et blasphemandi Deum Israel. Lapsus est horribiliter et Petrus, cum negaret Christum. Sed quamlibet illa peccata grandia sint, tamen non data opera, sed ex infirmitate commissa sunt. Deinde admoniti non perseveraverunt obstinati in peccatis, sed resipuerunt etc. Tales infra Cap. 6. 6, 1 iubet recipi, instrui et instaurari, dicens: 'Si praeoccupatus fuerit homo' etc. Ideo qui ex infirmitate peccant, etiam saepius, illis non denegatur venia, modo rursum resurgant et in peccatis non perseverent, perseverantia autem pessima est etc. Si autem non resipiscunt, sed porro obstinati perficiunt desideria carnis, certissimum signum est, quod dolus sit in Spiritu ipsorum.

Desideriis igitur nemo carebit, quousque in carne vivit, ideoque nemo liber erit a tentationibus. Alius tamen aliter tentatur, secundum discrimen

---

21 Qua] eaque *CDE*   25 data opera] ex contemptu Dei aut destinata malitia *CDE*   28 etiam saepius] et labuntur *CDE*

Hs] tent⌊ationes habet: trist⌊itiam, despe⌊rationem, diffiden⌊tiam. sed hec scientia: non amb⌊ulare post ea; qui perfecit desideria, sciat se non Christianum. ideo consolatio doct⌊rinae, quod impossibile nos non habere p⌊eccatum.

Quidam nitebantur eo, ut plane essent saxa, ut nihil sentirent de peccato, ut Gerson scribit. Sic Sanctos depinxerunt et Ma⌊riam, sed
Luk. 2, 35 quando amisit f⌊ilium. Nos fuimus tales S⌊ancti, quod ad despe⌊rationem adegimus.[1] Sed veri S⌊ancti fuerunt pec⌊catores, et utinam hoc solum, nisi etiam seducti; Greg⌊orius, Ber⌊nardus fuerunt seducti et liberandi ab impiis doct⌊rinis. Fingunt S⌊anctos ut stoici sap⌊ientes quam nunquam vid⌊erunt et experti. Ego etiam lib⌊enter vidis⌊sem S⌊anctos

*1 über* scienta *steht* ars et summa sap⌊ientia  *2* Christianum *c aus* Christianus  *zu 3* Consolatio *r mit Strich zu* Sic potestis consol⌊ari *S. 105, 4 f. gezogen*  *4 vor* Quidam *scheint ein Haken gezeichnet*[2]  *zu 5* Gerson *r*  *7* adegimus] adigimus  *zu 8* Grego⌊rius, Bernar⌊dus *r*

[1]) *Zum Sinn vgl. im Druck S. 103, 11.*  [2]) *Dementsprechend ein Absatz im Druck, Z. 17.*

Dr] complexionum seu spirituum. Hic gravioribus motibus exercetur, quales sunt tristicia spiritus, blasphemia, diffidentia, desperatio etc., Alius crassioribus, quales sunt libido, ira, odium etc. Sed ibi Paulus requirit a nobis, ut Spiritu ambulemus et carni resistamus. Qui autem carni obsequitur et pergit securus desideria ipsius perficere, ille sciat se non pertinere ad Christum, et ut maxime sese ornet nomine Christiano, tamen seipsum fallit.

Et hic locus, ut etiam supra obiter monui, gravissimam consolationem nobis affert, quia admonet, quod sine concupiscentia et tentationibus carnis, imo etiam sine peccatis vivere non possimus. Admonet igitur nos, ne faciamus, ut quidam, de quibus Gerson scribit, qui eo nitebantur, ut prorsus nihil tentationum et peccatorum sentirent, hoc est, ut plane saxa essent. Talem imaginationem habuerunt Sophistae et Monachi de Sanctis, quasi fuerint meri stipites et trunci et plane caruerint omnibus affectibus. Certe
Luk. 2, 35 Maria sensit maximum dolorem animi amisso filio, Luc. 2. Conqueritur David passim in Psalmis, se immodica tristicia propter magnitudinem tentationum et peccatorum suorum concepta pene absorberi. Conqueritur et
2. Kor. 7, 5 Paulus se 'foris pugnas, intus pavores' sentire, Se 'carne servire legi peccati',
2. Kor. 11, 28 Phil. 2, 27 Ait se 'solicitum esse pro omnibus Ecclesiis', Et 'Deum misertum esse sui, quod Epaphroditum vicinum morti restituerit vitae, ne dolorem super dolorem haberet'. Itaque Sophistarum Sancti similes sunt Sapientibus Stoicorum,

5, 24 *11* complexionum seu spirituum] personarum *CDE*  *16* fallit. 'Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifigunt cum concupiscentiis' etc. *CDE*  *17* Et *fehlt CDE*  *vor* Hic *als Überschrift:* Qui vere sancti dicantur et sint. *CDE*  etiam supra] supra quoque *CDE*  *18* nobis affert] continet *CDE*  *19* vivere non possimus] sancti non viverent *CDE*  *25* passim *fehlt CDE*

Hs] ho⌊mines, sed eum, qui abst⌊ineret a cibo, potu, tab⌊ula, in deserto. Is s⌊anctus vir et mulier, qui bap⌊tisatus credit et abst⌊inet propter Christum ab vitiis etc. Si curat domum, ob⌊sequitur viro, Ista salvatur per etc. Sic multae S⌊anctae mul⌊ieres, viri in hac c⌊arne, quia vivunt serio secundum Euangelium; quod interim offenditur a viro, ſind desideria, commotiones; sed non ideo v⌊olunt nocere, imped⌊ire prox⌊imum; si etiam craus fert ein fluch, in re⌊missionem pec⌊catorum gehorts et est lapsus. Et tales muſſen wir heilig⌊e laſſen, quia deus reputat salvos per r⌊emissionem p⌊eccatorum.

*zu 1* Sancti Pap⌊ae *r*   *zu 2 f.* Christianus S⌊anctus *r*   *zu 5* desideria coniugum *r*   *zu 7* Lapsus *r*

Dr] qui tales finxerunt sapientes, qualis nullus unquam fuit in rerum natura. Et hac stulta et impia persuasione, quae nata est ex inscitia huius Paulinae doctrinae, adegerunt Sophistae seipsos et alios infinitos ad desperationem.

Ego Monachus saepe ex animo optabam videre conversationem et vitam cuiusdam sancti hominis. Interim tamen somniabam talem Sanctum, qui in Eremo agens abstineret a cibo et potu et victitaret tantum radiculis herbarum et aqua frigida. Et eam opinionem de monstrosis illis Sanctis non solum hauseram ex libris Sophistarum, sed etiam Patrum. Nam alicubi Hieronymus sic scribit: De cibis vero et potu taceo, cum etiam languentes aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse luxuria sit etc. Nunc autem lucente veritatis sole clarissime videmus Christum et Apostolos vocare Sanctos, non qui coelibem vitam agunt, abstemii sunt aut alia opera in speciem praeclara et grandia faciunt, sed qui vocati per Euangelium et baptisati credunt, se Christi morte et sanguine sanctificatos et mundatos esse. Sic passim Paulus scribens ad Christianos vocat eos sanctos, filios et haeredes Dei etc. Sancti igitur sunt omnes, quotquot credunt in Christum, sive masculi, sive foeminae, sive servi, sive liberi etc. sint, non ex suis operibus, sed Dei, quae fide accipiunt, ut sunt Verbum, Sacramenta, Christi passio, mors, resurrectio, victoria, Spiritus sancti missio etc., In summa, Sancti sunt sanctitate passiva, non activa.

Sic vere Sancti sunt ministri verbi, Magistratus politici, parentes, liberi, heri, familia etc., si primum omnium certo statuant, Christum esse suam sapientiam, iusticiam, sanctificationem et redemptionem, Deinde si unusquisque ex praescripto verbi Dei faciat officium in vocatione sua et propter Christum

*9* qualis nullus] quales nulli *CDE*   fuit] fuerunt *CDE*   *12* optabam, eam felicitatem mihi contingere, ut possem videre *CDE*   *13* cuiusdam] alicuius *CDE*   *15* eam] illam *CDE*   *17* s. Hieronymus *CDE*   luxuria sit *vor* etiam *CDE*   *18* uti   *21* praeclara et grandia] monstrosa *CDE*   faciunt, ut de multis legitur in vitis patrum, sed *CDE*   *32/104, 7* et *bis* carnis] carni non obsequatur, sed Spiritu reprimat desideria et concupiscentias eius *CDE*

Hs] Ideo deus dedit mihi g⌊ratiam, ut erlebt, ut multos vid⌊erim sanctos, et ego unus. Non curo monstrosos S⌊anctos, multo laudab⌊am vitam Aug⌊ustini, Amb⌊rosii, qui uteb⌊antur vino et eleg⌊anter vestiebant et nulla fere differentia inter eos et alios, et tamen mansit sap⌊ientia pura et fides in Christum et puritas in vita. Das heiſt S⌊ancta vita. Desideria, vol⌊untas ad concup⌊iscentiam vel natura manent, ista dicimus iacula car⌊nis nostrae, sed non

---

*1* erlebt] erbebt   *zu 2* Monstrosi Sancti *r*   *zu 5* Desideria *r*

Dr] abstineat a desideriis et vitiis carnis. Quod omnes aeque non sunt firmi, sed multae adhuc imbecillitates et offensiones cernuntur in quibusdam, Item quod plerique etiam ruunt in peccata, hoc nihil impedit eorum sanctitatem, modo non ex destinata malicia, sed ex imbecillitate peccent. Nam, ut iam aliquoties dixi, pii sentiunt concupiscentiam carnis, sed repugnant, ne eam perficiant. Item, si etiam ex improviso prolabantur in peccatum, tamen veniam consequuntur, si rursum fide ad Christum accesserint, qui non vult, ut abigamus, sed quaeramus perditam ovem etc. Absit igitur, ut infirmos in fide aut moribus, si videro eos amare et revereri verbum, coena Dominica uti etc., statim iudicem profanos esse, hos enim Deus assumpsit et reputat
Röm. 14, 4 eos iustos per remissionem peccatorum. Huic 'stant et cadunt' etc.

Ad eum modum Paulus de Sanctis passim loquitur. Et laetus gratias ago Deo, quod supra modum abunde mihi donaverit, quod olim Monachus petii, non ut viderem unum Sanctum, sed multos, imo infinitos vere Sanctos, non quales Sophistae, sed Christus ipse et Apostoli pingunt ac descibunt, quorum et ego, gratia Dei, unus sum. Sum enim baptisatus Et credo Christum, Dominum meum, sua morte me redemisse a peccatis et donasse mihi iusticiam et sanctitatem aeternam. Et Anathema sit, quicunque hunc honorem Christo non habuerit, ut credat, quod eius morte, verbo, Sacramentis etc. iustificatus et sanctificatus sit etc.

Repudiata igitur hac stulta et impia opinione de Sanctorum appellatione (quam putamus competere tantum Sanctis in coelo et in terra Eremitis ac Monachis prodigiosa quaedam opera facientibus), discamus nunc ex scriptis Apostolicis, omnes fideles Christi Sanctos esse. Admiratur mundus sanctitatem Benedicti, Gregorii, Bernhardi, Francisci et similium, quia audit eos magnifica in speciem et insolita quaedam opera fecisse. Certe fuerunt etiam Sancti Ambrosius, Augustinus et alii, qui tam asperam et horridam vitam non egerunt ut illi, sed conversati sunt inter homines, ederunt cibos com-

---

*8* quibusdam] plerisque *CDE*   *8/9* Item *bis* peccata] *fehlt CDE*   *12* labantur *CDE*   *13* rursum *fehlt CDE*   ad Christum accesserint] in Christum iterum eriguntur *CDE*   *18* Ad *bis* Et *fehlt CDE*   Laetus igitur gratias *CDE*   *29/30* scriptis Apostolicis] scriptura sancta *CDE*   *33* Sancti Hilarius, Cyrillus, Athanasius, Ambrosius *CDE*

Hs] obedimus istis, non remaled⌊icimus, non praecamur mortem eternam, tamen lesi et caro solici⌊ta. Sic Iuvenis sentit motum ad alicuius ux⌊orem, ut lib⌊enter asp⌊iciat alienam, sed sentit telum, male⌊dictum carnis et d⌊icit: non; sint des⌊ideria sed non reg⌊nent, sentiam sed non permoveant. Sic potestis consol⌊ari con⌊scientias mulierum et viro⌊rum, qui puta⌊nt nihil omnino sentiendum. Sinamus tales. Iero⌊nymus non fuit talis, ut eius scripta[1] etc. [Bl. 136$^{a}$] Non d⌊eus eis tantum remis⌊it p⌊eccata, sed etiam errores. Greg⌊orius die meſſe auffgericht, alii cultus erig⌊ebant et Cyp⌊rianus damnabat omnes, qui non rebap⌊tizabantur. Ec⌊clesia est occul⌊ta, habitat in spiritu et 'l⌊uce inaccess⌊ibili', deus absc⌊ondit eam sub erroribus, infir⌊mi- 1. Tim. 6, 16

*1* eternam *c aus* etc. *zu 4* 'Ne regnet', Ro. 6. *[V. 12] r* *4/5* Sic potestis consolari *mit Strich zu* Consolatio *S. 102 zu Z. 3 gezogen* *7 vor* tantum *steht nochmals* non *zu 8* Grego⌊rius *r* Cyprianus *r*

1) *Erg.* probant.

Dr] munes, biberunt vinum et vestitu eleganti ac decenti usi sunt et fere nullum discrimen fuit, quod ad communem vitae consuetudinem attinet, inter ipsos et alios honestos viros, et tamen longe praeferendi sunt illis superioribus. Hi enim sine ulla superstitione docuerunt fidem Christi pure, Haereticis restiterunt et Ecclesiam ab innumeris erroribus repurgaverunt. Iucundissima fuit multis eorum familiaritas, et praesertim tristibus et afflictis (non enim abduxerunt se a conversatione hominum, sed officium suum administraverunt in frequenti turba), quos verbo erexerunt et consolati sunt. Contra illi non solum contra fidem multa docuerunt, sed etiam multarum superstitionum, errorum et impiorum cultuum autores fuerunt. Ideo nisi in agone mortis Christum apprehenderunt et sola ipsius morte et victoria confisi sunt, nihil plane profuit eis rigida vita.

Haec satis ostendunt, qui vere Sancti sint et quae sit appellanda vita Sancta: non illorum, qui in angulis et antris delitescunt, inedia corpora macerant, cilicia gestant etc., hac opinione, ut singulare quoddam praemium in coelis habeant prae ceteris Christianis, Sed qui baptisati sunt et credunt in Christum etc. Hi non semel exuunt veterem hominem cum actibus suis, sed durante vita manet in eis concupiscentia, quam nihil obest ipsis sentire, modo eam non permittant regnare, sed subiiciant Spiritui. Haec doctrina affert consolationem piis mentibus, ne, cum ista iacula carnis, quibus impugnat Satan spiritum, sentiunt, desperent, ut multi in Papatu fecerunt, qui iudicabant se nullam prorsus concupiscentiam carnis debere sentire, Cum tamen neque Hieronymus, neque Gregorius, neque Benedictus, neque Bernardus et alii (quos Monachi imitandos sibi proposuerunt exempla castitatis et

*27* Hi] Qui *CDE* *31* multi] multis *CDE* fecerunt] accidit *CDE* *34* proposuerunt tanquam perfecta exempla *CDE*

Hs] tate, p⌊eccato, ut nusquam appareat secundum sensum. Nos si videmus infirmitates in Christianis etc., incidimus in monachis etc., quia eorum **thun** videtur oculis carnis. Sed istae sanctitates sunt spi⌊ritualia venef⌊icia, **da man** oc⌊ulos hominum **mit betreubt**[1], sunt merae sectae. Ec⌊clesia Sancta per fidem in Christum Iesum, in vita per abstinentiam a c⌊arnis operib⌊us et per exer⌊citium spi⌊ritualium fructuum, sed iam sancta per ademptionem des⌊ideriorum mal⌊orum, nec per expurg⌊ationem errorum. Sancti labuntur, pec⌊cant, sed habent r⌊emissionem p⌊eccatorum. Si peccant, per ig⌊norantiam, nollent tamen neg⌊are Christum et extra E⌊uangelium vivere, Vel in fine, ut Ber⌊nardus. Opera debent vitari a Christianis, desid⌊eria non possunt,

*zu 4/5* Quomodo Ecclesia sancta sit *r*   *zu 10* Opera / Desideria *r*

[1]) = *trübt.*

Dr] omnium Christianarum virtutum) huc pervenire potuerint, ut nullam plane concupiscentiam carnis sentirent. Imo senserunt eam, et fortiter. Et hoc aliqui ex ipsis ingenue fatentur, non in uno loco in libris suis. Ideo Deus non solum non imputavit eis ista levia delicta, sed etiam pernitiosos errores, quos quidam ex ipsis in Ecclesiam invexerunt. Gregorius autor fuit Missae privatae, qua nulla unquam fuit maior abominatio in Ecclesia a Christo constituta. Alii Monachatum, impios cultus et voluntarias religiones excogitaverunt. Cyprianus disputabat ab Haereticis baptisatos iterum baptisandos esse.

Recte igitur fatemur in Simbolo, Nos credere Ecclesiam Sanctam. Est
1. Tim. 6, 16 enim invisibilis, habitans in Spiritu, in loco 'inaccessibili', ideo non potest videri eius sanctitas. Deus enim ita abscondit et obruit eam infirmitatibus, peccatis et erroribus, variis formis Crucis et scandalis, ut secundum sensum nusquam appareat. Qui hoc ignorant, cum vident infirmitates, peccata etc. eorum, qui baptisati sunt, verbum habent et credunt, statim offenduntur et iudicant eos ad Ecclesiam non pertinere. Et interim somniant Ecclesiam esse Eremitas, Monachos etc., qui tantum labiis Deum honorant et frustra eum colunt, quia non verbum Dei, sed doctrinas et mandata hominum docent. Quia vero superstitiosa et prodigiosa opera, quae ratio magnifacit et admiratur, faciunt, ideo iudicant eos esse Sanctos et Ecclesiam. Illi invertunt articulum fidei: Credo Ecclesiam Sanctam etc., et pro Credo ponunt Video. Istiusmodi humanae iusticiae et voluntariae sancti[Bg. Y]tates revera sunt spiritualia veneficia, quibus praestringuntur oculi et mentes hominum et abducuntur a cognitione verae sanctitatis etc.

Nos vero sic docemus, Ecclesiam non habere maculam aut rugam, sed esse Sanctam, per fidem tamen in Iesum Christum, Deinde in vita per

*12/13* Et *bis* ipsis] id quod *CDE*   *13* in *(1.) fehlt CDE*   *16/17* a Christo constituta] novi Testamenti *CDE*   *18* iterum baptisandos] rebaptisandos *CDE*   *27* hominum sequuntur et alios docent *CDE*

Hs] quia c⌊aro non potest exui, donec vivimus, semper ergo in ea vitia. Expedit con⌊scientiis habere sic immundam c⌊arnem, quia Monach⌊i hab⌊uerunt suas ord⌊ines tam S⌊anctas, ut aliis opera vend⌊iderint, et tamen senserunt se non mundos. Sic fit fid⌊ucia iustitiae propriae, cum quis putat se mundum. Sed enim econtra non possum fidere, quia hab⌊eo carnem immundam, pollutam, ſo mus fid⌊ucia fallen. Sic fid⌊uciam non in meam inst⌊iciam colloco, sed kreuch in Christum, ibi solida iusticia, ibi 'viva caro', quae pascit t⌊otum Joh. 6, 51. mundum. Sic maneo in vera humil⌊itate, non ficta monach⌊orum, quia habeo carnem et si deus rigide etc. sed quando humilio me, non superbio contra meum creat⌊orem, sed dico: miserere mei, wil mich halten an dein ſon, tum

*1 über* exui *steht* in totum *4 über* fid⌊ucia *steht* tanta pestis *7 über* viva caro *steht* Ioh. 6. *8* quia *mit Strich zu* non *gezogen*

Dr] abstinentiam a concupiscentiis carnis et per exercitium spiritualium fructuum, Sed nondum esse Sanctam per liberationem et ademptionem omnium desideriorum malorum nec per expurgationem omnium impiarum opinionum et errorum. Semper enim fatetur Ecclesia peccatum suum et orat 'sibi dimitti Matth. 6, 12 debita sua'. Item credit Remissionem peccatorum. Quare Sancti peccant, labuntur et etiam errant, sed per ignorantiam. Non enim libenter vellent negare Christum, amittere Euangelium, revocare baptismum etc., habent igitur Remissionem peccatorum, et si etiam per ignorantiam in doctrina errant, hoc illis ignoscitur, quia ad extremum agnoscunt errorem suum et sola veritate et gratia Dei in Christo nituntur, Ut fecit Hieronymus, Gregorius, Bernardus et alii. Opera igitur carnis studeant vitare Christiani, desideria non possunt.

Et valde prodest piis sentire immundiciem carnis suae, ne inflentur inani et impia opinione de iusticia operum, quasi propter eam accepti sint coram Deo, ut Monachi ea inflati tam sanctos se esse putaverunt propter sanctum vitae genus suum, ut etiam aliis, quanquam interim corde proprio convincebantur se esse immundos, vendiderint suas iusticias et sanctitates. Tam pernitiosa pestis est fiducia iusticiae propriae et somniare, se esse mundum. Nos contra non possumus fidere iusticia nostra, quia sentimus immundiciem carnis, is sensus humiliat nos, ut demittamus cristas et non possimus confidere benefactis nostris, et compellit nos accurrere ad Christum Propiciatorem, qui non habet carnem corruptam aut vitiatam, sed purissimam et sanctissimam, quam pro vita mundi dedit; in illo invenimus iusticiam solidam et perfectam. Sic manemus in humilitate non ficta aut monastica,

*22* Et valde] Ad hoc igitur *CDE* *24* ut Monachi ea] Hac Monachi *CDE* *25* sanctum] electicium *CDE* *28/29* Nos *bis* carnis] Quia vero pii sentiunt immundiciem cordis, non possunt fidere iusticia sua *CDE* *29* nos] eos *CDE* demittamus] demittant *CDE* *30* possimus] possint *CDE* nostris] suis *CDE* nos] eos *CDE* *32* invenimus] inveniunt *CDE* *33* manemus] manent *CDE*

Hs] deus concludit: super te celum gratiae etc. Nos misere infecti et radicati in opinionib⌊us, ut nicht eraus. Discerne inter iust⌊itiam veram et falsam, tum vides r⌊egnum Christi ocul⌊is, tamen spiritua⌊libus, quod[1] ille S⌊anctus, qui bap⌊tisatus et credit in Christum et postea in illa f⌊ide, in qua iustificatur et remittuntur peccata praeterita et praesentia, ipse abstinet a desideriis c⌊arnis. sed non mundatur ab eis, desi⌊deriis est pollutus et manent istae sordes in eo ad humiliendum eum et cogendum, ut currat ad propic⌊iatorem suum. Sic urgent ad sal⌊vatorem. non sunt damnatrices istae reliqui⌊ae: quo plus sentit c⌊arnem, plus currit. Kleid uns, orna tua iustitia,

*1 über* celum gratiae *steht* super nos etc. *zu 1* concludit *r* *zu 3/4* Sanctus *r* *6* non *fehlt* *zu 8* iatorem *r als Ergänzung zu* propic⌊ *zu 8* biles *vom Rand zu* natrices [*in* damnatrices], *welches auf der neuen Zeile steht, hingewiesen*[2]

[1]) *Abhängig von einem zu ergänzenden* iudicas; *vgl. im Druck Z. 22.* [2]) *D. h. Rörer möchte lieber* damnabiles *für* damnatrices *setzen.*

Dr] sed vera, propter sordes et vitia, quae haerent in carne nostra, propter quae, si Deus saevere vellet iudicare, aeternam poenam luere deberemus. Quia vero non superbimus contra Deum, sed humiliter et contrito corde agnoscentes peccata nostra veniam petimus ac freti beneficio Mediatoris Christi progredimur in conspectum Dei et oramus propter eum ignosci nobis peccata, expandit super nos Deus immensum coelum gratiae ac reliquias peccatorum haerentes in carne propter Christum nobis non imputat.

Haec dico, ut caveatis perniciosos Sophistarum de sanctitate vitae errores, quibus ita mentes nostrae fuerunt occupatae, ut eos sine magno labore non potuerimus excutere. Quare sedulo operam date, ut recte discernatis inter iusticiam seu sanctitatem veram et Hypocriticam, tum poteritis aliis oculis inspicere Regnum Christi quam ratio, nempe spiritualibus, et certo iudicare, illum esse Sanctum, qui baptisatus est et credit in Christum. Et deinceps in illa fide, qua iustificatur et remittuntur ei peccata praeterita et praesentia, abstinet ipse a desideriis carnis, sed ab his prorsus non mundatur. Carno enim concupiscit adversus Spiritum. Manent tamen istae sordes in eo, ut humilietur et sic humiliato dulcescat gratia et beneficium Christi. Sic istae sordes et reliquiae peccati non obsunt, sed valde prosunt piis. Quo magis enim sentiunt infirmitatem et peccata sua, hoc magis confugiunt ad Thronum gratiae, Christum, et eius auxilium implorant, ut ornet eos sua iusticia, ut illis augeat fidem, subministret Spiritum, quo duce vincant con-

*10* nostra] sua *CDE* *11* aeternam *bis* deberemus] rei essent aeternae mortis *CDE* *12* superbimus] superbiunt *CDE* *13* nostra] sua *CDE* petimus] petunt *CDE* *14* progredimur] progrediuntur *CDE* oramus] orant *CDE* eum] ipsum *CDE* nobis] sibi *CDE* *15* nos] eos *CDE* *15/16* reliquias *bis* carne] peccata *CDE* *16* nobis *fehlt CDE* imputat eis. *CDE* *17* caveatis] caveamus *CDE*

Hs] r⌊emissione p⌊eccatorum, auge spiritum, [Bl. 136ᵇ] ut des⌊ideria non dominentur sed serviant. Sic Christianus vincendo pugnat. Doctrina Christiana ergo consolatoria doct⌊rina et redt von rechten ſachen, non graw⌊en rocken, ſauer ſehen, sed iis reb⌊us, quae dicuntur: vincere p⌊eccatum, errorem, diab⌊olum. De his nihil omnino norunt neq⌊ue consulere nec ullam con⌊scientiam instituere possunt.

Numerum certum pro incerto accip⌊it. Accip⌊it 1. opera carnalia, scilicet lib⌊idinem. Pap⌊istae nihil noverunt quam de lib⌊idine. Etiam uxo⌊rem ducere heiſſen auch concupiscentiam, ipsum coniug⌊ium suis immundis rostris etiam polluunt. Non solum sunt c⌊arnis opera lib⌊idines,

1/2 dominentur] d-(et-ρ  2 serviant] servet  vincendo] victēdo  *zu* 2 non adsecutus *r*  *zu* 3*ff*. De quibus rebus agat Theologia? *r*  9 concupiscentiam *o*

Dr] cupiscentias carnis, ne dominentur, sed serviant. Sic Christianus perpetuo luctatur cum peccato, et tamen luctando non succumbit, sed victoriam obtinet. Haec dixi, ut intelligeretis non ex humanis somniis, sed verbo Dei, qui vere Sancti sint. Videmus ergo, Christianam doctrinam maxime prodesse ad erigendas conscientias, Deinde eiusmodi esse doctrinam, quae non de Cucullis, Rasuris, Rosariis et similibus futilibus rebus agat, sed de arduis et maximis caussis, videlicet quomodo vincere debeamus carnem, peccatum, mortem, diabolum. Haec doctrina ut ignota est Iusticiariis, ita impossibile est eis, vel unam conscientiam errantem instituere aut conterritam et desperabundam consolari et pacificare.

Adulterium, Scortatio, Immundicia, Lascivia, Idolorum servitus, 5, 19 f.
Veneficium etc.

Paulus non recenset omnia opera carnis, sed numero finito pro infinito utitur. Primum ponit species libidinis. Non solum autem libido est opus carnis, ut somniarunt Papistae (qui etiam coniugium, adeo casti sunt homines, cuius Deus ipse autor est et quod ipsi inter Sacramenta numeraverunt, opus carnis dixerunt), Sed inter opera carnis recenset Idolatriam etc., ut supra iam aliquoties diximus. Ideo vel hic locus satis indicat, quid Paulo significet Caro. Sunt autem hae voces notiores, quam ut ulla interpretatione indigeant. Qui autem cupit nosse, quid singulae voces seorsim significent, ille legat, si volet, commentarium veterem, quem Anno 19. aedidimus. Illic satis copiose naturam et vim, pro virili nostra, singularum vocum totius Catalogi operum carnis et fructuum Spiritus indicavimus.[1] Nunc consilium

15 Cucullis] cucullo *CDE*  24 ponit] numerat *CDE*  libidinis, scilicet adulterium, fornicationem, immundiciam, lasciviam etc. *CDE*  30 autem *fehlt CDE*

[1]) *Unsre Ausg. Bd. 2, 588ff.*

Hs] 5, 20 sed concup⌊iscentia iſt eins, postea idol⌊atria. 'Ido⌊latria' quid? Summae relig⌊iones, höchſte heil⌊igkeit in Pap⌊atu, ardentis⌊sima devotio, qua fleverunt prae g⌊audio, quae videb⌊atur actus spiritualis⌊simus, et nihil spir⌊itualius quam quando monach⌊us in cella sedens et cog⌊itans dei opera et flens gaud⌊io; ibi non de muliere, creatura, sed de creatore et eius praeceptis. et tamen hic dicit 'opera carnis'. Idolatria omnis religio, et quo preciosior, spiritualior, hoc pestil⌊entior, quae avertit oc⌊ulos a fide in Christum et in sua, Carth⌊äuſer hemb⌊d, faſten, salvatio iſt ſein idol⌊um, Sic: si sic edero, vig⌊ilavero, bibero, salvus ero. Ibi habet cogitationes divinas et de deo, rebus divinis, quod isti pla⌊ceant sua opera, vestes, cibi. Extra Christum

zu 1 'Idolatria' non superst⌊itio *r*  7 a fide *o*  in *(1.) c aus* a  Christum *c aus* Christo  9 de *fehlt*  10 rebus *c aus* de  cibi] cibos

Dr] praecipue fuit, ut inter enarrandam Epistolam ad Galatas articulum iustificationis quam clarissime traderemus etc.

## Idolatria.

Summae religiones, sanctitates et ardentissimae devotiones eorum, qui sine verbo et mandato Dei colunt Deum, sunt Idolatria. Ut in Papatu habebatur pro actu spiritualissimo, quando Monachi sedentes in Cellis meditabantur de Deo et eius operibus, quando inflammati ardentissimis devotionibus genu flectebant, orabant et coelestia contemplabantur, tanta delectatione, ut prae nimio gaudio lachrymarentur. Ibi nulla erat cogitatio de mulieribus aut de ulla creatura alia, sed tantum de Creatore et eius mirabilibus operibus. Et tamen ista spiritualissima res, ut ratio iudicat, est iuxta Paulum opus carnis. Quare omnis talis religio, qua colitur Deus sine verbo et mandato eius, idolatria est. Et quo ea est sanctior et spiritualior in speciem, hoc perniciosior et pestilentior est, avertit enim homines a fide in Christum et facit, ut nitantur propriis viribus, operibus, iusticiis, qualis est etiam hodie Anabaptistarum, Quanquam hi indies se magis prodant, quod a diabolo obsessi ac homines seditiosi et sanguinarii sint.

Igitur ieiunium, cilicium, sanctissimae actiones, Regula et tota vita Carthusianorum, quorum tamen ordo regidissimus est, sunt opera carnis, Quia imaginantur, se sanctos esse et salvari non per Christum, quem ut saeverum Iudicem formidant, sed si Regulam suam observaverint. Cogitant quidem de Deo, Christo et rebus divinis, non autem ex verbo Dei, sed ex sua ratione, quod scilicet vestitus, victus et tota eorum conversatio sancta sit et placeat Christo, quem hac sua asperitate vitae non solum sperant

14 devotiones] denotiones *A [Druckfehler]*  14/15 qui excluso Christo mediatore ac sine *CDE*  29/30 carnis, imo idolatria. Quia *CDE*  33 eorum] ipsorum *CDE*  34/111, 11 sperant se placare *CDE*

Hs] omnes religiones sunt idola. Istud opus nemini manifestum quam qui credunt in Christum. Carth⌊usianus non putat se opiniones facere car⌊nis; confessi et putant se in spiritu sanctis⌊simos. Si Missat, et vendit pop⌊ulo et v⌊ult se liberare et pop⌊ulum. Nonne hec idolatria, sed cui manifesta? nobis. qui ergo fidem[1], facile indicab⌊unt de op⌊eribus, sive sit lib⌊ido. Intellectus, vol⌊untas, ani⌊mus concupiscib⌊ilis et irascib⌊ilis, qui vexatur lib⌊idine, irasc⌊ibilis scandalo, impatientia; ratio, intellectus vexatur errorib⌊us, superstitionib⌊us. Opera c⌊arnis procedunt vel secundum lib⌊idinem, vel rationem, sap⌊ientiam, intel⌊lectum: heres⌊es; vel irascibil⌊em[2]: rixae, homicidiae. Hoc insigniter notandum, quia vocabulum c⌊arnis apud Pap⌊istas

2 credunt *o*  6 ani⌊mus] ⁻ ⁻ | *[flüchtige Schreibung]*  qui *mit Strich zu* concupiscib⌊ilis *gezogen*  *zu 6:* 3 vires animae *r*  7 irasc⌊ibilis *mit Strich zu* irascib⌊ilis *Z. 6 gezogen*  *zu 10* Caro *r*

[1]) *Erg.* habent.  [2]) *Erg.* animum.

Dr] placare, sed habituros se esse eum etiam remuneratorem suorum benefactorum et iusticiarum etc. Ideo eorum cogitationes spiritualissimae, ut somniant, non solum sunt carnalissimae, sed etiam impiissimae, quia excluso et contempto verbo, fide, Christo etc. fiducia propriae iusticiae volunt peccata eluere, gratiam et vitam aeternam consequi. Omnes ergo cultus et religiones extra Christum sunt idolorum cultus. In solo Christo Patri bene complacitum est; qui hunc audit et facit, quod iubet, est dilectus propter dilectum. Iubet autem ipse nos credere verbo suo, baptisari etc., non eligere novos cultus etc.

Supra dixi, opera carnis manifesta esse, ut certe adulterium, fornicatio et similia omnibus nota sunt. Sed idolatria tam speciosa et spiritualis est, ut paucis, et iisdem tantum credentibus in Christum, nota sit. Nam Carthusianus, cum caste vivit, ieiunat, orat, legit horas canonicas, sacrificat etc., tantum abest, ut credat se esse idolatram aut opus carnis perficere, ut certo persuasus sit, se agi et duci Spiritu, se ambulare Spiritu, se nihil quam mera spiritualia cogitare, loqui et facere ac Deo gratissimum cultum praestare. Nemo persuadebit hodie Papistis et Antichristo suo, quod Missa privata sit summa blasphemia Dei et idolatria, qua horribilior nunquam fuerit in Ecclesia ab Apostolis constituta. Sunt enim excaecati et obstinati, ideo perverse iudicant de Deo et rebus divinis, putantes idolatriam esse verum et summum cultum,
econtra fidem esse idolatriam etc. Nos vero credentes in Christum mentem eius 1. Kor. 2, 15
tenentes 'iudicamus omnia, et a nemine' vere et coram Deo 'iudicari possumus'.

Ex his satis constat, Paulum vocare Carnem, quidquid est in homine, complectendo omnes tres potentias animae, scilicet voluntatem concupiscibilem, voluntatem irascibilem et intellectum. Opera voluntatis concupiscibilis sunt

11 se *fehlt CDE*  26 et Antichristo suo *fehlt CDE*

Hs] sic obse⌊uratum, ut op⌊era c⌊arnis dicantur concubitum et lib⌊ido expleta. Sed hic opera c⌊arnis Ido⌊latria, id summum et max⌊ima sap⌊ientia in ho⌊mine, Ut Pap⌊a cum monach⌊atu et pf⌊affen instituit relig⌊iones, quae videntur spiritualis⌊simae. S. Ber⌊nardus deceptus ista sap⌊ientia et S⌊ancti-
Kol. 2, 18 tate. est 'ang⌊elorum sanct⌊itas', Paulus. [Bl. 137ᵃ] T⌊urca non potest iudicare, quod suus Alko⌊ranus et bap⌊tismata sint opera carnis, quia sunt ord⌊ines contra cultum et fidem Christi et Euangelii. Idolatria 1 de op⌊eribus c⌊arnis, quis hoc cred⌊it?

'Venef⌊icium': ante E⌊uangelium hoc fuit vitium freq⌊uen⌊tissimum, praesertim hie in biſſchen[1], palud⌊ibus, ubi diab⌊olus ut froten hab⌊itat. me

*1* expleta] expletam  *zu 9* Veneficium *r*

[1]) = *Büschen.*

Dr] adulterium, scortatio etc., Irascibilis rixae, contentiones, caedes etc., Rationis seu intellectus errores, falsae religiones seu cultus, superstitiones, idolatria, haereses, hoc est, sectae etc. Hoc valde prodest bene nosse, quia vocabulum Carnis in toto regno Papae sic obscuratum fuit, ut opus carnis nihil aliud illis significaverit quam concubitum seu expletam libidinem. Inde necessario sequebatur, quod non potuerint intelligere Paulum. Hic autem clare videmus Paulum inter opera carnis numerare idolatriam et haeresim, quae summa sunt in homine sapientia, religio et sanctimonia. Tantam autem speciem sanctitatis habuit religio Papistica, ut per eam ad tempus decepti sint viri maximi, Gregorius, Bernardus et alii. Paulus vocat eam ad Colossenses
Kol. 2, 18 'religionem Angelorum'. Sed quamlibet videatur sancta et spiritualis, nihil tamen aliud est quam opus carnis, abominatio et idolatria contra Euangelium, fidem et verum cultum Dei. Hoc vident pii et credentes, qui oculos spirituales habent, Contra Iustitiarii diversum iudicant. Sicut Monacho non potest persuaderi, quod sua vota sint carnis opera, Ita Turca nihil minus credit, quam observationem Alcorani, baptismata et alios ritus, quos observat, esse opera carnis. Magnum profecto est, idolatriam recenseri inter opera carnis etc.

## Veneficium.

De Veneficio dixi supra Cap. 3. Frequens fuit vitium his nostris temporibus ante revelatum Euangelium. Me puero multae erant Veneficae, quae pecora et homines, praecipue pueros, incantabant. Item nocebant

*13* Hoc] Ista *CDE*  bene *fehlt CDE*  *14* fuit] est *CDE*  *17/18* quae *bis* sanctimonia] quas, ut diximus, ratio iudicat esse summas virtutes, sapientiam, religionem, sanctitatem et iustitiam. *CDE*  *18/20* Tantum *bis* alii *fehlt CDE*  *20* eam *fehlt CDE* ad Coll. 2. *CDE*  *21* spiritualis res *CDE*

Hs] puero vidi mulieres lesas, incubitos et kue et hagel. Iam non tam frequenter ut tum. Non est opus lib⌊idinis, sed abusio vel emulatio ido⌊lorum, quia faciunt pactum cum demonib⌊us, ut Iustitiarii cum deo; das iſt auch ein recht venef⌊icium, Sicut vetulae bezaub⌊ern vihe vel ho⌊mines. Sed Carth⌊usianus non incantabit deum, sed er wird zu eim narrn druber et wird bezaub⌊ert et feret ad inferos, nisi redeat ad Christum, ut Ber⌊nardus, qui ita abstinebat a potu et cibo, ut anhob ſo zu ſtincken, ut excluderet se a fratre, quia voluit reliq⌊uum peccatum occidere in se. Virginitatem ſol man pro sing⌊ulari dono haben, isti lib⌊ertatem ab istis tentationibus. Sed qui ardent et sentiunt vim sui sexus, die haben yhr remed⌊ium a deo datum.

*zu 3 ff.* Gemina difficultas in his ordinibus: Nullam spem coniugii habent neque donum castitatis *r* *4/5* Sed Carth⌊usianus *mit Strich zu* cum deo *Z. 3 gezogen* *7* anhob *flüchtig geschrieben* zu *fehlt* *zu 7 bis 10 steht mit Strich herbeigezogen am oberen Rand der Seite:* non sunt excripta quaedam[1]

[1]) *In der Tat sind diese Zeilen nicht für den Druck abgeschrieben worden. Aus dieser Randnotiz Rörers verbunden mit der Anweisung S. 51 zu Z. 8 geht hervor, daß Rörer diese Partien durch einen seiner Freunde abschreiben ließ, während er andere selbst für den Druck abschrieb (siehe die Daten Unsre Ausg. Bd. 40[1], 6 in den Anm.), daß er aber den Druck selbst besorgte.*

Dr] segetibus per tempestates et grandines, quas suis Veneficiis excitabant. Nunc Euangelio revelato ista non audiuntur, quia Euangelium exturbat diabolum e sede cum suis illusionibus etc. Sed iam magis horribilibus, nempe spiritualibus venificiis homines incantat.

Paulus inter opera carnis enumerat veneficium, quod tamen, ut omnibus constat, non est opus libidinis, sed abusus seu aemulatio idolatriae. Magia enim pactum facit cum daemonibus, superstitio seu idolatria cum Deo, non vero tamen, sed facticio. Quare idolatria est vere Veneficium spirituale. Nam ut Veneficae incantant pecora et homines, ita idolatrae, hoc est, omnes iusticiarii volunt Deum incantare, ut talis sit, qualem ipsi cum suis cogitationibus fingunt, Hoc est, ut iustificet eos non ex mera gratia et fide in Christum, sed ut respiciat cultus et opera ipsorum electicia ac propter illa reddat eis iusticiam et vitam aeternam. Sed seipsos incantant, non Deum, quia, si perseverant in hac sua impia persuasione de Deo, moriuntur in idolatria et damnantur. Pleraque opera carnis satis nota sunt, ideo non opus habent enarratione aliqua.

## Sectae.

Sectas non tantum vocat dissensiones illas civiles, quae oriuntur inter cives aut Magistratus, quando alius alium non reveretur, scilicet fretus vel

*21* Hoc est, ut] Fingunt autem talem, qui *CDE* *22* ut] qui *CDE* *28/114, 14* Sectas *bis* etc. *fehlt CDE*

Hs] Vitia partis irascibilis[1], das iſt grammatica: 'heres⌊es', das ſie die leute von ein ander teilen, non solum corp⌊ore, quando 2 eines, q⌊uanquam etiam verum, et fit in C⌊ivitatibus, dorffen, das ſich ein burg⌊er hengt an ein hauffen, et ghet, donec C⌊ivitas zu boden. Sic in spiritu in ec⌊clesia, quod episcopi etc. Ar⌊riani fecerunt suam ec⌊clesiam, alii etiam. Pap⌊a generalis omnium heret⌊icorum, impl⌊evit Ecclesiam sectis, non unitas est cordium, sensuum, non credunt idem. Francis⌊canus credit et fidit in suam reg⌊ulam, Carth⌊usianus. Ibi dissidium cordium. et spiritualia, et tamen opera c⌊arnis, quia omnium Christianorum unum c⌊or, sensus, anima, quia credunt in eundem Christum; eadem fid⌊es, Christus, relig⌊io; idem quasi ergo cor, foris aliter. Unitas spiritus, ubi nulla secta. Ubi est, potest indicari, quod ista sint omnia

*zu 1* (Uneinickeit) *r*  *9* cred. [= credis]  *zu 10* Salva et stante *[zu* Unitas *gehörig] r*  *11* secta *c aus* sectis

[1]) *Vgl. die drei* partes animae *oben S. 111 Z. 6.*

Dr] potentia vel favore vulgi praefert se alii, contemnit eum et palam sese illi opponit, Ubi necesse est scindi concordiam et sequi factiones, turbationes et eversiones Rerumpublicarum etc. Sed praecipue hic taxat Sectas, quae oriuntur non in Oeconomia aut Politia propter res corporales seu mundanas, sed in Ecclesia propter doctrinam, fidem et opera. Haereses semper extiterunt in Ecclesia, ut supra non uno in loco dictum est, Papa tamen generalis Haeresiarcha est et caput omnium Haereticorum. Nam implevit orbem, quasi quodam diluvio, infinitis Sectis. Nulli monacho convenit cum alio, metiuntur enim sanctitatem ex difficultate ordinum. Hinc Carthusianus vult sanctior haberi Franciscano etc. Ideo in Ecclesia Papistica nulla est unitas Spiritus, nulla concordia animorum, sed summa discordia. Non est una et eadem doctrina, fides, religio, cultus et mens, sed omnia sunt diversissima. Contra Christianorum omnia sunt eadem et communia, Verbum, fides, cultus, religio, Sacramenta, Christus, Deus, cor, sensus, anima, voluntas. Et illam Spiritualem concordiam nihil impedit diversitas statuum et conditionum in externa conversatione, ut supra aliquoties indicatum est. Et qui hanc unitatem Spiritus habent, penes illos est certum iudicium de omnibus Sectis, quas alioqui nemo intelligit. Ut certe nullus Theologus in Papatu intellexit, Paulum hoc loco damnare omnes cultus et religiones, continentiam et in speciem honestam conversationem et sanctam vitam omnium Papistarum et Sectariorum, sed putaverunt eum loqui de crassa idolatria et haeresibus gentium, quae manifeste nomen Christi blasphemant etc.

*14* Sed *bis* Sectas] Sectas hic appellat non illas dissensiones *CDE*  *15* non *fehlt CDE* seu] et *CDE*  *16* sed quae in Ecclesia *CDE* opera oriuntur. *CDE*  *16/17* Haereses, hoc est, sectae, semper *CDE*  *33* gentium, quae] gentium et Turcarum, qui *CDE*

Hs] opera c⌊arnis. Nemo novit, quod P⌊aulus hic accusat Papist⌊as idolatr⌊as, sectarios, et 'pleni', ut sequitur, et supra: 'lib⌊ertatem', quia terminarii[1] etc.; 5, 13
et si abstinuerant a muliere, tamen non pot⌊erant vincere; fuit continentia, das das h⌊ölliſch f⌊euer wird drein ſchlahen. 5, 21
'Eb⌊rietates': num non edendum, abstinendum et ieiunandum est? sed ratione illa pro castiganda c⌊arne. Einem iſt noter zu faſten quam alteri. Caro leſt ſich cum Ieiunio nicht dempffen; sed tamen helfft, quia post repletionem stomach⌊i sequitur pruritus et valde irritatur c⌊aro, quando bene pascitur. [Bl. 137[b]] Est etiam castiganda, ut non perfic⌊iat eius des⌊ideria, quando est sob⌊ria, ut mihi accid⌊it: quando max⌊ime sob⌊rius, fui max⌊ime tentatus. Sed spiritu, fide, verbo dempffen. Das thut zur ſachen; ieiunium servit, ut max⌊imus impetus non[2] etc.; sed meditatione Euangelii. Ideo v⌊ult, ut Christiani non ſind ebriosi, ut quot⌊idie in luder ligt[3] et habent postea monstrosas lib⌊idines. Quidam sunt, qui indig⌊ent, ut eſſen; q⌊uando non possunt eſſen, bibitione, ut ego etc. Ideo vid⌊eat quisque, wie fern ims not iſt. Ideo vitanda crap⌊ula et eb⌊rietas. Creavit vinum ad let⌊itiam cordis, et quando max⌊ime negocia auffm hals haben, expedit, ut ein guten rauſch

*zu 11* Spiritus *r* 13 ut *(2.) c aus* qui *zu 16* Nota scrip⌊turam *r* 17 haben *o*

[1]) *D. h. die Bettelmönche; zum Sinn vgl. S. 114, 20.* [2]) *Erg.* vincat. [3]) *= liederlich lebt; vgl. Unsre Ausg. Bd. 41, 685, 36.*

Dr] Ebrietates, Comessationes. 5, 21

Paulus non dicit bibere et edere opera carnis esse, sed inebriari et comessari, quo nihil est hodie in his terris vulgatius. Qui isti luxui plusquam bestiali dediti sunt, sciant se non esse spirituales, ut maxime tales se esse glorientur, sed sequi Carnem et eius opera perficere; hi audiunt horribilem sententiam, quod regni Dei haeredes non erunt. Vult ergo Paulus Christianos vitare ebrietatem et crapulam et sobrie ac frugaliter vivere, ne carne bene pasta provocentur ad lasciviam, ut certe post nimiam crapulam et repletionem stomachi vehementer furere solet caro. Non tamen satis est cohercere tantum istam furiosam pruriginem, quae crapulam comitatur, sed caro etiam sobria subigenda est, ne desideria sua perficiat. Nam saepe accidere solet, ut maxime sobrii maxime tententur, Ut Hieronymus de se scribit: Pallebant, inquit, ora ieiuniis et mens desideriis aestuabat in frigido corpore et ante hominem suum iam carne praemortua sola libidinum incendia bulliebant etc. Hoc et ego ipse Monachus expertus sum. Ideo sola inedia ardor libidinis non extinguitur, Sed accedere oportet Spiritum, hoc est, meditationem verbi, fidem et orationem. Ieiunium vincit quidem illos crassos impetus libidinis, ipsa autem desideria carnis nulla abstinentia cibi et potus, sed seria meditatione verbi et invocatione Christi superantur.

22 opera eius *CDE* hi] Ideoque *CDE* 25 provocentur] irritentur *CDE*

Hs] trincken. Alius comedat decenter et moderate, ut sit ein recht⌊ſchaffener menſch, et postea vult omnes vincere Euangelio.

'De quibus': Das iſt ein harter ſpurn et neces⌊sarium contra Christianos fal⌊sos et hyp⌊ocritas, qui multum gloriantur de E⌊uangelio et submersi in opinionib⌊us carnis. Greci max⌊ime, Anab⌊aptistae, qui pleni diab⌊oli, per omnes potent⌊ias ſint opera carnis, giſſtig, pleni errorum. Et qui duri et securi in prudentia et in luder liegen, non sunt Christiani. ab istis omnibus debet abstinere, non debet esse adulterium etc.

Das heiſt ebriosus, quando nunquam nuchtern ſein; sed quando laborat fidel⌊is, et exhaurit corp⌊us, ille utitur haustu etc. alii sectantur et volunt frui istis op⌊eribus c⌊arnis. Ideo muſſen wirs machen, ut nos nicht zu heilig machen et tamen nicht zu viel luſſt.

5, 22 'Fructus spiritus': Non v⌊ult d⌊icere 'opera' spiritus ut carnis, et tamen

---

*3 über* harter ſpurn *steht* dura affero *zu 3* 'De quibus praedixi' *r* *9 bis 12 mit Strich zu* eb⌊rietas *S. 115, 16 gezogen* *zu 10/11* G⌊regorii S⌊ententia: Medium iter teneamus, ne simus nimium sancti, ne item demus occasionem carni, ut sequatur desideria sua *r*

Et his similia.

Dr] Quia impossibile est enummerari omnia opera carnis.

De quibus praedico vobis, sicut praedixi, quod, qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur.

Haec durissima est sententia, et tamen maxime necessaria contra falsos Christianos et securos Hypocritas, qui iactant Euangelium, fidem, Spiritum, et tamen interim securissime perficiunt opera carnis. Praecipue autem Haeretici, inflati opinionibus, ut somniant, de rebus spiritualissimis, homines obsessi a diabolo et prorsus carnales sunt, ideoque desideria carnis per omnes potentias animae perficiunt. Quare summe necessarium fuit tam horribilem et tremendam sententiam ab Apostolo ferri contra tales securos contemptores et obstinatos Hypocritas: 'Quod, qui talia agunt, Regnum Dei non consequuntur', Ut vel aliqui ex ipsis hac saevera sententia perterrefacti inciperent Spiritu pugnare contra opera carnis, ne ea perficerent.

5, 22 Fructus autem Spiritus sunt Charitas, Gaudium, Pax, Longanimitas, Suavitas, Bonitas, Fides, Mansuetudo, Continẽtia.

Non dicit 'opera Spiritus' ut 'opera carnis', sed ornat has virtutes Christianas digniore appellatione, vocans 'fructus Spiritus'. Habent enim maximan utilitatem et fructum, nam illis praediti tribuunt gloriam Deo et iisdem invitant alios ad doctrinam et fidem Christi.

---

*15* enummerari] enumerare *CDE* *25* agunt] opera carnis perficiunt, quae Paulus recensuit, *CDE*

Hs] alib⌊i, quia ista op⌊era utilia habent f⌊ructum et valent in g⌊loriam dei et
exemplum prox⌊imi.
'Char⌊itas': Satis fuisset ch⌊aritas, quia dilatatur in omnes f⌊ructus;
1. Cor. 13: 'omnia credit': illic omnes f⌊ructus, qui fiunt in spiritu, dat 1 Kor. 13, 7
ch⌊aritati, hic tamen seorsim numerat. Ista vocab⌊ula melius intel⌊ligenda,
quia debent Christiani se hab⌊ere tewer et werd et hoch halten propter in-
hab⌊itantem Christum spiritu, honorare invicem. E⌊uangelium Christi, in
quem cred⌊unt: dilig⌊ere et ehren fratrem.
Letitia, 'Gaudia': vox sp⌊onsi et sponsae, reg⌊inae, iucundae cog⌊ita-
tiones, salub⌊res exhor⌊tationes, laeta car⌊mina, quibus invicem consol⌊antur
et gratias a⌊gunt. Non v⌊ult Deus tristitiam, odit tristem s⌊ensum, verba,
doct⌊rinam. Non venit, ut nos contrist⌊aret sed letif⌊icaret. 'Exulta', salta. Sach. 9, 9
Hoc non g⌊audium carnis sed spiritus, quod est de praecepto: 'Letamini in Ps. 32, 11

*1* valent] valet *3 über* f⌊ructus *steht* virtutes *4* qui] quae *8 über* dilig⌊ere *steht* cha⌊ritas *9* sponsae] *nur geschrieben:* sae, *die erste Silbe aus dem vorhergehenden* sp⌊onsi *zu ergänzen*

Dr]

### Charitas.

Satis fuisset solam charitatem ponere, dilatatur enim in omnes fructus
Spiritus. Hinc Paulus 1. Corinthio. 13. tribuit ei omnes fructus, qui in Spiritu
fiunt, cum ait: 'Charitas patiens est, benigna est' etc. Voluit tamen eam 1. Kor. 13, 4
seorsim hic inter fructus Spiritus numerare et primo loco ponere, ut admoneat
Christianos, ut ante omnia sese mutuo diligant, per charitatem alius alium
honore praeveniat et quisque alium praestantiorem se existimet, et hoc propter
inhabitantem Christum et Spiritum sanctum, propter verbum, baptismum et
alia divina dona, quae Christiani habent.

### Gaudium.

Est vox sponsi et sponsae, hoc est, iucundae cogitationes de Christo,
salubres exhortationes, laeta carmina, laudes, gratiarum actiones, quibus sese
mutuo adhortantur, exercent et exhilarant pii. Aversatur ergo Deus tristiciam
Spiritus, odit tristem doctrinam, tristes cogitationes et verba et delectatur
laeticia. Non enim venit, ut contristaret, sed ut exhilararet nos. Hinc passim
hortantur, imo praecipiunt Prophetae, Apostoli et Christus ipse, ut gaudeamus
et exultemus. Zachari. 9.: 'Exulta, filia Sion, iubila, filia Hierusalem, Ecce Sach. 9, 9
Rex tuus venit tibi.' Et in Psalmis saepe: 'Laetamini in Domino.' Paulus: Ps. 32, 11
'Gaudete in Domino semper' etc. Et Christus: 'Gaudete, quod nomina vestra Phil. 4, 4 Luk. 10, 20
scripta sunt in coelis.' Ubi hoc gaudium non carnis, sed Spiritus est, ibi

*16* Hinc Paulus] Et *CDE* ei Paulus omnes *CDE* *28* venit] misit filium suum *CDE* *33* non carnis, sed *fehlt CDE*

Hs] Domino et exultate iusti', [Bl. 138ª] Intus in corde per cog⌊itationes, foris per verba: Christus pro me mortuus, omnium p⌊eccatorum meorum oblivis⌊citur et ſagt: ein liechtl⌊ein drauff, quasi man redt, et multi accedunt et acquiritur r⌊emissio a Christo. Das iſt eitel gnad.

'Pax': erga deum et ho⌊mines. Christiani ſtil, non neidiſch, portet alter l⌊aſt. non potest consistere sine patientia.

Diversa: assiduitas patientiae, ubi non solum leidt adversitates, sed tolerat et exp⌊ectat emendationem eorum, qui leserunt. Sat⌊an superat assiduitate, ubi vis mor⌊tua, quia novit nos vas fragile. Sicut T⌊urca facit et vincit assid⌊uitate. Da zu dint longa⌊nimitas, ut semper exp⌊ectemus. Ut ipse non cessat superare etc., sic expec⌊tamus finem malorum long⌊animitate vel emend⌊ationem.

---

*4* a *fehlt*   *6 über* patientia *steht* longa⌊nimitas   *zu 7* 'Longanimitas' *r*   *8* eorum *o*

Dr] cor intus laetatur per fidem in Christum, quia certo statuit, eum esse Salvatorem et pontificem nostrum, et foris hoc gaudium verbis et gestibus ostendit. Item laetantur pii, quando Euangelium late spargitur et multi ad fidem accedunt atque ita Christi Regnum augetur.

### Pax.

Erga Deum et homines, ut Christiani placidi et quieti sint, non contentiosi et invicem odio prosequentes, sed alii aliorum onera portent per patientiam, nam sine pacientia non potest consistere Pax. Ideo etiam Paulus eam statim post pacem ponit:

### *Μακροθυμία.*

Quam puto esse assiduitatem pacientiae, qua aliquis non solum tolerat adversitates, mala, iniurias etc., sed etiam longanimiter expectat emendationem illorum, qui eum laeserunt. Diabolus, cum vi non potest superare tentatos, assiduitate superat, novit enim nos esse vasa testacea, quae frequentes et diu durantes ictus et impetus perferre non possint. Ideo assiduitate multos vin[Bg. Z]cit. Ad hanc ipsius assiduitatem vincendam opus est longanimitate, quae ut emendationem illorum, qui vim inferunt, ita quoque finem tentationum, quas diabolus movet, patienter expectat.

### *Χρηστότης.*

Est facilitas et suavitas in moribus et tota vita. Christiani enim non debent esse asperi et morosi, sed lenes, humani, affabiles, comes, quibuscum

---

*13* quia certo statuit] certo statuens *CDE*   *20* sine pacientia pax non potest consistere. *CDE*

Hs] 'Suavitas': Das ein Christianus ſol nicht ein ſauer ſeher, nicht ein Carth⌊usianus ſein et qui ſchnautzt leut an et de nulla iustitia quam sua novit, sed cum quo yderman gern vmb ghet, freundlicher menſch. Da gehort, ut alter alteri verſehe[1], convincamus invicem vitia. Mores amici noveris, non oderis, ſonſt wird ein ſauer, ſtorriger Monchſeher etc. Der die leut gern vmb ſich hat, et econtra. Sic Christus fuit. Pet⌊rus flevit, quoties record⌊aretur Matth. 26, 75
Christi. fleo ea memoria, quod record⌊or ho⌊minem tam suavem. ſo viel verſehen, Est max⌊ima virtus.

'Gutig': i. e. gern helffen, gern thun, ut sit bonus.

'Pistis': Est f⌊ructus spiritus, ergo non fides. Sed ut 1. Cor. 13: 'omnia 1. Kor. 13, 7
credit ch⌊aritas', i. e. qui non suspicax est, homo cand⌊idus et simplicis cordis, et si contrarium ſpurt, kan ers ſein vergeben. Omnibus credit, sed non confidit. Non sunt intolerab⌊iliores quam suspiciosi: q⌊uidquid aud⌊iunt, putant in se dici et in contumel⌊iam sui. Kan keiner kein wort reden etc.,

2 ſein *o*   qui *o*   *4 über* invicem vitia *steht* alii ad errata   *13* suspiciosi] suspiosi   *14* putant *über* (dicunt)

1) = *die Fehler nachsehe; vgl. Unsre Ausg. Bd. 46, 320, 8; Bd. 41, 598, 14.*

Dr] libenter alii conversentur, Qui dissimulent aliorum errata, aut saltem in bonam partem interpretentur, qui libenter aliis cedant, ferant intractabiles etc. Ut et Gentes dixerunt: Mores amici noveris, non oderis. Talis fuit Christus, ut passim cernere est in Euangelio. De Sancto Petro legitur, quod fleverit, quoties recordatus sit suavitatis Christi, qua usus est in quotidiana conversatione. Virtus est maxima et in omni genere vitae necessaria.

### Bonitas.

Libenter adiuvare aliorum inopiam, largiri, mutuum dare.

### Fides.

Cum Paulus hic fidem inter fructus Spiritus numeret, palam est eum non fidem in Christum, sed fidelitatem seu candorem intelligere. Hinc
1. Corin. 13. ait 'charitatem omnia credere'. Qui igitur hac fide praeditus 1. Kor. 13, 7
est, non est homo suspicax, sed candidus, simplicis et candidi cordis, Qui, etiamsi fallitur et diversum experitur, quam credit, tamen adeo lenis est, ut libenter hoc condonet, Summa, omnibus credit, non tamen confidit. Contra hac virtute carentes homines sunt suspicaces, difficiles, morosi et virulenti. Hi nemini credunt nisi sibiipsis, nihil ferre possunt, nulli cedunt, quicquid

22 dare etc. *CDE*   *26/27* Hac *bis* est] hanc fidem habet *CDE*   *27* candidus *fehlt CDE*   *31* Hi *fehlt CDE*   nemini cedunt nec *CDE*   nisi sibiipsis *fehlt CDE*   nulli cedunt *fehlt CDE*   *31/120, 12* quicquid *bis* segregant] bene dicta et facta aliorum calumniantur et pervertunt, et eos, a quibus non laudantur et magnifiunt, oderunt. *CDE*

Hs] die nemini vertrawen quam sibi. Ibi non possum pacem, concord⌊iam erhalten etc. melius est nos falli cum parvo detri⌊mento, quam perire universam concordiam omnium ho⌊minum. Suspiciosi eitel caro, Ut Sch⌊wermeri vol gifft, sunt difficiles homines, ego non libenter cum eis moror. Sey der T⌊eufel bey. i. e. das einer dem and⌊ern trew sey et vert⌊rage einer den andern et halt.

'Mansuetudo': Sunt multae occas⌊iones, inter fratres gehort ſanffmutig.

'Continentia': non adul⌊ter, scor⌊tator, non lascivus, non ineb⌊rius, non crap⌊ulosus, sed vivat temperate et caste, contra super⌊iora vitia, das iſt castitas, quando non contra deum. Ibi Iero⌊nymus facit eitel Jungf⌊erſchaft ex hoc textu. [Bl. 138 b]

6 'Mansuetudo' *o* ₵ Sunt 7 'Continentia(m)'

Dr] vident et audiunt, calumniantur et pervertunt et ab omnibus, qui non sunt suae farinae, se segregant. Quod cum fit, impossibile est, charitatem, amiciciam, concordiam, pacem inter homines conservari. His autem ablatis nihil aliud est haec praesens vita quam morsus et devoratio. Charitas autem omnia credit et saepe fallitur. Et in hoc bene facit, melius enim est falli cum modico detrimento, quam interire universam amiciciam et concordiam hominum. Fides ergo est, quod alter alteri fidem adhibet in his rebus, quae ad praesentem vitam pertinent. Qualis enim esset praesens vita nostra, si alter alteri non crederet?

### Mansuetudo.

Virtus est, quando aliquis non facile commovetur ad iracundiam. Infinitae autem sunt occasiones in hac vita, quae nos ad iracundiam provocant, sed mansuetudine vincuntur.

### Continentia.

Est sobrietas, temperantia seu moderatio in omni conversatione, quam Paulus opponit operibus carnis. Vult ergo, ut Christiani caste et sobrie vivant, hoc est, ut non sint adulteri, scortatores, lascivi, qui, si caste vivere non possunt, ducant uxores; Ut non sint contentiosi, litigatores etc., ut non inebrientur, non dediti sint crapulae, sed ab his omnibus abstineant. Ista omnia complectitur castitas seu continentia. Hieronymus de sola virginitate exponit, quasi coniuges non possint esse casti aut Apostolus solis virginibus
Tit. 1, 8; 2, 4 ista scripserit. Certe Tit. 1. et 2. admonet Episcopos et adolescentulas mulieres, utrosque coniuges, ut sint casti et puri.

*12* Quod cum fit] Ideo *CDE* est, eos charitatem *CDE* *13* inter homines] cum hominibus *CDE* conservari] servare *CDE* *14/17* Charitas *bis* hominum *fehlt CDE* *17* ergo hoc loco est *CDE* *22* nos *fehlt CDE* *23* sed pii mansuetudine eas vincunt. *CDE* *25* conversatione] vita *CDE* *27* hoc est, ut *fehlt CDE* *27/28* si *bis* possunt] si non possint caste vivere *CDE* *28* Ut] Item *CDE* ut *fehlt CDE*

Hs] 'Contra' 'lex': Lex est, sed 'non contra tales.' Alibi: 'Iusto non': qui 5, 23 1. Tim. 1, 9
sic vivit, non opus l⌊ege, quia plus facit et ante, quam lex veniat; 2. non
urgendi; 3. lex non potest eos accus⌊are, contra eos stare, sic muß con⌊-
scientias zu frieden.[1] lex eis abrogata 1. in spiritu, postea in operib⌊us, infra, 5, 25
quia faciunt, quod lex vult, si non in spiritu. tamen in r⌊emissione p⌊ecca-
torum, ergo impl⌊ent omnia legis etiam foris, intus per fidem, foris per
r⌊emissionem p⌊eccatorum. Sed contra superiores[2] semper est lex spiritua-
liter et corp⌊oraliter.

'Qui', 'carnem': Si v⌊olumus esse de numero Christianorum et pertinere 5, 24
Christiani, non est hypocrisis. 'Ipsi crucif⌊igunt cum morbis et vitiis.' Caro
est inclinata ad istas concup⌊iscentias, lib⌊enter vellemus esse homicid⌊a,

---

*7/8 über* spiritualiter *steht* arcendo

[1]) *Erg.* laſſen. [2]) *D. h. die, von denen oben die Rede war, in Vers 19ff.*

Dr] Adversus huiusmodi non est lex. 5, 23

Est quidem lex, sed non contra tales. Sic alibi: 'Lex iusto non est posita.' 1. Tim. 1, 9
Sic enim iustus vivit, ut nulla lege opus habeat, quae eum admoneat, urgeat et cogat, sed sine ulla coactione legis sponte facit et plus, quam lex exigit. Ideo lex non potest accusare et reos agere istos nec eorum conscientias conturbare; tentat quidem hoc, sed Christus fide apprehensus abigit eam cum suis terroribus et minis. Itaque lex eis simpliciter abrogata est, Primum in Spiritu, deinde etiam in operibus. Non habet igitur ius accusandi eos, sponte enim faciunt, quod lex requirit, si non perfecte sanctis operibus, saltem remissione peccatorum per fidem. Sic Christianus intus implet legem fide, Christus enim perfectio legis est ad iusticiam omni credenti, foris operibus et remissione peccatorum. Eos vero, qui opera et desideria carnis perficiunt, lex civiliter et Theologice accusat et condemnat.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifigunt cum affectibus et concupiscentiis. 5, 24

Ille totus locus de operibus ostendit, vere credentes non esse hypocritas, Ideo nemo se ipsum decipiat. Quicunque, inquit, ad Christum pertinent, crucifigunt carnem cum morbis et vitiis. Sancti enim, quia nondum exuerunt prorsus carnem viciatam, propensi sunt ad peccandum, non satis timent et

---

*15* et plus, quam] quae *CDE* *16* iustos] credentes in Christum *CDE* conturbare] perturbare *CDE* *17* tentat] Terret *CDE* hoc] et accusat *CDE* *18/19* Primum *bis* operibus *fehlt CDE* *20/21* si *bis* fidem] Fide enim Spiritum sanctum conceperunt, qui non sinit eos ociosos esse. Si caro resistit, ambulant spiritu etc. *CDE* *23* Eos vero qui] Qui vero *CDE* *24* lex] hos *CDE* condemnat lex. *CDE* *25* crucifigunt] crucifixerunt *CDE*

Hs] fornicator, da ghen concup⌊iscentiae hin ex l⌊ege, morbo. Sed crucifi⌊go.
6, 14 Quomodo? 'Ego mundo' etc., i. e. non seq⌊uor, non obedio istis concup⌊iscentiis, non potest pervenire in opus et morb⌊um, quia sunt affixi clavis, qui sunt verbum fidei, quod dicit: non deb⌊etis facere. Sentio quidem in car⌊ne des⌊iderium, sed non sequitur scortatio, sic iram sentio, sed non sequitur maledictio. Quando morimur, tum penitus tollentur, sepelientur.[1] Sie wurgen, et tamen bleibt ein wenig; postea. Sed qui vol⌊unt priores esse aliis, ut monachi etc., nihil boni effecerunt, imo contrarium.

*1* da *c aus* das *nach* ex *nochmals* ex *am Anfang der neuen Zeile* *2* non *(2.) mit Strich zu* concup⌊iscentiis *gezogen* *7* postea *mit Strich zu* sepelientur *Z. 6 gezogen*

[1]) *Nämlich* concupiscentiae.

Dr] diligunt Deum etc., Item solicitantur ad iram, invidiam, impatientiam, libidinem et similes motus, quos tamen non perficiunt, quia, ut Paulus hic ait, crucifigunt carnem cum passionibus et vitiis. Quod fit, cum non solum ieiuniis aut aliis exercitiis petulantiam carnis deprimunt, sed, ut supra Paulus dixit, cum Spiritu ambulant, hoc est, cum admoniti divinis comminationibus, quibus comminatur Deus se peccatum severe puniturum, a peccando absterrentur, Item cum verbo, fide et oratione instructi non obsequuntur concupiscentiis carnis. Hoc modo resistentes carni clavis cruci eam affigunt cum affectibus et desideriis, ut, quanquam caro sit viva et adhuc moveat se, tamen non possit perficere, quod velit, cum manibus et pedibus ligatis cruci affixa sit. Pii ergo, dum hic vivunt, crucifigunt carnem, hoc est, sentiunt quidem concupiscentias ipsius, sed non obsequuntur eis. Induti enim armatura Dei, 'fide, spe et gladio Spiritus', repugnant carni ac istis ceu clavis quibusdam eam affigunt cruci, ut etiam invita spiritui subiecta esse cogatur. Postea morientes prorsus eam exuunt et resuscitati habebunt carnem puram sine affectibus et concupiscentiis.

Eph. 6, 11f.

*12* deprimunt] reprimunt *CDE* *21* istis armis spiritualibus ceu *CDE*

Hs] 5. Decemb.

## Caput VI.

'Si spiritu vivimus' etc. Aud⌊istis, quod Paulus enumeravit opera car⌊nis et inter illa etiam designavit haereses et invidias expressis vocabulis, quid opus ergo nunc novo quodam sermone taxare 'invidentes invicem' etc., quasi non satis semel inter opera carnis numerari hereses et invidias? Er wil hoc vitium singul⌊ari sermone taxirn, quod omnium pestilentis⌊simum in ecclesia, quod etiam fuit causa perturbationis omnium ecclesiarum in Gala⌊tia: 5 25 f.

*zu 1 steht am oberen und linken Rand der Seite:* Frequentes sunt istae voces in Paul⌊o: 'Spiritus', 'spiritualis', 'Spiritu vivere', 'spiritu ambulare' etc., quae Schola⌊stica Theologia obscuravit, ut nemo intelligat. 'Spiritus' est, quicquid in nobis agit spiritus sanctus, *[vom äußersten oberen Rand dazu eingewiesen:* operatur salutaria, Arguit de peccato, consolatur, perhibet testi⌊monium de Christo, ducit in veritatem*]* etc. Agit autem per verbum, quod est 'spiritus et vita', Ioan. 6. *[V. 63]*. 'Spiritualis' est, in que est timor dei, fiducia etc. 'Spiritu vivit', qui novit et credit se baptisatum etc., vocatum per Euangelium ad regnum coelorum, redemptum magno thesauro etc. et propter hoc se esse filium dei etc. Et novit se in genere vitae esse, quod deo placet, quia verbum dei habet, per quod probatur etc. Das iſt 'spiritu vivere'. Et quando non solum verba sunt, sed res sequitur, re ipsa ostendit in neces⌊sitate erga se et alios. Zw⌊inglius. unde troſtet ſich des in omnib⌊us afflictionib⌊us, et sic affectus est. *[*Unitas spiritus *hier noch am Rande]* Non commutarem cum Turca, utcunque pauper. 'Nihil habeo' etc. *[2. Kor. 6, 10]*. Item quantumcunq⌊ue is magna iniuria me⟨a⟩ afficit, ſol er mich doch nicht erzurnen etc. Sic spiritum *[geschrieben:* spiritus*]* habet, quicunq⌊ue ista habet etc. Qui econtra non manet ⟨ambu⌊lat⟩ in his, sed novum quiddam excogitat, is non incedit ordine, sed egred⌊itur e semita, non 'amb⌊ulat spiritu'. *4 über* invidentes invicem *steht* Invidiam *5 über* inter *bis* numerari *steht* et sententiam pronunciare

Dr]

## CAPUT VI.

Si Spiritu vivimus, Spiritu et incedamus etc. 5, 25

Paulus supra inter opera carnis numeravit expressis vocabulis Haereses et invidias Et sententiam tulit contra eos, qui invident et autores Haeresum sunt, quod 'Regnum Dei non sint consecuturi.' Nunc, quasi oblitus, quid 5, 21
paulo ante egerit, novo iterum sermone perstringit eos, qui invicem provocant et invident. Cur hoc facit? An non satis erat hoc semel fecisse? Paulus hoc consulto facit, vult enim saeveriter invehi in deterrimum vitium, quod *κενοδοξια* vocatur, quod caussa fuit perturbationis omnium Ecclesiarum in Galatia quodque semper pestiferum et exitiale fuit Ecclesiae Christianae. Hinc ad Titum non vult constitui 'Episcopum superbum', id est, qui sibi Tit. 1, 7
placeat de doctrina et potestate sua. Superbia enim, ut Augustinus verissime ait, est mater omnium Haeresum, imo fons est omnis peccati et ruinae, id quod testantur historiae sacrae et Profanae.

*10* expressis vocabulis] expresse *CDE* *11* Haeresum] sectarum *CDE* *14* hoc *(2.) fehlt CDE* *15* hoc *fehlt CDE* saeveriter] atrociter *CDE* *18/19* id *bis* sua *fehlt CDE*

Hs] Tit. 1, 7 Kenodox⌊ia. In Tit⌊o, ad Timo⌊theum ponit inter primas virtutes, 'ne Epi-
1. Tim. 3, 3 scopus sit superbus', non placeat, si de potestate. August⌊inus: mater omnium haere⌊sum est superbia. Sic fons omnis peccati et ruinae in ecclesia fuit superbia. Sic nihil est pestilentius in ecclesia quam crimen inanis gloriae, et ſo leſterlich vitium et commen⌊tum, ut iamer et not.

Si docto⌊res incipiunt certare de eruditione, doctrina, ingenio, So ghets ſluchs an, qui volet ingenio etc. Da kunen die spirituosi invicem laudare,

*1 über* In *steht* Ad   *zu 1* 1. Timo. 3. Tit. 1 *r*   *1/2* ponit *bis* Episcopus *über* (non) *zu 2* August⌊inus *r*   *3 über* fons *steht* etiam   ruinae[1] fuit[3] in[2]   *4 über* Sic *steht* legitur   *6* ¶ Si[1]   *über* docto⌊res *steht* Episcopi   *7 über* qui volet *steht* cedere, nullus erit. *über* spirituosi *bis* laudare *steht* nolunt videri esse kenodoxi, sed   *zu 7* Kenod⌊oxia *r*

[1]) *Dementsprechend hier unten der Abschnitt im Druck Z. 21.*

Dr] *Κενοδοξία* commune, ut nostis, vitium est in omni vitae genere et aetate, quod gentiles etiam Poëtae et historici vehementer reprehenderunt. Non est pagus, in quo non reperiatur unus atque alter, qui prae aliis non velint sapere et magni haberi etc. Praecipue tamen hoc vitio laborant homines ingeniosi, qui de eruditione et sapientia certant. Hic nemo vult alteri cedere, Iuxta illud: Qui volet ingenio cedere, nullus erit. Pulchrum est enim digito monstrari et dici: hic est. Italia hodie laborat insigniter *Κενοδοξία*, ut olim Graecia. Sed in privatis hominibus, imo etiam Magistratum gerentibus, non tam pernitiosum est hoc vitium, ut in his, qui Ecclesiae praesunt, Quanquam etiam in Politia, praesertim si cadat in summos viros, non solum sit caussa perturbationis et eversionis Rerumpublicarum, sed etiam perturbationis et mutationis Regnorum atque Imperiorum, Id quod sacrae et prophanae historiae testantur.

Quando vero ista pestis ascendit in Ecclesiam seu regnum spirituale, dici non potest, quam nocens sit, ibi enim non de eruditione, ingenio, pulchritudine, opibus, Regnis, Imperiis etc. certatur, sed aut de salute et vita, aut perditione et morte aeterna agitur. Ideo gravissime ab hoc vitio dehortatur Paulus eos, qui sunt in ministerio verbi, dicens: 'Si spiritu vivimus' etc. Quasi dicat: Si verum est, quod Spiritu vivimus, ordine etiam incedamus et Spiritu ambulemus. Nam ubi Spiritus est, renovat homines, parit in eis novos motus etc., ex vane gloriosis, iracundis, invidis etc. facit humiles, mansuetos, amantes etc. Tales non suam gloriam, sed Dei quaerunt, non invicem provocant et invident, sed alii aliis cedunt et honore praeveniunt.

*8* commune *bis* aetate] autem semper vulgatissima pestis est in mundo *CDE*   *9* etiam gentiles *CDE*   *11* magni haberi] magnifieri *CDE*   *14* dici] dicier, *so auch CDE; siehe S. 126 Anm. 4*   *16* pernitiosum] pernitiosa *CDE*   hoc vitium *fehlt CDE*   *20* prophanae] Gentiles *CDE*   *21* ascendit] serpit *CDE*   *24* agitur *fehlt CDE*   *28* etc.] hoc est *CDE*   *29* amantes] patientes *CDE*

Hs] cedere et ita simulare spiritum et fructus spiritus, Et: gloriam Dei quaerimus, salutem proximorum. Et intus in cute inanis gloriae cupidissi⌊mi, quia praetextu harum rerum faciunt, patiuntur ideo, [Bl. 139a] ut acquirant existimationem prae caeteris. Sicut noster dic⌊ebat: Ich hab wol ſo gern ehr ut er. Incipere ministerium verbi a vana glo⌊ria et putare traditum propter nostram gloriam inter homines, — da muſſen sectae draus werden. Ideo singulari oratione voluit taxare hoc vitium, quod dedit ei occasionem scribendi Epi-

2 *über* intus *steht* tamen   *zu 2* ps⌊eudoapostoli apud Gal⌊atas *r*   2/3 *unter* quia *bis* patiuntur *steht* quicquid faciunt, patiuntur, ad existi⌊mationem parandam patiuntur   3 praetextu *o*   *zu 3 am oberen Rand der Seite steht:* Ubi spiritus, ibi quaeritur gloria dei, parit novum cor ex iratis, osorib⌊us etc.; ibi non provocantur alii, non est invidentia, 'Vos in lib⌊ertate vocati', Supra: 'reg⌊num dei non' etc. *[5, 13. 21]*   4 *über* noster *steht* K⌊arolostadius [?], *dazu vom oberen Rand eingewiesen:* notum est verbum nostri primi adversarii. 'Non alia sectantes' *[1. Petri 4, 15]*, Vide P⌊hilippum M⌊elanchthonem   5 *über* vana glo⌊ria *steht* Unusquisq⌊ue vult alteri praedornari opinione et plausu etc.   7 *über* quod *steht* praestitit ei defectum et damnum in Gal⌊atis

Dr] Contra qui cupidi sunt gloriae, qui invicem et provocant et invident, illi quidem iactare possunt se Spiritum habere, se vivere Spiritu, sed seipsos fallunt, carnem sequuntur et eius opera perficiunt habentque iudicium suum, quod Regnum Dei non consequentur.

Ut autem nihil pestilentius, ita nihil magis vulgatum est in Ecclesia hoc detestabili vitio. Nam ubi Deus extrudit operarios in messem suam, statim suscitat et Satan suos ministros, qui nulla in re inferiores haberi volunt illis, qui rite vocati sunt. Hic mox oritur dissidium, impii ne pilo quidem cedere volunt piis, somniant enim se longe eos vincere ingenio, doctrina, pietate et spiritu, multo minus pii cedere debent impiis, ne doctrina fidei periclitetur. Denique ea est ars et astutia ministrorum Satanae, quod apud suos non solum egregie simulare norunt charitatem, concordiam, humilitatem et alios fructus spiritus, sed etiam sese mutuo laudant, alii alios sibi praeferunt et praestantiores se esse dicunt. Ideo nihil minus videri volunt, quam κενόδοξοι. Imo nihil aliud se quaerere iurant quam gloriam Dei et salutem animarum. Et tamen interim inanis gloriae cupidissimi sunt, omnia facientes, ut prae ceteris existimationem et laudem apud homines sibi pariant. Summa, existimant pietatem esse quaestum et ministerium verbi ideo traditum esse, ut per hoc ipsi inclarescant, ideoque non possunt non esse dissensionum et Sectarum autores.

Quia ergo Κενοδοξία Pseudoapostolorum caussa fuerat, ut perturbarentur Ecclesiae in Galatia et deficerent a Paulo, voluit hoc exitiale vicium singulari sermone et capite insectari. Imo ea pestis Paulo occasionem dedit

18 ars et astutia] natura *CDE*   26 esse (*1.*) *fehlt CDE*   ipsi *fehlt CDE*

Hs] 6, 13 stolam, infra: 'qui volunt' etc., 'ut glorientur, non ut compleant legem'. Hoc carnale vitium noscitis, quia pleni poetae, historici, sed non habent tale obiectum, quale in ecclesia. Cicero non vult cedere, Pompeius, Caesar. In omni pago unus vel 2 ruͤltzen[1] et volunt videri prae ceteris etc., praesertim in magnis[2], ut.[3] In imperiis erudit⌊ione et Ingenio, hoc vitio propriissime laborat Italia. Graecia olim wird auch ſo etc. monſtrarier⌊n et dicier⌊n[4]: hic est. Sed quando ascendit iste diab⌊olus in reg⌊num ecclesiae, da es nicht Imperia, divitias, iactantias, eruditionem anghet, sed salutem et mortem aeter⌊nam, da thuts ſchaden etc. Quando venit doctor et quaerit laudem apud auditores, ut nomen in mundo gefurt et ſthe auff den buchern, is non manet eins et 'in ordine'. Ideo dicit: 'Si spiritu, laſſet uns ordine incedere'[5], q⌊uasi dicat: Scio futuros istos spirituosos, et intrab⌊unt in regnum spiritus

*1 über* 'ut glorientur' *steht* 'ut glorientur in c⌊arne vestra' *zu 1* Kenodoxia Crassa *r* *2 über* poetae *steht* coleb⌊ant in gentilium 7 lib⌊ris *3 über* Cicero *bis* Caesar *steht* kompt groſſer fahr vnd ſchaden; Romani erant invicti, ubi inter se vero[6] *4 über* prae ceteris *steht* magni *5 über* propriissime *steht* insigniter *zu 5/6* Italia, Graecia *r* *6 über* etc. *steht* ſein geweſt *7* reg⌊num *oder* res *über* ecclesiae *steht* periclitaretur es *o* *8* anghet *über* Imperia, *daneben* antrifft[7], *dazu vom Rande eingewiesen:* zu thun, est in periculo *9 über* da thuts ſchaden *steht* Ioan. 8 *[V. 49]* venit *o* *10* apud *o* ſthe(t) *über* auff *steht* ſorn *über* buchern *steht* immortalis *über* is *steht* kan *zu 9/11* Kenod⌊oxia praeceptorum *r* *11 über* 'laſſet *bis* incedere' *steht* laſſet vns bey der ordnung bleiben *zu 11* 'Si spiritu vivimus' *r* *11 über* 'Si spiritu' *steht* Iſts war, ſo *12 über* regnum spiritus *steht* ecclesiam

1) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 18, 200, 23 = gewalttätige, unverschämte Menschen.* 2) *Erg.* urbibus. 3) *Erg. etwa* Romae. 4) *Dieses angedeutschte* dicere *ist in der obigen Schreibung bis in den Druck gekommen, vgl. S. 124 Variante zu Z. 14.* 5) *So gibt Luther den Text* 'spiritu ambulemus' *wieder.* 6) *Erg.* discordes erant, vincebantur. 7) = *anbetrifft.*

Dr] scribendi hanc totam Epistolam. Et nisi eam scripsisset, quicquid laboris in praedicando Evangelio apud Galatas insumpsisset, frustra insumptum fuisset. Nam eo absente regnabant iam in Galatia Pseudoapostoli, viri in speciem magnae autoritatis, qui praeter hoc, quod simulabant se quaerere gloriam Christi et salutem Galatarum, conversati etiam fuerant cum Apostolis, quorum vestigia in docendo se sequi dicebant. Deinde quia Paulus Christum in carne non viderat neque cum Apostolis conversatus fuerat, contemnebant eum prae se ac repudiata ipsius doctrina suam praedicabant veram et germanam esse. Atque ita perturbabant Galatas et Sectas inter ipsos suscitabant, ut invicem provocarent et inviderent, Quod certissimum signum erat neque doctores neque discipulos Spiritu vivere et ambulare, sed carnem sequi et opera ipsius perficere, Hoc est, amisisse veram doctrinam, fidem, Christum, omnia dona Spiritus et iam deteriores esse Gentibus etc.

*18* dicebant] iactabant *CDE* *20* praedicabant] iactabant *CDE* *24* ipsius opera *CDE* Hoc est] atque per consequens, eos *CDE*

Hs] i. e. curas animarum, cum hoc max⌊imo et pestil⌊entissimo vitio kenodoxiae. Semper fuit heresum mater superbia; sunt ipsi tales, quos 'proiicit ventus', Pſ. 1, 4 f. 'non permanent in concilio', ps. 1. Der ventus i. e. levitas cordis eorum, quod quaerunt gloriam. Sic vidistis Kar⌊olostadium, Zwing⌊lium, iſt yhnen als zu thun geweſt propter plausum, glo⌊riam vulgi, quod invenissent dogma egregium, quod nos vicissent, Papis⌊tas. Sed non gloriantur in deo, sed fortes et gloriosi in applausu vulgi, quando vident, das man yhn zufelt; et istam artem optime noverunt, ut adducant vulgus, dissimulare omnia; ubi plausum, tum nihil confidentius, magis temerarium. Illum Kar⌊olostadium licet huc pro Exemplo etc., homo pavidis⌊simus, sed mirabilis captator applausus; quando habet, est fortior quam infiniti Hectores, Achilles. Hi sunt pestilentis⌊simi, quorum fundamentum positum in ore hominum, quod laudentur

*1 über* i. e. *steht* iactabunt spiritum hoc *o* *2* ipsi] ipsa *über* sunt ipsi tales *steht* Sie kunnen nicht bleiben, 'Sunt palea, quod' *zu* proiicit *eingewiesen* *zu 3* Ps. 1. *r* *4 über* quod quaeruut gloriam *steht* tales ipse [1] passus est *unter* quod quaerunt *steht* ut quaererent *über* Kar⌊olostadium, Zwing⌊lium *steht* et omnes illos spirituosos *5 über* quod *steht* ut ipsi ferrentur in orbe *6 über* quod *bis* Papis⌊tas *steht* quod obscurassent omnes Pap⌊istas et nostros *8* dis⟨s⟩simulare *über* dissimulare *steht* morib⌊us et scriptis *9* magis *o* *zu 9/10* Natura ps⌊eudoapostolorum *r* *10 über* applausus *steht* et gloriae *11 über* infiniti Hectores *steht* kuner, kecker, mutiger

[1]) *Nämlich* Paulus.

Dr] Neque tamen in solos Pseudoapostolos, qui suo tempore perturbabant Ecclesias, hic invehitur, sed in Spiritu praevidit infinitos tales futuros usque ad finem mundi, qui hoc pestilentissimo vitio contaminati sine vocatione irrupturi in Ecclesiam, iactaturi Spiritum et coelestem doctrinam atque hoc praetextu veram doctrinam ac fidem eversuri essent. Tales nostra aetate vidimus nonnullos, qui non vocati ingesserunt se in regnum Spiritus, hoc est, in ministerium verbi, et ad tempus videri voluerunt idem docere quod nos. Eaque simulatione pepererunt sibi nomen et famam, quod essent Evangelii doctores, qui Spiritu viverent et ordine incederent. Quamprimum autem sua blandiloquentia devinxerunt sibi animos vulgi, statim quaecunque occasione data deflexerunt a via recta et aliquid novi coeperunt docere, ut hac ratione inclarescerent et vulgo praedicarentur, quod ipsi primi indicassent errores in Ecclesia, abusus abolevissent et correxissent, Papatum evertissent ac novum aliquod egregium dogma invenissent ideoque merito haberent primas inter Euangelicos doctores. Quia vero gloria illorum non in Deo, sed in ore hominum fundata erat, non potuit esse firma et stabilis, sed iuxta Pauli Prophetiam facta est confusio et 'finis eorum perditio'. 'Impii enim non Phil. 3, 19 Pſ. 1, 5. 4

*16* irrupturi essent in Ecclesia *CDE* *17* essent *fehlt CDE* Tales etiam nostra *CDE* *18* nonnullus] multos *CDE* *24* indicassent] ostendissent *CDE* *29* eorum] ipsorum *CDE*

Hs] et habeantur pro maximis et eruditis⌊simis doctoribus; isti veniunt in nostram doctrinam et nobiscum ad tempus etc. et dicunt se hausisse spiritum, sed non manent in ordine, sed heben was an. Adhuc 2 [Bl. 139ᵇ] vel aliquot habemus[1], ut nos obscurent et glorificent se. Da mogen wir all zu ſehen, quia est bos et gifftig laſter; ideo voluit proprio et speciali capite.[2] Es hebt ſich[3] nicht umb gelt. Sed in ecclesia singul⌊aris et pestil⌊ens kenod⌊oxia, quae quaeritur in genere isto doctrinae, ubi minime oportet. Concedimus kenod⌊oxiam in vestibus, Imp⌊erio, fortitudine, pulchri⌊tudine; las die materie unverworren. Euangelium non traditum, ut nos celebret populus, sed hoc agitur, ut clarificetur pater in filio et econtra. Nemo quaerat suas laudes, ut acquirat plausum et assensum populi, nec confidat etc.[4] Sed qui accepit,

*3* non *o* *unter* sed *steht* tretten aus der ban *über* heben was an *steht* Sie der andern lenker *über* 2 *steht* 1 vel 2 *zu 3/4* Postquam aliqualem formam doctrinae nostrae habent, cornua in nos dirigunt ad obscurandos nos *r* *4 zu* nos *ist vom Rande mit Strich eingewiesen:* 'Ut glorietur pater' *[Phil. 2, 11]*, 'Omnes pecca⌊tores' *[Röm. 3, 23]*, 'Reus fiat deo totus muudus' *[Röm. 3, 19]*, 'Omnes conclusit' *[Röm. 11, 32]* *über* glorificent se *steht* ipsi inclarescant *über* zu ſehen *steht* nemo kan das vitium gnug taddeln *5 unter* est *steht* pars quaedam haeresis et thut unordlich g⌊hen ideo voluit *o* *6 unter* gelt *steht* gering ding *zu 6/8* Damnanda est Keno⌊doxia in istis infer⌊ioribus, multomagis etc. *r* *7 über* quae *steht* Est vitium, quod *über* in genere *steht* ⟨ipso⟩ *8 über* fortitudine *steht* conditione *über* pulchri⌊tudine *steht* opib⌊us vel quacunq⌊ue tandem creatura *9* unverworren *c aus* vnverborren *zu 9* Cur Euang⌊elium traditum *r* *10 über* clarificetur *steht* laudetur Ihesus Christus *über* Nemo *bis* laudes *steht* Omnia simplici corde referantur in eum *[d. i. Gott]* sine plausu; nemo *11* ⟨sed⟩ nec

[1]) *Der Sinn ist: Wie einst Paulus, so haben wir auch jetzt noch zwei oder einige solche Gegner.* [2]) *Erg.* Paulus id vitium tractare. [3]) = *Es handelt sich nicht um Geld; vgl. Unsre Ausg. Bd.* $34^{1}$*, 435, 24; Bd. 45, 711, 23.* [4]) *Erg.* in hominibus.

Dr] consistunt in iudicio, sed tanquam palea rapiuntur et disperguntur a vento. Idem iudicium manet omnes, qui sua, non quae Christi Iesu sunt, in Euangelio docendo quaerunt.

Nam Euangelium ad hoc non est traditum, ut laudem et gloriam nostram inde quaeramus, ut propter illud nos, eius ministros, populus celebret, sed ideo traditum est, ut per illud illustretur beneficium et gloria Christi, ut Pater glorificetur in misericordia sua, quam nobis exhibuit in Christo, Filio suo, quem pro nobis omnibus tradidit, et cum eo nobis omnia donavit. Ideo Euangelium doctrinae genus est, in quo nihil minus quaerere debemus quam gloriam nostram. Proponit res coelestes et aeternas, quae nostrae non sunt, quas nos nec fecimus nec meruimus, sed offert eas nobis indignis ex

*15* Nam Euangelium] Euangelium enim *CDE* ad hoc *fehlt CDE* *16* ut *bis* celebret] aut ut populus nos, eius ministros, veneretur et magnifaciat *CDE* *17* ideo traditum est *fehlt CDE*

Hs] accip⌊it etc. Ego quaero nihil quam dei gloriam. Sic Christus in Ioh.: 'qui Joh. 7, 18 quaerit suam gloriam, hic' etc. Ut pater laudetur in sua misericordia nobis ostensa, iustitia in Christo nobis donata, ideo praedico. Cur glorier de sapientia mea, cum nihil meum etc.? Sed nemo hoc ante me dixit etc. 'Sed qui gloriam[1], verax est', ergo per contrarium: mendax.

'Incedamus': Si verum, quod spiritu vivimus, ideo maneamus in ista verita⌊te, spiritu, ordine, non invicem praeferamur et suscitemus sectas. Das iſt ab ordine recedere et novum ord⌊inem instituere. Sed hoc agendum, ut simplici corde in praedicando Christo et gloria dei etc. Ideo fein ding, quod deus auff die lere das heilig creutz hat gelegt ad contundendam istam bestiam. Si haberet meram gloriam, quam homines praedicarent et mira-

*1 über* accip⌊it *steht* Ut d⌊icat: Do vobis doctrinam *über* dei gloriam *steht* ſo ſol es ghen *zu 1/2* Ioan. ⟨5.⟩ 7. parag. 3. *r* *2 über* etc. *steht* 'mendacium loquitur' *zu 2* Sic nihil aliud quaerimus, quam ut glorificetur Christus et *mit Strich zu* Ut *vom Rande eingewiesen* *3 über* ostensa *steht* exhibita *über* iustitia *steht* illa maxima opera, da wir nichts zu gethan haben *4 über* Sed *steht* ipsi dicunt *mit Strich zu* non invicem praeferamur *Z. 7 gezogen* *5 über* mendax *steht* est *und* ergo kan er nicht in veritate bleiben *zu 6* 'Spiritu incedamus' *r* *zu 7/8* Inn der ordnung bleiben *r* *8* ord⌊inem *o* *9 über* corde *steht* et recta facie incedamus *10 über* gelegt *steht* muſſen legen *über* ad contundendam *steht* wehre *zu 10* Crux sit comes vel comitetur *11 über* gloriam *steht* ista doctrina⟨m⟩ homines *c aus* hominem

[1]) *Erg.* dei quaerit.

Dr] mera benignitate Dei. Cur ergo de eis arrogaremus nobis gloriam? Ideo qui in Euangelio suam gloriam quaerit, a semetipso loquitur, 'qui autem a Joh. 7, 18 semetipso loquitur, mendax est, et iniustitia in illo est. Contra qui quaerit gloriam eius, qui misit ipsum, hic verax est, et iniustitia in illo non est', Ioan. 7.

Gravissime ergo monet Paulus omnes verbi ministros, dicens: 'Si Spiritu vivimus, Spiritu et incedamus', Hoc est, maneamus in ordine, hoc est, in doctrina veritatis semel tradita, in charitate fraterna et concordia Spiritus. Simplici corde praedicemus Christum et gloriam Dei et illi omnia accepta referamus, non praeferamus nos invicem alii aliis, non suscitemus Sectas, hoc enim non est recta incedere, sed verum ordinem relinquere et novum ac perversum instituere.

Ex his intelligi potest, Deum non frustra imposuisse crucem doctrinae Euangelii, sed ex magna necessitate et maximo nostro comodo hoc fecisse, alioqui enim nullo modo hanc bestiam, quae dicitur κενοδοξία, potuisset reprimere et contundere. Nam si doctrina ista meram admirationem et gloriam apud homines haberet et nulla prorsus sequeretur eam persecutio, crux, ignominia etc., tum certe omnes professores ipsius illa peste inficerentur

*12* arrogaremus] arrogemus *CDE* *22/23* Deum *bis* fecisse] quod Deus singulari gratia doctores Euangelii cruci et omnis generis afflictionibus subiicit in suam ipsorum et populi salutem *CDE* *24* potuisset] posset *CDE* *25* ista] Euangelii *CDE* meram laudem, admirationem *CDE* *26* eam sequeretur *CDE* *27* illa peste] peste inanis gloriae *CDE*

Hs] rentur, omnes ad diab⌊olum. Sic Iero⌊nymus: multos vidi afflig⌊ere sua
corpora, sed qui potu⌊erunt contemnere suas laudes, neminem vidi. Aug⌊u-
stinus: Si tu laudaris, in periculo versaris. Si te non laudat frater, in
peri⌊culo ipse est, qui audit; debet me laudare. Si facit, ego sum in periculo.
Si econtra non laudat baptismum, Euangelium, quod praedicant, tum ipse etc.;
oportet invicem honoremus. Si laus ghet an, iſt Adam da, den kutzelts et ridet.
Libentius habeo, quod lauder quam vitup⌊erer, nisi ynn die gewonheit komme.
2.Sam.14,17 Ut mulier dixit ad David: 'qui nec male⌊dictione nec bene⌊dictione.' Das mus
2.Kor.6,8 ſein, ut non desistam. Pau⌊lus: 'Per gloriam et ignominiam' etc. Si vivis
spiritu, maneas in ordine. Si vis vitare laudem, tunc, quando laudaris, scias
non te, sed Christum in te, cui debetur laus et gloria. Das heiſt in ordine

1 *über* omnes *steht* faren per hoc vicium  2 *über* potu⌊erunt *steht* non moveri *über* vidi *steht* Es kans einer nicht laſſen, er mus inflatus werden laudib⌊us  *zu 2* Hiero⌊nymus *r*  3 *über* non laudat *steht* contemnit  *zu 3* Augu⌊stinus *r*  4 *über* peri⌊culo *bis* in periculo *steht* Wie wollen wirs den machen? Omnibus modis faciendum, ut honoretur ministerium verbi. Wir muſſen invicem honore afficere ⟨est⟩ ego  5 *unter* praedicant *steht* fratres  6 *über* invicem honoremus *steht* Ita 12. Ro. *[V. 10]*, Philip. 2. *[V. 3]*  7 die *o*  *zu 8* 'Rex meus nec laude movetur' *[2. Sam. 14, 17]* *r*  *zu 9:* 2. Cor. 6. *r*  10 vis *o*  *zu 10/11* Illa dona, quod bene doces, bene vivis, non sunt tua. Ideo non tu, sed Christus laudatur *r*  11 *über* Christum *steht* deus

Dr] et perirent. Hieronymus alicubi in hanc sententiam dicit, Se multos vidisse,
qui potuerint perferre multa incommoda in corpore et fortunis, qui autem
potuerit contemnere laudes suas, neminem. Impossibile enim est, quod ali-
quis non infletur praedicatione laudum suarum. Paulus Spiritum Christi
2.Kor.12,7 habens dicit, 'in hoc sibi datum fuisse angelum Satanae, qui eum colaphis
caederet, ne efferretur magnitudine revelationum'. Ideo Augustinus recte ait:
Si minister verbi laudatur, versatur in periculo; si eum frater contemnit et
non laudat, frater in periculo versatur. Qui audit me verbum Dei docere,
honorem mihi debet propter verbum; si honore me afficit, bene facit, si ego
autem inde superbio, in periculo sum, Si contra me contemnit, sum sine
periculo, non item ipse.

Röm.14,16 Itaque omnibus modis hoc nobis praestandum est, ut 'Bonum nostrum',
hoc est, ministerium verbi, Sacramenta etc., honore afficiamus, Item ut invicem
alii aliis honorem habeant, auditores doctoribus et econtra, Juxta illud:
Röm.12,10 'Honore alii alios praevenientes.' Sed hoc ubi fit, caro statim his laudibus
titillatur et insolescit. Nemo enim est etiam ex piis, qui non libentius cupiat
laudari quam vituperari, nisi aliquis tam bene obfirmatus sit hac in parte,
ut nec laudibus nec convitiis moveatur, Ut mulier illa 2. Reg. 14. de Davide
2.Sam.14,17 dicebat: 'Sicut Angelus Domini, ita est Dominus meus Rex, ut nec bene-
2.Kor.6,8 dictione nec maledictione moveatur'; Item Paulus: 'Per gloriam et ignominiam,

21 Contra, si *CDE*

Hs] bleiben, et tum non quaererem meam gloriam. Legitur de Sancto Thoma: quando audivit se lauda⌊re, semper cruc⌊em vnterſtri⌊chen [Bl. 140ª] Christi, utrumque praestitit, quod Aug⌊ustinus praecepit. Deus singulari gratia gloriam obruit blasphemiis, acerbis⌊simis odiis totius mundi. Videmus illum contemptum rusticorum cum nobilib⌊us et tantam ingra⌊titudinem, ut quis diceret: vellem nunquam incep⌊issem; istam molam azinariam oportet in collo habeamus, ne quaeramus vanam gloriam. Ubi sunt, qui laudant? vitup⌊erant 1000 etc. et tales video imagines, quae me bene humiliant. Talis subdola bestia est nostra caro, ut Episcopos discord⌊es faciat, Et nulla alia causa, quam quod volunt excellere. Nos quidem excellimus donis, et tamen dicimus:

*zu 1/2* Thomas *r* 2 cru⌊cem] X vnterſtri⌊chen] vnter ſchtre⌊? *zu 2* Si volumus gloriari de spiritu, ostendamus etc. *am oberen Rande der Seite* 3/4 *über* Aug⌊ustinus *steht* non reprobavit laudem nec de ea praesumpsit *zu 3/4* Crux *r* 4 *über* odiis *steht* infamia 4/5 *über* contemptum *steht* illum 5 *über* nobilib⌊us *steht* civium *über* ingra⌊titudinem *steht* quod penetrat cor *zu 6/7* Contra ps⌊eudoapostoli praedicant, ut non ferant cruc⌊em *r* 10 *über* quam *bis* excellere *steht* hoc nemo ante me dixit *zu 10* Dona. Eph. 4. *[V. 7]* *r*

Dr] per infamiam et bonam famam' etc. Tales, qui nec laudibus efferuntur nec vituperiis franguntur, sed simpliciter student beneficium et gloriam Christi praedicare et salutem animarum quaerere, ordine incedunt. Contra qui praedicatione laudum suarum superbiunt, suam, non Christi gloriam quaerunt, Qui convitiis et infamia moventur, deserunt ministerium verbi, utrique ergo ordine non incedunt etc.

Quare videat unusquisque, qui Spiritum iactat, ut in ordine maneat. Si laudaris, scito non te laudari, sed Christum, cui laus et gloria debetur. Quod enim pie doces, sancte vivis, non sunt dona tua, sed Dei, ergo non tu laudaris, sed Deus in te. Hoc ubi agnoveris, in ordine manebis, non effereris gloria ('Quid enim habes, quod non accepisti?'), sed eam acceptam feres Deo, 1. Kor. 4, 7
nec convitiis, infamia, persecutione moveberis, ut deseras vocationem etc.

Deus ergo singulari gratia hodie obruit gloriam nostram infamia, acerbissimis odiis, persecutionibus et blasphemiis totius mundi, Deinde contemptu et ingratitudine nostrorum hominum, rusticorum, civium et nobilium (Quorum inimicicia et persecutio contra Euangelium, ut est occulta et intestina, ita nocentior est quam hostium, qui palam illud persequuntur), ne de donis nostris superbiamus. Hanc molam asinariam oportet suspendi in collum nostrum, ne illa peste inanis gloriae inficiamur. Sunt quidem aliqui ex nostris hominibus, qui nos reverentur propter ministerium verbi, Sed ubi unus est, qui nos reveretur? vicissim centum sunt, qui nos oderunt, contemnunt et persequuntur etc. Illae igitur blasphemiae et persecutiones adversariorum et maximus contemptus, ingratitudo et acerbissimum occultum odium eorum,

14/15 quaerunt Aut qui *CDE* 15 deserunt] deserant *CDE* ergo *fehlt CDE* 18 cui omnis laus *CDE*

Hs] non minus placet edituus[1] in suo dono, quam praedicator, quia servit domino in eadem fide, spiritu. Ideo debeo revereri non minus quam me, tum manemus frey ab isto vitio. Sed ps⌊eudoapostoli: Quid auditis Paulum?
4, 17 audite nos, supra: 'ut excludant vos.' Volunt nos obscurare et se glorifi⌊care; ergo inquit: non quaerunt vestri pseudo⌊apostoli vestram salutem, sed meam ignominiam et suam gloriam.

'Si vivimus, ordine incedamus', i. e. Inaniter gloriosi, non gloriari in deo veritate, sed mendaciis i. e. ore populi. Das ist substantia gloriae meae:

*1* non *o*   *2 über* in eadem fide *steht* pulsat   *über* me *steht* ipse   *4 über* glori-fi⌊care *steht* magnifi⌊care   *zu 4* c⌊ap. 4. *r*   *5* vestram *o*   *zu 7* 'Inanis gloria' *r*   *8 über* ore populi *steht* et plausu vulgi   *über* substantia gloriae meae *steht* scilicet mendacium

[1]) = aedituus.

Dr] inter quos vivimus, iucunda scilicet spectra, ita nos exhilarant, ut facile obliviscamur inanis gloriae.

Itaque gaudentes in Domino, qui est gloria nostra, manemus in ordine. Longe vincimus quidem donis spiritualibus alios, sed quia ea agnoscimus Dei esse, non nostra, donata nobis in aedificationem corporis Christi, non
Luk. 12, 48 superbimus propter illa, scimus enim 'plus requiri ab illis, quibus multum commendatum est, quam quibus parum commendatum est'. Denique scimus,
Röm. 2, 11 'coram Deo non esse respectum personarum', ideo non minus placet Deo aedituus fidelis in suo dono, quam doctor verbi, quia eadem fide et spiritu servit Deo. Quare non debemus infimos Christianos minus colere, quam ipsi nos. Atque hoc modo manemus liberi a peste inanis gloriae, et spiritu incedimus.

Contra Phanatici spiritus, quia gloriam suam, favorem et plausum hominum, pacem mundi et quietem carnis, non gloriam Christi et salutem animarum (etiamsi constanter iurent se hoc facere) quaerunt, non possunt se continere, quin erumpant et suam doctrinam ac labores praedicent, aliorum vituperent ac evertant, Hoc [Vg. aa.] unum spectantes, ut nomen et laudem prae aliis acquirant. Nemo, inquiunt, hoc ante me novit, Ego primus hoc vidi et docui etc. Ideoque omnes *κενόδοξοι* sunt, hoc est, non gloriantur in Deo, sed gloriosi, fortes et audaces sunt in applausu vulgi, quem mira arte conciliant sibi, norunt enim verbis, gestibus et scriptis simulare et dissimmulare omnia. Sine plausu vulgi homines pavidissimi sunt, oderunt et fugiunt enim crucem Christi et persecutionem. Contra ubi applaudentem multitudinem habent, nihil tam superbum et temerarium, nullus Hector, nullus Achilles tam fortis et audax est, quam ipsi sunt.

*27* Ideoque omnes] Tales *CDE*   sunt hoc est *fehlt CDE*   *28* gloriosi] gloriantur *CDE*

Hs] quicunque me laudarit ut me, os mendax est; mentitur, quia deus dicit me reum mortis. mirabilis laus, quod debeat fur laudari, quod sit optimus; ibi d[icit fur: vide, quam laudem meam! Sed nostrum ministerium volo laudari, Ut Paulus. Et utinam colerent et admirarentur, et esset pro salute ipsorum. Ibi 'laudamur in deo et nomine Sancto eius', ut psalmus. Ein grewlich, Ps. 89, 17
ſchendlich vitium.

'Invicem' etc.: ſo ghens da her, sunt 2 partes: 'provocant', 'invident' 5, 26
auff beyden ſeyten. Magister Erroris provocirt; quando non wil[1] thun, quod

---

1 *über* quicunque me laudarit *steht* deinde ſie thun mir unrecht *über* os mendax est *steht* mentitur [ *über* mentitur *steht* omnia in me sunt damnata 3 *über* quam *steht* from ich bin, frag den henger et galgen drumb *unter* Sed *steht* quando laudatur *über* volo *steht* das iſt recht *über* laudari *steht* Bap[tismum, Sac[ramentum, officium meum debet laudari etiam a me 5 ut *o* *zu* 7 'Invicem provocantes' *r* 8 *über* auff beyden ſeyten *steht* ghen gegen ein ander (mus) provocirt *über* provocirt *steht* Er kans nicht laſſen *über* thun *steht* et annhemen

[1]) *Erg.* ich.

Dr] Tam subdola igitur bestia est caro, ut propter nullam aliam caussam ordinem deserat, doctrinam veram depravet et corrumpat ac Ecclesiarum concordiam dissuat, quam propter maledictam istam κενοδοξίαν. Ideo non sine caussa tam acriter hic et alibi insectatur eam Paulus. Supra Cap. 4.: 4, 17
'Aemulantur vos', inquit, 'non bene, sed excludere vos a me volunt, ut ipsos aemulemini', Hoc est, ipsi volunt me obscurare et seipsos magnificare. Non quaerunt gloriam Christi et vestram salutem, sed suam gloriam, meam ignominiam et vestram servitutem.

Non efficiamur inanis gloriae cupidi. 5, 26

Id est, Ne fiamus vane gloriosi, Quod est, ut dixi, non gloriari in Deo et veritate, sed in mendaciis, opinione, ore ac plausu vulgi. Ibi non est solidum fundamentum gloriae, sed mendax, ideo impossibile est eam diu durare. Qui laudat hominem ut hominem, mentitur, quia nihil est in eo laude dignum, sed omnia damnata sunt. Quod igitur ad personam nostram attinet, gloria nostra haec est: 'Omnes peccaverunt' et coram Deo rei sunt Röm. 3, 23
aeternae mortis. Aliud autem est, quando ministerium nostrum laudatur. Quare non solum optare debemus, sed etiam totis viribus conari, ut homines illud magnifaciant et religiose colant. Hoc enim cedit ipsis in salutem. Paulus admonet Romanos, ut neminem offendant, 'ne bonum', inquit, 'nostrum Röm. 14, 16 2. Kor. 6, 3
blasphemetur', Et alibi: 'ne ministerium nostrum vituperetur.' Quando igitur ministerium nostrum laudatur, non pro nostra persona laudamur, sed ut Psalmus ait, 'in Deo et nomine sancto eius laudamur'. Ps. 89, 17

---

14 et seipsos magnificare] ut ipsi inclarescant *CDE* 26 ipsis] eis *CDE*

Hs] docet, sequitur invidia maxima. Carolost|adius, quando ich non wolt machen, ut volebat, videte, wie ſie erbrand ſind, Zing|lius, Oeco|lampadius, Eras|mus. Quis incepit? ipsi reces|serunt ab ordine et postulant, ut cedamus. Tum hunc veniunt, ubi deseruerunt ordinem, In ecclesiis nostris, et volunt gloriam, quod ipsi ſind, qui fecerint [1], et iurant, das die ſtein krachen, quod quaerant gloriam dei, volunt videri humiles fratres, qui zelant pro gloria dei. Sed
1. Petri 2, 16 nomen dei iſt da ein 'deckel' kenod|oxiae ipsorum. [Bl. 140ᵇ] Ideo provocare et invidere folgt darnach. M|eine R|otten geiſter haben kenodox|iam yhns land bracht. Das iſt eins.[2]

6, 1 'Fratres, si quis': Aliud morale pulch|rum etiam. Ista doct|rina[3]: Lieber

---

*1* docet *c aus* docent *über* maxima *steht* acerbis|sima ich *o* *2 über* erbrand ſind *steht* accensi in odio *3 über* Quis incepit *steht* et invenit prior novum dogma? *über* ab ordine *steht* nos mansimus in ordine postulant] p9^laut (d|icamus) cedamus *3/4 über* Tum *usw. steht* Ipsi novum afferunt et nusquam volunt docere nisi in Ec|clesiis nostris, volunt totam Ec|clesiam extinguere et ipsi hab|ere gloriam *6 unter* volunt *steht* non *über* videri *steht* kenodoxi, sed *über* Sed *steht* Ita *9 über* bracht *steht* quod hic singulariter damnat *10* 'Fratres *bis* etiam *rot unterstrichen* [4] *zu 10* 'Si quis praeoccupatus fuerit etc. *r* *zu 10 ff. steht am Rand der Seite herunter:* Supra[5] sententiam tulit[6] super eos, qui faciunt 'opera carnis' *[5, 19]*, hic contrarium dicit et supra: 'per charitatem servite' *[5, 13]*. Assumpsit non solum praeventum *[geschrieben* praeventus*]* delicto, sed crassis|simo *[mit Strich zu* delicto *gezogen]* peccantes, ut 1. Cor. 5. *[V. 1]*, Onesimus *[darüber die Ziffer 2: Philemon V. 12]*, Ro. 14. 15. *[darüber die Ziffer 1: Röm. 14, 1; 15, 1]*; tamen non abiicimus

1) *Nämlich die Reformation.* 2) *Nämlich ein schönes Gebot, nicht eitler Ehre geizig zu sein. Z. 10 kommt Luther zu einem andern* morale pulchrum. 3) *Nämlich der Gegner Luthers.* 4) *Als Anfang eines neuen Kapitels.* 5) *Von hier ab zunächst als Einwürfe der Gegner Luthers gedacht.* 6) *Nämlich Paulus.*

Dr] Invicem provocantes, invicem invidentes.

Hic describit effectum inanis gloriae. Magister erroris et novi dogmatis autor non potest non provocare alios, qui si dogma ipsius non approbant et recipiunt, statim incipit eos acerbissime odisse. Vidimus nostra aetate, quam implacabili odio contra nos arserint Phanatici spiritus, quod ipsis cedere et eorum errores approbare noluimus. Nos certe primum eos non provocavimus neque impium dogma sparsimus in mundum, Sed abusus in Ecclesia reprehendentes et articulum Iustificationis fideliter tradentes mansimus in ordine. Hunc illi deserentes multa impie docuerunt contra verbum Dei de Sacramentis, de peccato originali, de verbo vocali etc. Ibi, ne amitteremus veritatem Euangelii, opposuimus nos illis et eorum perniciosos errores damnavimus. Quod ipsi non ferentes non solum priores provocaverunt nos sine culpa nostra, sed nobis nunc etiam invident et acerbissime oderunt nos, Nulla alia re accensi quam vana gloria, libenter enim nobis obscuratis ipsi soli regnassent. Somniabant enim magnam gloriam esse profiteri Euangelium, cum tamen revera non sit maior coram mundo ignominia etc.

Hs] her, ſol man auch nicht gedult haben? Argumentantur: Possetis ferre nostrum
errorem et ignoscere, 'Cha|ritas omnia credit', quare propter illum unicum 1. Kor. 13, 7
articulum etc.? — et magnificant nobis remis|sionem pec|catorum et accusant,
quod non possimus ferre fratrem etc. Si praeoccupa|tus, cur non arguitis etc.?
Sie kan ſich das ketzlein butzen.[1] Sed hoc statuamus, ut in Ord|ine 1.
incedamus. In manibus ferremus, salvo ordine, non scindemus ecclesiam,

Christum, nam sumus ipsius ministri, praedicamus Euangelium eius, nisi quidem lex servanda etc. Supra[2] c|ap. 1.: 'nisi quod quidam' etc. *[V. 7]*, c|ap. 4.: 'Aemulantur vos' etc. *[V. 17]*, c|ap. 5.: 'Utinam abscindantur' *[V. 12]*, 'Qui conturbat vos' etc. *[V. 10]*, c|ap. 6.: 'Ut in carne vestra' etc. *[V. 13]*. *Mit Strich ist das Ganze zu S. 137, 2:* infinitae cha|ritates *gezogen*[3]

1 *über* Possetis *steht* Paule  2/3 *über* propter *bis* etc. *steht* dissuitis concordiam  3 remis|sionem pec|catorum *o*  4 *über* etc. *(2.) steht* in spiritu mansue|tudinis  5 kan ſich *o*  butzen *o*  6 *über* incedamus *steht* ſo  scindemus *c aus* scindamus

[1]) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 41, 616, 4; Bd. 30 [3], 283, 2.* [2]) *Von hier an Erwiderung Luthers auf die Einwürfe der Gegner. Vgl. im Druck unten S. 137, 21ff.* [3]) *So dann im Druck S. 137.*

Dr] Fratres, et si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, 6, 1
qui spirituales estis, instaurate eum Spiritu mansuetudinis.

Aliud praeceptum morale pulchrum et hac aetate nostra valde necessarium. Sacramentarii enim arripiunt hunc locum et ex eo inferunt, Nos
debere per patientiam aliquid condonare lapsis fratribus et illorum errorem
dissimulare per charitatem, 'quae omnia credit, omnia sperat, omnia tolerat', 1. Kor. 13, 7
Praecipue cum Paulus hic manifestis verbis doceat, ut hi, qui spirituales sunt, instaurent errantes Spiritu mansuetudinis. Non tanti momenti rem esse, ut propter hunc unum articulum dissuamus concordiam Christianam, qua nihil habet pulchrius aut utilius Ecclesia etc. Sic amplificant nobis remissionem peccatorum et accusant nos esse pertinaces, qui ne pilo quidem eis cedere neque ferre errorem ipsorum (quanquam hunc nolint aperte fateri), multo minus spiritu lenitatis eos arguere et reficere velimus. Sic suaves homines se et suam caussam ornant et nos invidia apud multos gravant etc.

Nulla res (testis est mihi Christus meus) tam vehementer nunc aliquot annis me cruciavit ut illa in doctrina discordia, cuius me autorem non esse noverunt optime etiam ipsi Sacramentarii, si modo veritatem volunt fateri. Idem enim, quod ab initio caussae huius credidi et docui de iustificatione, de Sacramentis et de omnibus aliis doctrinae Christianae articulis, adhuc hodie, nisi maiore certitudine (ea enim aucta est studio, usu et experientia, deinde magnis et crebris tentationibus), credo et profiteor et quotidie Christum oro, ut in ea fide et confessione me conservet et corroboret usque ad diem

10 enim *fehlt CDE*  13 manifestis verbis hic *CDE*  23 fateri volunt *CDE*  24 huius causae *CDE*

Hs] sed unanimiter praedicamus non nos, sed Christum et clarificatur in nobis pater et filius. Sed sic: Art⌊iculus ille parvus, parum refert dissentire. Hoc autem magnificant: nos non velle remittere vitium. Ipsi amplificant: Nos concordiam fidei et spiritus amplifi⌊camus, postea etiam concord⌊iam charitatis. Amisso Christo nihil erit utilis charitas, eo servato etc. p⌊rodest. Quid prodest invicem diligere et interim caput amittere et se constituere loco dei? quid prodest mihi illa char⌊itas? Si econtra, mit yhn

1 sed *(1.) c aus* et *über* et *steht* ut 1/2 *über* clarificatur *bis* filius *steht* darnach ſchauet, an sit defuturus spiritus mansuet⌊udinis 3 ⟨ergo⟩ autem *über* magnificant *steht* cha⌊ritatem non *o* amplificant *mit Strich zu* concord⌊iam charitatis *Z. 4/5 gezogen* 6 *über* p⌊rodest *(1.) steht* non hat not

Dr] adventus sui gloriosi, Amen. Deinde manifestum est per totam Germaniam, a nemine fuisse primum impugnatam Euangelii doctrinam praeterquam a Papistis. Inter hos autem, qui eam suscipiebant, erat summa de omnibus articulis Christianae doctrinae concordia, quae duravit, donec prodirent Sectarii cum suis opinionibus novis non solum de Sacramentis, sed de quibusdam aliis etiam articulis. Hi primi perturbaverunt Ecclesias et dissuerunt earum concordiam. Ab illo tempore subinde plures, ut aliter fieri non potest, exortae sunt Sectae, quas semper maiores animorum dissensiones secutae sunt. Quare contra conscientiam suam hac insigni iniuria nos afficiunt et praeter meritum nostrum hac intolerabili invidia coram toto mundo nos onerant. Valde molestum est insontem luere poenam, praesertim in re tam ardua, quam alius commeruerit.

Sed facile possemus istius iniuriae oblivisci et eos suscipere ac Spiritu mansuetudinis instaurare, si modo redirent in viam et recto ordine nobiscum incederent, Hoc est, si pie de Coena Domini et aliis Christianae doctrinae articulis sentirent et docerent ac unanimi consensu nobiscum non suas opiniones, sed Christum praedicarent, ut glorificaretur Filius Dei per nos, et per ipsum Pater. Quod autem solum amplificant charitatem et concordiam et caussam Sacramenti extenuant, quasi levis momenti res sit, quomodocunque de Eucharistia a Christo Domino nostro instituta sentiamus, hoc nobis non est ferendum. Sed quantum ipsi concordiam vitae praedicaverint, tam nos praedicare debemus concordiam doctrinae et fidei. Quam si nobis integram relinquunt, tum amplificabimus una cum ipsis etiam charitatis concordiam, quae longe postponenda est concordiae fidei seu Spiritus. Nam si hanc amiseris, Christum amisisti; illo amisso nihil proderit tibi charitas. Contra si unitatem Spiritus et Christum retines, nihil obest, si dissentias ab his, qui verbum corrumpunt atque per hoc unitatem Spiritus scindunt. Malo igitur ipsos una cum toto mundo a me discedere et mihi inimicos esse, quam ut ego a Christo discedam et eum habeam inimicum, Id quod fieret,

12 de quibusdam *fehlt CDE* 13 etiam aliis *CDE*

Hs] **vneins.** Si amittendum alterum, potius Karl⌊stadium quam Christum etc. Unus Christus maior quam infinitae cha⌊ritates. Si eum hab⌊ent, sequetur chari⌊tas abunde. Sic certe obscurant nos. Vulgus est parva res. in ceteris omnibus consentiunt, et sunt tam pertinaces, et tamen nolunt consentire et disrumpunt pacem et perturbant ecclesias. Sed ipse primum perturbarunt ecclesias. Sic ad P⌊aulum potuissent dicere: Cur non toleras nostros mores et infirmitatem? Non sino mihi Christum **klein machen**; fuit certe in cunis,

---

*3 über* parva *steht* levis⌊sima  *4 über* pertinaces *steht* Vuittemb⌊ergenses  *7 über* sino mihi *steht* amplius  *7/138, 1* in cunis, praesepi *o*

Dr] si relicto ipsius simplici et manifesto verbo vanis illorum somniis, quibus Christi verba ad suam sententiam detorquent, adhaererem. Unus Christus mihi maior est, quam infinitae concordiae charitatis.

Caterum cum his, qui Christum diligunt et verbum ipsius pie docent et credunt, offerimus nos non solum servaturos pacem et concordiam, sed etiam laturos eorum infirmitates et peccata et eos lapsos instauraturos nos, iuxta hoc praeceptum Pauli, spiritu mansueto. Sic Paulus tulit infirmitatem et lapsum Galatarum et aliorum, quos subverterunt Pseudoapostoli, cum ex animo resipiscerent. Sic recipit in gratiam incoestum illum Corinthium. 2. Kor. 2, 7 f.
Item Onesimon, fugitivum servum, quem Romae in vinculis Christo genuerat, Philem. 17
reconciliavit domino suo. Ideo quod hic et alibi docet de suscipiendis infirmis et instaurandis lapsis, re ipsa praestitit, Sed erga eos, qui sanabiles fuerunt, hoc est, qui ex animo agnoscentes peccatum, lapsum, errorem resipuerunt. Contra cum Pseudoapostolis obstinatis et defendentibus, doctrinam suam non esse erroneam sed veram, durissime egit. 'Utinam', inquit, 'abscin- 5, 12
dantur, qui vos perturbant'; Deinde: 'qui conturbat vos, portabit iudicium, 5, 10
quicunque tandem fuerit'; 'Etiamsi nos aut Angelus e coelo etc., Anathema 1, 8
sit.' Neque dubium est, quin multi defenderint contra Paulum Pseudoapostolos et dixerint eos aeque habere Spiritum, aeque esse ministros Christi et Euangelium docere ac Paulum; Qui etiamsi per omnia cum Paulo in doctrina non consentiant, tamen ideo non debere eum contra ipsos ferre tam horribilem sententiam; Illa pertinacia eum nihil aliud efficere quam perturbare Ecclesias et earum pulcherrimam concordiam dissuere etc. His vocibus nihil motus securissime maledicit et damnat Pseudoapostolos, vocans conturbatores Ecclesiarum et eversores Euangelii Christi. Contra doctrinam suam ita extollit, ut velit ei simpliciter cedere omnia, concordiam charitatis, Apostolos, Angelum e coelo etc.

Ita nec nos sinimus caussam hanc extenuari, quia is, cuius caussa est, magnus est. Semel quidem fuit parvus, cum in praesepi iaceret, et tamen adeo magnus tum erat, ut ab Angelis adoraretur et 'Dominus' omnium Luk. 2, 11

---

*26* aeque *(1.)*] equae *A*  *35* causa haec est *CDE*

Hs] praesepi, sed tamen adoratus ab angelis. In art⌊iculo fidei ſol rotundum ſein, ibi non locus re⌊missionis pec⌊catorum. mea infir⌊mitas fidei meretur ch⌊aritatem, sed doct⌊rina non patitur; salva doctrina tum ord⌊o cha⌊ritatis, ut invicem dilig⌊amus. Ideo P⌊auli recte dictum: 'Deb⌊etis invicem ignoscere' valde max⌊imum. Est spiri⌊tualis doctrina et benedicta, sed non in tempore. Vos vultis, antequam in Christo estis concordes, charitatem exigere.

'Si quis homo': Ibi vides, quod Pau⌊lus non loquatur de heresibus, sed paternis verbis, suavibus utitur, non vocat errorem 'peccatum' Paulus, sed: 'delictum'. [Bl. 141a] ad hoc dicit: 'praeoccupatus', i. e. diab⌊olus circum-

---

*1 über* tamen *steht* adeo magnus, ut art⌊iculo *über* (ch⌊aritate) *über* rotundum *steht* mir fein r⌊emissio p⌊eccatorum ſein, sed, *vor* rotundum *eingewiesen* rotundum *c in* rotunde, *dahinter dann* Sanctitatem *[verschrieben für* Sanctitas*] eingezeichnet* *2 über* non locus *steht* non har breit *3* non patitur *o* *8 über* quis *steht* ali *[d. h.* quis *ist zu ergänzen in* aliquis*]* *über* quod *steht* P⌊aulum non loqui *zu 8/9* Quomodo affecti esse debemus erga lapsos; deinde qui sint, nempe qui non ex proposito seu malitia *r* *9 über* sed *steht* valde enim *über* suavibus *steht* clementib⌊us peccatum *o* *10* dicit *o* i. e. *o* *zu 10 am oberen Rand der Seite steht:* Matth. 12 *[V. 12]:* 'Ecce puer meus' i. e. legatus, Apostolus meus est, Electus meus, 'quem elegi', ut fa⌊ciat voluntatem meam; 'In quo compl⌊acui', q⌊uidquid fecerit, das ſol gethan ſein, q⌊uidquid locutus, ſol gelten; 'Ponam super eum manum', wil uber im halten; 'Dabo spiritum', dabo ei os et sap⌊ientiam, successum etc.[1]

[1]) *Wohl zu Z. 1 gehörig, von Rörer vielleicht aus einem andern Kollegheft zu Haus zugeschrieben.*

Dr] praedicaretur. Itaque non patiemur in ullo articulo verbum ipsius laedi. In articulis fidei nihil parvum aut tenue nobis videri debet, quod remittere debeamus aut possimus. Remissio enim peccatorum pertinet ad infirmos in fide et moribus, qui agnoscunt peccatum et veniam petunt, non ad eversores doctrinae, qui non agnoscunt suum errorem et peccatum, sed hostiliter defendunt veritatem et iusticiam esse. Eaque re efficiunt, ut amittamus remissionem peccatorum, quia verbum, quod praedicat et affert remissionem peccatorum, depravant et negant. Quare prius in Christo nobiscum concordes fiant, hoc est, agnoscant peccatum et emendent suum errorem; si tum defuerit nobis Spiritus mansuetudinis, merito nos accusare poterunt.

Et qui diligenter expendit verba Apostoli, clare videt, eum non loqui de Haeresibus aut peccatis contra doctrinam, sed de longe inferioribus peccatis, in quae homo labitur non ex destinata malicia aut proposito, sed ex infirmitate. Hinc utitur etiam tam clementibus et paternis verbis, non vocans errorem aut peccatum, sed 'delictum'. Deinde ut extenuet et quasi excuset peccatum ac totam culpam ab homine transferat, addit: 'Si praeoccupatus fuerit homo', id est, circumventus a diabolo aut a carne. Et vocabulum 'hominis' etiam valet ad extenuationem rei, Quasi dicat: Quid

Hs] venit enim, et sic extenuat, ut relinquatur homini pene nihil[1]: non fecit ex
scientia etc., sed est lapsus etc. Is textus semel me beym leben erhalten.[2]
Heiſt praeoccup⌊atus carnis et diab⌊oli, homo non potest facilius facere quam
labi, Ut M⌊oses in Levit⌊ico: 'Sicut ho⌊mines solent peccare'. Cha⌊ritas illa 3. Moſe 5, 22
sequit⌊ur post arti⌊culum fidei et ord⌊inatio[3] sequitur lapsus, et quanquam
magni, ut David, maledictiones, invidiae, impatientia sint. Et diab⌊olus nihil 2. Sam. 11, 2 ff.
minus servare potest quam puritatem doct⌊rinae, deinde charitatem. Ideo
suscitat discord⌊iam et alias offens⌊iones. Quando pastor wil gantz ſtreng
hin ghen, ut omnia serventur. P⌊aulus: debet habere maternum affectum;
castigare debeo ecclesiam, sed sic: quando fit contristatus frater, consolandus
et extenuanda peccata, tamen per misericordiam. Quam pertinax est s⌊piritus
sanctus in retinendis articulis fidei, tam facilis in consolandis conscientiis.

---

*1 über* extenuat *steht* excuset [ſo] relinqua(n)tur pene *o* *2 über* scientia *steht* proposito, malicia *über* lapsus *steht* quis autem est, qui non labit⌊ur? *3 über* carnis *steht* carne *zu 3/4* homo sum, humani nihil[4] 5 (in)ord⌊ *6* sint *o* *zu 6* David *r* *7 über* servare *steht* ferre *8 über* Quando *steht* Est difficile *zu 8 f.:* 1. Cor. 5. *[V. 7] r* *9 über* ghen *steht* cum sua Ecclesia *über* maternum *steht* paternum *über* affectum *steht* Thes⌊aurum *10* contristatus *c aus* contristand⌊us *12 über* in retinendis articulis *steht* in doctrina *über* in consolandis conscientiis *steht* in charitate

1) *Erg.* culpae. 2) *Bisher unbekanntes Erlebnis Luthers.* 3) *D. h. das Wiederzurechtbringen.* 4) *Erg.* a me alienum puto.

Dr] est homini tam proprium, quam labi, decipi et errare posse? Sic Moses in
Levitico ait: 'Sicut homines solent peccare.' Est ergo sententia consolationis 3. Moſe 5, 22
plenissima, quae me semel in summo certamine a morte liberavit. Quia
igitur Sancti in hac vita non solum in carne vivunt, sed etiam quandoque
instinctu diaboli concupiscentiam carnis perficiunt, hoc est, labuntur in impacientiam, invidiam, iram, errorem, dubitationem, diffidentiam etc. (Satan enim
perpetuo impugnat utrunque, et puritatem doctrinae, quam conatur tollere
per sectas et discordias, et integritatem vitae, quam per quotidiana delicta
et offensiones polluit), docet Paulus, quo modo cum talibus lapsis agendum
sit, nempe ut hi, qui firmi sunt, instaurent eos Spiritu leni.

Ista maxime prodest scire eos, qui Ecclesiis praesunt, ne, dum omnia
ad vivum resecare student, huius paterni et materni affectus obliviscantur,
quam Paulus hic requirit in his, qui curam animarum gerunt. Et huius
praecepti sui proposuit exemplum secundae Corinthiorum secundo Cap., ubi 2. Kor. 2, 6 ff.
inquit: 'Sufficere illi excommunicato obiurgationem, quae a pluribus facta sit;
debere nunc eos condonare et consolari illum, ne immodica tristicia absorbeatur; Propter quod', inquit, 'obsecro vos, exercete erga illum chariatem' etc.
Quare Pastores acriter quidem obiurgare debent lapsos, sed ubi viderint eos

---

*25* in] ab *CDE* *30* eos *fehlt CDE*

Hs] Non ut Episcopus: Excommunico te in nomine[1] etc., et vexant consc⌊ientias suis legib⌊us et sua ban[2] et hunc locum gefurt: Bonarum mentium est timere culpam, ubi non est; ista lex fortificavit Papatum, et tamen est Greg⌊orius diab⌊olice locutus. Non est opus ista bonitate mentium, sufficit, ut agnoscant culpam, ubi est. Per hoc stabilivit suum Pap⌊atum. Bona mens formidat etiam sententiam iniustam, ergo valet nostra sententia lata, — Pap⌊a. Si est sententia iniusta, tum excommunicaretur et permordetur in facie Papae Et Episcoporum con⌊scientia dupl⌊iciter: Bonae mentes, quae metuunt culpam, ubi[3], — ibi debeo liberare de errore et ad veritatem bringen. Das iſt Antich⌊ristum griffen et sic den ban geſterckt etc. Nemo potuit falsas sententias contemnere nisi ex mera malicia, ut quidam principes.

*zu 2 ff.* Dictum Grego⌊rii: Sententiae nostrae etiam iniustae metuendae sunt, Vnſer bann iſt zu furchten, wenn er gleich vnrecht were *r* *3 über* timere *steht* ibi ⟨istum⟩ Papatum *4* diab⌊olice *mit Strich zu* Papatum *Z. 3 gezogen* *zu 4 über* Greg⌊orius *bis* locutus *steht* et Pap⌊atum geſcherfft ut novaculam *5* ubi non est *über* Per *bis* Pap⌊atum *steht* si etiam maledictio nostra iniusta, tamen vera *7* excommunicaretur] communicaretur *8* faciē *9* metuunt *c aus* per—etuunt

1) *Erg.* patris *usw.* 2) = *Bann.* 3) *Erg.* non est.

Dr] contristatos, incipiant erigere et consolari eos et peccata ipsorum, quantum possunt, extenuare, per misericordiam tamen, quam peccatis opponere debent, ne lapsi immodica tristicia absorbeantur. Quam pertinax est Spiritus sanctus in doctrina fidei retinenda et defendenda, tam facilis et clemens est in peccatis ferendis et extenuandis, modo hi, qui ea commiserunt, de eis doleant.

Off. Joh. 2, 9 Sed 'Synagoga' Papae, ut in aliis omnibus, ita etiam hic diversum a praecepto et exemplo Pauli docuit et fecit. Pontifex Romanus et Episcopi vere fuerunt Tyranni et carnifices conscientiarum, Subinde enim novis traditionibus onerarunt et propter levissimas caussas Excommunicatione perdiderunt conscientias. Et ut facilius obsequerentur conscientiae vanis et iniustis ipsorum terroribus, allegarunt has Gregorii Papae sententias: Bonarum mentium est timere culpam, ubi non est culpa; Item: Sententiae nostrae etiam iniustae metuendae sunt. Istis sententiis, quas diabolus in Ecclesiam invexit, stabilierunt Excommunicationem et istam maiestatem toti mundo formidabilem Papatus. Non est opus illa bonitate mentium, sed satis est ibi agnoscere culpam, ubi culpa est. Quis dedit tibi, Satan Romane, potestatem, ut terreas et damnes iniustis sententiis mentes ante perterrefactas, quae potius erigendae, a falsis terroribus liberandae et a mendacio ad veritatem redu-
2. Theſſ. 2, 3 cendae erant? Hoc omittis et (iuxta titulum tuum: 'Homo peccati et filius perditionis') fingis culpam, ubi non est culpa. Ea est verissime versutia et impostura Antichristica, qua Excommunicationem et tyrannidem suam Papa

*12* eos *fehlt CDE*

Hs] Est paterna affectio: frater, qui est praeoccupatus, habet delictum, illum nolite exacerb⌊are, contristare, quia reg⌊num dei non est tristiciae, sed leticiae, fiduciae. Ergo si videris fratrem in suo peccato, da lauff et da optima verba, amplectere brachiis maternis. Si vis esse durus, nimb dir für, qui iniusti, securi in scorta⌊tione, ebrietate leben ut porci. Ubi vero hominem lapsum et contristatum et dolore[1] de peccatis, Ibi instruite. Et hoc in spiritu mansuet⌊udinis, non saevitiae iusticiae, Zaeli. [Bl. 141ᵇ] Ey ſoltu das thun, Ut olim, quando aliquis in tentat⌊ione gravi spiritus vel car⌊nis, ſehen ſie einen an, ut terreretur; et tamen pessimi nebu⌊lones. Ibi debebant consola⌊ri, — dederunt acetum, ut Christo. Remissio pec⌊catorum debet valere non in Matth. 27, 34
ordine illo superiori, ubi Sch⌊wermeri volunt, sed in nostris operib⌊us, delictis.

*1 über* habet delictum *steht* da ſehet zu *zu 1* Consolandi dolentes de delicto *r* *zu 1/2* 'spiritu mansuet⌊udinis' *r* *2 über* non tristiciae *steht* leticiae *5 über* securi *bis* porci *steht* nihil metuunt *6 über* de peccatis *steht* de delicto *über* instruite *steht* 'vos, qui estis spi⌊rituales' *zu 6/7* 'In spiritu mansuetudinis' *r* *7 unter* Zaeli *steht* sicut Pap⌊a, Zelosi et religiosi faciebant *8 über* ſehen ſie *steht* pf⌊aff et Monch *9* terrere(n)tur *hinter* terreretur *ist* das einer fur iren augen ſolt ſterben *vom oberen Rande eingewiesen* *zu 9* audiebant forte vitia, quae eos non solicitabant *r* *11 über* delictis *steht* vita

[1]) *Erg.* affectum.

Dr] potentissime confirmavit. Nemo enim potuit iniustas sententias eius contemnere, nisi qui esset praefractus et insigniter malus, ut quidam Principes eas contempserunt, sed reclamante conscientia, quia in istis tenebris non intellexerunt illas maledictiones Papae vanas esse.

Discant igitur illi, quibus cura regendarum conscientiarum commissa est, ex hoc praecepto Pauli, quo modo lapsos tractare debeant. 'Fratres', inquit, 'si homo praeoccupatus fuerit', non exacerbate aut contristate amplius, non reiicite aut damnate, sed corrigite, reficite seu 'instaurate eum' (Ea enim vis est graeci vocabuli[1]), et quod de ipso periit per fraudem diaboli aut infirmitatem carnis, hoc mansuetudine vestra sarcite. Regnum enim, in quod vocati estis, non pavoris et tristiciae, sed fiduciae et laeticiae regnum est. Si igitur videritis aliquem fratrem conterritum propter admissum peccatum, accurrite et ei lapso porrigite manum, suavibus verbis consolamini et maternis brachiis amplectimini eum. Duros et obstinatos, qui sine timore securi in peccatis perseverant et pergunt, acriter obiurgate. Contra qui praeoccupantur delicto et contristantur ac dolent de lapsu, erigendi et instruendi sunt per vos, qui spirituales estis. Et hoc spiritu mansuetudinis, non zeli, iusticiae aut saeviciae, ut quidam Confessores fecerunt, qui, cum reficere debebant sitibunda corda suavi aliqua consolatione, potaverunt ea, sicut Iudaei Christum in cruce, 'felle et aceto'. Matth. 27, 34

[1]) καταρτίζετε.

Hs] Ibi frater fratrem consoletur et frater credat. Ibi nemo alterum condemnet, Ezech. 34, 4 non increpet in furore, austeritate, Ut Ezech.: 'Imperabatis inter oves cum austeritate et potentia.' Deus non vult lapsos abiici, infirmos contemni, quia ipse hat mher dran gewagt. Ideo magis debemus nos suscipere, sanare. Sic nos non negamus veniam Schw⌊ermeris. Si vellent ordine redintegrato, vellemus libenter ignoscere, quicq⌊uid contra nos blasph⌊emarint, docuerint, Ineternum nolumus meminisse. Sed quod volunt ordinem dissipare et quaerere re⌊missionem pec⌊catorum.

'Ne et tu tenteris': Das iſt ein ſtarck admonitio ad contundendam superbiam. Non est peccatum, quod fecit homo, quod non alter. Grego⌊rius: Si vis superbire et recedere ab humilitate et deserere char⌊itatem et ordinem.

1 frater (2.) *c aus* fratrem *über* frater (2.) *steht* ipse vicissim audiat et *zu* 2 Ezech. 34. *r* 3 *über* abiici *steht* perire *über* infirmos *steht* fratres 4 *über* sanare *steht* iuvare 5 veniam *o* 6 *über* ignoscere *steht* et spiritum mansuet⌊udinis habere 7 *über* dissipare *steht* prius 8 *über* quaerere *bis* pec⌊catorum *steht* non debet fieri 9 tenteris *c aus* tempteris 'Ne *bis* tenteris' *vom Rande eingewiesen* admonitio *c aus* admonitionem 10 *über* alter *steht* possit facere *zu* 10 *steht am oberen Rand der Seite:* Non est peccatum, ait August⌊inus, quod fecit homo, quod non facere possit et alter homo, si Deus deserat *zu* 10/11 Aut sumus etc. *r* 11 *über* ordinem *steht* ſolt nicht lang ſtehen

Dr] Ex his satis intelligimus remissionem peccatorum non debere valere in doctrina, ut Sacramentarii contendunt, sed in vita et nostris operibus. Ibi nemo alium condemnet, non increpet in furore et austeritate, Ut Ezech. Ezech. 34, 4 dicit de Pastoribus Israel, quod 'cum austeritate et violentia imperaverint gregi Dei', Sed frater fratrem lapsum consoletur Spiritu mansueto. Et vicissim lapsus audiat verbum erigentis se et credat ei. Non enim vult Deus Pſ. 145, 14 'elisos abiici, sed erigi', ut Psalmus ait, impendit enim plus pro eis quam nos, nempe vitam et sanguinem suum. Debemus igitur et nos summa lenitate tales suscipere, sanare et iuvare. Quare non negamus veniam Sacramentariis aut aliis impiarum Sectarum autoribus, sed ex animo condonabimus eis contumelias et blasphemias in Christum, item iniuriarum, quibus nos affecerunt, nunquam recordabimur, modo poenitentiam agant, impium dogma, quo Ecclesias Christi perturbarunt, deserant et deinceps recto ordine nobiscum incedant. Si autem in errore perseverant et ordinem dissipant, frustra requirunt a nobis remissionem peccatorum.

Considerans teipsum, ne et tu tenteris.

Haec satis gravis admonitio est ad contundendam austeritatem et saeviciam illorum, qui lapsos non erigunt et instaurant. Non est, ait Augustinus, peccatum, quod fecit homo, quod alius non possit facere. Nos adhuc

26 a nobis requirunt *CDE*

Hs] Sic in vitis patrum audivit de fratre lapso in fornica⌊tione: Ille heri. ego hodie. Das meint sanct⌊us Paul⌊us hie. Illam horribilem admonit⌊ionem addit, ne quis etc., sed vivant in fid⌊ucia Christi; sed. Indi⌊cant tales, ut Pha⌊risaeus, sancti⌊tatem suam ad peccatum alterius. Sed sic: tu potes labi Luk. 18, 11 in hoc peccatum, in quod etc.; tum inspicio mea peccata ſo ſeer an, ut illius vilia sint. Si vero ut Pha⌊risaeus. Ideo alibi: 'Qui stat.' Si David, qui 1. Kor. 10, 12 tanta fecit et hab⌊uit tantas promis⌊siones et aedif⌊icavit taber⌊naculum, et tamen in tantum peccatum, blasph⌊emiam etc. et den alten man et heiligen ſol ſtürtzen iuvenilis cupid⌊o, non vult[1] leiden hochmut nec erga se nec fratrem, i. e. ſihe auff dich ſelbs, du darffs.[2] Est utile praeceptum, praesertim pro pastorib⌊us et regentis. Papis⌊tae omnino contrarium et nostri. 'ne ten⌊teris': qui expertus tentationem, novit, quid sit.

2 *über* hor⌊ribilem admonit⌊ionem *steht* Inclementes pastores sciant super seipsos [super seipsos *mit Strich zu* Inclementes *gezogen*]: non in fiducia Christi  3 *über* sed *(2.) steht* ad sup⌊erius de bann  4 *über* Pha⌊risaeus *steht* Luc. 18  *zu 5f.* Quia pius est etc.  6 *über* vilia sint *steht* prae meis  *über* David *steht* qui ſo hoch spiritum hab⌊uit ut nos, et grandiores tenta⌊tiones  *zu 6* David *r*  9 *über* non *steht* ergo  *zu 9* Deus autem in magnis Sanctis, das er den hochmut nicht leiden mag *von Crucigers Hand r*

[1]) *Nämlich* Deus.  [2]) = *bedarfst es.*

Dr] in lubrico versamur, ideo si superbimus et ordinem deserimus, nihil facilius possumus quam ruere. Recte igitur ille dixit in Vitis patrum, cum deferretur ad eum, quendam ex fratribus fuisse prolapsum in fornicationem: Ille heri, inquit, Ego hodie. Addit ergo Paulus hanc seriam admonitionem, ne Pastores duri et inclementes sint erga lapsos neve eum Pharisaeo suam Luk. 18, 11 sanctitatem ex illorum peccatis metiantur, sed affectu materno erga ipsos tangantur et cogitent: Hic lapsus est, fieri potest, ut tu quoque labaris multo periculosius et turpius quam ipse. Et si hi, qui adeo proclives sunt ad iudicandum et condemnandum alios, recte intuerentur peccata sua, deprehenderent lapsorum peccata esse 'festucas', sua peccata maximas 'trabes'. Matth. 7, 3

'Qui igitur stat, videat, ne cadat.' Si David, vir tam sanctus, plenus 1. Kor. 10, 12 fide et Spiritu Dei, et qui tam insignes promissiones habuit ac res maximas pro Domino gesserat, tam turpiter labitur ac iam paene provectus aetate iuvenili ardore praecipitatur, post tot et tam varias tentationes, quibus eum Deus exercuit, quid de nostra constantia praesumeremus? Ostendit autem nobis Deus eiusmodi exemplis primum nostram infirmitatem, ne efferamur, sed timeamus, Deinde iudicium suum, quod nihil minus ferre possit quam superbiam vel erga se vel erga fratres. Non frustra igitur dicit Paulus: 'Considerans teipsum, ne et tu tenteris.' Qui exercitati sunt tentationibus, noverunt, quam necessarium hoc sit praeceptum. Contra qui illis non sunt

*14* ruere] labi *CDE*  *19* ut et tu quoque *CDE*  *32* sit hoc *CDE*

Hs] 6, 2 'Invicem': Das iſt auch ein feiner text werlich. 'Lex' i. e. charitatis. Christus, ubi redemit nos et fecit nos ecclesiam suam, — quam legem tulit? Joh. 13, 34 'Dilig[ite invicem, mandatum meum do vobis.' Diligere est velle alteri bonum, — Soph[istae. Pau[lus: Sic est dil[igere zu ghen, ut portetis, quae non libenter portatis. [Bl. 142[a]] Oportet habere forte dorsum et ossa, frater non habet levia sed onus, cha[ritas non est dulcis, quod vides in fratre lapsus, infirmitatem, die ich nicht gerne habe, et tamen cum eo versandum, portare debeo. Quando Stauppitius imposuit Prioratum: non facient fratres, quod voletis, sed econtra.[1] Sic fit cum magist[ratibus, Iudicib[us, ghet nicht, ut voluit, — et non bonum, quod gieng etc., alioqui superbirent. Sic in ecclesia ghets nicht ſo rein, ut velit praedicator, quia ipse non ſo rein; si mein vitia

---

*zu 1* 'Lex Christi *r* 2 *über* tulit *steht* dedit 3 meum do vobis *o* *zu 3/4* Sophistae *r* 5 *über* habere *steht* vobiscum *über* dorsum *steht* humeros *hinter* dorsum *ist* quod possit ferre fratrem *vom oberen Rand der Seite eingewiesen* 6 *über* habet levia *steht* est levis *über* onus *steht* habet *zu 6* Charitas est dulcis non in recipiendo sed exhibendo *r* *8/9 über* quod voletis *steht* ir muſt euch in ſich[2] ſchicken 10 quod gieng etc. *o* 11 *über* velit *steht* libenter *über* ipse *bis* rein *steht* wir ſind ſelbs nicht rein

[1]) *Diese Erinnerung an die Rede des Staupitz bei Einführung eines Wittenberger Priors zeigt — verbunden mit der häufigen Erwähnung dieses Freundes in unsrer Vorlesung —, wie nachhaltig Staupitz auf Luther gewirkt hat. Der Druck läßt dies Persönliche beiseite.* [2]) *= sie.*

Dr] probati, non intelligunt Paulum, ideoque nulla misericordia tanguntur erga lapsos, ut cernere fuit in Papatu, ubi mera tyrannis et crudelitas regnavit.

6, 2 Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

Humanissimum praeceptum, cui addidit summam commendationem tanquam Epiphonema. Lex Christi est lex charitis. Christus postquam redemit, renovavit et constituit nos suam Ecclesiam, nullam nobis legem Joh. 13, 34 f. dedit praeterquam illam de mutua charitate, Ioan. 13.: 'Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos': Item: 'In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis' etc. Diligere autem non est, ut Sophistae nugantur, alteri bonum velle, sed ferre alterius onera, hoc est, illa ferre, quae tibi molesta [Bg. bb] sunt et non libenter fers. Oportet igitur Christianum habere fortes humeros et robusta ossa, quae possint ferre carnem, hoc est, infirmitatem fratrum, quia Paulus dicit eos habere onera et molestias. Charitas ergo dulcis, benigna, paciens est, non in recipiendo, sed exhibendo, cogitur enim ad multa connivere et ea portare. In Ecclesia vident doctores pii errata et peccata multa, quae portare coguntur. In Politia nunquam respondet obedientia subditorum legibus Magistratus, ideo nisi norit Magistratus dissimulare, non erit idoneus ad Rempublicam gubernandam. In Oeconomia multa fiunt, quae displicent patrifamilias. Sed si ferre et egregie

Hs] fero, sic et alteri ſey gnedig. Portando alterius molestiam, mores est chari⌊tas. Sic de viris: nolite amari esse infirmiori; familia non sequitur, ut vis, sed heiſt ferre mores uxoris, familiae. Si aliquae vitia in ancilla, et aliquot virtutes. Vide, ne vitia ob virtutes etc. Sed Tyrannus non videt virt⌊utes, sed si 1. vitium, da mit beiſt er ſich semper etc.; quod from, trew, lib⌊enter laborat etc.[1] Sic sunt in hominib⌊us omnibus vitia. Ibi est lex Christi: portare onera. Et qui non vult, nihil intelligit de lege Christi. Lex i. e. charitatis: 'omnia tolerat', 1. Cor. 13. Das heiſt onera etc. Salvo 1. ordine[2], 1. Kor. 13, 7
in eo nihil portandum; si peccatum vergit contra Christum, das iſt nicht de 'lege Christi' geredt, sed de Christo legisla⌊tore. Regnum eius partum suo sang⌊uine et servatur fide et spiritu. Qui perseveranter peccat, ille contemnit nos; qui vero credit et lib⌊enter audit etc. et habet aliquod vitium in se, das yhn ſelb verdreuſt, et leſt yhm ſagen, das iſt vitium, das heiſt 'onus' et

*1 über* alterius *steht* 'Dilige proximum sicut te ipsum' *[Luk. 10, 27]* *2* viris *über* ⟨mulieribus⟩ *über* nolite amari esse *steht* vos mariti erga uxores *zu 2ff.* Oecon⌊omia *r* *3 über* familiae *steht* vicinorum *4 über* ne *bis* etc. *steht* virtutes obscurent vitia etc. *über* virt⌊utes *(2.) steht* in servo *6* sunt *c aus* est *über* hominib⌊us *bis* vitia *steht* modo velint se emendare *zu 6* 'Lex Christi' *r* *7/8* i. e. charitatis *o* *zu 8:* 1. Cor. 13. *r* *9/10 über* das *bis* geredt *steht* ibi non est lex Christi, sed ipse Christus et reg⌊num Christi, partum sang⌊uine suo *10* Christi *unten* *12 über* vero *steht* labitur[3] *13* yhn *über* ⟨ſich⟩

[1]) *Erg.* non videt tyrannus. [2]) *Der* primus ordo *ist die* fides. [3]) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 29f.*

Dr] connivere possumus ad nostra vitia et peccata, quae quotidie multa committimus, feramus etiam aliorum, Iuxta illud: 'Alter alterius onera portate' etc., Item: 'Diliges proximum tuum sicut teipsum.'

Cum igitur in omni vitae statu et omnibus hominibus sint vitia, proponit Paulus Christianis legem Christi, qua admonet eos, ut alii aliorum onera portent. Qui hoc non faciunt, illi satis testantur se ne apiculum quidem intelligere de lege Christi, quae est lex charitatis, quae, ut Paulus 1. Corinth. 13. 1. Kor. 13, 7
ait, 'omnia credit, omnia sperat, omnia' onera fratrum 'portat', Salvo tamen semper primo ordine, in quo peccantes non transgrediuntur legem Christi, id est, charitatem, non laedunt proximum, sed Christum et regnum ipsius, quod sanguine proprio paravit. Hoc Regnum non conservatur lege charitatis, sed verbo, fide et Spiritu. Ad illos igitur, qui Christum negant et non solum non agnoscunt, sed etiam defendunt peccatum suum, Deinde ad illos, qui perseverant in peccatis (qui etiam partim Christum negant), non pertinet hoc praeceptum, ut onera ipsorum portentur, sed relinquendi sunt, ne communicemus operibus ipsorum malis. Contra qui credunt et libenter audiunt verbum, et tamen contra voluntatem suam prolabuntur in peccatum et

Hs] 'praeoccupatus', quia deus ei ignoscit hoc peccatum et tolerat. Quare tu non? etc. Si velit Deus corripere, tum pertineret plus ad eum quam te.

6, 3 'Si quis ſibi videtur': Ibi iterum ghet er ad pseudoap[ostolos et duros, qui sine misericordia sunt. Qui, inquit, fratrem contemnunt et nullum vitium fratri verſtehen, sed ſoll kurtz umb ghen ut quidam morosi mariti, Ut quidam praecepto[res: debet[1] nicht lachen, nicht ruren, — das iſt nihil docere, das thuts nicht. Quicunque tales ſein, sunt, qui adhuc ignorant Christum et non opus se habere re[missione pec[catorum, alioqui d[icerent: Tu, frater, habes hoc vitium, ego aliud; mea vitia remittuntur a deo mihi, sic tua. [Bl. 142b] Si vero ad unguem volo, ut nicht 1 har breit in fratre, da ghet impatientia, invidia, Ut wird mir feind vel hat kein luſt; sequitur contemptus: non curat, quid praedico, facio. Hoc est vitium in pastore, habere contemptum in auditorib[us, sed debet coli, revereri, non propter suam sanctitatem, sed quod

---

*zu 1* 'praeoccupatus' *r* 3 'Si *bis* videtur' *vom Rande eingewiesen* 4 sunt *c aus* sund *zu 9 am unteren Rande der Seite steht:* Ioh. pf: ligunt *[?]* Bib[lia[2] 13 non *über* ⟨sed⟩

[1]) *Nämlich* discipulus. [2]) *Diese Notiz ist unverständlich, wohl ohne Beziehung zur Vorlesung.*

Dr] admoniti non solum audiunt, sed etiam detestantur ipsi peccatum ac sese emendare student, illi praeoccupantur et onera habent, quae Paulus iubet nos portare. Hic non simus inclementes et saeveri, sed exemplo Christi, qui tales tolerat et portat, toleremus ac portemus nos etiam eos. Si ipse non punit tales, quod tamen iure posset, multo minus nos etc.

6, 3 Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

Hic iterum perstringit Sectarum autores et pingit eos suis coloribus, quod duri et sine omni affectu misericordiae sint, qui contemnant infirmos, eorum onera non portent, sed omnia adamussim (ut quidam morosi mariti et asperi praeceptores) exigant, Quibus nihil placeat, nisi quod ipsi fecerunt, Quos denique semper habueris acerbissimos hostes, nisi omnia eorum dicta et facta probaveris et per omnia te ipsorum moribus accommodaveris. Sunt igitur homines superbissimi, qui omnia sibi arrogare audent. Hoc est, quod Paulus hic ait: existimant se aliquid esse, hoc est, habere spiritum, intelligere omnia mysteria Scripturarum, non posse errare et labi, non indigere ulla remissione peccatorum. Ideo Paulus recte addit, eos nihil esse, sed seipsos stultis persuasionibus de sapientia et sanctitate fallere. Nihil ergo neque de Christo neque de lege Christi intelligunt, alioqui dicerent: Tu, frater, hoc
Matth. 18, 23 ff. vitio laboras, ego alio laboro, 'Deus remisit mihi decem milia talentorum', remittam et tibi centum denarios etc. Cum vero ad unguem omnia exquirere

---

*14* etiam *fehlt CDE* ipsi *fehlt CDE*

Hs] misericors ut Christus. Ideo 'qui putant se esse, cum non sint, seipsos seducunt', quia nihil sunt; statuit aliud de se, quam revera sit, putat se Sanctum, quia homines laudant et in ore omnium, et est nihil. In Apoc.: 'nudus, et dicis te divitem.' Ideo video nihil, quod[1] dupliciter r⌊emissione Offenb. 3, 17 p⌊eccatorum[2], 1. generali, quia indig⌊et ope, 2. quod ſtoltʒ et hoffertig eximit a generali r⌊emissione p⌊eccatorum et constituit se Sanctum, das iſt duplex peccatum.

11. Decemb.] 'Unusquisq⌊ue': Aud⌊istis, quomodo P⌊aulus hoc detestab⌊ile genus 6, 4 hominum corrip⌊iat, qui vocantur vane gloriosi, quia hoc odibile vitium richt all iamer an in ecclesia, perturbat con⌊scientias et poli⌊tias, wens[3] geredt[4] in spiritualia, ista[5] est malum immedicab⌊ile.

---

*1* putant *über* ⟨sunt⟩ se *undeutlich* *10 über* in ecclesia *steht* im g⌊enus re⌊ligionis *11 über* malum *steht* ſeuch

[1]) *Vor* quod *erg.* quam. [2]) *Erg.* indigeat. [3]) = *wenn es.* [4]) = *gerät, eindringt.* [5]) *Nämlich die* vana gloria.

Dr] et nulla prorsus infirmorum onera tolerare et portare velint, offenduntur hac ipsorum asperitate homines, incipiunt contemnere, odisse et fugere eos, non petunt ex eis consilia et consolationes, non curant, quid aut quo modo doceant, Cum contra deberent Pastores potius ita se gerere erga illos, quibus praesunt, ut colerent et admirarentur eos, non propter ipsorum personam, sed ministerium et virtutes Christianas, quae in ipsis maxime elucere debent.

Pulcherrime igitur pinxit hoc loco Paulus tales tetricos et immisericordes sanctos, cum dicit: 'Existimant se aliquid esse', hoc est, inflati suis stultis opinionibus et somniis inanibus habent de se mirificam scientiae et sanctitatis persuasionem, et tamen re vera nihil sunt, sed seipsos tantum decipiunt. Manifesta enim deceptio est, cum aliquis persuasus est se aliquid esse, et tamen nihil est. Tales describuntur Apoca. Cap. 3. his verbis: 'Tu Offenb. 3, 17 dicis te esse divitem et locupletem ac nullius indigere, sed nescis, quod es miser et miserabilis, pauper, caecus ac nudus' etc.

Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso 6, 4 tantum gloriam habebit, et non in alio.

Pergit in illa correptione hominum detestabilium, qui vocantur vane gloriosi. Est enim odibile et maledictum vitium illa vanae gloriae cupiditas, quod omnium malorum caussam parit quodque simul Politias et conscientias perturbat, Et quidem in spiritualibus est plane immedicabile malum. Quanquam autem hic locus possit intelligi de operibus ipsius vitae seu conversationis, tamen principaliter urget Apostolus opus ministerii et invehitur in

---

*12/13* hac sua ipsorum asperitate multos offendunt, qui incipiunt *CDE*

Hs] 'Probet unusq⌊uisque': Hoc q⌊uamquam possit intelligi de operibus ipsius vitae vel convers⌊ationis, tamen principaliter urget P⌊aulus opus ministerii et taxat vane gloriosos docto⌊res.

Hoc genus hominum hat die art an ſich: non studet hoc, ut probent recte opera sua, sed ut hab⌊eant plausum. Sunt ingeniosi in alieno lab⌊ore et animosi in alieno periculo. Quando vid⌊et P⌊aulum bene praedicasse et kans[1] nicht beſſer machen, ut non potest M⌊eiſter kluglig, hebt er an.[2] Ut ingeniosi ad calumniandum ad aliena b⌊ona studia, 2. plausi, 3. audaces. Quando illustres facti apud vulgus, ghen hin an, quando invenient pericul⌊a, heben ſie ſich da von, volunt beſſer machen, et non.[3] Non quaerunt, quam bene fa⌊ciant, sed solum quaerunt g⌊loriam, got geb, es verderb Christus, ec⌊clesia, pol⌊itia. Es ſind heilos leut, ista 3 vitia habent.

Quid est, inquit, quod quaeras causam apud alios et tuum ministerium instituas, ut dicatur de te? Das ſind r⌊echte theo⌊logici ſcribenten: Es iſt nichts cum P⌊aulo. Quando istum plausum habent, ſo ghens hin an et

3 taxat *scheint geschrieben* glorios—s 4 ¶ Hoc[4] 13 ¶ Quid[4] quaeras] quaeris 14 dica(n)tur

[1]) *Nämlich* pseudoapostolus. [2]) *Erg.* calumniari. [3]) *Erg.* possunt. [4]) *Diesen Marken für den Druck entsprechen im Druck die Abschnitte unten Z. 18 und 31.*

Dr] κενοδόξους illos, qui perturbant suis phanaticis opinionibus recte institutas conscientias.

Est autem hoc proprium eorum, qui κενοδοξία laborant, quod prorsus nihil curant, an opus, id est, ministerium suum, purum sit nec ne, sed id unicum spectant, ut plausum vulgi acquirant. Sic Pseudoapostoli, cum viderent Paulum pure praedicasse Galatis Euangelium nec se melius quidquam afferre posse, coeperunt recte et pie ab eo tradita calumniari et suam doctrinam anteferre Pauli doctrinae, eaque arte conciliaverunt sibi favorem Galatarum et Paulum fecerunt ipsis odiosum. Quare κενόδοξοι coniungunt haec tria vitia: Primum vanae gloriae cupidissimi sunt. Deinde mire ingeniosi sunt ad calumniandum aliorum bene dicta et facta, ut hac via populi applausum acquirant. Tertio, cum illustres facti sunt apud vulgum, alieno tamen labore et periculo, tam fortes et animosi fiunt, ut nihil non audeant. Sunt igitur homines pestiferi et omni maledictione digni, quos odi cane peius et angue. Nam quae sua sunt, quaerunt, non quae Christi Iesu etc.

Contra tales hic agit Paulus, Quasi dicat: Eiusmodi vane gloriosi spiritus in hunc finem opus suum faciunt, id est, docent Euangelium, ut gloriam et plausum apud homines acquirant, hoc est, ut praedicentur ab illis insignes et egregii doctores, quibuscum Paulus et alii conferri non possint.

20 acquirant] mereantur *CDE* 23 doctrinae Pauli *CDE* 24 odiosum] invisum *CDE*

Hs] **richten vnglück an.** Sic isti fecerunt: Pauli laborem perturbant [Bl. 143ᵃ] et aliorum dicta et fa⌊cta calumniantur et vulgus lib⌊enter audiunt, statim vilescunt b⌊onam doct⌊rinam et pruritus aurium **ſchlechts zu** et venit nebulo, qui laudat vulgus; tum sap⌊iens est, fortis et illustris. Sed probet opus, i. e. non quaerat plausum nec confidat in eum. Si opus fuerit integrum, si bene doces, **ſorg nicht** pro laude, — laudaberis; et fac opus tuum probe, ne quaeras laudes, cal⌊umnieris aliena etc. Si probe administ⌊ras ec⌊clesiam, — si non sequatur laus, quid ad te? dicam: propter v⌊ulgi plausum non etc. 'Per ignominiam et a dex⌊tris et sinistris.' Sic docebo verbum 2. Kor. 6, 7f. et meum ministe⌊rium nullo res⌊pectu hu⌊mano, nulla cura gloriae, sap⌊ientiae. Tum erit, ut gloriam, non quod glor⌊iamur in nobisipsis etc. Sed si scio, quod fideliter gessi meum of⌊ficium, tum glor⌊ior in domino deo; ista g⌊loria est pura. 'Gloria nostra hec est', cum P⌊aulo dicere possum, et est nostra 2. Kor. 1, 12

---

5 (quae⌊rat) non quaerat   8 sequātur   9 Per] pro   11 (ut) non   13 et *mit Strich zu* domino *Z. 12 gezogen*

Dr] Ubi hanc existimationem adepti sunt, incipiunt calumniari aliorum labores, dicta et facta, et sua magnifice praedicare. Eaque versutia dementant animos vulgi, qui, quia habet 'prurientes aures', non solum delectatur novis dog- 2. Tim. 4, 3 matibus, sed etiam gaudet eos, quos antea doctores habuit, obscurari et premi a novis illis, ut somniat, gloriosis doctoribus, propter saecietatem et nauseam verbi. Hoc, inquit, fieri non debet, sed unusquisque sit fidelis in ministerio suo, non quaerat gloriam propriam etc. nec confidat in temere applaudentem multitudinem, sed hoc tantum curet, ut probe opus suum faciat, id est, pure doceat Euangelium. Quod si opus eius rectum fuerit, sciat non defuturam sibi gloriam apud Deum, deinde etiam apud pios. Quod interim apud ingratum mundum nullam laudem meretur, hoc nihil moveat eum, scit enim illum esse finem ministerii sui, non ut ipse, sed ut Christus inde glorificetur. Ideo 'instructus armis iusticiae a dextra et sinistra' constanti animo dicat: 2. Kor. 6, 7 Non incepi docere Euangelium, ut mundus honorem mihi deferret, ideo neque propter ignominiam, qua me afficit, desistam. Is docet verbum et peragit ministerium suum sine ullo respectu humano, sine ulla cura laudis, gloriae, fortitudinis, sapientiae etc. Non nititur aliorum laude, sed eam habet in semetipso.

Quare qui recte et fideliter administraverit officium suum, nihil curat, quid mundus de se loquatur, non curat, sive laudet sive vituperet eum, sed habet gloriam in semetipso, quae est testimonium conscientiae et gloria in Deo. Ideoque cum Paulo dicere potest: 'Gloria nostra haec est, testimonium 2. Kor. 1, 12 conscientiae nostrae, quod in simplicitate et synceritate Dei, non in sapientia

---

18 gloriosis, ut somniat, doctoribus *CDE*

Hs] gloria; non curo, quod alii odiunt, habeo in memetipso gloriam, scilicet 'meae con⌊scientiae'.

Sed econtra Vana gloria kompt her, ſetzt suum of⌊ficium in os alienum et op⌊inionem vulgi. Sic Karlsta⌊dius: is blieb semper an eim ding ſo lang, donec mude war, incepit aliud. Sic gloria est in aliorum ore, non apud se. Das iſt nicht, ut P⌊aulus 2. Cor. 1.: Sed ideo praedicavi, ut hab⌊eam gloriam[1], ut aliis[2]; et tantum macht of⌊ficium suum hin, ut hab⌊eat plausum apud ipsum; est g⌊loria, fid⌊ucia, 'testimonium', sed apud exteros. Mir der gloria[3] nicht! Quando isti[4] deficiunt, iſt er auch verlo⌊rn, non habet gloriam, wo wil er ſich hin halten? ruente gloria alieno, ipse totus ruit. Sed sic: Ego gero hoc ministerium, sive placeat ang⌊elis; iſts recht, hab⌊eo laudem. Si fallen[5]

3 Vanae *scheint geschrieben* 5 ore *c aus* os 6 2. *c aus* 1.

[1]) *Erg.* apud Deum. [2]) *Erg.* Euangelium praedicem. [3]) *Nämlich der eitle Ruhm.* [4]) *Nämlich die, welche ihn spenden.* [5]) = *abfallen.*

Dr] carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo' etc. Illa gloria est pura et stabilis, non enim pendet a iudicio aliorum, sed a conscientia propria, quae nobis testimonium prebet nos recte docuisse, recte administrasse Sacramenta et omnia recte fecisse, ideoque non potest contaminari aut tolli.

Altera illa, quam habent κενοδοξοι, est incerta et periculosissima gloria, quia non habent eam in semetipsis, sed pendet ex ore et opinionibus vulgi. Ideoque non possunt habere testimonium propriae conscientiae, quod omnia simplici et sincero animo tantum ad illustrandam gloriam Dei et salutem animarum promovendam fecerint. Huc enim spectant, ut ipsi ex opere seu labore praedicationis suae inclarescant et glorificentur ab hominibus. Habent igitur gloriam, fiduciam et testimonium, sed apud homines, non apud semetipsos neque apud Deum. Hoc modo pii non cupiunt habere gloriam. Si Paulus habuisset laudem et gloriam apud homines, non apud semetipsum, coactus fuisset desperare, cum videbat multas Civitates, Regiones et totam Asiam a se deficere, cum videbat tot scandala et Sectas praedicationem suam sequi. Christus cum solus erat, hoc est, cum non solum a Iudaeis quaereretur ad mortem, sed etiam a suis discipulis relinqueretur, tamen solus non erat, sed Pater cum illo erat. Sic si hodie nostra fiducia et gloria penderet ex hominum iudicio et favore, cogeremur brevi tristicia animi perire; tantum enim abest, ut Papistae, phanatici spiritus et totus mundus aliqua gloria et laude dignos nos iudicent, ut etiam acerbissime oderint et persequantur nos, Item, ut ministerium et doctrinam nostram extreme blasphement et prorsus evertere nitantur. Nihil ergo habemus apud homines nisi meram ignominiam.

29 erat, quia gloriam habebat in semetipso. Sic *CDE* 33 Item, ut] imo libenter *CDE* blasphement] blasphemarent *CDE* 34 evertere nitantur] everterent *CDE*

Hs] a me, tamen hab⌊eo gloriam. Etiamsi t⌊otus mundus arriserit et ceciderit
postea, tamen maneo idem, quia opus meum probe factum et b⌊ona con-
⌊scientia coram deo. Das iſt 'g⌊loria in semet⌊ipso', das iſt not, mechtig etc..
quia E⌊uangelium nostrum est tale, quod de sua natura et de malitia Sat⌊anae
affert secum crucem et est 'verbum scandali', [Bl. 143 b] hodie accedunt, cras 1. Kor. 1, 18
abiunt. Si fundassem g⌊loriam meam ad plausum, tum etiam cecidis⌊sem.
Ideo discat praedicator gloriationem in seipso habere, non in aliorum ore.
Si venit, nimb ichs an. P⌊aulus: 'per gloriam' etc. Sunt quidam, qui vos 2. Kor. 6, 8
praedicent[1], Sed mihi est alius[2], Scilicet substantia est 'testi⌊monium con-
⌊scientiae meae'. Et specto, an syncerum meum of⌊ficium, pura doct⌊rina, an
laudetur a deo. Si hoc habeo, dico me habere g⌊loriam in meipso, hic nemo
potest auferre, ibi fundata stat in c⌊orde meo; quod alius laudat, cras potest

1) = *preisen.* 2) *Nämlich Gott.*

Dr] Sed gaudemus et gloriamur in Domino. Ideo securi et laeti summa fide
et diligentia officium, in quod constituit nos Deus quodque ei gratum esse
scimus, administramus. Hoc facientes nihil curamus, sive placeat sive
displiceat diabolo opus nostrum, sive mundus faveat sive invideat nobis.
Scientes enim opus nostrum probe factum esse, et habentes bonam conscien-
tiam coram Deo recta incedimus 'per gloriam et ignominiam, per infamiam 2. Kor. 6, 8
et laudes' etc. Hoc Paulus vocat gloriam in semetipso habere.

Et haec valde necessaria admonitio est contra hoc nocentissimum vitium,
Quia Euangelium eiusmodi est doctrina, quae de sua natura, deinde etiam
malicia Satanae affert crucem. Hinc Paulus vocare solet 'verbum crucis et 1. Kor. 1, 18
scandali'. Non habet perpetuo constantes discipulos, qui hodie accedunt et
profitentur illud, cras offensi cruce iterum deficiunt et negant illud. Ideo
qui propter plausum et laudem ex hominibus venandam docent Euangelium,
illos necesse est perire et eorum gloriam in ignominiam verti, quando populus
cessat eis applaudere. Discat igitur unusquisque doctor, ut gloriam non in
ore aliorum, sed in semetipso positam habeat. Si qui sunt, qui laudant
eum, ut vere pii solent ('Per gloriam et ignominiam' inquit Paulus), recipiat 2. Kor. 6, 8
hanc gloriam, sed velut accidens gloriae, Substantiam autem gloriae ducat
esse testimonium conscientiae suae. Is tunc probat suum opus, hoc est, nihil
solicitus de sua gloria, hoc unicum spectat, ut probe administret officium
suum, hoc est, ut pure doceat Euangelium et legitimum usum Sacramen-
torum ostendat etc. Cum ita probat opus suum, habet gloriam in semetipso,
quam nemo ei eripere potest, quia eam bene plantatam, fixam et firmatam
habet in corde suo, non ore aliorum, quos Satan potest facilime avertere et
ex eorum ore et lingua pauloante benedicente maledicentissimam facere.

*21* doctrina est *CDE*

Hs] avertere et ex ling⌊ua benedicente potest facere maledicentis⌊simam. Si vero opus verum, non potest.

Si vultis habere g⌊loriam, quaerite dextre et solide, non ponatis g⌊loriam in os alicuius sed in corde, et hoc, quando opus recte facitis; manente ea in gloria, sequetur eam aliena, si non statim, tamen suo tempore. Si econtra, sequetur etiam ignominia foris ut intus, quia quaero tantum, ut glorios⌊us sim. Ita vane gloriosi hodie Z⌊winglius, Oeco⌊lampadius, qui nihil specta⌊bant quam gloriam et extra se, non spect⌊abant, ut doct⌊rina sana, sed in ea vol⌊ebant habere mag⌊nam g⌊loriam. **Das iſt ein arme hoffart, da der T⌊eufel**
2. Moſe 20, 7 **den ars an wiſſcht**, verbo dei abuti pro plausu. 'Non erit innocens.' Econtra:
1. Sam. 2, 30 'qui ho⌊norificaverit, et ego.' 1. quaerite dei gloriam, quae est nostra, i. e. spectet, curet, stud⌊eat suum opus probum facere, ut sit suum ministerium
1. Kor. 4, 2 fidele. 'Quaeritur inter', 1. Cor. 3., esto fidelis i. e. **mach dein** opus **recht**; nihil spectes quam salutem animarum, tum opus tuum est probum, fidele; **ſo ſchaw drauff**, et habes apud te gloriam et d⌊icere potes in con⌊scientia: deo placet mea doct⌊rina, opus.

---

*3* ₡ Si   *10* verbo *c aus* g⌊loria   *über* innocens *steht* 2. praecep⌊tum

Dr] Si igitur, inquit Paulus, cupidi estis gloriae, quaerite eam dextre et solide, non ut posita sit in ore aliorum, sed in corde vestro. Hoc tum fit, cum probe feceritis officium vestrum. Ita quoque futurum est, ut gloriam, quam in vobisipsis habetis, sequatur etiam aliquando gloria apud alios. Quod si vero in aliis tantum, non in vobis ipsis gloriemini, sequetur ignominiam et confusionem illam, quam habetis intus in corde, etiam confusio foris apud alios. Hoc vidimus aetate nostra in quibusdam spiritibus phanaticis, qui non probabant opus suum, id est, non curabant, ut pure Euangelium docerent, sed eo abutebantur ad plausum vulgi contra secundum praeceptum. Ideoque internam ipsorum confusionem secuta est etiam externa, Iuxta illud:
2. Moſe 20, 7 'Non habebit Dominus eum insontem, qui vane usurpaverit nomen ipsius',
1. Sam. 2, 30 Item: 'qui me contemnunt, erunt ignobiles'. Contra, si primum gloriam Dei quaerimus per ministerium verbi, certo sequetur etiam gloria nostra, Iuxta illud: 'Qui me honorificaverit, glorificabo eum'. Summa, Unusquisque probet, id est, diligenter curet, ut suum ministerium fidele sit, nam hoc
1. Kor. 4, 2 maxime requiritur in ministris verbi, 1. Corin. 4. Quasi dicat: Quisque studeat hoc unum praestare, ut pure et fideliter doceat verbum, nihilque spectet quam gloriam Dei et salutem animarum, tum opus suum fidele et solide bonum est habetque in conscientia sua gloriam, eam videlicet, quod cum fiducia potest dicere: Haec doctrina et ministerium meum placet Deo, Quae profecto excellens et magnifica gloria est etc.

Potest autem illa sententia etiam comode applicari ad opera in quocunque vitae genere a piis facta. Ut, qui Magistratus, Paterfamilias, Servus,

Hs] Sic in aliis op⌊eribus vitae. Si paterf⌊amilias, mag⌊istratus, auditor, praecep⌊tor, fac opus tuum et mane in tua voc⌊atione, illam fideliter exerce. Et frag nicht darnach, an ſchaden leiden, et pot⌊es dicere: fui praecep⌊tor, cum omni fide tractavi, feci, quod potui, ideo certum, quod placeat. Si calumniatur ho⌊mo, nihil nocet. [Bl. 144$^a$] sic muſſen omnia b⌊ona o⌊pera contemp⌊tum, cal⌊umniam, ingra⌊titudinem haben. Ideo spectemus nihil aliud quam opus. Deus dix⌊it, quod velit destruere calumniatorem, 'finis eorum Phil. 3, 19
confusio', 'Insipientia' etc. Per quem? Iudicem deum. Ita Ps.: 'Educet 2. Tim. 3, 9 Pſ. 37, 6
tanquam merid⌊iem'; Item: quid volunt obscu⌊rare. Si non opus nostrum probum, ſo wirſt zu ſchanden; alibi 1. Cor.: 'stipula, aurum'. 1. Kor. 3, 12

'In semet⌊ipso', ſo ſols an allen ſein, ut glorientur apud se, sed tamen in deo, quod meum verbum sit Suum et opus. Das mus da vor ſein: contra odibile vitium vanae g⌊loriae.

1 ¶ Sic[1] 7 calumniatorem c *aus* calumniatori 8 Ps.] prop⌊heta 10 ſchanden] ſanden 11 gloriantur

[1]) *Dieser Marke entsprechend der Abschnitt unten im Druck S. 152, 38.*

Dr] Praeceptor, discipulus etc. est, maneat in vocatione sua ac in ea probe et fideliter officium suum faciat, nihil solicitus de his, quae extra vocationem suam sunt. Hoc faciens habet gloriam in seipso, ut dicere possit: Summa qua potui fide et diligentia feci opus vocationis divinitus mihi mandatum, ideoque scio hoc opus in fide et obedientia Dei factum placere Deo. Si id calumniantur alii, parum refert. Semper enim sunt, qui contemnunt et calumniantur doctrinam et vitam piam. Sed Deus saeveriter minatus est se destructurum calumniatores. Ideo cum tales diu anxie quaerunt vanam gloriam et vere pios suis calumniis conati sunt obscurare, accidit illis, quod Paulus dixit: 'Quorum gloria confusio erit', Et alibi: 'Insipientia eorum nota Phil. 3, 19 2. Tim. 3, 9
fiet omnibus.' Per quem? Per Deum, iustum Iudicem, qui, ut illorum calumnias traducet, ita piorum 'iusticiam educet sicut meridiem', Psal. 37. Parti- Pſ. 37, 6
cula 'in semetipso', ut hoc etiam obiter admoneam, sic accipienda est, ne tamen excludatur Deus, Ut scilicet unusquisque sciat opus suum, in quocunque tandem pio vitae genere sit, esse divinum opus, quia est opus vocationis divinae, habens mandatum Dei.

Unusquisque enim suum onus portabit. 6, 5

Est quasi ratio superioris sententiae, ne quis innitatur aliorum iudiciis de se, Quasi dicat: Extrema dementia est, quod quaeris gloriam in aliis et

15 de his operibus, quae *CDE* 15/16 extra *bis* sunt] non sunt vocationis suae *CDE* 16 ut dicere possit] Potest enim dicere *CDE* Summa *fehlt CDE* 20 piam] piorum *CDE* saeveriter] severe *CDE* 22 conati sunt] conantur *CDE*

Hs] 6, 5 'Unusquisque': Das gehort da zu. Quid est, quod alter alteri fidit, tum einer potest alteri helfen in ext⌊remo d⌊ie? Ipsi volunt vehi laud⌊em alicui. Sed quando venit ad ext⌊remum diem, horam mortis, isti lauda⌊tores non werden tuum onus tragen, sed tu. Ideo cog⌊ito, quod deus non res⌊piciet meos laudatores, sed meum onus portabo, et vid⌊eo, an apud meipsum hab⌊eam gloriam in deo, quia morientib⌊us nobis cessant istae voces laud⌊antium. Sed morior, venio ipse, appareo c⌊oram iud⌊ice, scio, quod dilig⌊enter feci, quia factum secundum vocationem.

Scimus r⌊emissionem p⌊eccatorum ſolle ghen super omnia opera. Ministeria b⌊oni pastoris sunt bona et solida respectu vani glo⌊riosi: Pomerani est rectum, Z⌊winglii est vana gloria: hic synceritas; loquitur de colla⌊tione vero⌊rum operum, qui quaerunt apud deum g⌊loriam, non ho⌊minum. Quando

2 (h⌊abere) vehi  9 ℭ Scimus[1]  *über* super omnia opera *steht* de quo non iam *zu 11/12* hec omisi, non potui legere[2]

[1]) *Dieser Marke entsprechend der Abschnitt im Druck Z. 25.* [2]) *Diese Erklärung Rörers, er könne seine Schnellschrift an dieser Stelle selbst nicht lesen, bezieht sich auf die beiden Worte* colla⌊tione vero⌊rum. *Dem Sinne nach findet sich aber der Gedanke im Druck S. 155, 15ff.*

Dr] non in temetipso. In agone enim mortis et novissimo Iudicio nihil proderit tibi, quod alii te laudaverint. Nam onus tuum alii non portabunt, sed tu stabis ad Tribunal Christi et solus portabis onus tuum. Ibi nihil iuvare te poterunt laudatores tui, nam morientibus nobis cessant istae laudantium Röm. 2, 16 voces. Ac 'in illo die, quo iudicabit Dominus occulta hominum', stabit testimonium conscientiae pro te aut contra te, Contra te, si habueris gloriam in aliis, Pro te, si eam habueris in temetipso, hoc est, si conscientia tua testimonium tibi praebuerit, quod probe et fideliter administraveris ministerium verbi, spectando tantum gloriam Dei et salutem animarum, Vel tuum officium secundum vocationem recte feceris. Et illa verba: 'Unusquisque portabit iudicium suum', satis vehementia sunt, quae certe perterrefacere nos deberent, ne inanis gloriae cupidi essemus.

Porro observandum est nos hic non versari in loco iustificationis, ubi nihil valet nisi mera gratia et remissio peccatorum, quae sola fide suscipitur. Ubi omnia opera, etiam illa, quae sunt optima et secundum divinam vocationem facta, opus habent remissione peccatorum, quia perfecte non facimus ea. Sed haec alia caussa est. Non agit hic de remissione peccatorum, sed confert vera et hypocritica opera. Quare ista sic debent accipi, Quod, etsi opus seu ministerium pii Pastoris non tam perfectum sit, quin indigeat remissione peccatorum, tamen in se probum et perfectum est respectu

26/27 suscipitur] apprehenditur *CDE*

Hs] venit ad con⌊scientiam, nihil; tamen scire deb⌊eo, opus meum factum in ve⌊ritate et synce⌊ritate et voc⌊atione divina, et verbum non corrup⌊i, sed servavi purum, docui, sicut est. Das wird 'onus tragen'. De bene administrato ministe⌊rio et of⌊ficio et vita bene peracta oportet certe opera hab⌊ere, quae novimus bona. Paterfa⌊milias muſs wiſſen, quod bonum opus suum opus. Eatenus confidendum in opera, quod scimus grata coram deo. Das were ein recht kunſt, quia meus laudator wird mich nichts helffen, sed quisque pro se stabit.

Hoc vitium hat yhm wehe gethan et ſchaden. [Bl. 144ᵇ] Et valde peric⌊ulosum vitium. Non titil⌊lari suis laud⌊ibus, est peric⌊ulosum et nemo potest resistere, nisi hab⌊eat s⌊piritum s⌊anctum, alii omnes cadunt. Spirituales dicunt: Hoc facio, scio, quod divina voc⌊atio, nihil res⌊picio quam salutem animarum et deum in synce⌊ritate et veritate.

Ordinat ecclesias: 'doct⌊oribus'. adhuc reg⌊ula discip⌊ulo: debet imper- 6, 6

2 non *fehlt* 3 *über* wird *steht* heiſt 9 ¶ Hoc[1] 14 *über* Ordinat *die Ziffer* 2 *über* doct⌊oribus *die Ziffer* 1[2]

[1]) *Der Marke entsprechend der Abschnitt im Druck Z. 26.* [2]) *D. h.* doct⌊oribus *soll als Textwort voranstehen.*

Dr] ministerii vane gloriosorum. Sic nostrum ministerium est probum et solidum, quia gloriam Dei et salutem animarum per illud quaerimus, non item phanaticorum spirituum, illi enim gloriam suam quaerunt. Quanquam igitur nullum opus conscientiam possit tranquillam reddere coram Deo, tamen necesse est nos certo posse statuere, quod opus nostrum fecerimus in sinceritate, veritate et vocatione divina, hoc est, quod verbum Dei non corruperimus, sed illud pure docuerimus etc. Hoc conscientiae testimonio de ministerio recte administrato et vita etiam bene peracta nobis opus est. Eatenus igitur gloriari debemus de operibus, quatenus scimus ea mandata a Deo et ei grata esse. Unusquisque enim in extremo iudicio portabit onus suum, ideo alieni laudatores ibi non proderunt.

Hactenus insectatus est pestilentissimum vitium vanae gloriae, ad quod depellendum nemo tam firmus est, qui non assidua oratione opus habeat. Quis enim etiam pius non delectatur laudibus suis? Solus Spiritus sanctus conservare nos potest, ne illa peste inficiamur.

Communicet autem is, qui catechisatur verbo, ei, qui se catechisat, in omnibus bonis. 6, 6

Hic concionatur discipulis, ut impertiant omnia bona Doctoribus. Olim saepe miratus sum, cur Apostolus tam diligenter praeciperet Ecclesiis, ut

16/17 non *bis* spirituum] Contra phanaticorum spirituum non est tale *CDE* 17 illi enim] quia *CDE* 32 discipulis seu auditoribus verbi, ut *CDE*

Hs] tire suo praecep⌊tori o⌊mnia bona. Das hab ich vorzeiten gehalten pro lecher⌊lich ding, quod praecip⌊eret Ecclesiis, ut alerent suos Apostolos. Tempore Papae non solum donab⌊antur, sed affflueb⌊ant, videtis quantas moles, stupuimus. Is dedit arcem, domum, hortum, fl⌊orenos. Das was[1] affluere. Ideo cogitab⌊am, das P⌊aulus vergeblich[2] redte etc., sed putabam, man ſol den auditoribus weren, ut non doceatur. Sed videmus iam, quam wenig. Quia tum docto⌊res falsitates[3], illic Pap⌊a, Ep⌊iscopi, Reg⌊es, p⌊rincipes, monachi, domini. Iam E⌊uangelio orto videtur, quantus labor. Iam in toto orb⌊e non est ec⌊clesia, quae suos alat, sed de bonis Pap⌊ae.[4] Turpe est, quod P⌊aulus Ap⌊ostolus mus ſo viel wort verliern umb einer partecken;

---

*3* ⟨a⟩ Papae *4* domum *c aus* domus *6* docetur *9* ⟨Iam quando lego⟩ Turpe

[1]) = *war.* [2]) = *unnötig.* [3]) *Erg.* docuerunt. [4]) *Zum Sinn vgl. im Druck unten Z. 29 ff.*

Dr] Doctores suos alerent. Videbam enim in Papatu mira largitate omnes conferre omnia ad extruenda magnifica templa, ad stipendia amplificanda augendosque reditus illorum, qui sacra tractabant. Hinc et Episcoporum et aliorum clericorum dignitas atque opes sic creverunt, ut passim occupaverint cultissimas et optimas terras. Existimabam igitur Paulum frustra haec praecepisse, cum omnia bona clericis non solum abunde donabantur, sed etiam largissime affluebant. Ideoque potius dehortandos homines cogitabam, ne amplius darent, quam adhortandos, ut darent. Videbam enim ista nimia hominum largitate crescere avariciam clericorum etc. Sed nunc cognoscimus caussam, cur prius abundaverint omnibus bonis, iam egeant Pastores et verbi ministri.

Prius, cum impia et falsa docerentur, tam abunde affluebant omnia, ut ex Patrimonio Petri, qui negat se argentum et aurum habere, et ex spiritualibus, ut vocant, bonis Papa, Caesar, Cardinales et Episcopi etc. Reges et Principes mundi facti sint. Nunc autem, cum Euangelium doceri est coeptum, tam divites sunt professores ipsius, quam olim fuerunt Christus et Apostoli. Experimur igitur, quam egregie servetur hoc praeceptum de alendis doctoribus verbi, quod Paulus hic et alibi tam diligenter urget et inculcat auditoribus. Nulla iam Civitas est, quae quidem nobis sit nota, quae suos doctores alat, sed omnes aluntur de bonis, non quae Christo, cui nemo aliquid dat (Natus enim utitur praesepi loco lectuli, cum ipsi non sit locus in diversorio; Conversans in terris non habet, ubi caput suum reclinet; Postremo spoliatus vestibus, nudus in cruce inter duos latrones pendens miserrime moritur), sed quae Papae [Bg. cc] donata sunt pro suis abominationibus, quia oppresso Euangelio humanas traditiones docuit et impios cultus instituit.

Et quoties lego Pauli adhortationes, in quibus concionatur Ecclesiis, ut vel suos Doctores alant, vel ut conferant aliquid pro sublevanda inopia

Hs] loquitur de Ec⌊clesia Cor⌊inthiorum: 'non propter nos?' 'merced⌊es mere- 1. Kor. 9, 10 Micha 1, 7
⌊tricis', gut gelt gibt man, — praedicato⌊res darb⌊en econtra. Ziehen omnes manum.[1] Iam est rapere, furari et nequis⌊simi etc. Ideo vid⌊etis, quam neces⌊sarium est praecip⌊ere Ec⌊clesiae, ut pastores suos alat, quia, quando dei gratia praedicatur, tum irascitur diab⌊olus. Was aber draus folgen wird, vide. In vet⌊ere T⌊estamento praeceptum, ut alerent Levitas. S⌊piritum S⌊anctum quando diab⌊olus non potest opprimere virib⌊us, mend⌊aciis ps⌊eu-

1 *vor* nos *am Zeilenanfang nochmals* non   *zu 1/2* Mich. 1, *7*   *2* man *o*   Ziehen] Ziehet   *7* mend⌊aciis] —ed⌊   *über* mend⌊aciis *steht* ſchwer⌊mer

[1]) *Erg.* zurück.

Dr] Sanctorum in Iudaea, soleo vehementer admirari et pudore suffundi, quod tantus Apostolus coactus sit tam multis verbis uti, ut hoc beneficium ab Ecclesiis impetraret. Ad Corint. agit hanc rem duobus integris Cap. Ego 1. Kor. 9, 10 non libenter velim Vuitebergam, quae ad Corinthum plane nihil est, sic infamare, sicut ipse infamavit Corinthios tam anxia et solicita emendicatione victus pro pauperibus. Sed ea fortuna est Euangelii, quando docetur, non solum nemo quicquam dare vult pro sustentandis ministris ipsius et conservandis scholis, sed omnes incipiunt rapere, furari, imponere alii aliis variis artibus, Summa, homines videntur degenerasse subito in immanes bestias. Contra quando doctrinae daemoniorum praedicantur, homines vere prodigi fiunt et omnia sponte offerunt suis seductoribus. Prophetae idem peccatum exprobrant etiam Iudaeis, quod piis Sacerdotibus et Levitis aegre victum, impiis omnia affluenter dederint.

Quare nunc primum intelligimus, quam necessarium sit hoc praeceptum Pauli de alendis ministris Ecclesiarum. Satan enim nihil minus ferre potest quam lucem Euangelii, ideo lucente ea excandescit et totis viribus conatur eam extinguere. Hocque tentat duplici via, Primum mendaciis Haereticorum et armis Tyrannorum, Deinde inopia et fame. Cum vero Satan hactenus in nostris terris per Haereticos et Tyrannos Euangelium opprimere non potuit, tentat alteram viam, ut videlicet ministris verbi victum subtrahat, ut inopia et fame coacti deserant ministerium suum atque ita cum tempore populus miser verbo privatus degeneret prorsus in bestias. Et Satan horrendissimum malum hoc, ut eo citius veniat, vehementer urget per impios Magistratus in Civitatibus et Nobiles in rure, qui bona Ecclesiarum, ex quibus ministri Euangelii debebant vivere, rapiunt et in malum usum transferunt. 'De mercedibus meretricis', inquit Propheta Micheas, 'ista bona Micha 1, 7 congregata sunt, ideo ad mercedem meretricis revertuntur.' Deinde Satan

*15* imponere] circumvenire *CDE*   aliis] alios *CDE*   *16* degenerasse] degenerare *CDE*
*25* Satan *fehlt CDE*   *26* terris, gratia Dei, per *CDE*

Hs] doapostolorum, — fame greifft ers an, et hodie fit. Si R[otten et nob[iles non possunt auferre, etc. Et leid[1], quod 1 d[enarium.[2] Ideo fiet: qui
1. Kor. 9, 11 instruitur verbo, particip[et spiritualibus. P[aulus: 'magnum, si'. Et fiunt divites per nos, et nolunt carnalia etc. Iudicium sequetur, ut nec carnalia nec spiritualia hab[eant, et nos servabimus utrumque. quia muſſen mit eſſen. Si non dant, signum, quod amiserint verbum et excommunicati. Impossibile, quod fidelis Christianus ferre possit famem sui pasto[ris, ehr[3] riß ehr[4] ex collo.[5] Sed quia diversum fit, Nob[iles et Cives etc., ergo excommunicati, quia contemnunt et rapiunt ministro dei vitam spi[ritualem. [Bl. 145[a]] P[aulus verſihets ſich auch ad Gal[atas, quod nihil pasto[ri daturi. Ideo iſts plage,

2 non *fehlt* *zu* 5 Ps. 8. *[V. 7ff.]* *r* 8 etc. *o* excommunicati] excoiati 9 *am oberen Rande der Seite steht der Buchstabe* Q *als Lagenbezeichnung* *ebenfalls am oberen Rande steht:* Vide Esa[iam fol. 43.

1) *Sinn:* es tut ihnen leid. 2) *Erg.* darent. 3) = *eher.* 4) = *er.* 5) *Erg.* ſich das Hemd.

Dr] privatim abducit homines etiam bonos ab Euangelio nimia saturitate. Illa enim diligens et quotidiana tractatio verbi nauseam et contemptum plerisque affert, qui paulatim postea negligentes fiunt ad omnia officia pietatis exercenda. Item nemo liberos suos iam adhibet ad bonas, multo minus sacras literas discendas, sed ad questuosas tantum artes. Ista omnia molitur Satan in hunc finem, ut Euangelium in nostris regionibus opprimat, etiam sine vi Tyrannorum et dolis Haereticorum.

Non frustra igitur monet Paulus auditores verbi, ut Doctoribus suis
1. Kor. 9, 11 communicent in omnibus bonis. 'Si nos', inquit ad Corinthios, 'vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?' Debent igitur auditores in carnalibus ministrare illis, a quibus spiritualia acceperunt. Sed Rustici, Cives et Nobiles abutuntur hodie doctrina nostra tantum ad parandas opes. Antea regnante Papa nemo erat, qui quotannis non pendebat aliquid Sacerdotibus pro anniversariis, ut vocabant, Missis, Vigiliis etc. Habebant et Fratres mendicantes suam partem. Auferebant Romanae merces et quotidianae oblationes etiam aliquid etc. Ab istis et aliis infinitis exactionibus liberati sunt homines nostri per Euangelium. Sed tantum abest, ut grati sint pro ista libertate, ut prorsus ex prodigis largitoribus facti sint fures et raptores, qui neque Euangelio neque ministris ipsius neque pauperibus sanctis vel unum assem darent. Quod certissimum signum est eos iam amisisse verbum et fidem et excommunicatos esse a nostris bonis, Quia impossibile est, quod vere pii ferre possint Pastores suos inopia laborare. Quia vero gaudent et

24 vocabant, item pro Missis *CDE* 26 oblati-||, *am Zeilenanfang dann* ones *weggefallen A* 31 et *bis* bonis] et, in summa, nihil spiritualium bonorum habere *CDE*

Hs] quod hab⌊ent ps⌊eudoapostolos. Qui deo non vult dare 1 h⌊eller, det diab⌊olo fl⌊orenum, qui non unam horam deo, diab⌊olo annum, — nulla iustior lex. Iam videmus, verbum cum hab⌊emus, quid sit diab⌊olus, mundus.

'In omnib⌊us b⌊onis': non quod omnia eis proiiciantur, sed ut hab⌊eat ſein not⌊durfft et zimlich eſſ⌊en et kleider, ſchuh.

'Nolite' etc.: Der ſ⌊rom man P⌊aulus mus den locum ſo ſeer vrgirn de 6, 7 alendis pasto⌊ribus. Adh⌊uc increpat et minatur. Nonne tangit mores acu nostratium? Stellen ſich an, halten v⌊nſern h⌊errn G⌊ott fur ein narrn. Si modo kunden thun, apud princip⌊es, certe conculcas⌊sent iamdudum, p⌊opulus propensus. Sie ſtellen ſich nicht aliter, quam esset lud⌊um nostrum ministe-

*1* non *o* *2* non *fehlt* *9* p⌊opulus, *oder gestrichen?* *10* ſich] ſie

Dr] rident hodie, quando Pastores adversi aliquid patiuntur, et denegant eis victum aut ea fide non dant, qua deberent, certum est eos deteriores esse Gentibus. Sed quae calamitates istam ingratitudinem secuturae sint, brevi Röm. 15, 27 experientur. Utraque enim amittent, carnalia et spiritualia. Nam hoc peccatum necesse est gravissimas poenas consequi. Et profecto puto ob nullam aliam caussam Ecclesias in Galatia, Corintho etc. per Pseudoapostolos sic turbatas esse, quam quod suos veros doctores neglexerint. Tandem ita rectissime fit, ut, qui Deo negat obulum offerenti omnia bona ac vitam aeternam, Is postea diabolo, offerenti omnes calamitates et mortem aeternam, det aureum. Qui Deo non vult servire in modico cum suo maximo commodo, is serviat diabolo in maximo cum summo suo detrimento. Iam primum videmus lucente verbo, quid sit diabolus et mundus.

Quod autem dicit: 'In omnibus bonis', non sic accipiendum est, ut singuli omnia sua bona communicent doctoribus suis, sed ut liberaliter eos alant, quantum satis sit ad vitam commode tuendam. Vocabulum 'Catechumenus' iis, qui graece sciunt, notum est.

Nolite errare, Deus enim non irridetur. 6, 7

Apostolus tam serio hunc locum de alendis doctoribus urget, ut increpationi et adhortationi etiam comminationem addat, dicens: 'Deus non irridetur.' Tangit autem acu mores nostratium, qui securissime ministerium nostrum contemnunt, putant enim illud esse iocum ac ludum quendam. Ideoque (praecipue Nobiles) hoc agunt, ut suos Pastores sibi, tanquam viles servos, obnoxios faciant. Et nisi haberemus tam pium et amantem veritatis Principem, iamdudum ex his terris exturbassent nos. Exclamant (quando Pastores postulant mercedem suam aut queruntur se inopiam pati): Sacerdotes avari

*17* Tandem ita *fehlt CDE* *19* postea *fehlt CDE* offerenti *bis* aeternam] autori omnium malorum et mortis *CDE* *25* sit] est *CDE* *30/31* nostrum ministerium *CDE*

Hs] Pſ. 2, 4 ⌊rium. 'yhrret': brauet werlich hart. non ridetis, sed 'ipse subsannabit' vos. Ipse numerat catalogum instructis⌊simum: quando dare debent, sunt avari et imponunt nobis ſchuld: wenn man nicht wil leiden, qualis pastor! Non me doct⌊orem[1]; es gilt: wer den andern etc.[2] Invenies, quod tu geirt[3] et teipsum gedeuchſt.[4] Si ista dicuntur R⌊ottensibus, nob⌊ilibus, mag⌊istratibus, non audiunt. Nos fecimus nostrum of⌊ficium, sunt admoniti. Est melius pati quam facere iniuriam, quia patientia est semper innocens. Ex parte nostra patientia eorum[5] opus. Si etiam deus tenuiter pascat, tamen non fame.[6] In diebus famis furet hin[7], non werden etc.[8]

6, 8 'Quaecunque homo seminat': Omnia da hin ad locum de alendis pasto⌊ribus. Tales locos vngerne lege⌊bam, quia videntur nos commendare et est

1 non ridetis *o*

[1]) *Vgl. hier unten Anm. 1.* [2]) *Wohl zu ergänzen:* eine Grube gräbt, fällt ſelbſt hinein, — *im Sinn von: Gott wird sie dafür strafen, daß sie die Pastoren hungern lassen.* [3]) = *geirrt.* [4]) = *getäuscht.* [5]) Genitivus obiectivus. [6]) *Zum Sinn vgl. im Druck Z. 25f.* [7]) *Im Sinne von Ps. 23, 2.* [8]) *Erg.* perire.

Dr] sunt, omnibus bonis abundare volunt, nemo inexpletam eorum avariciam potest satiare. Si vere Euangelici essent, nihil proprii tenere, sed pauperes pauperem Christum sequi et omnia indigna ferre deberent etc. Eiusmodi suavibus hominibus, qui talia agunt et tamen interim videri volunt Euangelici et Deum religiose colere, non subsannare, horribiliter hic comminatur Paulus. 'Ne erretis', inquit, 'Deus non irridetur'. Quasi dicat: Vos certe non Deum, sed vosipsos decipietis. Non ridebitis Deum, sed Deus ridebit
Pſ. 2, 4 vos, Psal. 2. Et notus est versiculus: Non me Doctorem, sed te deluseris ipsum.[1] Sed ferox Nobilitas et Rustica gens hac horribili comminatione nihil plane moventur, sentient tamen, cum periculum mortis instabit, an nos (imo non nos, sed ut Paulus hic ait, Deum ipsum), an seipsos luserint. Interim, quia ipsi nostra monita superbe contemnunt, dicimus ista in nostram consolationem, ut sciamus melius esse pati iniuriam quam facere, pacientia enim est semper innocens. Deinde Deus non sinet nos ministros suos fame perire, sed cum divites egent et esuriunt, pascet et in diebus famis saturabit nos.

*15/16* suavibus *bis* subsannare] tyrannis et subsannatoribus Dei, qui summa securitate miseros pastores rident, interim tamen videri volunt Euangelici et Deum non subsannare, sed summa religione colere *CDE* *17* Quasi *bis* certe] id est, non patitur se irrideri in suis
Luk. 10, 16 ministris. 'Qui', inquit, 'vos spernit, me spernit', et ad Samuelem: 'Non te, sed me abiece-
1. Sam. 8, 7 runt' etc. Ut maxime igitur ad tempus differt vindictam, tamen suo tempore inveniet vos et puniet contemptum verbi et acerrimum odium vestrum in ministros eius. Ideo *CDE* *18* decipietis] decipitis *CDE* Deus] ipse *CDE* *20* et Rustica gens] cives et rustici *CDE* *24* facere] inferre *CDE*

[1]) *Thiele Nr. 289.*

Hs] est species avariciae. Et tamen debent ec⌊clesiae alimentum et vest⌊itum suis ministris, et hoc p⌊raeceptum eis imponendum et con⌊scientia gravanda, ut sciant pasto⌊res, se merito accip⌊ere. Christus: 'Dignus', 'Edentes'. Ideo Luk. 10, 7 dice⌊ndum ad liberandas nostras con⌊scientias: 'qui servit altari', 'quia 1. Kor. 9, 13 f. dominus ordinavit'. Ideo dominus bene facit, cum turba nihil wil thun, deus transfert bona Aeg⌊yptiorum i. e. pfar⌊ren in bonam usum. Aug⌊ustinus non vol⌊uit pascere sua ec⌊clesia. Ipse ſchlug ym aliquot media fur etc. sed non, qui debet lab⌊orare diu et nocte in verbo, et ultra hoc lab⌊oret, quando vult. [Bl. 145[b]] si nunquam insp⌊icit, fit frigidus. Sciamus cum b⌊ona con⌊scientia et vol⌊untatem et praecep⌊tum dei nhemen, ne quis sibi scrupulum.

Iam facit similitudinem. Illam alleg⌊oriam applicat, ut exho⌊rtetur ad seminandum. Est generalis s⌊ententia et applicat ad sententiam de alendis

2 gravanda] gravada    8 *unter* hoc *steht am unteren Seitenrand:* praedicare.

Dr] Quae enim seminaverit homo, haec et metet.

Ista omnia pertinent ad locum de alendis ministris. Ego istiusmodi sententias non libenter interpretor, videntur enim nos commendare, ut re vera nos commendant. Deinde speciem quandam avariciae habet, si quis diligentius ista inculcet auditoribus. Docendi tamen sunt homines etiam de hac re, ut sciant se honorem et victum debere Doctoribus suis. Idem Christus docet Lu. 10.: 'Edentes et bibentes', inquiens, 'quae apud illos Luk 10, 7 sunt, Dignus enim est operarius mercede sua', Et Paulus alibi: 'An nescitis, 1. Kor. 9, 13 f. quod hi, qui in sacrario operantur, ex hostiis vivunt, Et qui altari serviunt, cum altari participant? Sic et Dominus ordinavit, ut, qui Euangelium annunciant, inde vivant.' Haec etiam prodest nobis, qui sumus in ministerio, scire, ne mala conscientia laboris nostri mercedem accipiamus, quae numeratur nobis ex Papae bonis. Quae quanquam per meram imposturam congregata sunt, tamen Deus, spolians Aegyptios, hoc est, Papistas bonis suis, transfert ea in pium et bonum usum, non quando Nobiles ea rapiunt et transferunt in abusum suum, sed quando ii, qui gloriam Dei annunciant et qui pie instituunt iuventutem, inde aluntur. Fieri enim non potest, ut unus homo et laboribus domesticis ad parandum victum diu noctuque possit vacare et simul versari in studio sacrarum literarum, sicut officium docendi postulat. Sciamus igitur nos bona conscientia (quia Deus hoc mandavit et ordinavit) posse frui iis, quae nobis ad vitam comode sustentandam de bonis Ecclesiasticis prebentur, ut officio nostro vacare possimus. Nemo igitur hac de re scrupulum sibi iniiciat, quasi illis bonis non liceat uti.

25 ne *bis* accipiamus] ne pro labore nostro mala conscientia accipiamus mercedem *CDE*    26/27 congregata] coacervata *CDE*    28 ea in nostris locis in *CDE*    29 suum *fehlt CDE*

Hs] ministris etc. Ibi q⌊uaestio: U⌊trum per opera mereatur Salutem? alibi.[1] P⌊aulus: oportet fiant exhort⌊ationes tales: qui exerce⌊et fidem et facit b⌊ona o⌊pera, habet v⌊itam ae⌊ternam.

'Seminat': i. e. qui v⌊ult heiſſen: freſſe gar[2], i. e. qui non alit ministros, sed solus devorat, 'seminat in c⌊arne', i. e. facit opera, quae suadet sibi sua c⌊aro. 'metet': non solum in fut⌊ura, sed hac v⌊ita, ſol yn hundert T⌊eufel[3] hin ghen, et statim maledictio druber ſprechen. Sol ein ſcharh⌊ans[4] vel fur.[5] Lib⌊enter vellet exhor⌊tari, ut essent largi erga suos pasto⌊res. Sey es Gott ym celo klagt, quod hoc docendum Ec⌊clesiis etc.

Hunc tex⌊tum gefurt Encratitae: P⌊aulus dicit ad Gal⌊atas: 'qui seminat', — i. e. qui dux⌊it ux⌊orem; ergo uxor est res damnata et matrimonium

9 *vor* Gott *steht* G⌊ott von *[erg.* uns; *Schreibunstimmigkeit]* docendum *c aus* doce⌐ [= docemini] *10* Encratitis

1) *Nämlich oben bei Kap. 3; vgl. im Druck unten Z. 20f.* 2) *= verschlinge;* Garfreſſer *= Menschenfresser Unsre Ausg. Bd. 34², 4, 11.* 3) *Erg.* Namen; *vgl. Unsre Ausg. Tischreden 1, 317, 8 und Nachträge; Bd. 15, 395, 28.* 4) *= oben S. 79, 27.* 5) *Erg.* ſein und bleiben.

Dr] Quoniam, qui seminat in carne, de carne metet corruptionem, Qui autem seminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam aeternam.

Addit similitudinem et allegoriam. Generalem autem hanc sententiam de seminando applicat ad particularem illam caussam de alendis ministris, dicens: 'Qui seminat in Spiritu', id est, qui alit Doctores verbi, is facit spirituale opus et 'metet vitam aeternam.' Hic quaestio est, Utrum per bona opera mereamur vitam aeternam? Id enim Paulus videtur hoc loco asserere. De sententiis, quae de operibus et mercede loquuntur, supra Cap. 3. satis diligenter et copiose disputavimus. Valde autem opus est exhortari, exemplo Pauli, credentes ad bene operandum, hoc est, ad exercendam fidem bonis operibus, ea enim nisi sequantur fidem, certissimum signum est fidem non esse veram. Dicit igitur Apostolus: 'Qui seminat in carne' (Quidam legunt: 'in carne sua'), id est, qui nihil communicat ministris verbi, sed se solum bene pascit et curat (Id quod caro suadet), 'ille de carne metet corruptionem', non solum in futura, sed etiam praesenti vita. Dilabuntur enim bona impiorum et tandem ipsi turpiter pereunt etc. Libenter exhortari vellet Apostolus auditores, ut largi et benefici essent erga Doctores suos. Est autem valde miserabilis res, eam esse hominum maliciam et ingratitudinem, quod opus sit ista admoneri in Ecclesiis.

Encratitae abusi sunt hoc loco pro confirmanda phanatica opinione sua contra coniugium atque eum hoc modo interpretati sunt: 'Qui seminat in carne, metet corruptionem', Id est, qui ducit uxorem, damnabitur. Ergo

*15* applicat] accommodat *CDE* *27* tandem et *CDE* *28* erga] in *CDE*

Hs] mal⌊um, quia in eo fit seminatio in c⌊arne. Non viderunt de alendis ministris et 'seminatione in spiritu'. Si celib⌊es sunt iusti, scortatio.[1] Diab⌊olus cum sua astutia simp⌊licia corda subvertit. Sic venient alii. Non loquitur hic de coniugio, sed de benefaciendo ministris, das heiſt er 'seminare in spiritu'; Econtra corradere iſt 'in c⌊arne'; et optat ei ſegen, maled⌊ictum hie et dort.

Econtra.[2] Iam wil er das ding ziehen ad generale', et est exhort⌊atio 6, 9
generalis et finis Ep⌊istolae. Non efficiamur taediosi. semel facere beneficium, — annum. Ideo laſt euch nicht verdrieſſen, guts zu thun, non solum ministris, sed etiam o⌊mnibus fratrib⌊us, quia veniet etc.[3]; spectetis messem, et non etc.[4] Er wolt ſie gern from machen.

---

7 ziehen] ziehe

[1]) *Erg.* matrimonium est. [2]) *Für den Text Vers 9, der das Gegenteil von dem letzterwähnten* 'seminare in carne' *empfiehlt.* [3]) *Erg.* 'tempus' *usw.* [4]) *Zum Sinn vgl. im Druck S. 164, 12f.*

---

Dr] uxor est res damnata et matrimonium est malum, quia in eo fit seminatio in carne. Turpes illae bestiae adeo omni iudicio caruerunt, ut non viderint, quid ageret Apostolus. Ista ideo admoneo, ut videatis diabolum facilime posse avertere a veritate corda simplicia per suos ministros. Tales infinitos brevi habebit, imo iam multos habet Germania, quia pios alibi persequitur et occidit, alibi negligit. Contra hos et similes errores muniamus nos et discamus germanam sententiam Scripturae concipere. Loquitur autem Paulus, id quod videre potest homo communi tantum sensu praeditus, non de coniugio, sed de alendis Ecclesiarum ministris. Et quanquam illud alere corporale sit, vocat tamen 'in spiritu seminare'. E contra corradere et sua quaerere, vocat 'in carne seminare'. Hos pronunciat in praesenti et futura vita benedictos, illos vicissim in praesenti et futura vita maledictos fore.

Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo 6, 9
metemus non deficientes.

Conclusurus Epistolam a specie ad genus transit, et in genere ad omne bonum opus hortatur, Quasi dicat: Non solum erga ministros verbi, sed etiam erga omnes simus liberales et benefici, idque sine defatigatione. Nam facile est semel atque iterum benefacere, sed perdurare nec vinci ingratitudine aut malicia eorum, quibus benefacias, hoc opus, hic labor est. Ideo non solum adhortatur nos ad benefaciendum, sed ut benefacientes non defatigemur. Et ut hoc nobis facilius persuadeat, addit: 'Tempore enim suo

---

17 negligit et in summa inopia vivere sinit. Contra *CDE* 30 benefacias] benefeceris *CDE*

Hs] 6, 10 'Igitur dum tempus': Das iſt conclusio. exhort⌊atur ad alendos pasto⌊res et largiendam ele⌊emosynam omnibus. Erit tempus, quod non poteritis, Ut si venit tempus hereticorum, tum omnia facta sunt perdita. Ideo dum scimus, quomodo credere, operari, exercete fidem. Si doct⌊rina ablata, tum opera, vita, passio, mors verlorn. [Bl. 146ᵃ] Ideo dicit: 'dum tempus habetis', quia ipse hetten ſchier verſehen, si non scrip⌊sisset.

'Dome⌊sticos': qui sunt in nostra societate fidei, sunt fideles, 1. ministri verbi, postea alii creduli.

6, 11 12. Decemb.] 'Videtis, quantis literis': Concludit hic Ep⌊istolam cum exhor⌊tatione et invectiva contra ps⌊eudoapostolos. satis supra dixit et fecit ana-

*1* ⟨Ep⌊istolae⟩ exhort⌊atur   *3* tum] dum   *zu 4/5* Christus Ioh. 9. *[V. 4]*; 'redimentes tempus' *[Eph. 5, 16]* r   *5* opera] opa   *6* si⟨c⟩

Dr] metemus non defatigati', Quasi dicat: spectate et expectate perpetuam messem, quae futura est, tum nulla ingratitudo aut malicia hominum poterit vos avocare a benefaciendo, Tempore enim messis feretis amplissimum fructum sationis vestrae. Ita suavissimis verbis adhortatur fideles ad bene operandum.

6, 10 Igitur dum tempus habemus, operemur bonum erga omnes, maxime autem erga domesticos fidei.

Haec conclusio est exhortationis de alendis liberaliter Ecclesiarum
Joh. 9, 4 ministris et de largienda Eleemosyna omnibus, qui egent, Quasi dicat: Operemur bonum, donec dies est, nam ubi nox venerit, non possumus operari. Ablata luce veritatis multa quidem operantur homines, sed frustra, quia in tenebris ambulantes nesciunt, quo vadant. Itaque tota vita, opera, passio et mors eorum frustranea sunt. Oblique autem pungit his verbis Galatas, Quasi dicat: Nisi permanseritis in sana doctrina, quam a me accepistis, nihil prodest vos multa bona operari, multa pati etc. Sic supra Capi. Tertio:
3, 4 'Tam multa passi estis frustra.' 'Domesticos' autem 'fidei' appellat nova phrasi eos, qui sunt in nostra societate fidei, Inter quos primi sunt ministri verbi, Deinde omnes alii credentes.

6, 11 Videte, qualibus literis scripsi vobis mea manu.

Concludit Epistolam cum exhortatione ad suos et acri obiurgatione seu invectiva contra Pseudoapostolos.

Supra maledixerat et Anathema fecerat illos, nunc quasi idem repetens, sed aliis verbis iterum graviter accusat eos, ut deterreat et avocet Galatas ab eorum autoritate. Vos tales, inquit, habetis doctores, qui primum

*19* donec] dum *CDE*   *31* illos] pseudoapostolos *CDE*   *32* avocet] abducat *CDE*   *33* ab eorum autoritate] a doctrina ipsorum, ut maxime in speciem essent magnae autoritatis viri *CDE*

Hs] th⌊ema. Idem iam repetit, sed aliis v⌊erbis, et graviter accus⌊at, ut deterreat Gal⌊atas et revocet ab illorum autoritate; dicit, quod non quaerunt nisi gloria⌊m, et cruc⌊em fugiunt, 3. non faciunt, quae docent. Si sic commendaret doct⌊orem tribus: quod non intel⌊ligeret nec face⌊ret, quae doceret, — ideo abiice⌊rent vel:[1] fingerem[2] fictive. Non obtrect⌊at eis, sed iudicat Ap⌊ostolica autoritate. Sicut nos oportet: non solum traducimus, Si indicamus Pap⌊am, Oeco⌊lampadium, K⌊arolostadium esse diaboli⌊cos. Sic ipse: 'Videte'. V⌊ult eos permovere et indicare suum mater⌊num af⌊fectum: Nunquam scrip⌊si propria manu talem et tantam Ep⌊istolam. Ceteras non scrips⌊isse significat sed dictas⌊se; hanc non dictavi, sed scrip⌊si. Placet referre ad longit⌊udinem Epistolae, alii aliud. Ibi accusatio et condemnatio ghet an.

*3* gloria⌊m *o* crucem et cruc⌊em] ╳ fugiunt *mit Strich zu 4* doct⌊orem *gezogen* *4* docerent] doceret *5* fictive] fictitive *9* tantam] tantum *10* (leg⌊i) scrip⌊si

[1]) *Erg.* putarent. [2]) *Paulus ist redend gedacht.*

Dr] nihil nisi suam gloriam quaerunt, Deinde crucem fugiunt, Tertio, qui nec intelligunt, nec faciunt ipsi, quae docent. Si quis, praesertim Apostolus, commendaret doctorem a tribus istis virtutibus, merito vitari deberet ab omnibus. Sed omnes Galatae non paruerunt isti admonitioni Paulinae. Neque Paulus contumelia afficit Pseudoapostolos, cum tam atrociter in eos invehitur, sed Apostolica autoritate eos iudicat. Sic nos cum appellamus Papam Antichristum, Episcopos et phanaticos homines Anathema, non detrahimus ipsis, sed divina autoritate iudicamus eos esse maledictos, Iuxta illud: 'Etiamsi 1, 8
nos aut Angelus e coelo' etc. Quia hi persequuntur, illi evertunt doctrinam Christi.

'Videte', inquit, 'quantis literis scripserim vobis manu propria.' Ista dicit, ut permoveat eos et indicet eis suum maternum affectum erga ipsos, Quasi dicat: Nunquam scripsi propria manu talem Epistolam ad aliam Ecclesiam, qualem ad vos scripsi. Caeteras enim dictavit et tantum subscripsit salutationem et nomen suum manu propria, ut cernere est in fine Epistolarum ipsius. Respicit autem his verbis, ut ego iudico, ad longitudinem Epistolae, Alii aliter accipiunt. Sequitur accusatio et condemnatio.

Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, 6, 12
tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

Utitur significanti verbo εὐπροσωπῆσαι, quod germanice dicimus: wol geberden, ſich fein wiſſen zu ſtellen. Prima ipsorum virtus est, inquit, quod

*12* nihil nisi] non curant Christi gloriam et salutem animarum vestrarum, sed tantum *CDE* nec] non *CDE* *13* nec] multo minus *CDE* ipsi *fehlt CDE* *23* indicet] ostendat *CDE* *24* propria *bis* Epistolam] tam verbosam Epistolam manu propria *CDE* *25* qualem] quam *CDE* *28* Sequitur *bis* condemnatio *fehlt CDE* *31* Utitur autem *CDE*

Hs] 6, 12 'Qui volunt': volunt bene appa⌊rere, wollen ſich wol ſtellen. 'Cogunt vos Cir⌊cumcidi, tantum ut.' Das iſt 1. virtus, quod adulantur praelatib⌊us et pontificibus. Ideo docent et cogunt vos Circumcidi, quia Caip⌊has, H⌊annas et proceres Iud⌊aeorum res⌊istunt Euangelio, et illi volunt se accommod⌊are eorum etc. et sic gestum etc.[1], ut illis placeat, quia nolunt cruc⌊em ferre. Sic doct⌊rina Rube⌊ani[2], non agunt, ut pro animabus suis discant literas, multominus pro aliis, Sed volunt placere Pap⌊ae, Episcopis, illorum vol⌊untati obtemp⌊erare et obseq⌊ui, ſtellen ſich, ut volunt pontifices: Si volunt, ut cereolos etc.[3], ut non edant c⌊arnem, faciunt, das ſind exter⌊na opera, quibus quaerunt g⌊ratiam pontificum, ipsi non quaerunt nisi placere hominibus et facere talia, quae sunt iustitia carnis, et metuunt cruc⌊em; si tamen a parte Euangelii, quantum ab Episcopo, et ibi pax et abundantia ut illic, hic

*1* wol] *geschrieben ist nochmals* wollen *6* Sic *o* *7* multominus] —lg *11* talia *c aus* etc. a *scheint radiert aus* ab *12* Episcopo] E° *[eigentlich wieder* = Euangelio*]* ⟨Ideo⟩ hic

[1]) *Zum Sinn vgl. im Druck Z. 15f.* [2]) *Der Name des Crotus im Druck getilgt.* [3]) *Erg.* incendant.

Dr] adulantur potentatibus et Pontificibus. His ut gratificentur utque illaesam conservent gloriam suam, cogunt vos circumcidi. Nam proceres Iudaeorum pertinaciter resistunt Euangelio et Mosen defendunt. Illorum voluntati student accommodare sese, foris ita vivere et gestus temperare, ut illis placeant. Ut igitur horum gratiam retineant et persecutionem crucis non sustineant, docent circuncisionem necessariam ad salutem. Tales sunt hodie Sycophantae quidam Papae, Episcoporum et Principum, qui contra nos vociferantur et maliciose nostra scripta calumniantur, non amore veritatis tuendae, quam contra conscientiam impugnant et blasphemant, sed ut placeant idolo suo: Papae, Episcopis, Regibus et Principibus mundi, Deinde ut persecutionem crucis Christi non patiantur. Si vero illa commoda carnis haberent ex Euangelio, quae habent ex impiis Episcopis et Principibus, Item si professionem Euangelii sequerentur opes, voluptates, pax et quies carnis, statim se ad nos conferrent.

Vanissimi homines, inquit Paulus, vestri doctores sunt, nihil solliciti de gloria Christi et salute vestra tantum suam gloriam quaerunt. Deinde, quia crucem metuunt, iusticiam carnis praedicant, ne concitent sibi odium

*13* potentatibus] magnatibus *CDE* ut his *CDE* *14* Nam proceres] Proceres enim *CDE* *18* sunt et hodie *CDE* *19* quidam in gratiam Papae *CDE* qui *fehlt CDE* *19/20* vociferantur] vociferantes *CDE* *20* scripta nostra *CDE* calumniantur] calumniantes *CDE* *21/22* idolo suo] idolis suis *CDE* *24* ex *bis* Principibus] ex idolis suis *CDE* *25* sequerentur] comitarentur *CDE* *29* metuunt, circumcisionem et iustitiam *CDE*

Hs] essent. Ideo vanis⌊simi ho⌊mines quaerunt g⌊loriam et fug⌊iunt cruc⌊em. tales doct⌊ores habetis. Si diu auditis eos, qui quaerunt ventrem, pacem et gl⌊oriam et nihil patiuntur, — 3.[1]

'Cogunt': Est Emp⌊hasis. Circumcidere nihil, sed 'cogere' ad eam[2] et facere iustitiam ex ea et r⌊emissionem p⌊eccatorum ex ea, [Bl. 146ᵇ] das iſt contra Christum.

'Qui', 'non':[3] t⌊ota gens Iud⌊aeorum, pontifices et ps⌊eudoapostoli non 6, 13
servant l⌊egem. Circumcidere est servare legem etc. Et tamen dicit: implendo 5, 3
non legem implent, — de hoc supra, — sed contrarium. Ego deterreo et pingo vobis v⌊estros d⌊octores: quaerunt suos ventres, fugi⌊unt cruc⌊em, deinde nihil veri docent, agunt omnia hyp⌊ocritice. Etiam si foris servent legem in Cir⌊cumcisione, vestib⌊us, locis, tamen non, quia l⌊ex non potest impleri extra Christum; extra eum non potest accip⌊i s⌊piritus s⌊anctus, sic non

¹) *D. h.* tres virtutes, *wie oben S. 166, 2; vgl. S. 165, 2f.* ²) *Nämlich:* Circumcisionem. ³) 'non' *bezeichnet den Hauptsatz.*

Dr] et persecutionem hominum. Quare etsi magno studio eos diu audieritis, tamen tales auditis, qui Ventrem colunt, suam gloriam quaerunt ac crucem fugiunt. Est autem Emphasis in verbo 'cogunt'. Nam circumcisio nihil est, sed cogi ad circumcisionem et ex ea suscepta facere iusticiam et satisfactionem, ex neglecta facere peccatum, hoc contumelia est afficere Christum. De hac re satis copiose supra dictum est.

Neque enim, qui circumciduntur, legem servant, sed volunt vos 6, 13
circumcidi, ut in carne vestra glorientur.

Hic Paulus Haereticus est, quia dicit Pseuodoapostolos et totam gentem Iudaeorum, qui circuncidebantur, legem non servare, imo circumcisos implendo legem non implere. Hoc contra Mosen est, qui dicit circumcidi esse legem
servare, non circumcidi pactum Dei irritum facere, Gene. 17. Et Iudaei 1. Moſe 17, 14
nullam ob aliam caussam circumcidebantur, nisi ut servarent legem, quae praeceperat omnem masculum octavo die circumcidendum etc. Ista supra copiose tractata sunt, ideo non opus est ea nunc repetere. Pertinent autem ista ad descriptionem Pseudoapostolorum, ut deterreat Galatas, ne ipsos audiant, Quasi dicat: Ecce ego pingo et ostendo vobis, quales habeatis doctores, nempe primum homines vane gloriosos, qui sua tantum quaerunt et Ventrem curant, Deinde qui crucem fugiunt ac postremo nihil veri atque certi docent, sed omnia eorum dicta et facta simulata sunt. Quare etiamsi

*14* hominum] Iudaeorum *CDE* *15* ac] et *CDE* *19* supra satis copiose *CDE* *27* praeceperat] praecipiebat *CDE* *29* descriptionem] condemnationem *CDE* *32* ac *fehlt CDE* atque] aut *CDE*

Hs] potest spiritus mundus, sed immundus etc. ergo q⌊uamquam fecerit l⌊egem, est hypocriticum et duplex pec⌊catum, quod volunt implere etc. Ideo est sententia notanda: servantes l⌊egem non servant, Circumcidentes non circ⌊umcidunt, Ieiunantes, abst⌊inentes, patientes nihil illorum faciunt, quia cor abest; nihil, quod aliquis ieiunat etc., et tamen is manet contemptor dei, gratiae, R⌊emissionis p⌊eccatorum, manet fid⌊ucia sui et iustitiae propriae, et hec sunt p⌊eccata in 1. Tab⌊ulam, deinde alia vitia membrorum, libido. Ideo bene dictum: Circumcisi non servant l⌊egem, sed simulant se servare; foris in speciem servant, sed hoc coram deo nihil.

Quid ergo agunt? 'Volunt', non ut iustificemini, q⌊uamquam in cog⌊itatione. Quae utilitas in Cir⌊cumcisione vestra? Nulla prorsus, Sed tantum illa unica, 'ut possit gloriari' etc. Ey das das gloriari hertzl⌊eid hette.[1] Impii per se vanis⌊simi ho⌊mines, serviunt mundo, principibus, metuunt cruc⌊em,

7 vitia *c aus* p⌊eccata   10 *über* agunt *steht* ista ob⌊edientia circumcisionis   11 tantum] t—

1) = *es sei verwünscht, vgl. Unsre Ausg. Bd. 45, 560, 1.*

Dr] legem foris servant gestibus et caeremoniis, tamen servando eam non servant. Lex enim sine Spiritu sancto non potest impleri. Sine Christo autem non accipitur Spiritus sanctus, quo non accepto manet Spiritus immundus, id est, contemnens Deum et quaerens suam gloriam. Ideo quicquid legis facit, hypocriticum est et duplex peccatum. Immundum enim cor non implet, sed foris tantum simulat se implere legem, atque ita fortius corroboratur in impietate et hypocrisi sua.

Est autem bene observanda haec sententia: 'Qui circumciduntur, legem non servant', hoc est, circuncisi non sunt circuncisi etc. Potestque accomodari ad alia quoque opera. Qui extra Christum operatur, orat, patitur,
Röm. 14, 23 frustra operatur, orat, patitur etc., Quia, 'quidquid non est ex fide, peccatum est.' Nihil prodest igitur aliquem foris circumcidi, ieiunare, orare etc., intus tamen interim eum manere contemptorem gratiae, remissionis peccatorum, fidei, Christi etc. et superbire fiducia sui ac praesumptione iusticiae propriae, quae horribilia peccata sunt contra primam tabulam. Illa comitantur postea etiam peccata contra secundam tabulam, qualia sunt inobedientia, li[Bg. dd]bido, furor, ira, odium etc. Ergo bene dicit: 'Circumcisi non servant legem', sed simulant tantum in speciem, se servare. Simulatio autem coram Deo duplex iniquitas est.

Quid agunt Pseudoapostoli, quod volunt vos circumcidi? Volunt vos circumcidi, non ut iustificemini, quanquam hoc praetexant, sed ut in carne vestra glorientur. Quis autem non extreme detestetur illud pestilentissimum vitium, ambitionem seu gloriae studium, quod cum tanto periculo animarum

19 fortius] magis *CDE*   26 eum manere interim *CDE*   28 Illa] Quae *CDE*

Hs] deinde hoc pess⌊imum, quod, non facientes ipsi, solum volunt vestra c⌊arne abuti cum max⌊imo vestro damno. ad quid? ad gloriam. Coram deo perditi; coram mundo, quod estis eorum disc⌊ipuli et ipsi doctores. Ibi gravis⌊sime insectatur.[1]

'Caro': contra spiritum. Ipsi nihil dant de spiritu, quia non habent verbum spiritus, sed exer⌊cent c⌊arnem vestram, fa⌊cientes vos iustitiarios carnales, quod foris servatis secundum c⌊arnem dies, sacrificia, cibos. [Bl. 147a] ibi tantum c⌊aro, non spiritus. et tamen nihil habetis de eo nisi lab⌊orem inutilem et pernitiosum, ipsi gloriam: Nos doct⌊ores in Gal⌊atis, nos retrax⌊imus tot a P⌊aulo heret⌊ico, iam vivunt in sinu matris Synag⌊ogae. Sic hodie gloriantur: redux⌊imus ad gremium Ecclesiae. Jhr muſt erb⌊eiten, thun, quod dicunt, et sunt mera c⌊arnalia, spiritum non habent. Nos autem possumus gloriari de spiritu vestro, Ut supra c⌊ap. 3. 3, 2

---

*10* a⟨d⟩

[1]) *Nämlich* Paulus pseudoapostolos.

Dr] quaeritur? Vanissimi homines, inquit, sunt, qui ventri serviunt et crucem metuunt. Deinde, quod pessimum est, cogunt vos circumcidi secundum legem, ut ita abuti possint carne vestra ad gloriam suam cum aeterno animarum vestrarum damno. Commodum enim, quod inde accipitis, coram Deo perditio est, Coram mundo, quod Pseudoapostoli gloriari possunt, se esse doctores vestros, vos discipulos ipsorum, Quos tamen docent, quae ipsi non faciunt. Sic satis acerbe et odiose perstringit Pseudoapostolos.

Ista verba: 'Ut in carne vestra glorientur', cum Emphasi legenda sunt, Quasi dicat: Ipsi non habent verbum Spiritus, ideo impossibile est vos ex praedicatione ipsorum accipere Spiritum. Tantum exercent carnem vestram, facientes vos iusticiarios carnales, qui foris sine Spiritu observant dies, tempora, sacrificia etc. secundum legem, Quae mere carnalia sunt, ex quibus nihil habetis, nisi laborem inutilem et damnationem. Contra ipsi hoc inde habent, quod gloriari possunt se doctores esse Galatarum, quos revocaverint a doctrina Pauli haeretici ad matrem Synagogam. Sic adulatores Papistarum hodie gloriantur se eos, quos subvertunt, revocare ad gremium Ecclesiae. Nos contra gloriamur non in carne vestra, sed de spiritu vestro, quia ex praedicatione nostra accepistis spiritum, Supra Cap. 3. 3, 2

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. 6, 11

Progreditur Apostolus usque ad indignationem, et ex commoto animo prorumpit in ista verba: 'Mihi autem' etc., Quasi dicat: Tam noxia pestis

---

*15* metuunt] oderunt *CDE*   *27* esse doctores *CDE*

Hs] 6, 14 'Mihi autem absit gloriari nisi in cruc⌊e': Procedit usque ad 'indig⌊na-
Kol. 3, 8 tionem'. Iſt zornig, der g⌊ute man, wolt, das alle gloriatio hette das hertz⌊leid[1]. sic ego dix⌊i: glorietur qui velit, mihi fure der T⌊eufel omnem gl⌊oriationem weg. Mihi remaneat ista unica, quae est, 'ut glorier' etc. Euangelium
Röm. 12, 12 est verbum cruc⌊is, ſol das ſein ut Ro.: 'in trib⌊ulationibus gaudentes', Et 5.:
Röm. 5, 3 'Non solum', 'gloriamur in trib⌊ulationibus'. Christianorum est superbire in
1. Petri 4, 16 ipsa ig⌊nominia max⌊ima, 'ut Christ⌊iani'. Nos sumus despectis⌊simi omnium, quia damnati ut her⌊etici, et occidimur apud mundum, s⌊ed ignominia Christianorum. Ego glorior super, quod mundus me acerb⌊issime sic insect⌊atur et odit, quod Pap⌊a et princi⌊pes crudeliter damnant; das ſol mein
Apg. 5, 41 gaudium, trotz[2] ſein. Sicut Apostoli Act. 5. Das macht ein gros gloriatio, quando primum certus de verbo, quod fit propter Christum. Non est ibi

*zu 1* Col. 3. *r*   *3* der] dz   *5* cruc⌊is] X   *zu 5* Ro. 5. *r*   *7* Christ⌊iani] X

[1]) *S. oben S. 168, 12.*   [2]) *Stolz, Zuversicht; s. Unsre Ausg. Bd. 31[1], 204, 13; Bd. 38, 335, 10.*

Dr] est gloriatio Pseudoapostolorum illa carnalis, ut cuperem eam sepultam esse in inferno, quia valde multis est exicio. Sed glorientur in carne, qui volent, et pereant cum maledicta gloria sua. Mihi autem maneat ista unica gloria, quae est, quod glorior in cruce Christi. Ad eundem modum loquitur et
Röm. 5, 3 2. Kor. 12, 9 Rom. 5.: 'Gloriamur in afflictionibus' etc., Item 2. Corin. 12.: 'Libenter gloriabor in infirmitatibus meis' etc. Ostendit igitur hic Paulus, quae sit vera Christianorum gloriatio, Nempe gloriari, gaudere et superbire in tribulationibus, ignominia, infirmitatibus etc. Mundus enim non solum pro despectissimis hominibus habet Christianos, sed etiam acerbissime et quidem iusto, ut putat, zelo odit, persequitur, damnat et occidit eos tanquam nocentissimas pestes Regni spiritualis et mundani, hoc est, tanquam haereticos et seditiosos. Quia vero ista patiuntur non propter caedes, furta et alia id genus scelera, sed propter Christum, cuius beneficium et gloriam annunciant, gloriantur in
Apg. 5, 41 tribulationibus et cruce Christi et gaudent cum Apostolis 'se dignos haberi, quod pro nomine Christi contumelia afficiantur'. Sic nos hodie, cum Papa et totus mundus insectantur, crudeliter damnant et occidunt nos, ea in re gloriari et exultare debemus, quia ista patimur non propter malefacta nostra,
1. Petri 4, 15 'ut fures, latrones' etc., sed propter Christum, Salvatorem et Dominum nostrum, cuius Euangelium pure docemus.

Istis autem duobus maxime crescit et firma fit gloriatio nostra, quod primum certi sumus nos habere doctrinam puram atque divinam, Deinde quod nostra crux seu passio sit Christi passio. Ideo non habemus caussam, cum mundus nos persequitur et occidit, quod querulemur et ploremus, sed

*20/21* Mundus *bis* Christianos] Mundus iudicat Christianos non solum esse despectissimos homines *CDE*   *35* ploremus] eiulemus *CDE*

Hs] tempus tristandi, sed erigendi et visitandi etc. Sicut Christus: 'Cum male- Matth. 5, 11 f.
dix⌊erint vobis, separaverint, dix⌊erint omne, gaudete, gloriamini!' Mundus
dolet, emulatur in trib⌊ulatione, gloriatur in favore, potentia, opib⌊us, sap⌊ientia,
iustitia. sinas gloriari; g⌊loria in confus⌊ionem. Nos contrarium, sed sic, ut
fact⌊um propter Christum; Pet⌊rus: 'ut fur'. Das iſt max⌊ima gloria et 1. Petri 4, 15
superb⌊ia, quod nos certi, quod non propter nos, sed Christum. Das iſt
'crux Iesu Christi'. Non est crux, quam in humeris portavit, [Bl. 147b] sed
loquitur de pas⌊sionibus et cruc⌊ibus generalib⌊us. 'Abundant pas⌊siones 2 Kor. 1, 5
Christi in omnib⌊us'; 'suppleo'. Phras⌊is Paul⌊ina generalis: crux Christi Kol. 1, 24
sunt universae tribula⌊tiones in ec⌊clesia. ad P⌊aulum: 'Quid me perse⌊queris?' Apg. 9, 4
non tetigit[1] eum[2], sed Christianos in Damasco, et tamen[3], quia omnes
trib⌊ulationes ſind eius, quando fiunt propter ipsum. Ut hodie. Wer ein
andern auff ein fus trit, non est sensus in toto corp⌊ore, quem non sentiat

*11* omnes] omnis *13* quem] qui

[1]) *Nämlich* Paulus. [2]) *Nämlich* Christum. [3]) *Erg.* tangit ipsum Christum.

Dr] ut maxime gaudeamus et exultemus. Mundus quidem iudicat nos infelices
et execrabiles, Contra Christus, qui maior est mundo, propter quem patimur,
pronunciat nos beatos et iubet nos letari etc. 'Beati estis', inquit, 'cum Matth. 5, 11 f.
maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum
verbum contra vos, mentientes, propter ME. Gaudete et exultate' etc. Quare
nostra gloriatio longe alia est quam mundi, qui non gloriatur in afflictione,
ignominia, persecutione, morte etc., sed in potentia, opibus, pace, honore,
sapientia, iusticia. Sed extrema istius gloriae et gaudii luctus et confusio
occupat.

Porro crux Christi non significat lignum illud, quod Christus in humeris
suis portavit et cui postea affixus est, sed in genere significat omnes afflic-
tiones omnium piorum, quorum passiones sunt Christi passiones, 2. Corin. 1.: 2 Kor. 1, 5
'Abundant passiones Christi in nobis', et Collo. 1.: 'Gaudeo in passionibus Kol. 1, 24
pro vobis et adimpleo ea, quae desunt passionibus Christi, in carne mea,
pro corpore ipsius, quod est Ecclesia' etc. Ergo crux Christi generaliter
significat universas Ecclesiae afflictiones, quas propter Christum patitur, Id
quod Christus ipse testatur in Actis Cap. 9., cum inquit: 'Saule, Saule, quid Apg. 9, 4
me persequeris?' Saulus nullam vim inferebat Christo, sed ipsius Ecclesiae.
Qui autem illam tangit, tangit pupillam oculi sui. Sensus subtilior et velo-
cior est in capite quam in aliis membris; hoc experientia docet. Nam laeso
digitulo pedis aut alia minima corporis parte laesa statim caput in vultu
prodit, se hoc sentire, nasus enim contrahitur, oculi torvum vident etc. Sic

*33* aliis] reliquis *CDE* membris corporis; hoc *CDE* docet] videmus *CDE*

Hs] caput, ſults am meiſten. Sic in Christo: omnes pas|siones vocantur suae et crux.

Das ſol uns troſten, quando vid|emus acerbis|sima odia tyra|nnorum et Sch|wermerorum: vos odistis nos propter Christum; in hoc glorior, quod me damnatis, non laudatis, occiditis, incarceratis et liberatis.[1] Wer[2] mir leid, quod boni quid faceretis, das ich mich etwer ſol rhumen; sed contrarium, quod malo afficitis, quia sunt crux Christi, i. e. propter eum susceptae[3], et

Matth. 5, 11 ille bene behalt.[4] 'Beatus, qui propter.' Si tantum veniunt in pronomine

Matth. 11, 30 secundae personae: tuae. et fiunt non solum 'leicht', sed 'ſus', ut Matth. 11. In me sunt graves, et cum sunt mea crux. Sed propter Christum patiens, dulcescunt. Si aliter docerem, cessarent odia. Das heiſt gloriari in adversitatibus et contra mala audenter ire. Troz nostra ſthet in trib|ulatione,

3 ¶ Das[5]    4 oditis    6 (yhr) ich    ich *c aus* me

[1]) *Wie die Juden die Apostel immer wieder freilassen mußten, Apg. 5, 19.* [2]) = *Wäre.* [3]) *Erg.* passiones. [4]) *Erg.* me. [5]) *Dementsprechend der Abschnitt im Druck unten Z. 15.*

Dr] Christus, caput nostrum, afflictiones nostras suas facit et tanquam suis malis afficitur, cum nos, corpus ipsius, patimur.

Ista ad hoc prodest scire, ne nimium contristemur aut prorsus desperemus, cum videmus adversarios persequi, excommunicare et occidere, item haereticos tam infensis animis odisse nos, sed cogitemus tum nobis, exemplo Pauli, maxime gloriandum esse in cruce non propter peccata nostra, sed propter Christum suscepta. Quando passiones, quas sustinemus, in nobis ipsis tantum consideramus, non solum nobis molestae, sed etiam intolerabiles sunt. Quando vero accedit ad eas pronomen secundae personae, Tuae, ut

Pſ. 44, 23 dicere possimus: Tuae passiones (o Christe) abundant in nobis, Item: 'Propter te', ut est in Psal., 'occidimur tota die', tum passiones ipsae non solum leves,

Matth. 11, 30 sed etiam suaves redduntur, Iuxta illud: 'Onus meum leve est et iugum meum suave.'

Manifestum autem est, propter nullam aliam caussam nos odia et persecutiones adversariorum hodie ferre, quam quod Christum pure praedicamus. Si hunc negaremus et ipsorum perniciosos errores et impios cultus approbaremus, non solum desinerent nos odisse et persequi, sed offerrent etiam nobis honores, opes etc. Quia ergo ista propter Christum patimur, verissime gloriari possumus cum Paulo in cruce Domini nostri Iesu Christi, Hoc est, non in potentia, favore hominum, opibus etc., sed in afflictionibus, infirmitate, tristicia, pugnis corporis, pavoribus spiritus, persecutionibus et omnibus

13/14 tanquam *bis* afficitur] patitur *CDE*    19 Quando] Si *CDE*    21 ad eas *fehlt CDE*    28 ipsorum] eorum *CDE*

Hs] carcere, tristitia, vexa⌊tione, pavo⌊re spiritus et c⌊arnis, modo fiat propter Christum. Cum semel dicit ad Abiathar: 'Ego sum reus omnium animarum 1. Sam. 22, 22
p⌊atris tui'. Sic Christus: quod ſie ſ⌊ind iemerl⌊ich geſcheudt, ego.[1] In Esa.: 'non blas⌊phemarunt filios Is⌊rael, sed me.' 'Si de mundo essetis.' Sed qui⌊a Joh. 15, 19
ego gethan hab, ut de me praedicetis, et dans s⌊piritum s⌊anctum meum. Er wirds wol verantworten, Christus. Ego glorior in cruc⌊e Christiana in omnibus adversitatibus.

'Per quem': Phrasis Paul⌊ina.

'Mundus': i. e. ich halt mundum verdampt, econtra ipse uns. [Bl. 148a] Q⌊uidquid facis etc., iſt verflucht.[2] Mundus: q⌊uidquid tu, iſt verdampt. Sic verdamen, creutzigen ein ander. Execro⌊r mundi past⌊ores, doct⌊ores ut doct⌊ores diaboli, Econtra. Ego execror votum, convers⌊ionem, Missam ut merdam diab⌊oli. Ego econtra tuam utramque speciem.[3] Non est curre⌊re in ceno-

*zu 9 unten am Rand der Seite steht:* Non possumus autem dubitare hodie nos peti

[1]) *Erg.* reus sum. [2]) *Worte des Christen an die Welt.* [3]) *Worte der Welt an Luther.*

Dr] malis. Quare speramus etiam brevi futurum, quod Christus ad nos dicturus sit, quod David ad Abiathar Sacerdotem dixit 1. Regum 22: 'Ego sum reus 1. Sam. 22, 22
omnium animarum vestrarum', Et ut Propheta ait: 'Non filios Israel, sed Is. 37, 6
ME blasphemasti', Quasi dicat: Qui vos laedit, me laedit, Quia, nisi verbum meum praedicaretis et me confiteremini, ista non sustineretis etc. Sic in Ioan.: 'Si de mundo essetis, mundus, quod suum est, diligeret. Quia vero Joh. 15, 19
elegi vos de mundo, ideo odit vos mundus'. Haec supra quoque tractata sunt.

### Per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.

Est phrasis Paulina: 'Mundus est mihi crucifixus', id est, Ego iudico mundum esse damnatum; 'Et ego mundo sum crucifixus', hoc est, Mundus vicissim me iudicat damnatum. Sic invicem nos crucifigimus et damnamus. Ego execror omnem iusticiam, doctrinam et opera mundi tanquam venenum diaboli. Mundus vicissim execratur doctrinam et facta mea, iudicat me esse pestiferum hominem, Haereticum, sedieiosum etc. Sic nobis hodie mundus crucifixus est et nos mundo. Nos damnamus et maledicimus doctrinam, Missas, ordines, vota, cultus, opera, vitam et omnes abominationes Papae et haereticorum tanquam sordes diaboli. Ipsi vicissim persequuntur et occidunt nos ut eversores religionis et perturbatores publicae pacis.

*16/17* Et *bis* blasphemasti] Item: 'Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei' *CDE* Sach. 2, 12
*23* Phrasis est *CDE* *26* doctrinam, iusticiam *CDE* *28* hodie nobis *CDE* *29* maledicimus et damnamus *CDE* *29/30* doctrinam *bis* abominationes] traditiones humanas de missis, ordinibus, votis, cultibus, operibus et omnibus abominationibus *CDE*

Hs] b⌊ium[1]; isti[2] vivif⌊icant mundum et florere faciunt, quia istis heretica, hyp⌊ocritica etc., crucifigis Christum, liberas mundum a crucifix⌊ione. Q⌊uidquid agit mundus in relig⌊iosis et Christianus, die ſind contraria ut Gott et Teuff⌊el. Sic deus est diabolo crucifixus et econtra, quia q⌊uidquid deus facit, v⌊ult diab⌊olus zureiſſen, econtra. Sic mundus vocat nos pestilentis⌊simos, Sic econtra nos mundum, da er am beſten iſt, etc.

Ita P⌊aulus: laſt glorias in c⌊ruce, hertzl⌊eid[3]; maledictis⌊sime crucifixam[4] mihi; non hab⌊et pro mortua, sed turpis⌊sime, ut crucifixum aliquem. Ideo glorior mundum non solum mort⌊uum, sed ignominiose mort⌊uum; quod tu[5] gloriaris et iactas optimum, econtra.

7 ℭ Ita

[1]) *Nämlich* occidere mundum. [2]) *Nämlich* monachi. [3]) *Erg.* haben = *kümmert sich nicht um; vgl. Unsre Ausg. Bd. 46, 495, 10.* [4]) *Nämlich* vanam gloriam. [5]) *Die Welt ist angeredet.*

Dr] Monachi somniaverunt mundum sibi crucifigi, cum ingrederentur monasteria. Sed hoc modo non mundus, sed Christus crucifigitur, imo mundus a crucifixione liberatur et plus vivificatur illa opinione sanctitatis et fiducia iusticiae propriae, quam habuerunt hi, qui ingressi sunt religionem, Ideoque ineptissime detorta est haec sententia Apostoli ad ingressum religionis. Loquitur autem de re longe magis ardua, nempe, quod Paulus et quilibet sanctus seu Christianus hoc iudicet esse divinam sapientiam, iusticiam et potentiam, quod mundus habeat et damnet pro summa stulticia, impietate et infirmitate, Et econtra, quod mundus iudicat summam religionem et cultum Dei, hoc pii certo noverunt extremam esse blasphemiam Dei. Sic pii mundum et vicissim mundus pios iudicat. Sed penes pios est iudicium rectum,
1. Kor. 2, 15 'Spiritualis enim homo omnia diiudicat' etc. Quare iudicium mundi de religione seu iusticia coram Deo tam pugnat cum iudicio piorum, quam pugnant inter se diabolus et Deus. Ut autem Deus diabolo crucifixus est et econtra diabolus Deo, hoc est, ut Deus damnat doctrinam et opera dia-
1. Joh. 3, 8 boli ('Filius enim Dei', ait Iohannes, 'apparuit, ut dissolvat opera diaboli'),
Joh. 8, 44 et econtra, ut diabolus damnat et evertit ('Est enim homicida et mendacii pater') verbum et opera Dei, Ita mundus damnat piorum doctrinam et vitam, vocans eos pestilentissimos Haereticos et publicae pacis turbatores, Pii vicissim vocant mundum (Significat autem 'mundus' in sacris literis non solum palam impios et sceleratos, sed optimos quosque, sapientissimos, sanctissimos etc.) diaboli filium, qui egregie sequatur vestigia patris sui, hoc est, qui perinde homicida et mendax sit, ut pater suus. Hoc vult Paulus, cum dicit: 'Per quem mihi mundus crucifixus est et Ego mundo'.

29 turbatores] perturbatores *CDE* 30/31 Significat *bis* etc. *nach* mundo *Z. 34 CDE*

Hs] Das verdreuſt Sat⌊anam. et d⌊ico: ie boſer du[1] biſt, ie mher in faciem ſpeie. Illa gloriatio est ei intolerab⌊ilis, quia habet lib⌊entius, ut metuam eum, et reitz me ad impatientiam. Si in car⌊cerem coniicior et terreor, ridet, quia vult timeri. Si vero Christianus et dicit: quo plus terres, hoc magis confido, quia glorior in cruc⌊e malitiis tuis, ihe ergers du machſt, hoc plus diligo, — das thut yhm auſdermaſſen whe. Econtra laufft einer, ſo iagt er.[3] Odio spirituali odi mundum perfecte, econtra ille. Das iſt implaca⌊bile odium, quia mundus non cessat nec ego. ghe ſie yhr ſtras, ego etc.

*zu 1* C *r*[2] 2 intolerab⌊ilis] interab⌊ 5 machſt] macht 7 odi] *nochmals* odio *geschrieben*

[1]) *Der Teufel ist angeredet.* [2]) *Dementsprechend der Abschnitt im Druck unten Z. 21.* [3]) *Nach dem Sprichwort Unsre Ausg. Bd. 30*[2], *43, 6.*

Dr] Simul autem occulte perstringit Pseudoapostolos, Quasi dicat: Ego omnem gloriam, quae extra crucem Christi est, extreme odi et detestor ut rem maledictam, eamque habeo non tantum pro mortua, sed pro turpissime mortua, ut addictus aliquis cruci turpissime moritur. Mundus enim est mihi cum omni gloria sua crucifixus et ego mundo. Quare Anathema sint omnes, qui in carne vestra, non in cruce Christi gloriantur. Testatur igitur Paulus his verbis se perfecto odio Spiritus sancti odisse mundum et vicissim mundum perfecto odio spiritus maligni odisse eum, Quasi dicat: Impossibile est ullam concordiam coire posse inter me et mundum. Quid igitur faciam? Cedamne et docebo, quae mundo placent? Non, Sed infracto animo audentior contra eum insurgam et tam egregie eum contemnam ac crucifigam, quam me contemnit et crucifigit etc.

Postremo etiam Paulus hic docet, quo modo pugnandum sit contra Satanam, qui subinde aliis atque aliis calamitatibus corporis obruit nos et intus suis ignitis telis perpetuo cor nostrum ferit, ut vel illa assiduitate, si aliter non potest, fidem nostram evertat et nos a veritate et Christo avocet, Nempe, ut simili modo, quo videmus ipsum S. Paulum superbe contempsisse Mundum, ita et nos diabolum, principem ipsius, cum omnibus suis viribus, dolis et infernalibus furiis contemnamus hocque modo, freti praesidio Christi, illi insultemus: Quo plus noces et nocere cupis, Satan, hoc plus superbio et rideo te; Quo plus terres et in desperationem adigere me conaris, hoc plus confido et glorior in furoribus et maliciis tuis, Non in potentia mea, sed Christi, Domini mei, 'cuius virtus in infirmitate mea perficitur. Ideo cum 2. Kor. 12, 9 f.

*12* addictus aliquis cruci *fehlt CDE* moritur, qui cruci affigitur. *CDE* *16* eum] se *CDE* *17* posse *fehlt CDE* *22* subinde nos aliis *CDE* calamitatibus corporis] corporalibus malis *CDE* obruit nos] affligit *CDE* *24* avocet] abducat *CDE* *26* ipsius] eius *CDE* *30* per potentiam meam *CDE*

Hs] 6, 15 'In Christo': hoc supra audivimus, was iust⌊itia et gloriatio c⌊arnis, was Circumcisio; ista omnia exter⌊na, in Christo nihil valent.

Eph. 4, 24 'Nova': Da leits[1]: 'quae facta est secundum imaginem dei in iustitia'. Ephe. Ut reparetur imag⌊o dei, hoc non fit foris, exter⌊ne, ut cappa facit novam speciem c⌊orporis, sed non novam creat⌊uram. [Bl. 148[b]] Caro bl⌊eibt et mundus in escis, o⌊mni ex⌊terna larva, sed c⌊aro non est renovatio, et s⌊piritu s⌊ancto opus, qui dat alium intel⌊lectum, vol⌊untatem, etiam in c⌊arne domanda, fugienda sap⌊ientia, iust⌊itia in mundo. Ibi res, non verbum: alium

*zu 3ff.* Negativa clara est ex sup⌊eriore. Quod neq⌊ue Circumcisio, neq⌊ue praeputium quicquam sit coram deo, quia sunt tantum iusticia et gloriatio [et gloriatio *o*] carnis, nempe res externae *r* *4* reparatur

[1]) *Das ist der Kernpunkt; vgl. Unsre Ausg. Bd.* 31$^{1}$, *290, 18.*

Dr] infirmissimus sum, fortissimus sum' etc. Contra eum videt magnifieri minas et terrores suos, gaudet ac magis magisque iam pavefactos terret etc.

6, 15 In Christo enim Iesu neque Circumcisio aliquid valet neque Praepucium, sed nova creatura.

Mire loquitur Paulus, cum dicit In Christo Iesu neque Circumcisionem neque Praepucium aliquid valere etc. Debebat potius dicere: Aut Circumcisio aut Praeputium aliquid valet, cum haec duo sint contraria. Nunc utrunque negat valere, Quasi dicat: Altius nobis eundum est, Nam Circumcisio et Praepucium longe inferiores res sunt, quam ut valeant ad iusticiam coram Deo. Sunt quidem inter se contraria, sed hoc nihil ad iusticiam Christianam, quae non terrena, sed coelestis est, ideo non consistit in rebus corporalibus. Sive igitur circumcidaris, sive praepucium habeas, idem est, utrunque enim in Christo Iesu nihil valet.

Valde offensi sunt Iudaei, cum audierunt Circumcisionem nihil valere. Facile concedebant Praepucium nihil valere, sed idem affirmari de lege et Circumcisione, hoc auditu fuit eis intolerabile. Nam pro defendenda lege et Circumcisione dimicabant usque ad sanguinem. Papistae etiam vehementer pugnant hodie pro defendendis traditionibus de esu carnium, de coelibatu, de feriis etc., ac nos, qui docemus eas in Christo Iesu nihil valere, excommunicant et maledicunt. Item quidam ex nostris, non minus insulsi quam Papistae, adeo rem necessariam putant libertatem a traditionibus Papae, ut, nisi eas omnes statim violent atque aboleant, timeant se peccare. At Paulus dicit nos longe quiddam praeciosius habere, quod valeat ad iusticiam, quam est lex aut Circumcisio, quam est observatio aut violatio traditionum Papisticarum. In Christo Iesu, inquit, neque Circumcisio, neque praeputium,

*9* infirmissimus] infirmus *CDE* fortissimus] fortis *CDE* *17/18* iusticiam consequendam coram *CDE* *31* nos *bis* habere] nos oportere longe quiddam maius et pretiosius habere *CDE* *31/32* iusticiam coram Deo consequendam, quam *CDE*

Hs] sensum recip⌊ere, aliam volunt⌊atem elige⌊re, quae antea non. Iam nullis virib⌊us mundus posset, ut rursum induerem cucullum, et tamen antea meus intellectus et vol⌊untas captivi, ut putarem. Iam nausea totus monach⌊atus. Sic immutatus sensus: quando inspicio visib⌊ili oc⌊ulo, video monstrum. Das iſt nicht verbis, sed renovatione t⌊otius hominis. Spiritus aliter eruditur. Ideo sequitur immutatio carnis: Os et c⌊aro non iactat Regulas, sed legit

4 monstrum] —ostrum *c aus* —ostr⌋ 6 legit] le†

Dr] neque caelibatus, neque coniugium, neque cibus, neque ieiunium valet etc. Esca nos non commendat Deo, Neque abstinendo meliores, neque edendo deteriores fimus. Istae res longe inferiores sunt, Imo totus mundus cum omnibus suis legibus et iusticiis longe vilior est, quam quod debeat trahi in locum iustificationis.

Ratio et sapientia carnis hoc non intelligit. 'Non enim percipit ea, quae 1. Kor. 2, 14 sunt Spiritus Dei', ideo contendit iusticiam sitam esse in externis rebus. Nos vero ita edocti sumus ex verbo Dei, ut certo pronunciemus nihil prorsus sub sole esse, quod valeat ad iusticiam coram Deo, praeter unicum Christum, seu, ut hic dicit, 'novam creaturam'. Leges autem politicae, traditiones humanae, Caeremoniae Ecclesiarum, item Lex Mosi sunt res extra Christum positae, non valent igitur ad iusticiam coram Deo. Uti quidem licet illis ut rebus bonis et necessariis, sed suo loco et tempore. Si autem vocantur in disputationem de iustificatione, nihil prorsus valent, sed maxime obsunt, Quia 'in Christo Iesu neque Circumcisio aliquid valet neque praepucium, sed nova creatura'.

Et Paulus per ista duo, Circumcisionem et Praepucium, excludit simpliciter omnia, quae in tota rerum natura sunt, negatque ea valere in Christo Iesu, hoc est, in caussa fidei et salutis. Accipit enim per Synecdochen partem pro toto, hoc est, per Praepucium intelligit omnes Gentes, per Circumcisionem omnes Iudaeos cum totis viribus et omni gloria sua, Quasi dicat: Quicquid Gentes praestare possunt cum omni sua sapientia, iusticia, legibus, potentia, Regnis, Imperiis, nihil valet in Christo Iesu. Item, Quidquid sunt et possunt omnes Iudaei cum toto suo Mose, lege, Circumcisione, cultu, templo, Regno, Sacerdotio, nihil prorsus valet. Quare in Christo Iesu seu in caussa iustificationis non est disputandum de legibus Gentium vel Iudaeorum, Num lex Ceremonialis aut moralis iustificet, sed simpliciter illa negativa ponenda est: 'In Christo Iesu neque Circumcisio aliquid valet neque Praepucium.'

Ergo leges malae sunt? Non, Imo bonae et utiles sunt, sed suo ordine et loco, Hoc est, in rebus corporalibus et civilibus, quae sine legibus non possunt administrari. Deinde observamus etiam in templis quasdam Caere-

38 templis] Ecclesiis *CDE*

Hs] verbum. Das ſind reales mutationes. Ideo in Christo non valet exter⌊na larva, v⌊ult deus, ut intel⌊lectum novum dei et vol⌊untatem et actiones novas in c⌊orde, ut qui antea intellexi deum mercenarium, qui emeret t⌊ua opera, iam solo Christo etc. et postea nugas operum reiicere et acciper⌊e vera opera charitatis; laudare deum et curare factiosos animos. Das iſt nova creat⌊ura.

2 deus *c aus* dei

Dr] monias et leges, non quod illa observatio valeat ad iusticiam, sed ad bonum
1. Kor. 14, 40 ordinem, exemplum, tranquillitatem et concordiam, Iuxta illud: 'Omnia decenter et secundum ordinem fiant.' Si autem leges ita proponuntur et exiguntur, quod servatae iustificent, omissae damnent, prorsus abrogandae et tollendae sunt, alioqui Christus amittit officium et gloriam suam, qui solus iustificat, subministrat Spiritum etc. Paulus igitur his verbis clarissime affirmat neque circumcisionem aliquid valere, neque praepucium, sed novam creaturam etc. Cum autem in Christo nihil prorsus valeant neque leges Gentium neque Iudaeorum, impiissime egit Papa, quod nos coëgit fidem applicare suis legibus etc.

Nova autem creatura, qua reparatur imago Dei, non fit fuco aut simulatione ullorum operum externorum, Quia in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepucium, sed secundum imaginem Dei in iusticia et sanctitate veritatis creatur. Opera, cum fiunt, novam quidem speciem afferunt, qua mundus et caro capiuntur, sed non novam creaturam. Cor enim manet impium sicut antea, plenum contemptu Dei, infidelitate etc. Ideo nova creatura est opus Spiritus sancti, inserentis alium intellectum et voluntatem ac donantis potestatem domandae carnis et fugiendae iusticiae et sapientiae mundi etc. Hic non est fucus aut tantum nova externa species, sed res ipsa geritur. Revera sensus alius et aliud iudicium, nempe spirituale, nascitur, quod ea, quae prius magnifecit, nunc abominatur. Olim ita capti erant animi nostri monastica vita, ut eam solam existimaremus viam ad salutem, iam longe aliter de ea iudicamus. Quae igitur ante hanc novam creaturam pro summe sanctis adoravimus, de illis, cum redeunt in memoriam, iam erubescimus.

Quare mutatio vestitus et externorum gestuum, ut Monachi somniarunt, non est nova creatura, sed renovatio mentis per Spiritum sanctum, quam sequitur postea etiam mutatio carnis, membrorum et sensuum externa. Nam ubi cor novam lucem, novum iudicium et novos motus per Euangelium

*10* alioqui] Quia *CDE* *14/15* fidem *bis* etc.] servare leges suas cum opinione iusticiae etc. *CDE* *18* secundum] per Christum ad *CDE* *22/23* inserentis *bis* potestatem] qui fide purificat cor et efficit timorem Dei, charitatem, castitatem etc. ac donat virtutem *CDE* *26* nunc] post *CDE* *30* externorum gestuum] aliarum externarum rerum *CDE* somniarunt] somniant *CDE* *32* carnis *fehlt CDE* externa] corporis *CDE*

Hs] 'Et quotquot': Hoc adiecit. Hec est vera Reg⌊ula. S. Francis⌊cani allegant istum tex⌊tum et blecken[1] secundum Francis⌊cum: 'pax', et putant non mel⌊iorem reg⌊ulam in terris, quia habent hic tex⌊tum pro se: P⌊aulus locutus de g⌊raue kappen. 6, 16

'Hec': quae? Vivere nova c⌊reatura. Nec praep⌊utium, Cir⌊cumcisionem, sed 'novum hominem', Eph. 4., Ut sit vere iustus in*spiritu et Eph. 4, 24
castus et mundus in carne. Os sancta loquatur et sit iustitia intus. Vos

[1]) = *blöken.*

Dr] concipit, fit, ut externi quoque sensus innoventur. Aures enim verbum Dei, non amplius traditiones et somnia humana gestiunt audire. Os et lingua non sua opera, iusticias et Regulam iactant, sed solam misericordiam Dei in Christo exhibitam cum gaudio praedicant etc. Hae sunt mutationes, ut sic dicam, non verbales, sed reales, quae afferunt novam mentem, voluntatem, novos sensus et actiones etiam carnis, Ut oculi, aures, os et lingua non solum aliter quam antea videant, audiant et loquantur, sed ut ipsa mens etiam aliud probet et sequatur. Antea enim caecutiens in erroribus et tenebris Papisticis somniavit Deum mercatorem esse, qui suam gratiam nobis venderet pro operibus et meritis nostris. Iam orta luce Euangelii statuit, sola fide in Christum sibi contingere iusticiam. Ideoque nunc abiicit opera electicia et vocationis et charitatis opera divinitus praecepta facit, Deum laudat et praedicat ac in sola fiducia misericordiae per Christum gloriatur et exultat. Si quid malorum aut periculorum ferendum est, ea libenter et cum gaudio (quanquam caro murmuret) subit. Hanc Paulus novam creaturam appellat.

Et quotquot iuxta hanc regulam incedunt, pax super illos et misericordia. 6, 16

Hoc adiecit quasi Epiphonema. Haec unica et vera regula est, qua incedere debemus, nempe nova creatura. Franciscani impiissime detorquent hanc sententiam ad suam Regulam. Hinc blasphemi et sacrilegi homines praedicaverunt suam Regulam longe sanctiorem esse aliis, quia testimonio et autoritate Apostolica fundata et confirmata sit. Certe Paulus non loquitur hic de Cucullis, rasura verticis, fune, calopo[Vg. ce]diis, boatibus in templo et similibus inanissimis nugis, quae continentur in vita Minoritarum, sed de nova creatura, Quae neque circumcisio neque praepucium est, sed novus homo ad imaginem Dei creatus in iusticia et sanctitate veritatis, Qui intus in spiritu iustus et foris sanctus ac mundus est in carne. Franciscani et

*18* sola *bis* iusticiam] nos sola fide in Christum reputari iustos *CDE* abiicit nunc *CDE* *32* vita Minoritarum] regula ipsorum *CDE*

Hs] habetis sanctitatem, sed est hypocritica. Non est Monach⌊us rechtſ⌊chaffen, keuſch. Si etiam prohib⌊et oc⌊ulos, aures, os, tamen cor, invidiam. Ista reg⌊ula, non alia. Maledicta Reg⌊ula F⌊rancisci et Dominici. Hec reg⌊ula: vivere in f⌊ide Christi [Bl. 149ᵃ] et effici novam c⌊reaturam per s⌊piritum s⌊anctum, non geheuchelt mit worten. Da gehort 'pax', r⌊emissio p⌊eccatorum, favor; quando tribulatur, subvenit eis 'misericordia'; si etiam lapsi, sunt filii pacis, g⌊ratiae, misericordiae. Es ſol yhn als[1] geſchenckt ſein et ſol misericordia zu hilff komen.

Ego mein: 'Is⌊rael dei', da gibt er suis ps⌊eudoapostolis, qui iactant Is⌊raelem c⌊arnis, semen Ab⌊rahae. i. e. qui sunt in Christo, non curant de semine. Gentes konen auch Israel ſein, sed dei.

9 ℂ Ego[2]

[1]) = alles. [2]) *Dementsprechend der Abschnitt im Druck unten Z. 31.*

Dr] omnes Monachi habent quidem iusticiam et sanctitatem, sed hypocriticam et impiam, quia non sperant se per solam fidem in Christum, sed per observationem regulae suae iustificari. Deinde etiamsi foris simulent sanctitatem, cohibeant oculos, manus, linguam et alia membra, tamen cor pollutum habent, plenum concupiscentia, invidia, ira, libidine, idolatria, contemptu et odio Dei, blasphemia Christi etc. Sunt enim acerrimi hostes veritatis.

Quare maledicta sit regula Francisci, Dominici et omnium aliorum, quia per eas primum Christi beneficium et gloria obscurata et obruta ac Euangelium gratiae ac vitae prorsus oppressum est, Deinde mundus per easdem repletus est infinitis idolatriis, falsis cultibus, impiis religionibus, electitiis operibus etc. Haec autem, de qua hic Paulus loquitur, sola benedicta sit, qua vivimus in fide Christi et efficimur nova creatura, hoc est, vere iusti et sancti per Spiritum sanctum, non per fucum aut simulationem. Ad eos, qui incedunt hac regula, pertinet pax, id est, favor Dei, remissio peccatorum et tranquillitas conscientiae, Et misericordia, id est, auxilium in afflictionibus et ignoscentia reliquiarum peccati in carne. Imo si etiam hi, qui iuxta hanc regulam incedunt, praeoccupantur delicto aut lapsu aliquo, tamen, quia filii gratiae et pacis sunt, subvenit eis misericordia, ut illis peccatum et lapsus non imputetur etc.

## Et super Israelem Dei.

Hic petit Pseudoapostolos et Iudaeos, qui iactabant Patres, electionem,
Röm. 9, 4 f. legem etc. Roma. 9., Quasi dicat: Israel Dei sunt, non qui carnaliter progeniti sunt ex Abraham, Isaac, Israel, sed qui cum fideli Abraham credunt

18 aliorum] monachorum *CDE*

Hs] 'Ne mihi quisq[uam': Er iſt zornig. Concl[udit Ep[istolam cum ira. 6, 17
Sin non v[ultis sequi, non sequitur. Docui, quod debui. Si quis non vult, las mich zu frid[en. Si contentiosus, etc. Da bey ſols bleiben: vel pereat t[otus mundus, vel hanc Regulam accipiant. Ich wil nicht mher horen. Da bey wil ich bleiben et cruc[em Christi tragen. Hals[1] da fur, quod Christus der recht man ſey; ich wil 'sua stig[mata'.

---

2 non sequitur *o* *über* non vult *steht* vult esse contentiosus 3 *über* bey *steht* der Regel 5 ich *o* bleiben *vor* wil, *aber darüber die Ziffer* 2

[1]) = *Ich halte es.*

Dr] promissionibus Dei in Christo nunc exhibitis, sive Iudaei sive Gentes sint. Hoc argumentum supra Capite tertio copiose tractatum est.

De caetero nemo mihi molestus sit. 6, 17

Cum stomacho et indignatione concludit Epistolam, Quasi dicat: Ego docui fideliter Euangelium, ut per revelationem ab ipso Christo accepi; qui hoc non vult sequi, is sane sequatur, quod velit, modo deinceps mihi negocium non faciat. Summa, haec breviter mea sententia est, Quod Christus, quem praedicavi, est unicus Pontifex et Salvator mundi. Vel igitur mundus iuxta hanc regulam, de qua hic et in tota Epistola dixi, incedat, vel in aeternum pereat.

Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

Sicut superiorem sententiam: 'Quicunque iuxta hanc regulam incedunt' intelligunt Minoritae de sua regula dictam esse, ita et hanc fingunt de stigmatibus Francisci sui intelligendam esse. Ego puto merum figmentum et ludibrium esse, quod ipsi de hac re dixerunt. Esto sane, quod portaverit Franciscus in corpore stigmata, ut pingitur, tamen ipsi non impressa sunt propter Christum, sed ea ipse sibi impressit ex stulta aliqua devotione seu potius inani gloria, qua titillare se potuit, quod tam charus fuerit Christo, ut etiam sua vulnera corpori ipsius impresserit.

Haec vera Pauli est sententia hoc loco: Notae corpori meo impressae satis ostendunt, cuius sim servus. Si quaererem hominibus placere et urgerem circumcisionem et observationem legis ad salutem esse necessariam ac gloriarer in carne vestra more Pseudoapostolorum, non opus esset me portare in cor-

---

*11* ab ipso Christo] Christi *CDE* *14* est] sit *CDE* *21* Esto sane] Sed esto *CDE* *21/22* Franciscus portaverit *CDE* *22* non sunt ipsi impressa *CDE* *24* charus fuerit Christo] vehementer dilexerit Christum *CDE* *25* sua vulnera] vulnera eius *CDE* ipsius] suo *CDE* *26* Haec *bis* loco] Est autem haec huius loci germana sententia *CDE*

Hs] Der text hat gar auff F[ranciscum[1], ipsi fecerunt F[ranciscum.[2] i. e. notae
4, 14 impressae, i. e. passiones, ut supra, das iſt v[nſers H[err G[otts farb[e,
ut in corp[ore, anima geplagt, in 'fame', coniicit in 'car[cere', 'seditio-
2. Kor. 6, 5; 11, 26f. nib[us', 2. Cor. 6. 11.: 'In periculis, ps[eudo fratribus'. Sic nos: alle tag
occidimur: T[eufel in corde auffl[ieget, foris vexat per mala et Sch[wermeros, et omnia propter Christum, et hec sunt stigmata. Sic Reg[es, nob[iles geben vns gute notas et stig[mata; adver[sarii, diab[olus, mundus, caro geben vns. S. Francis[ci stig[mata, si verum, tamen nihil est werd.[3] Sunt corpore pas[siones et non propter deum, et gloriae stigmata, quod habet rhum, quod

*1* ¶ Der *zu 3/4* quae ipsius ergo ministri gestant *r* *zu 8 hinter* vns *gehörig* notas impressas *r* Sunt *c aus* E[st *9* ⟨Sed quando⟩ et *(2.)*

[1]) *Erg.* gehen müſſen. [2]) *Erg.* stigmatibus ornatum. [3]) = *wert.*

Dr] pore illa stigmata. Quia vero servus Iesu Christi sum et iuxta veram regulam incedo, hoc est, palam praedico et confiteor extra Christum nemini, praeter ullam exceptionem, contingere gratiam, insticiam et salutem, ideo oportet me etiam Christi, Domini mei, insignia gestare, Quae non sunt stigmata ultro accersita, sed quae mihi nolenti infliguntur a mundo et Satana, propter Iesum, quem affirmo esse Christum.

Sunt igitur stigmata afflictiones seu passiones corporis, Deinde tristicia, sagittae diaboli ac pavores animi, Quorum passim meminit Paulus in Epistolis
1. Kor. 4, 9ff. et Lucas in Actis. 1. Corin. 4.: 'Puto, quod Deus nos Apostolos novissimos ostenderit tanquam morti destinatos, Quia spectaculum facti sumus mundo, angelis et hominibus'; Deinde: 'Ad hanc usque horam esurimus, sitimus, nudi sumus, colaphis caedimur, incertis sedibus vagamur et laboramus operantes manibus nostris, maledicimur, persecutionem patimur, convitiis afficimur, veluti purgamenta mundi facti sumus et omnium peripsema'; Item
2. Kor. 6, 4f. 2. Corin. 6.: 'In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis et carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in
2. Kor 11, 23ff. ieiuniis' etc., Et Cap. 11. et 12.: 'In laboribus plurimis, in plagis supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter. A Iudaeis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Nocte et die in profundo maris fui. In itineribus saepe, in periculis fluminum, latronum, in periculis ex genere, ex Gentibus, in periculis in civitate, solitudine, mari et falsis fratribus' etc.

*10* illa] ista *CDE* *11* praedico] doceo *CDE* *11/12* nemini *bis* gratiam] neminem sine ulla exceptione consequi gratiam *CDE* *15* propter *bis* Christum] Non ob aliam causam, quam quod Iesum praedico esse Christum. *CDE* *16/17* Sunt *bis* animi] Vocat igitur stigmata plagas corpori suo impressas et passiones, Deinde ignita tela diaboli, tristitiam ac pavores animi *CDE* *17* Quorum] Harum passionum *CDE* passim meminit] meminit passim *CDE* Paulus *fehlt CDE* *20* Deinde] Item *CDE*

Hs] Christus ſo lib hat yhn, ut stig⌊mata druck. sunt dementes Monach⌊i. Sed pavefacere diab⌊olum[1] et 'sagittas', das ſind stig⌊mata, quae non lib haben, Eph. 6, 16 et cogor, et quod mundus laceret, ut hab⌊eam.[2] Si bey den in carcere et verb⌊eribus[3], [Bl. 149ᵇ] hec sunt stig⌊mata, quae non lib⌊enter patior, et tamen cogor. Spiritus semper salvus, der corpus mus her halten. Das iſt per iram geſagt.

Das iſt die letz.[4] Der b⌊onus Gott helff euch. Dix⌊i et docui, yhr 6, 18 habt den ſegen da zu. Nec pos⌊sum aliud quam hec vale dicere. Quando

3 bey̅

[1]) *Subjekt des* accus. cum inf. [2]) *Erg.* passiones. [3]) *Erg.* bin. [4]) = *Abschied.*

Dr] Illa sunt vera stigmata, hoc est, notae impressae, de quibus hic Apostolus loquitur, quas et nos hodie, gratia Dei, gestamus in corpore nostro propter Christum. Mundus enim persequitur et occidit nos, falsi fratres acerrime oderunt nos, Satan intus in corde suis ignitis telis perterrefacit nos, nullam ob aliam caussam, quam quod docemus Christum iusticiam et vitam nostram esse. Haec stigmata non eligimus ex suavi aliqua devotione neque libenter patimur, sed, quia mundus et Satan nobis invitis ea infligit propter Christum, cogimur ea pati et gloriamur cum Paulo in Spiritu, qui semper salvus est, gloriatur ac gaudet, ea nos portare in corpore nostro. Sunt enim sigillum et certissimum testimonium verae doctrinae et fidei. Ista cum indignatione quadam Paulus dixit.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres, 6, 18 Amen.

Hoc ultimum est vale. Finit Epistolam iisdem verbis, quibus eam incepit, Quasi dicat: Ego docui vos pure Christum, rogavi, obiurgavi etc. vos, nihilque omisi, quod duxi in rem vestram esse. Amplius nihil est, quod vobis praestare possim, nisi quod ex animo precor, ut Dominus noster Iesus Christus addat labori meo benedictionem et incrementum suoque Spiritu vos gubernet in aeternum. Amen.

Hactenus enarratio Epistolae Sancti Pauli ad Galatas. Dominus Iesus Christus, Iustificator et Salvator noster, qui dedit mihi gratiam et facultatem enarrandi et vobis audiendi hanc Epistolam, Idem conservet et confirmet me et vos (id quod ex animo precor) crescentes magis magisque in cognitione

*15* invitis *fehlt CDE* *16* salvus] promptus *CDE* *18* Ista] Haec *CDE* Haec, ut supra monui, cum *CDE* *22* eam *fehlt CDE* *25* vobis praestare] addere *CDE* *27* Amen *fehlt CDE* *31/184, 4* crescentes *bis* nostrae] ut in dies magis crescentes in cognitione gratiae suae et in fide non simulata irreprehensibiles et inculpati inveniamur in die redemptionis nostrae *CDE*

Hs] praedicavimus, ut possumus, sumus excusati. Dominus, qui dedit nobis docere et audire, det etiam servare et facere.

---

*1* praedicavimus] p̄ 9 ut] et *über* Dominus *steht* Der b[onus Gott etc.

Dr] gratiae ac fidei ipsius, irreprehensibiles et inculpatos usque ad diem redemptionis nostrae, Cui cum Patre et Spiritu sancto sit laus et gloria in secula seculorum, Amen, Amen.

Lucae 2.:

'Gloria in excelsis Deo,
Et in terra pax,
Hominibus bona voluntas.'

Esa. 40.:

'Verbum Domini manet in aeternum.'

---

*4* laus et *fehlt CDE* *5* Amen *(2.) fehlt CDE* *6/11* Lucae *bis* in aeternum' *fehlt CDE*

# Vorleſungen

## über die Pſalmen 2. 51. 45.

1532.

Auf die Vorleſung über den Galaterbrief, die am 12. Dezember 1531 endete, folgten vom 5. März 1532 an Vorleſungen über die Pſalmen 2, 51 und 45. An ſie ſchloſſen ſich vom 5. November ab unmittelbar ſolche über die „Stufenpſalmen" und weiter Pſalm 90 an, welch letzte dann zu der Geneſisvorleſung hinüberleitete, die Luther, oft unterbrochen, durch zehn Jahre hindurch bis kurz vor ſeinem Tode beſchäftigte (vgl. Unſre Ausg. Bd. 42, VII).

Die Vorleſungen, mit denen wir es hier zunächſt zu thun haben, ſanden an folgenden Daten ſtatt:

Pſalm 2: 5. März, „quae erat Martis post Oculi", 9. und 16. April, 27. und 28. Mai, 3. und 5. Juni;

Pſalm 51: 10., 11., 17., 18. Juni, 8., 9., 16., 22., 23., 30. Juli und 6. Auguſt;

Pſalm 45: 20., 26., 27. Auguſt, 14., 15., 21., 22., 28., 29. Oktober und 4. November 1532.

Sie liegen wiederum in der ausgezeichneten Nachſchrift Rörers vor, und zwar in dem Jenenſer Kodex Bos. q. $24^{p}$, deſſen Beſchreibung wir als Beilage geben. Die Kollegientage waren Montag und Dienstag.

Die Geſchichte dieſer Vorleſungen iſt zugleich wieder ein Kapitel aus der Krankheitsgeſchichte Luthers. In dem Predigtenband des Jahres 1532 iſt bereits eine Zuſammenſtellung der vielen Behinderungen gegeben, die dem Reformator aus ſeinem Kopfweh damals erwuchſen (Unſre Ausg. Bd. 36, VIIIf.). Die große Lücke zwiſchen dem Abſchluß der Galatervorleſung und dem Beginn des Kollegs über Pſalm 2 findet aus den a. a. O. gemachten Angaben ihre Erklärung. Ebendort ſind auch Äußerungen über Luthers ſchlechtes Befinden im März mitgeteilt, in dem er nur eine einzige Vorleſung hielt. Er wird ſich alſo ſeine Predigten, die er doch in dieſem Monat hielt, nur eben abgerungen haben. Für April und Mai mit ihren je zwei Vorleſungen, ihrer einzigen öffentlichen Predigt und den vier Hauspredigten iſt die Bemerkung Rörers in ſeinem Briefe vom 10. Juni an Roth bezeichnend: Praedicavit heri vesperi, id quod in 8 hebdomadibus non fecit (Buchwald, Zur Wittenberger Stadt- und Univerſitätsgeſchichte Nr. 115 S. 100); vgl. auch die Briefe vom 2. und 22. April und 20. Mai (Enders 9, 162. 178. 190). In die Zeit zwiſchen den 18. Juni und den 8. Juli fallen die Verhandlungen über den Religionsfrieden (Enders 9, 200ff.). Zwiſchen dem 7. und

19. Auguſt ſchweigt auch der Briefwechſel (Enders 9, 219 f.), wohl aber predigt Luther, am 8. ſogar auswärts. Unter dem Eindruck dieſer neuen Unterbrechung macht Luther am 20. Auguſt in der erſten Vorleſung über Pſalm 45 die Bemerkung, er trage nur ausgewählte Pſalmen vor, quandoquidem mea opera incertior (Bos. q. 24[p] Bl. 69[a]); der Herausgeber fügt im Druck (1533/34) hinzu: propter valetudinem et negotia. Für die lange Pauſe während des ganzen September bis zum 14. Oktober könnte man vielleicht in der Bemerkung Luthers an Oſiander vom 19. September: tuis literis, licet aegrotus, respondeo eine Erklärung finden (Enders 9, 225 und 226 Anm. 2).

An brieflichen Notizen über die Vorleſungen ſind nur zwei zu ermitteln geweſen. Corp. Ref. II, 596 ſteht in einem Briefe vom 5. Juni die allgemeine Bemerkung: his diebus praelegit iterum. Und Rörer ſchreibt in dem erwähnten Briefe vom 10. Juni (a. a. O. Nr. 115 S. 100): Iam aliquot diebus bene habuit Doctor ipse et finivit psalmum 2., incepturus hodie alium.

Neben Rörer ſcheint auch Dietrich nachgeſchrieben zu haben, wenigſtens findet ſich bei der Vorleſung vom 14. Oktober in Rörers Kollegheft Bl. 80[b] am Rande der Vermerk: Illam lectionem melius excepit M[agister Veit, Sp[ectabilis decanandus. Dieſe ſcherzhafte Titulatur entſpricht den Tatſachen: am 9. Januar und 6. Februar 1533 iſt Dietrich in der Matrikel der philoſophiſchen Fakultät als Dekan genannt (Köſtlin, Die Baccalaurei uſw. 1518—1537, S. 25 und 21; vgl. Enders 9, 154 f.).

Wir müſſen noch nach etwaigen Präparationen Luthers auf dieſe Vorleſungen fragen. Koffmane hat in Unſrer Ausg. Bd. 31¹, 457 ff. als „Kleinere Arbeiten über Pſalmen, 1530—1532" ein vielſchichtiges Material herausgegeben und ſcharfſinnig charakteriſiert. Er hat auch bereits mehr oder weniger ſicher vermutet, daß ſich in dieſem Material Stücke von Präparationen zu unſeren Vorleſungen finden (z. B. a. a. O. S. 564). Wir möchten das mit Beſtimmtheit ausſprechen. Es ſind zum Teil Doppelſtücke, ſo zu Pſalm 2 in Bd. 31¹ S. 484 f. und 485—488; zu Pſalm 51 a. a. O. S. 510—514 und 538—543; zu Pſalm 45 a. a. O. S. 565—571. Dieſe Aufzeichnungen Luthers ſind dann von den Überlieferern, Dietrich und Rörer, in die gleichartigen größeren Zuſammenhänge eingereiht worden, in denen Koffmane ſie jetzt gibt. Wir verzichten hier auf einen neuen Abdruck dieſer Stücke und verweiſen auf die angegebenen Stellen. Vielleicht findet aus dieſen Überlieferungen heraus die eigentümliche Tatſache, daß Luther den 51. Pſalm vor dem 45. auslegte, ihre Erklärung. Zu der einen Relation von Pſ. 51 nämlich (Unſre Ausg. Bd. 31¹, 538 zu Z. 1; vgl. Koffmanes Einleitung ebenda) bemerkt Rörer: „die 20. feb." und Dietrich: „Hunc Psalmum Torgae exposuit, cum princeps aegrotaret." Dieſe bereits vorhandenen Aufzeichnungen würden Luther dann wieder angezogen haben; er hätte ſie um das Stück a. a. O. S. 510—514 vermehrt und ſeiner Vorleſung zugrunde gelegt.

Die Vorleſungen ſind zum Teil ſehr viel ſpäter und in ganz anderer Reihenfolge, als ſie gehalten waren, herausgegeben worden: Pſalm 2 als letzter, erſt im Jahr 1546; Pſalm 51 im Jahr 1538; Pſalm 45 zuerſt, 1533/34. Herausgeber von allen war offenbar Veit Dietrich. Wenigſtens wird bei zweien dieſer Vorleſungen geſagt, daß er ſie „colligirt" habe, ſo in zwei Briefen Spenglers an Dietrich über Pſalm 45 vom 1. Januar und vom 21. Januar 1534 (M. M. Mayer,

Spengleriana, Nürnberg 1830, S. 134f. und 137f.; an letzter Stelle muß es ſtatt: „43. pſalmus" natürlich heißen: „45.") Bei der Enarratio des 2. Pſalms ſteht das „collecta a Vito Theodoro" im Titel des Druckes ſelbſt (vgl. Bibliographie). Allerdings kann dieſes colligere nur als eine Andeutung davon aufgefaßt werden, daß Dietrich den Druck beſorgt hat; denn in Wahrheit „colligiert", d. h. nachgeſchrieben, ſind die Vorleſungen vollſtändig von Rörer, Dietrich hat wohl nur gelegentlich nachgeſchrieben, vgl. die oben angeführte Notiz Rörers in ſeinem Kollegheft zu der Vorleſung vom 14. Oktober. Zweifellos hat Dietrich ſeinen Drucken eben dieſe Rörerſchen Nachſchriften zugrunde gelegt und nicht etwa ſeine eigenen; das zeigt die Vergleichung der Handſchrift Rörers mit den Drucken in unſerer Textwiedergabe; es zeigt das auch die Beobachtung, daß die Drucke zahlreiche ſchwer zu leſende Worte der Rörerſchen Nachſchrift nicht wiedergeben, — Dietrich hat an dieſen Stellen eben Rörer nicht leſen können. Zu dem Druck Pſalm 2 beſonders iſt noch ein briefliches Zeugnis vorhanden, aus dem hervorzugehen ſcheint, daß Melanchthon die Vorrede zu dieſem Druck im Namen Dietrichs verfaßt hat; denn er ſchreibt am 1. Dezember 1545 an Dietrich: Nunc praefationem in Psalmum, qui abs te editus, adornabo, ut in ipsis Natalis admirandi feriis munus a me habeas tempori conveniens, de filio nato, de quo Psalmus inquit: 'Osculamini filium' (Corp. Ref. V, 892f.). Strobel, Nachricht von dem Leben und den Schriften Veit Dietrichs, Altdorf und Nürnberg 1772, S. 121, hat ſchon auf Grund dieſer Stelle in Melanchthon den Verfaſſer dieſer ganzen Dedikation Dietrichs an Georg Vogler in Windsheim, einen ehemaligen Brandenburgiſchen Kanzler, geſehen. Wirklich macht dieſe Vorrede ganz den Eindruck, von Melanchthon zu ſtammen.

Auch Pſalm 51 iſt von Dietrich herausgegeben, obwohl der Titel, wie bei Pſ. 45, davon ſchweigt. Strobel, a. a. O. S. 55, ſchreibt dieſen Druck ihm zu. Ein ſicheres Zeugnis dafür iſt ein Brief Melanchthons vom 6. Okt. 1538 an Dietrich, in dem er ſchreibt: Maiorem curam mihi iniecisti editione Psalmi, ubi inseris quaedam de causa sine qua non, uſw. Melanchthon fürchtet, Luther werde hierin eine Erweichung der Gnadenlehre ſehen und annehmen, Dietrich habe die Stelle zugunſten der melanchthoniſchen, weniger ſtrengen Auffaſſung in ſeine Vorleſung eingeſtreut. (Corp. Ref. III, 593f. Vgl. Strobel, a. a. O. 55f. und Köſtlin-Kawerau, M. Luther II, 451.) Daher ermahnt Melanchthon am Schluß Dietrich: Haec duxi tibi significanda esse, ut in posterum sis cautior, ac omnino velim te eius (scil. Lutheri) enarrationes, nisi prius ipsi missas, non edere.

Damit ſtimmt eine Stelle in der oben erwähnten Dedikation von Pſ. 2 an Vogler überein, in der Melanchthon, unter Dietrichs Namen verborgen, über die Herausgebertätigkeit desſelben ſagt: . . . multas enarrationes Martini Lutheri edidi, de quarum fide ne quis dubitet, sciat hactenus a me editas in officinis Academiae Witebergensis usque ad hunc annum 1546 ab ipso Autore (d. i. Luther) omnes relectas et emendatas esse. Et quoniam deinceps, Deo iuvante, plura eius monumenta editurus sum, praestabo fidem, quam debeo. Nec solus tamen eas editiones adornabo, Sed viros eruditos et integros, Casparum Crucigerum et Gorgium Rorarium adiungam tanquam censores ac testes. Daß Dietrich in der Tat mit Rörer zuſammen arbeitete, zeigen ja dieſe Pſalmendrucke, denn ſie gehen eben auf Rörers Nachſchriften zurück. Daß er aber die Druckbogen

Luther ſelbſt zur Korrektur vorgelegt habe, darf mit Recht bezweifelt werden. Denn Dietrich und nach ihm noch ſeine Erben haben in zahlreichen Veröffentlichungen mit echtem Luthergut doch recht frei geſchaltet (vgl. z. B. eben jene Kleineren Arbeiten an den Pſalmen, Unſre Ausg. Bd. 31$^1$, 457ff.).

Unſere Vorleſungen über die Pſalmen 2, 45 und 51 (und zwar in dieſer Reihenfolge) finden ſich ſeltſamerweiſe nochmals handſchriftlich in einem Bande der Weimarer Großherzoglichen Bibliothek, fol. 38, den Koffmane in Unſrer Ausg. Bd. 31$^1$, 460f. beſchrieben hat. In der Tat geht dieſe Abſchrift, die erſt 1556 angefertigt wurde, offenbar auf die Drucke dieſer Vorleſungen zurück. Bemerkungen im Text und am Rande zeigen ihre Verbindung mit den adiaphoriſtiſchen und majoriſtiſchen Streitigkeiten.

---

## Beilage.

### Beſchreibung der Handſchrift Bos. q. 24p.

Auf dem alten Deckel iſt ein D gemalt.

Auf der Innenſeite des Deckels: Etsi haec oratio: Bona opera sunt necessaria ad salutem, in doctrina legis abstractive et de idea tolerari potest, Tamen propter multas graves causas fugienda et vitanda non minus quam illa: Ch⌊ristus est creatura.

Bl. 1$^a$ Regiſter der Auslegungen und Tiſchreden von Bl. 236$^b$—257$^b$.

Bl. 1$^b$ Notizen über den Tod des Kurfürſten Johann und über die dreifache absolutio Luthers durch Staupitz, den Papſt und den Kaiſer. Regiſter der in dem Bande enthaltenen Pſalmenvorleſungen.

Bl. 2$^a$—28$^b$ Vorleſung über Pſ. 2.

Bl. 28$^b$—68$^a$ Vorleſung über Pſ. 51.

Bl. 68$^b$ leer.

Bl. 69$^b$—105$^b$ Vorleſung über Pſ. 45.

Bl. 105$^b$ und 106$^a$ Brief Luthers an ſeine Frau. „Am Tage Scholaſticae 1546." = de Wette 5, 789.

Bl. 106$^b$—108$^b$ leer.

Bl. 109$^a$—236$^a$ Vorleſungen über die Stufenpſalmen.

Bl. 236$^b$—254$^a$ Reinſchrift von Breves explicationes in aliquot Euangelia do⌊minicalia, = Unſre Ausg. Bd. 45, XXXVIIIff. und 424ff.

Bl. 254$^a$—257$^b$ Colloquia, und zwar: Gen. 4., nato Cain. Causa divortii. Descendit ad inferos. Maria virgo permansit. Resurr⌊ectio Christi. Civis quidam Lipsicus. De commenta⌊riis iudicium et cons⌊ilium L⌊utheri. Polter Geiſter. Consolatus decumbentem. Libri usus pro concione. Ex legibus et consuetudine. Casus matrimo⌊nialis. Alius. Celibatus magnum onus. Deus locutus cum patribus. Formula D. M. L., qua uti volebat promoturus C. C⌊rucigerum. Oratio, ut

mature veniat extrema dies. Quod lapsis pateat regressus. Quanta orationis vis est. 'Ecce duo gladii.' Anno XXXV Im wintermond iſt der Teufel zu nacht uſw.

Bl. $257^{b}$ Loci exhortatorii = Unſre Ausg. Bd. $40^{I}$, 8.

Bl. $258^{a}$ P. E. Anno|tationes in cap. Ep. 1. ad Cor. 6. 'Vos iudicatis mundum.' Regiſter der Breves explicationes.

Bl. $258^{b}$ Nochmaliges Regiſter der Pſalmenvorleſungen. Regiſter der Koburgpredigten = Unſre Ausg. Bd. 32, 28—126.

Auf der Innenſeite des Deckels einige Zitate aus dem Bande und eine Eheſache.

# Enarratio Psalmi secundi.

**1532. [1546.]**

## Ausgaben:

„ENARRATIO ‖ Pſalmi ſecundi, a Reueren= ‖ do D. Martino Luthero dicta= ‖ ta, & collecta a Vito The= ‖ odoro Noriberg. ‖ ENARRATIO CAP. ‖ noni Eſaiæ a D. Martino Luthe= ‖ ro dictata, & a Iohanne Fre= ‖ dero collecta. ‖ VVITEBERGAE ‖ per Iohannem Lufft. ‖ 1546. ‖“ Mit Titeleinfaſſung. Titelrückſeite leer. 264 Blätter in Oktav (= Bogen A und a und B—Z und a—i; 17 unbezifferte Blätter und Blatt 2—244 [mit vielen Fehlern] und 4 unbezifferte Blätter), Blatt a $7^b$ a 8 und die fünf letzten Seiten leer.

Vorhanden: Knaakeſche Sammlung; Hamburg, Jena U., München H. u. U.; London. — Erlangen, Exeg. opp. lat. XVIII, 1 (fälſchlich beide Male „NARRATIO“ auf dem Titel ſtatt „ENARRATIO“; ebenſo darnach Walch $^2$ 5, 76 Anm.).

## Spätere Ausgaben:

„ENARRATIO COPIOSA ET LVCVLENTA PSALMI *SECVNDI, ET CAPITISNONI ISAIAE, DEREFNO CHRISTI.* [Luthers Wappen.] *AVTORE REVERENDO VIRO D. MARTINO LVTHERO.* 1555.“ Die weitere Beſchreibung wie die der Ausgabe vom Jahre 1546. Dieſe neue Ausgabe iſt nur eine Titelauflage der früheren, für die nach damaligem Gebrauch der ganze erſte Bogen neu geſetzt iſt.

Eine Ausgabe durch Johann Jacob Rambach: Halae Magdeb. 1728.

## Deutſche Überſetzung.

„❦ Der ander Pſalm̃ ‖ Dauids, durch D. Martinum ‖ Luther heiliger gedechtnis ausgelegt, Darin auff ‖ die teuffte vñ hendel der Weltgelertẽ jtziger zeit ſo ‖ meiſterlich geantwort, vnd den armen betrůbten ‖ Chriſten ſo reicher troſt, Lehr vnd vnterweiſung ‖ vorgelegt wird, gleich als hette der heilige ‖ Geiſt ſondertich mit fingern auff dieſe ‖ zeit vnd tage weiſen wollen. ‖ Jtzt newlich Verdeudſcht. ‖ Gedruckt zu Magdeburg, bey ‖ Chriſtian Rödinger. ‖ 1550. ‖“ Titelrückſeite leer. 76 unbezifferte Blätter in Quart (= Bogen A—T). Am Ende (Blatt T $4^b$ Z. 36): „Gedruckt zu Magdeburgk bey Chriſtian Rödinger. ‖“

Vorhanden: Knaakeſche Sammlung; Berlin (Luth. 8178), Halle Waiſenhaus, Heidelberg, München H.; London.

In den Geſamtausgaben. Lateiniſch: Wittenberg III (1549), $437^b$—$468^b$; Jena IV (1558), $750^a$—$779^b$; Erlangen, Exeg. opp. lat. XVIII, 1—127. — Deutſch: Altenburg 5, 1134—1181 (nach der Ausgabe von 1550); Leipzig 6, 1—51 (ebenſo); Walch $^1$ 5, 104—277 (ebenſo); Walch $^2$ 5, 74—189 (aus dem Lateiniſchen neu überſetzt).

Hs]

## Ps. 2.

5. Martij. [Bl. 2a] Omnis praedicatio vel lectio sacrae theolo⌊giae est ipsum veriss⌊imum sacrificium laudis vel Eucha⌊ristia vel gratiarum actio, quod est Summum sacrificium et s⌊ummus cultus in novo Testa⌊mento. Ideoque

*zu 1 am oberen Rand der Seite steht:* 3. Tomo fol. 440b [1] *und:* Infra 28b [2] *zu 1:* 5. Martij, quae erat Martis post Oculi Anni 32. *r* *1/2* veriss⌊imum (2) ipsum (1)

1) = *Wittenberger Ausgabe; vgl. Bibliographie.* 2) *Dort beginnt die Nachschrift der Vorlesung über Ps. 51.*

Dr]

## [Bg. B] PSALMUS II.[1]

Quare tumultuantur Gentes, Et Populi meditantur inania?

Consurgunt Reges terrae, et Principes consultant simul, Adversus DOMINVM et adversus CHRISTVM eius.

Dirumpamus vincula eorum, et proiiciamus a nobis funes eorum.

At habitator coeli ridet, Et DOMINVS subsannat eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos.

EGO autem constitui Regem meum super Zion montem sanctum meum.

Praedicabo statutum, quod DOMINVS ad ME dixit: Filius meus es tu, Ego hodie genui TE.

Postula a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, Et possessionem tuam terminos terrae.

Reges eos sceptro ferreo, Et ut vas Figuli confringes eos.

NVnc ergo Reges erudimini, Sinite vos castigari Iudices terrae.

Servite DOMINO in timore, Et exultate in tremore.

Osculamini Filium, ne irascatur, et pereatis subito, quoniam brevi exardescet ira eius. At beati omnes, qui sperant in Eum.

## PRAEFACIUNCUla in secundum psalmum.

Est sane nostra conditio, qui servimus Ecclesiae et docendi munus sustinemus, admodum exigua et tenuis, si eam cum aliis professionibus compares et mundi iudicium sequaris. Fere enim pro labore reportamus odium, et non solum contemnimur superbe, sed etiam strenue esurimus, cum

1) *Auf Bogen A des Druckes steht die Widmung Dietrichs an Georg Vogler, die wir oben S. 189 kennzeichneten, Bg. Aija bis A8b. Dann folgt Bg. a 1a bis a 6a die Widmung der* Enarratio Cap. noni Esaiae *durch Johann Freder an Nikolaus Amsdorf. Bogen a 6b bis a 7a enthält eine* Precatio pro Ecclesia Dei. Ex verbis Esaiae Cap. LXIII. Carmine reddita a Iohanne Stigelio. *Bg. a 7b leer. Dann beginnt Bg. B. Vgl. die Bibliographie.*

Hs] nos felicis⌊simi sumus et agere gra⌊tias debemus. non solum, quod sacerdotes sumus istorum sacrificiorum, verumetiam, quod intelligimus et certi sumus, hoc opus esse certiss⌊imum sacrif⌊icium: g⌊ratias a⌊gere. Iamque postquam divina misericordia sublatae privatae missae et abominationes Papae et in locum erectae declamationes et lectiones, verae missae i. e. lectiones pure secundum Sanctum verbum Dei, Ideo statuimus, quantum possemus per infirmitatem, aliquando psalmum aliquem apprehendere, non tantum legendi et discendi causa, sed deo g⌊ratias agendi, ut sit nostra lectio matutinum[1] sacrificium vice impiissimarum Missa⌊rum, quia lectio scripturae nihil aliud est quam praedicatio divinae misericordiae, laus et gratitudo pro immensis et innumerabil⌊ibus beneficiis, quae etiam nos instruit de vera cognitione Christi et consolatur et munit adversus scanda⌊la et tentationes diaboli et confortat, ut perseveremus ad diem illum beatum

---

*4 über* sublatae *steht die Ziffer* 1 privatae[2] missae[3] *o über* et *steht* 4 *5* declamationes et lectiones *o und eingewiesen* *7* psalmum] ps. *8* legendi et *o* deo⟨s⟩ nostra⟨m⟩ *10* nihil aliud est *o* *11* et[1] beneficiis[3] innumerabil⌊ibus[2] quae *mit Strich zu* lectio *(2.) Z. 9 gezogen* *13* beatum *o*

[1]) *Die Vorlesung fand am Vormittag statt.*

Dr] alii in re bene lauta sint et in summo habeantur precio. Experimur autem hanc ob causam meliora ingenia nostrum hoc studium negligere et sequi potius eas artes, quae in questu et cum dignitate sunt.

Sed si rem recta reputes via, Theologus, quantumvis miser et contemptus, meliore loco est, quam omnes aliarum professionum Magistri. Quoties enim suum administrat munus, non solum proximo suo praeclaram dat operam, praestantem omnibus omnium hominum officiis, quantumvis sumptuosis et utilibus, sed ipsi Deo in coelis gratissimum offert sacrificium, et vere vocatur atque est altissimi Sacerdos. Totum enim hoc, quod Theologus in Ecclesia agit, pertinet ad noticiam Dei propagandam et ad salutem hominum.

Cum igitur divino beneficio sublatae sint abominationes impii sacrificii Papistarum, missas dico, quas solas impius Papa cum suis Doctoribus sacrificii nomine ornavit, cumque restitutus nunc sit verus cultus, nempe praedicatio verbi Dei, quo et vere cognoscitur Deus et ornatur. Ego quoque tanquam unus ex numero sacerdotum Dei Psalmum secundum volui in manus sumere et explicare, Non tantum, ut vos doceam et ipse discam, Sed etiam, ut sacrificem Deo gratum sacrificium. Cur enim non sic appellarem hanc operam, quam ecclesiae Christi causa suscipio, quaeque tota ad gloriam Dei et hominum salutem comparata est ac nobis in secundo et tertio praecepto mandata? Quomodo enim Dei nomine sanctius possumus uti, quam cum nos et alios instituimus verbo Dei? Quomodo tempus rectius possumus ponere

Hs] adventus etc. Ut socius vester sim in laudando etc., volo apprehendere aliquot psalmos; non totum psal[terium, promitto, ne vana spe vos lactem, sed eligam aliquot. Hoc animo volo legere, ut Missam nostram mane celebremus et gratias agamus deo et discamus et consolemur nos invicem etc.

Accipimus ps. 2.

'Quare': scitis, quod in Actis Apostolorum iste psalmus dedit primas V. 1 Apg. 4, 25 f.
preces vel potius primas gratiarum actiones in precib[us ecclesiae, quando congregati unanimiter cantabant hunc psalmum et orabant, ut daret deus fortitudinem et faceret signa etc. Inspexerunt Apostoli, s[piritu sancto magistro, hunc psalmum aliquid magni continere, ut apprehenderent in primis precib[us, et ibi simul praedicaverunt, muniebant adversus vim et furorem Iudeorum, totius mundi et diabo[li.

---

*1* sim *o*  1 *unter der Zeile ergänzt zu* laudando etc.  *2* promitto *bis* lactem *rh*  *4* nos *o*  *zu 6* Acto. 4. *r*  *7* primas *o*  *8* deus *o*  *10* magni continere *unter der Zeile*  *11* adversus[a] et[c] furorem vim[b]

Dr] et sanctificare Sabbatum, quam cum hisce miseris temporibus consolationibus scripturarum certissima eademque gravissima pericula mitigamus?

Coniungamus igitur studia et operas, ac vos audiendo, ego docendo. Sicut nostra fert vocatio, praestemus Deo hunc cultum, quem ubique a nobis exigit, ut et in nobis ipsis tractatione hac verbi Dei confirmetur fides et gloria Dei propagetur. Hoc est sacrificium Deo gratum et acceptum. His 'labiorum vitulis', ut Propheta loquitur, capitur magis quam omnibus quan- Hos. 14, 3
tumvis sumptuosis et difficilibus operibus. Decet igitur nos ad tales operas tam sanctas, tam necessarias ac utiles, animo alacri accedere. Certi enim sumus, nos, dum haec agimus, non solum nihil peccare, sed occupari sanctissimis operibus, quae certum fructum eumque aeternum sunt allatura.

## ENARRATIO Psalmi secundi, Per D. Martinum Lutherum publice instituta, Anno 1532 mense Martio.

Porro hic secundus Psalmus, sicut ex Actis discimus, dedit primas preces et gratiarum actiones Deo in Ecclesia novi testamenti. Collecti enim discipuli tum canebant et laudabant Deum, ac precabantur, ut in tantis Apg. 4, 25 f.
periculis et tanto furore adversariorum confirmarentur animi et cum fiducia verbum praedicaretur.

Is locus satis probat hunc Psalmum eximii aliquid habere, Siquidem Apostoli recens Spiritu sancto impleti ac in prima tentatione seu paroxismo primo eum apprehendunt, orantes, et hoc modo tum consolantur, tum muniunt se adversus omnem vim hostium. Est autem utrunque nobis in his novissimis temporibus admodum necessarium, Siquidem et vi et dolo, deinde variis scandalis et omni genere malorum propter verbum Dei a Satana et mundo impetimur.

Hs] Est autem propheticus, in quo etiam discemus laudare, plenus eruditione et consolatione spirituali. Et verbis propriis et pulchris descriptus. Argumentum: vult declarare vel prophetare de regno Christi dilatando per Matth. 16, 18 Eph. 2, 2 totum orbem terrarum [Bl. 2b] invitis 'portis inferorum' et 'princip⌊ibus aeris' et mundi. Et unus est de istis locis, qui confirmant nostrum art⌊iculum de regno Christi et iustificatione. Regnum Christi dicit futurum spirituale. Rex erit sempiternus, non habebit successorem, et talis rex, qui simul sit sacerdos, qui doceat, qui simul deus et homo verus. Item: Cui resistit totus orbis cum universa sua potentia, iustitia, sapientia, virib⌊us. Ideo reg⌊num erit in speciem infirmissimum, ut nihil appareat nisi infirmitas, ut putetur singulis momentis etc., ut ein tropflein waſſers. Non habet fundamentum, columnam, qua in Orb⌊e terrarum videatur, sed sursum est in verbo dei. Indicat psalmus: Qualis Rex, quale regnum, quando, ubi, quo-

---

*zu 1* propheticus ps. *r* 2 spirituali *über* ⟨s⌊piritus s⌊ancti⟩ *zu 3* Argumentum psalmi *r* 4 principib⌊us *o* 5 de istis *o* locis *c aus* locus 6 iustificatione *rh* *zu 6* Regnum Christi *r* 7 rex *o* 8 Item *o* 9 sapientia *o* 11 *über* etc. *steht* ruiturum *über* ut *steht, davor eingewiesen,* wird hengen *hinter* waſſers *ist* an eim einmer *rh* 12 qua] qua⟨m⟩, *darüber* ⟨in⟩ 13 Indicat psalmus *o*

Dr] Est autem Propheticus Psalmus, in quo nos quoque laudabimus Deum ac cum Apostolis orabimus contra furorem mundi, et certo accipiemus cum Apostolis consolationem, quam proponit abundantem et bonis verbis ac sententiis expositam. Hoc enim argumentum David tractat, ut consoletur et doceat Ecclesiam de regno Christi invitis potestatibus mundi et aeris propagando. Quare praecipue pertinet ad confirmandum articulum de novo Testamento seu regno Christi, quod sit futurum spirituale Regnum, Quod Christus sit Rex aeternus, nullum habiturus successorem, Quod etiam sit Sacerdos, qui doceat Ecclesiam, Imo quod sit natura Deus et afferat ad nos aeternam iusticiam et sapientiam.

Haec cum explicantur, plena consolationum sunt. Et tamen ostendit Propheta hoc Regnum in speciem adeo fore infirmum, ut putetur omnibus momentis casurum. Non enim habet fundamentum aut robur aliquod visibile, quale regnorum mundi est, quae potentia, opibus, populorum numero et finium amplitudine nituntur. His omnibus praesidiis hoc regnum destitutum, sine fundamento, in nudo verbo haeret, tanquam gutta aquae adhaerens situlae.

Haec fere praesens Psalmus complectitur. Igitur ad docendam Ecclesiam utilis est, ut discamus omnes huius regni circumstantias, Qualis Christus rex sit, quando, ubi, quomodo sit administraturus regnum suum, Quae cum hoc regno conveniant, quae sint contraria, qui huius regni fructus seu effectus sint, quae species coram mundo, quae coram Deo et in spiritu. Haec qui norunt, certam et veram huius regni ideam habent.

Hs] modo, quae contraria, quae consentientia, qui fructus, effectus, quae victoria, species in spiritu S[ancto. Est docere, tradere certam cognitionem huius regni. Consolatio nostra spiritualis, quod scimus adversari huic regno diab[olum, omnes homines et totum mundum; quicquid sublime in mundo, sapiens, sanctum, totum invadit hoc regnum. Et reddimur certi, quod nihil efficient, nihil movebunt contra dei risum et subsanat[um. Hoc scire debemus, Ideam huius regni non commoveri istis scandalis, tumultib[us, quibus impeditur hoc reg[num: 1. successus nostri Euangelii fuit grandis, quia sperabamus, quod Apostoli: libertatem carnis et tranquillitatem huius vitae, Apg. 1, 6
ubi coepit tumultus. Item Z[winglius, Karlstadius et postea contemptus Civium, nobilium venit. Iam una salus etc.; sic inspicitur hoc reg[num. qui non discit hoc, non potest stare in agone et tentatione. Ideo verbis eru-

---

2 S[ancto *o* 3 *über* Consolatio *steht* Item docetur 4 *über* diab[olum *steht* omnis 6 dei] *scheint* deo 7 *über* Ideam *steht* videlicet 9 huius vitae *o* *zu* 9 Acto. 1. *r* *10/11* contemptus Civium, nobilium *o* *11 über* etc. *steht* victis.[1]

[1]) *Erg.* adversariis.

Dr] Deinde valet quoque ad consolationem, praemonemur enim adversaturum huic regno Diabolum et Mundum, ac quidquid est in Mundo sublime opinione vel sanctitatis vel sapientiae singularis, hoc totum vaticinatur Propheta communi consilio regnum hoc invasurum esse.

Sed inquies, haec magis terrent, quam consolantur? minime. Nam hoc additum est, quod et Satan et Mundus cum omnibus viribus et omnipotentia sua nihil aliud efficient, quam ut Deo risum moveant ad tandem et indignationem tantum excitent, ut perire eis necesse sit, quotquot huic regno adversantur. Hoc scire utile et consolatione plenum est, ac ad huius Regni ideam proprie pertinet, ne turbati his scandalis, quibus Regnum hoc impetitur, abiiciamus animum, et frangamur.

Nostro tempore successus Euangelii primo magnus erat, Sperabant enim omnes idem quod Apostoli, priusquam per Spiritum sanctum de hoc Regno docerentur, futurum, ut libertatem politicam et tranquillitatem disciplinae doctrina haec afferret. Sed ubi ceptum est tumultuari a Munzero primum, qui ferebatur seditioso Spiritu, Deinde a Carlstadio, Zuinglio et aliis fanaticis doctoribus ecclesiae perturbarentur, ac iam idaea propria huius regni cerneretur, nempe in ipsa Ecclesia turbae et in republica seditiones, denique in Sanctis summa infirmitas, et cum secundum Poetam una haec esset salus, nullam in tot ac tantis periculis undique ingruentibus sperare salutem, Ibi demum plurimi animis fracti resilierunt et etiam odisse Euangelium coeperunt.

Huius mali quae causa fuit alia, quam quod conditiones regni Christi non nossent? Id enim eiusmodi est, ut undique impetatur a Satana et

Hs] ditis et consolatoriis depingit, ut doceat, et s|piritus sancti officio fungitur egregie et incipit ab Apostrophe et convertit se ad eos, qui impug|nant hunc regem.

v. 2 'Quare', 'Assistunt', 'conveniunt', 'dominum et Christum': [Bl. 3a] **des wundert er ſich.** Verba admirantis: fremunt, consurgunt, tractant, consultant, non contra Turc|arum, Tarta|rorum, Persarum regem, sed 'adversus dominum et ad|versus Christum eius'. **Ey, es iſt lecherlich, das,** et tamen sic erit. ridiculum et 'inania' erunt, quae tentantur, conabuntur contra dominum etc. Quid est 'gentes', 'populi', 'Reg|es' contra dominum et eius Christum? Consolatio nostra, sicut hodie videmus arguere insipientes homines: Quid boni secutum ex hac doctrina? Heretici, sectae, seditiones vulgi, Inobedientia iuventutis et indisciplinatio rusticorum, et quisq|ue facit, quod vult, rapta disciplina, obedientia profligata, vivit dominus, servus,

---

*1* offo  *2* ad[2] eos se[1]  *zu 4* 'Quare tumultuantur gentes?' *r*  *9 über* 'Reg|es' *steht* 'principes'  *12* ⟨per⟩ vulgi  indisciplinatio] indisplinatio  *13 über* rapta *steht* est

Dr] mundo. Hoc qui non norunt, in periculis cedent et Euangelium tanquam sediciosam doctrinam damnabunt. David igitur, ut praemuniat animos contra haec scandala, pingit in hoc psalmo regnum Christi secundum omnes circumstantias, et imprimis hanc rhetorice illustrat, quod hoc regnum tam multos et potentes adversarios sit habiturum. Inde enim sumit principium, et dicit:

v. 1 Quare tumultuantur Gentes, et Populi meditantur inania?

Patheticum exordium hoc est, et mire apta apostrophe. Plenus enim admiratione Propheta, quid hoc, inquit, rei est? Gentes tumultuantur, Populi meditantur et consultant, non contra regem Persarum, non contra Turcam, Sed contra DOMINVM. An non ridiculi, stulti et inanes hi conatus erunt? Nemo igitur paveat, Nemo terreri se sinat consiliis istis, quae eventus docebit fuisse vanissima. Non enim contra homines, sicut apparet, sed contra Dominum suscipiuntur. Sic statim initio nos traducit a metu ad spem et consolatur futurum, ut populi et gentes, nisi consilia haec abiiciant, corruant, quia contra Deum, et non contra homines consultant.

Papistarum scripta lege, audi conciones, et invenies hoc uno eos niti argumento, quod dicunt, nihil ex nostra doctrina enatum boni, Nam statim, postquam Euangelium nostrum sonuit, secutam seditionem horribilem agricolarum, orta dissidia in Ecclesia et sectas, dissolutam disciplinam ac quasi effractis repagulis legum summa licentia omnes coepisse uti, Sicut profecto verum est; maior enim licentia omnium vitiorum nunc est, quam fuit superioribus temporibus, cum metu vulgus coerceretur, quod nunc tanquam effrenis equus pro libitu agit omnia. Nam ecclesiastica vincula contemnit, quibus prius sub Papatu tenebatur, et abutitur quoque civilis magistratus

Hs] maritus, rusticus secundum voluntatem suam; ergo doct⌊rina mala. Sic omnium sapientissimi arguunt. Eras⌊mus et alii, q⌊uidquid malorum secutum, huic doctrinae imputant. Valetne: Theologus est malus, ergo theologia est mala; Iurista est nequam, ergo; Magister est scortator, ergo artes sunt scortatrices? Bacchanticum argumentum. Secutus est fremitus gentium, tumultus populorum, pugna et bellum regum, studia et consilia principum, contra quem? Dominum ipsum. Es ſol ſo ſein. Munito conscientiam: etiamsi mala sequuntur ad doctrinam, ideo non est mala. Quanta est tua nequitia, qui imputas⌜maliciam hominum doctrinae sanctae. Dicere: homines sunt mali, ergo mala doctrina, — contrarium debebat dici! Sic Euangelium cogitur ferre hoc opprobrium. Wie kompt Chriſtus da zu, quod est seductor, blasphemus, quia ipse crucifigitur? i. e. Multa mala fecerunt Iudaei in Christum, qui si non fuisset, non fecissent; ergo fuit causa malorum! Quid

---

2 *unter* sapientissimi *steht* hodie  *zu 3 hinter* Valetne *ist* ista consequentia *rh*  4 *über* ergo *(1.) steht* Iurisprudentia est nequitia  5 *über* Secutus est *steht* Euangelium tempore Christi  7 ⟨et⟩ Es  8 mala *c aus* s⌊equuntur  *über* non *steht* ipsa  9 *über* nequitia *steht* malicia et  10 *über* mala *steht* est  13 *über* fecissent *steht* Iudei  *über* malorum *steht* istorum

Dr] negligentia. Haec incommoda omnia, quae neutiquam levia sunt, adversarii nostri nostrae doctrinae seu Euangelio imputant.

Sed tu paulisper differ sententiam et prius de tota re cogita diligentius ac in formam dialecticam argumentum redige et adspice, num bona consequentia haec sit: Theologus iste est malus, ergo etiam Theologia est mala; Iurisconsultus iste est nequam, Ergo cognitio Iuris quoque est mala; Hic Magister est scortator, ergo artes, quas profitetur, sunt scortatio. An non insanum dicemus, qui has consequentias defendat bonas et firmas esse? Et tamen nihilo prudentius colligunt adversarii. Verum hic Psalmum audi hoc praedicentem, futurum, ut, cum hic Rex incipiet regnum suum, hoc est, cum incipiet docere, sequantur fremitus gentium, tumultus populorum, pugnae et bella regum, studia et consilia principum. Contra quem? contra Dominum et Christum eius. Igitur praemunito conscientiam tuam et admonitus per Spiritumsanctum hoc in loco statue mundum tumultuaturum, causam autem horum tumultuum non in Regem hunc nec verbum eius conicito, sed in Satanam et impium mundum, ac contrarium potius statuito ac dicito: Etsi mala sequuntur ad huius Regis doctrinam, tamen non ideo doctrina mala est, sed potius homines mali sunt, qui bonae doctrinae adversantur et eam volunt oppressam. Haec enim est vera et certa consequentia, quod, quanto mundus studiosius huic sanctae doctrinae adversatur, tanto peior et scelestior est, nec ob hominum vitium doctrina male audire debet. Iudaei crucifigunt Christum, num igitur accusabimus ideo Doctorem Christum?

Hs] Joh. 3, 35 curat deus, quod mundus malus et homines? Sed 'diligit filium, dedit ei in
V. 8 manum' etc. Ipse pater: filium volo servare, ut infra. Si mundus non vult
ferre, possum creare alium et istum destruere. [Bl. 3b] Totum mundum vult
minui, Christum filium exaltatum. Reg[num dei, quando venit, venit cum
turba et tumultu, cum furore sapientium, Regum, potentium, religiosorum;
Luc. 11, 21 cum videtis ista, bene. 'Fortis cum atrium' etc. Quando dominus non
eiiciebat demonium, erat pax. Ubi, quando indignabatur voce, ſpruet.[1] Sic
iam concitat gentes. Reges etc. Ubi hoc imputatur Euangelio, Isti nihil
intelligunt de Christi regno, non cognoscunt eius noticiam, fortunam, suc-
cessum, nihil vident quam politicum suum reg[num, ubi cognitur vi etc.
Sed quia hic oriuntur seditiones, ergo non tam bonum ut politicum etc.
Consolemur nos, ne terreamur a facie istorum tumultuum. Nos herebimus

---

*zu 1/2* Ioh. 3. *r* 2 ⟨vult⟩ filium volo *o* 3 ferre *o* 4 venit *(2.) o* 6 *über* cum *steht* custodit *zu 6* Luc. 11. *r* *zu 6/7* Ista facium ad decla[rationem huius Euangelii *r* 7 indignabatur voce *o* 10 nihil *über* ⟨Nihil *[scheint verschrieben]*⟩ vident *über* ⟨Vident⟩ 11 *über* bonum *steht* argumentant

[1]) *D. h. sprüht der Dämon vor Zorn; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 361, 11.*

Dr] Praemunitos igitur esse oportet, ut dicamus: quid ad Deum, quid ad verbum eius, si homines mali sunt? Hominum enim hoc, non Dei vicium est, qui ideo mittit Filium et verbum suum, ut homines salventur. Sed si nolunt, pereant sua culpa. Christus non ideo desinet esse Dei Filius, Deus non ideo abiiciet eum, quem constituit Regem omnium.

Pertinet igitur principium hoc psalmi ad erudiendos nos, ut discamus
regnum seu verbum Dei. cum venit, venire cum tumultu et furore Regum et
Luc. 11, 21 principum. Causam ostendit Christus in Euangelio, cum dicit Satanam tanquam fortem armatum tenere atrium in pace, sed cum supervenit fortior, tum fremere, ac tentare omnia, sicut etiam historiae ostendunt; quoties enim Christus conatur eiicere Satanam, quantus furor, quantae intemperiae exagitant obsessos? Odit enim Satan Christum, odit verbum eius, nec vult ei cedere aut locum dare verbo. Igitur cum instat Christus et cogit, indignatur ac furit et experitur omnes vires suas, commovet Reges et Principes, pontifices et Episcopos, cives et rusticos, ut se opponant verbo.

Hoc Adversarii nostri non vident, atque ita ostendunt, quod prorsus nesciant, quale sit regnum Christi, Tantum intelligunt, quid regnum mundi sit. Itaque cum in Christi regno pacem illam non vident, sine qua regna mundi consistere non possunt, damnant et abiiciunt tum verbum tum regnum Christi et anteferunt mundi regna. Psalmus autem diversum nos docet, ut regno Christi adhereamus, etiamsi tumultuentur omnes homines. Quid enim hoc ad nos? Nostra enim pax est extra illum tumultum et consistit certa, ac Rex noster manet Rex, etiam invitis inferorum portis et mundo.

Hs] in Christo, si tumultuentur omnes gentes, si saeviant omnes Reges etc. Nostra pax est extra istum tumultum. Rex noster manet Rex in sua pace etc., sed sapientuli conantur, ut nos avocent a Rege, quem concepimus, et ut istis perturbat[ionibus et tumultib[us medeamur, et volunt sapientia humana **erhalten**, ne fremant gentes etc., sed **es iſt vngehalten**. Sicut non possumus **halten** Satanam, quin oderit Christum, Sic non possum cohibere manus, animos diaboli, i. e. Reges, principes, Sapientes mundi; florente Christo, imo quando hiscit, mox furit, ardent eius vol[uptates et scintillant oculi. Ideo quando Christus incip[it mutire, taceo tonare, statim Sat[an. Hus[1] tantum mores papae etc., avaritiam et fastum; vide, quomodo vixit.[2] Iam tonat Christus, non solum dicit: estis perditi morib[us, sed: tota doctrina nihil et totus Papatus abominatio est. Prius non potuit stillam sermonis ferre, quomodo vocem tonitrui etc.?

---

*1* Reg⟨n⟩es *3 über* concepimus *steht* verbo *5 über* etc. *steht* ordinem non *6* oderit] odiat Sic *über* ⟨sic *[verschrieben]*⟩ *7 über* florente *steht* per praedicationem *8 über* hiscit *steht* incipit tantum mutire *9 unter* Sat[an *steht* est in armis *10 über* mores *steht* Gerson papae etc. *o* *11 über* sed *steht* sonat tota *c aus* totus *13* ferre *c aus* multo

[1]) *Erg.* vituperavit. [2]) *Erg.* Papa. *Sinn im Zusammenhang: diese Klagen des Hus und Gerson waren nur* hiscere Christi.

Dr] Hoc mundus, et qui sapientia mundi pollent, non vident, igitur magno studio id agunt, ut nos ab hoc Rege avocent et ad suas cogitationes nos abducant, ut nos quoque sollicite cogitemus de retinenda pace mundi. Hoc qui tentant, conferunt consilia et sentiunt humana industria pacem retineri posse. Sed revera irriti et stulti hi conatus sunt, quos ideo suscipit mundus, quia huius Regni notitiam nullam habet. Quemadmodum enim frustra te tuis consiliis fatigas, ut Diabolum cohereeas, ne insurgat contra Christum, Sic quoque frustra conaris cohibere eius manus, oculos, linguas, pedes, hoc est, Principes mundi et impios doctores. Cum enim vix hiscere ac mutire Christus incipit, mox Satan in suis membris furit, scintillant oculi, ardent manus et voluntates, ac commovet quidquid in mundo potentiae et opum est, ad verbum opprimendum.

Hanc tu disce causam esse, quod et nostro seculo seditiones et tot in Ecclesia impiae opiniones emerserunt. Est enim impatiens verbi Satan. Igitur cum Christus per Euangelium suum nunc tonet in toto mundo et idolatriam ac abominationem pontificiam revelet, scilicet taceret aut dissimularet tantum sui regni detrimentum Satan, quem vidimus tam atrociter seviise, cum a sancto viro Iohanne Huss tantum moralia quaedam reprehenderentur. Non enim ille, sicut nos, Missae sacrificium, non merita, non alios cultus damnabat; Vocabat in dubium Primatum Pontificis, Indulgentias contendebat non vendendas, negabat Purgatorium, quod videbat in tanto

Hs] Ideo docete Christum, servite ei et spectate in ipsum plus quam in omnes turbas potentum, Regum. Sed consoletur, sic prophetavit 2. psalmus. Ut in Actis: Ad praedicationem Euangelii oriuntur studia et consilia principum etc. [Bl. 4ᵃ] Non mirum, quod Ferdinandus et alii saeviunt et Karolostadius et Zwinglius etc., item quod Cives et rustici contemnunt Euangelium, sic ſols ſein, sic depictum. Tantum nos maneamus in verbo et magnificemus hunc regem supra omnes studia etc., i. e. contra Christum ſollen auff ſthen 'gentes' etc.

4 partes. Summa 2 versuum. Quid omisit? nihil. 'Reges' est ipsa potentia mundi; was gewaltig iſt in terris, ſol contra hunc etc. saevire, et faciunt. 'Gentes' sunt regna Regum; 'principes' in Regnis; 'populi', plebes minores, quae non regna sunt; 4. magistratus, quicquid gewaltig, klug, viel,

*1* Christum *o* *3 über* studia *steht* fremitus etc. *6 unter* sic *steht* hic maneamus *c aus* h[aereamus *7 über* studia *steht* fremitus *8* gentes etc. *o* *zu 9* 'Reges' *r* *10* saevire] sae⟨r⟩vire⟨t⟩ *zu 11* 'Gentes' *r* 'Populi' *r*

Dr] questu esse, Et tamen ita commotus est Satan, ut simul Germaniam et Bohemiam horribili et diuturno bello involveret.

Docet igitur et consolatur nos Spiritus sanctus in hoc Psalmo, ut fortiter huic Regi adhereamus et in ipsum potius, quam in tumultus et alia scandala intueamur. Nam haec conditio Regni eius est, ut sine tumultibus esse non possit, Non suo vitio, sed quia Satan et impius mundus ferre hunc Regem non possunt. Hoc disce, et cum gliscunt tumultus, cum fremunt gentes, populi meditantur, Reges insurgunt et principes consultant de hoc Rege opprimendo, tu magno animo esto nec moveare eo periculo. Ita enim praedixit Psalmus secundus futurum, ut commoveatur totus mundus, cum hic Rex os suum aperiet.

Quod igitur Reges et Principes hoc tempore contra nos insaniunt, quod Zinglius, Carlstadius et alii movent in Ecclesia turbas, quod cives et rustici contemnunt Euangelium, nihil novi aut insoliti est, neque nos eam ob causam abiiciamus Euangelium, Sed contra gratias agamus Domino, qui nos ad hoc regnum vocavit, quod merito anteponimus paci et opibus mundi, imo propter quod et tumultus et pericula omnia libenter sustinemus, de quibus etiam sequens versus vaticinatur.

V. 2 Consurgunt Reges terrae, et Principes consultant simul,
Adversus DOMINUM et adversus Christum eius.

Quatuor ordines hominum Spiritussanctus commemorat, qui communi consilio huic Regi se opponunt. Primi sunt Reges seu monarchae, qui dignitate et potentia excellunt. Secundi sunt Gentes, hoc est, subditi regum. Populi sunt plebes seu respublicae. Principes autem sunt inferiores magi-

Hs] heilig iſt. In Regib[us potentia, in principib[us consilium, sap[ientia. Iuristae, artistae, doctores ghoren[1] all ad 'principes'. i. e. sapientia et potentia mundi est contra Christum, Deinde multitudo et robur mundi, plebes et gentes, i. e. ipsa regna, potentia, sap[ientia, multitudo, iustitia et quicquid mundus, contra nos est. Non tamen damnat propheta ista 4. Ideo regna non sunt mala, quia pugnant contra Christum. Ferrum, quod transfodit latus Christi, est bona creatura, et tamen nocuit creatori. Omnia Joh. 19, 34 bona sunt, sed sunt in abusu. Reges abutuntur sua potentia etc. sap[ientia est donum dei, iura, artes, quibus regitur mundus. Civilis et moralis iustitia etiam dazu, sed sunt in abusu, quod pug[nant contra Christum. Abusus non est substantia, res est bona, in qua diabolus exercet abusum.

2 Iuristae *c aus* Iuristis  artistae *c aus* artistis  *zu* 2 'principes' *r*  5 *über* damnat *steht* Reges, regna etc.  propheta *unten*  6 *über* regna *steht* reges  *zu* 6/7 gladius, quo truncatus est, Ioan. *r*  7 creatori ⟨sed⟩  10 dazu *mit Strich zu* donum dei *Z.* 9 *gezogen*

[1]) = *gehören.*

Dr] stratus et omnes, qui valent consilio et sapientia. Quid igitur omisit Spiritussanctus, quod non diceret huic Regno adversaturum? Potentia, sapientia, opes, iusticia, sanctitas sunt insignia Dei dona, et tamen his abutitur mundus contra Dei regnum. Haec an non extrema malicia est.

Memineris autem non damnari regna, non principatus, non alia dona. Non enim sequitur: Regna mundi pugnant contra Christi regnum, ergo sunt mala per se, Sicut non sequitur, ferrum, quo latus domini in cruce apertum est, non fuisse bonam creaturam. Sed est constituenda differentia inter creaturam seu rem et abusum. Creatura bona est, etsi in abusu sit. Oritur enim abusus non ex re, sed ex pravo animo. Sic iustitia civilis, iura ipsa, artes, studia sunt res sua natura bonae, sed abusus est malus, quod mundus his donis abutitur contra Deum.

In tali abusu pingitur hoc in loco mundus cum regnis, gentibus, populis et principibus suis, nullam aliam ob causam, quam ut praemoniti non teneamur, cum haec nobis usuveniunt, ut mundus clamitet, nihil esse apud nos quam haereses, errores, sediciones, scandala ac ideo damnet nos secure, Ipse autem de sapientia, gloria, potentia, addo etiam iusticia triumphet ac glorietur contra nos. Ad has voces assuescendum est, nec ideo abiiciendus animus. Praemonuit enim nos Spiritussanctus, cum dicit Reges se huic regno oppondituros et Principes capturos consilia de eo evertendo.

Hi igitur tumultuum et scandalorum causa sunt, non nos, qui modesti, placidi, quieti sumus et genus doctrinae quoque non turbulentum, sed placidissimum afferimus; alioqui, si doctrinae culpa acciderent tumultus isti, fieret, ut omnes essemus inquieti et turbulenti, qui eam profitemur. Nunc

25 teneamur *Druckfehler für* terreamur?  26 clamitat *im Urdruck*

Hs] Nolite terreri: videtis nos sic abiectos; apud nos imbecil⌊litas, insipientia, heresis etc.; Illic gloria, potentia, sapientia, fortuna, successus, religio etc. Ergo hab⌊emus consolationem, ut non da vor erſchrecken. qui non facit, monebitur istis scandalis et perturbat⌊ionibus, quia nostri Christi regnum obruitur et obscuratur sectis et sedit⌊ionibus et tumultib⌊us et nos rei dicimur etc., cum tamen non simus in culpa, quia, qui vere docent, sunt placidi, patientes. [Bl. 4b] Si esset doc|trinae genus malum, neminem lieſſe es in pace, sed rogamus, ut pacem hab⌊eatis apud deum et homines. ideo non culpa doctrinae, ut isti sapientis|simi mentiuntur.

Iam consolatio est ista maior: 'Quare tumultuantur contra dominum?' Das iſt ia ein toll Teuffliſch volck, eorum furor non contra parvum dominum, sed contra 'dominum' etc., q⌊uasi d⌊icat: nonne stultissimum, quasi puer vellet se opponere 100 armatis et ein ſeuber[1] contra 100 lupes et si velim mit eim ſtrowiſch solem aufleſchen. Es gehort ein fides et mirab⌊ilis scientia da zu, ut insp⌊iciam eos oculis spiritualibus ut ipse, ut Ferdinan⌊dum,

*3* erſchrecken *c aus* fürchten *6 über* rei dicimur *steht* omnium scandalorum *7* lieſſe(n) *8 unter* rogamus *steht* praedicamus *11* ia *oder* ie *über* furor *steht* 'fremitus' etc. *zu 11/12* 'Adversus dominum' *r* *13 über* ſeuber *steht* hundlein si velim *o* *15 über* insp|iciam *steht* istos 4[2] *15* spiritualibus *vor der Zeile*

[1]) *Saubär = Eber s. DWtb.; ist die Glosse* hundlein *richtig, wäre an Verkürzung aus* ſeubeller, *Hund für die Wildschweinjagd, zu denken.* [2]) *Nämlich die in V. 1 und 2 genannten Feinde Gottes.*

Dr] autem hoc summo studio facimus, ut oremus pro pace, ut scandalorum occasiones praecidi optemus. Adversarii autem nostri, sicut ipsorum studia testantur, noctes et dies hoc agunt, ut serant turbas, ut de nostris cervicibus dicant sententias et concitent contra nos Principes mundi, Et tamen doctrinam nostram accusant, quasi seditiosa sit et turbas excitet, se autem dicunt filios pacis esse.

Consolemur igitur nos per hunc Psalmum, et statuamus, cum Mundus ad hunc modum furit, etsi nos petit, non tamen solos nos, sed alium peti, qui, etsi nos pauci, imbecilles, infirmi et varie oppressi sumus, est Dominus, nec vulgaris Dominus, quales in mundo sunt, sed Dominus totius creaturae.

An non igitur mundus cum sibi maxime videtur sapere, stultissimus est? Si puer nudus se mille Cataphrattis opponeret, quis non eius certo periculo commoveretur? Si quis accensa stipula Solis lumen obruiturum polliceretur, quis non rideret? Sed in hac ipsa stulticia, in hoc certo periculo mundus perpetuo versatur, siquidem se verbo et Ecclesiae opponit, Opponit enim se ipsi Domino et Creatori omnium rerum.

Hanc fiduciam et consolationem Psalmus animis nostris vult instillare. Opus autem est nobis amplo et vasto oculo, ut uno aspectu omnes reges cum omni sua sapientia et potentia hauriamus et ducamus eos pro stipula accensa, quam uno spiritu extinguere potest is, qui coelum, terram et omnia condidit.

Hs] Tur⌊cas habeam pro culmo. Er faſſts all auff ein hauff⌊en[1] istos 4, es iſt viel, et ſetzt ſie contra dominum ſo klein. Ipsi se opponunt isti, qui est ut mare erga scintillam, quae si incideret in mare, ut desolutum redderet mare, nonne[2] etc.? Ipsi vero putant se mera incendia, non scintillam.

Et dicit eos furere, fremere 1. adversus dominum et postea Christum, i. e. Christus nimpt ſichs nicht ſo hart an[3] ut pater; iste furor pertinet ad ipsum dominum, iste primum laeditur, postea Christus, quia Christus constitutus a patre et deus vult, ut glorificent filium, ut habeat se mundus pro scintilla et eum pro sole. Qui hoc non, impingit principaliter in ipsum deum. Hoc non potest mundus credere, vix nos, quod credamus dominum ſo gros et mundum ſo klein; das iſts gar. 'Ego[4] constitui', ut totus mundus V. 6
nihil sit quam scintilla, quae extinguitur mari. Iterum consolatio: qui me

3 *über* mare *(1.) steht* sunt ut scintilla erga   scintillam] scintilla   *3 4* mare *(2.) bis* etc. *o*   *zu 5* 'Adversus dominum' *r*   *6* Christus *o*   *8 über* filium *steht* mundus habea⟨n⟩t   mundus *o*   *9 über* eum *steht* filium   *10* ⟨hoc⟩ credere   *11 über* das *steht* wort   *zu 11/12* Das Ego valeat plus etc. *r*

1) = *zusammen; vgl. z. B. Unsre Ausg. Bd. 36, 180, 13; Bd. 38, 272, 3.*   2) *Erg.* ridiculum esset.   3) = *so sehr zu Herzen.*   4) *Nämlich Gott.*

Dr] Gentes, reges, populi, principes, si humano modo aestimes, sunt immensum quiddam, Ideo trepidamus, quando nostram imbecillitatem cum ipsorum potentia comparamus. Sed quid docet hoc in loco Spiritus? Opponit huic infinitae quasi potentiae unicum DOMINVM et miratur, quod mundus tam stultus sit, ut putet se aliquid contra Dominum effecturum, cum revera sit sicut scintilla ignis, comparata ad totum mare, Quasi dicat: Nonne extrema stulticia est, quod scintilla parva conaris totum mare exiccare?

Sicut autem nosipsi, cum in periculo sumus, haec vix credimus, ita quoque Reges et Principes nunquam sibi hoc persuadere patiuntur, quod sint scintilla, putant se mera incendia esse. Sed eventus et experientia aliter docuit summos Monarchas iam inde ab initio mundi, qui se huic Domino opposuerunt.

Igitur omnis Emphasis in eo est, quod in secundo versu dicit, fremere gentes, disputare populos, Reges concitari et consultare principes contra Dominum principaliter, Deinde etiam contra Christum seu Messiam eius. Non enim frustra primo loco DOMINI meminit, sed vult ostendere nobis, quod Deus Pater principaliter petatur a furente mundo, Etiamsi mundus non Deo patri, conditori omnium rerum, neque Papistae hodie Filio eius, Domino nostro Ihesu Christo, quem et ipsi ore confitentur Salvatorem mundi, sed Euangelio ipsius, quod sapientibus huius saeculi est stulticia et sua propria iusticia tumentibus est scandalum et haeresis, sese adversari dicant, Ut neque Iudaei videri volebant sese adversari Deo coeli et terrae Creatori, sed doctrinae Ihesu illius Nazareni, quem non ut filium Dei in Mose et Prophetis

Hs] antaſtet, Christum, et qui Christum, patrem; der ladet ein ſchweren feind auff
1. Kor. 11, 3 ſich. 'Deus est caput Christi', Christus caput etc., qui tangit Christia[num,
Kol. 1, 18 tangit 'caput ecclesiae'. Mit Gott fechten, ut Christum zu eim lugner
machen, das heiſt: 'Quare'; tolle leut. [Bl. 5a] Ideo quando dicunt, ex ista
doctrina nihil boni secutum. Non est ratio medendi in indisciplinatis rusticis
et rebelli iuventute etc. D[icant. Propheta sic dixit, quod, quicquid in terris,
Pſ. 46, 7 ſol tumultuari, 'quando auditur'[1], movetur et irascitur quicquid sublime in
Pſ. 46, 3 mundo. Sic psalmi saepe: 'Turbatur terra, montes, flumina saeviunt', quando
loquitur de Christo, Ut aliquis cogitaret: hilff Gott, utinam nunquam istam
doct[rinam.[2] Non sic, res maior agitur quam tranquillitas mundi, meus filius

---

*1 über* Christum *(1.) steht* der taſtet an *2 über* etc. *steht* Christianorum *zu 2:* 1. Kor. 11. *r* *3 über* ut *steht* videlicet *4 über* machen *steht* quod doctrina et Euangelium eius sit heresis *über* ex *steht* quod *7* tumultuari *c aus* tumultuatur *über* auditur *steht* leſt[3] *über* irascitur *steht* diab[olus *9* utinam *über* ⟨quod⟩

[1]) *Nämlich Gott.* [2]) *Erg.* accepissem [3]) = *sich hören läßt.*

Dr] promissum recipiebant, sed ut hominem seditiosum et blasphemum persequebantur, et tandem interficiebant.

Quia vero est Christus Patris, hoc est, a Patre constitutus et missus, ut sit ceu sol contra mundum, qui tanquam scintilla est, fit ut omnes, qui hunc filium aut abiiciunt, aut se ei opponunt, in ipsum Deum creatorem omnium impingant. Utrinque igitur fallitur mundus, quantumvis de sua sapientia magnifice glorietur. Primum non videt hunc magnum Dominum, contra quem insurgit. Deinde non videt suam infirmitatem, quod sit ceu obscura et parva scintilla, collata ad iubar solis. Nos autem simus recti aestimatores; ac sumamus iudicium non ex opinionibus mundi, sed ex verbo id mundum cum omnibus suis viribus comparat languenti scintillae, haec si conatur mare exstinguere, in momento absorbetur et obruitur. Qui hoc credit, veram Christi et eius regni cognitionem habet.

Sed consolatio in hoc maior et abundantior est, quod non nos sumus, qui petimur ab irato et furiis agitato mundo, sed petitur ipse Christus Dei,
1. Kor. 11, 3 qui est caput Ecclesiae, et 'ipse Deus, qui est caput Christi', sicut Paulus loquitur. Quid igitur obtinebit mundus? aut quomodo periclitari nos possibile est? Certe quem Deus constituit Christum, hunc mundus opprimere non poterit, nec poterit etiam debellare aut coelo deturbare Dominum. Cur igitur pavemus, cur trepidamus ad tam stultos et irritos conatus? Cur non potius ridemus extremam mundi stulticiam?

Igitur in nomine Ihesu, quem Pater constituit Christum, cantemus nos quoque in nostris Ecclesiis hunc Psalmum, sicut Apostoli eum cecinerunt, et explodamus adversariorum nostrorum celebre argumentum, cum regere nos conantur et obiiciunt, quid boni ex nostra doctrina enatum sit, siquidem

Hs] est exaltandus. Sic mundus vult fremere, tumultuari, ich wil yhr gnug zu[1], ut: 'peribitis' etc. et wird declarare suam doctrinam pacificam, salutarem, V. 12
quando ipsi auff eim hauffen ligen.[2]

'Dirump|amus': prosop|opeia. Declarat, quis sit tumultus ille et quae V. 3
consilia, quae meditationes et disput|ationes populorum etc. Alle yhr corda ſtehn: 'Dirumpamus'. Quorum? Domini et Christi eius. Propheta ex abrupto quasi loquitur, ghet her in spiritu; 'dicentes' het wol geſtanden da[3], sed supra: 'medit|ati'.

Quidam de Christo, quod etc., sed prosopopeia est impiorum, qui sic consultant, quod non solum contra dominum et Christum vivere et agere

---

*1* gnug *o* zu *mit Strich zu* fremere *hingewiesen* *2 über* ut *steht* infra *3 über* auff eim hauffen *steht* etiam in infernis *zu 4* 'Dirumpamus vincula eorum' *r* *7* ghet *e aus* ghett her *über* (der) *[flüchtige Schreibung]* *9* est *unten*

[1]) *Erg. etwa* zittern geben. [2]) *D. h. zu Boden liegen.* [3]) *Sinn: hätte deutlicher dastehen können.*

Dr] sediciones, bella, hereses, sectae magno numero post sparsum Euangelium exortae sunt. Explodamus, inquam, has voces et insultemus potius eis cum Spiritusancto dicentes: Quare fremunt gentes? populi cur frustra consultant? cur Reges congregantur adversus Dominum? et principes ineunt consilia contra Christum eius? Si enim mundus vellet facere officium suum, oscularetur filium, Patris mandatum de filio amplecteretur. Nunc neutrum facit, movet arma, parat bella, excitat sectas, videlicet ut statuamus Spiritumsanctum non mentitum, qui tanto ante per Davidem servum suum praedixit futurum, ut cum hic Rex cum suo tonitruo veniet, commoveatur non una aut altera arbor, sed totus orbis terrarum et quidquid in mundo magnum est, sicut in alio Psalmo dicit, turbari terram et moveri montes. Ps. 46, 7

Itaque etiam piis obrepunt hae cogitationes, ut optent potius tacuisse se, quam locutos esse, Siquidem tanti motus excitati sunt. Sed procul abiice eas cogitationes et statue, maiores res hic geri, quam tranquillitas mundi et pax est cum omnibus opibus mundi. Hoc enim agitur, ut, quem Deus Pater constituit Christum, is agnoscatur, exaltetur et adoretur. Hoc qui nolunt facere, illi sane fremant, indignentur, furant, misceant coelum terrae. Dominus tamen, qui Christum suum constituit, eos abiiciet in infernum, verbum autem et Ecclesiam et Ecclesiae suae caput Christum servabit in aeternum, Amen.

Dirumpamus vincula eorum, et proiiciamus a nobis funes ipsorum. V. 3

Hic exponit Spiritussanctus causam fremitus et qualia captent consilia, quidve inter se disputent reges et principes, Quod scilicet hoc omnibus

Hs] volunt, sed simpliciter delere eum; hoc vult Sat⌊an, non ut nos velit humiliatos: si etiam me occideret et in pulverem redigeret, non saturatur, sed baptis⌊mum, E⌊uangelium, Coenam rein hin weg geno⌊men, ut nullus homo sciat, quid Christus, Euangelium, et nulla litera intellig⌊atur et esset eradicatus Christus ſo rein ut lapis, ubi non pulvisculus; donec noch pulvisculus, non cessat. Cum vero pure volumus docere re⌊missionem peccatorum, tum wird er recht toll et toricht. Das ſind consilia Sat⌊anae. Ipse dominatur in voluntatib⌊us istorum 4, i. e. sapien⌊tum, potentum, Sanctorum, Iustorum, multitudinis. Ergo necesse, ut isti 4 omnes dicant hunc versum. Vox omnium istorum: Wir wollen nicht leiden. 'Eorum': Christi et domini. Ipsorum nolumus videre nec audire. [Bl. 5b] Vi et dolo agit hoc satan cum suis, semper hic est accusatus. Ubi studemus mederi scandalis, vergreiffn wir vns etc.[1] Ideo discendus Christus noster Rex et assuefaciendi in cordibus, ut, quando an Christum gedencken, sciamus mundum ut pulvisculum, ipsum totum esse. Ubi dicitur: Nova secta oritur, — quid ego? sed fuerunt

*1* volunt *o* eum *o* *2 über* pulverem *steht* cinerem *4* nulla(m) *über* litera *steht* scripturae *4. 5 über* eradicatus *steht* penitus *5 über* ubi *steht* in quo *6 über* pure *steht* et copiose *7* wird er *o* *11* hoc (agit) *12 über* accusatus *steht* proditus *15 über* ipsum *steht* Christum

[1]) *Erg.* an Chriſtus und ſeiner Sache; *vgl. hier unten Z. 28ff.*

Dr] viribus et conatibus agant, ut dirumpant vincula Christi et Patris. Hoc enim Satan agit, ut non solum humiliet, ut non solum occidat nos, qui docemus et credimus, sed ut verbum, nomen Christum, Baptismum, et quidquid religio nostra habet, penitus obruat et aboleat.

Cum igitur summa fide docemus Christum, incipit furere, occupat voluntates Principum, Regum, sapientum, potentum, multitudinis denique; hic communi consilio omnes in id incumbunt, ut vincula haec dirumpant, hoc est, Verbum ut extinguant et Idolatriam tueantur.

Utrinque igitur urgemur a Satana, qui et vi et dolo instructus est. Vim intentat per Reges, Gentes, Principes, Populos, Dolo autem utitur, cum fingit in nobis opiniones, quomodo simul et retineri verbum et pax salvari possit. Abhorremus enim natura omnes a turbis, quarum incommoda nota et ob oculos sunt, et amamus pacem, pulcherrimam rerum, ut ille ait. Sed qui his cogitationibus indulget, paulatim eo pertrahitur, ut studio pacis regnum Christi amittat.

Discamus igitur oculos figere in hunc Regem nostrum et eum observare, nec moveamur strepitu armorum et turbarum, quae excitantur, Quin statuamus Reges, principes, gentes et populos ac totum mundum, cum se huic Domino opponunt, esse pulvisculum. Christum autem esse ingentem montem. Hoc qui fixum habet in suo animo, non movebitur Satanae et mundi cona-

Hs] Euangelici! pereat mundus et maneat salvus Christus. Si medius mundus perit, tantum perit parvula scintilla, manet Christus. sic suam gratiam, veritatem ſo hoch machen, ut omnia alia verſchwinden. Si tantum inspicis damnum Muntzeri et aliorum et quod bona spi⌊ritualia non recte distribuant etc., tum mox fit ex scintilla misera Incendia et mare et extinguunt Christum. Sed econtra: omnes gentes, Reg⌊es, Principes ſeien, wie gros ſie wollen etc., sed: Ach, das der Bapſt, Turck et omnes ſich an den man mogen legen. Sic nobis faciendum contra omnia scand⌊ala. Mag⌊na inobedientia, scandala etc. Ego sepe geradten, das mir das hertz gebra⌊nnt hat, sed nihil effeci, sed infirmata fides et fiducia erga Christum. Si non satis an den Sch⌊wermern,

1 *über* pereat *steht* quid ego   2 parvula *über* (media)   4/5 non *bis* etc. o   5 Incendia(m)   7 *über* sed *steht* v⌊ult d⌊icere   8 faciendum *c aus* facere *oder umgekehrt* omnia *c aus* omnes   9 *über* geradten *steht* der jach   10 *über* Si *steht* sed cogitandum

Dr] tibus. Nascuntur sectae et turbantur Ecclesiae: Quid ad me? inquiet. Pereat totus mundus, et maneat mihi salvus Christus. Pulcherrima rerum pax est, sed haec si retineri non potest, quid perit, nisi scintilla quaedam creaturarum? In Christo autem mihi manent iusticia, salus et vita aeterna. Haec sunt vera bona, ad quae si conferas pacem mundi et alia huius vitae commoda, nihil sunt, sunt enim incerta et brevis temporis.

Ad hunc modum consolari nos debemus, alioqui fiet, ut moti his corporalibus incommodis, nisi spiritualia et aeterna opponamus, trepidemus, angamur et querulemur tanquam in magna calamitate, et ex hac scintilla tandem nascetur incendium, quod hauriet et devorabit Christum in nobis cum omnibus suis donis.

Videt David in Spiritu furorem mundi, tota vi se opponentis Christo, sed non ideo turbatur animo, Nobis in exemplum, ut nos quoque Turcam, Pontificem, Reges et Principes non curemus, cum se huic Regi opponent. Sunt enim stulti et coeci, nec vident, dum Euangelium student opprimere, rem impossibilem se tentare. Sic reliqua quoque scandala superemus.

Munzerus sedicionem excitat in Turingis, Carlstadius et Zinglius excitant horribiles in ecclesia turbas, dum persuadere aliis conantur, in coena non corpus et sanguinem Christi ore accipi, sed tantum panem et vinum. His adiungunt se alii, et paulatim perniciosum hoc dogma implet Gallias, Italiam et alias nationes. Magnum profecto malum utrinque, quod et politia et Ecclesia sic concutitur. Quid igitur faciemus nos, qui harum turbarum non auctores sed spectatores sumus? Num ideo ad mortem usque nos excruciabimus? Sicut ego profecto non semel feci et, dum mederi his malis volo, sic sensi me vulnerari, ut (testis est Deus) fides mea graviter periclitaretur et infirmaretur.

Sed tandem vidi, Dei beneficio, has ipsas cogitationes, curas, tristicias, dolores animi nasci ex mera ignorantia regni Christi et nocenti stultitia.

Hs] veniat adhuc unus Muntz⌊erus, et si non satis, quod aliquot cenob⌊ia spoliata, spolientur omnia etc. Nemo conquaeritur, quod Christus sic contemnitur, sed quia pax et discipl⌊ina soluta. 'Quare fremunt g⌊entes?' Quid ad me, quod Christi reg⌊num conculcatur etc.? Christus: ergo nihil ad me, quod tu habes turbationes; si non ploras, doles de regno meo sic blasphemato, quid deberem de tuis monasteriis etc.? Fart nur hin, Reg⌊es et Principes; quia contemnitis dominum meum, econtra vos. Vellemus istum Regem non sic contemni, sed cognosci. Sed quia contemnitis, Econtra. Ipsi appellant gratiam divinam et reg⌊num vitae 'vinculum et iugum'. Quando aliquis talis stultus, quando velim ei ſchencken 50000 fl., et diceret esse ein beſchwerung, ista stultitia mundi est ineffabilis: vides, quae sap⌊ientia sapientissimorum hominum. Reg⌊num Christi, quid affert? salutem, gratiam et vitam aeter⌊nam, re⌊missionem peccatorum, [Bl. 6ᵃ] leticiam cordis, abundanciam rerum et in hac vita alimentum, nihil non bonum, suave, sub cruce etiam. Das heiſt vinculum et Iugum. Da gehort helliſcher[1] her etc.

1 unus *o* 3 *über* Quare *steht* Quando quaereris 13 vitam *c aus* vitae 14 nihil *c aus* non

[1]) *Erg. Geist.*

Dr] Igitur resumpsi animum et dixi: Fiunt haec sine mea culpa, igitur autores horum malorum se excrucient, non ego. Faciam et conabor quidem omnia, an possim mederi aliquid his malis, Sed si id non possum, non ideo absumar dolore. Si Satanae unus Munzerus, Carlstadius, Zinglius non satis est, excitet plures. Scio hanc huius Regni esse naturam, ut Satan id ferre non possit. Is manibus et pedibus obnixe dat operam, ut turbet Ecclesias et verbum oppugnet.

Quod autem postea clamor ingens excitatur, nasci turbas, quae antea non fuerunt, pacem tolli, accendi licentiam vulgi, Has querelas multi iustas esse existimant. Sed isti cur non etiam queruntur de contemptu Euangelii tanto? de pertinacia ingenti adversariorum verbi et fremitu indigno, de contumelia, qua Christus afficitur? Scilicet pacis commoda pluris quam Christum faciunt, His magis moventur, quam gloria Dei et salute animarum. Sed si te hae tantae res non movent aut perturbant, an non putas Christum tibi dicturum: si incommoda mei Regni te non afficiunt, si de meo regno sic varie et indigne lacerato non doles, cur ego dolerem de tuis incommodis, de turbata pace et aliis? Quin pereas tu potius penitus, quam Regnum meum pereat.

Ad hunc modum optabile esset, cognosci recte et Regem hunc et Regnum eius sic fieret, ut contemnentes eum nos quoque contemneremus; et tantum huius Regis opibus fideremus, non opibus aut commodis mundi.

Hs] 9. Aprilis. Institui legere psalmos aliquot, quamquam sint satis cogniti. Tamen vice sacrificii matutini et gratiarum actionis dignum est eos legere, deinde valet ad corroborandos nos in fide huius verbi, quod patitur vim extremam per vim, dolos et scandala infinita. Propheta in hoc psalmo prophetice describit reg[num Christi, cursum et fortunam Euangelii, talem scilicet, quod ei resistitur a toto mundo et quicquid fuerit sublime in mundo, ut sapientia, potentia, iusticia, opes etc. Ideo confirmandi animi nostri et adhaerendum verbo constanter, Et ut eam doctrinam confiteamur, quam persequuntur Reges terrae, principes, ipsum vulgus, sancti, ipsa conscientia et cor nostrum. Et nos ipsi pessimi hostes in nobis ipsis. Et nemo putet se suscipere iocum, qui fidem Euangelii suscipit. Deus vult sic magnifacere suam gloriam, potentiam per hanc nostram infirmitatem et mittit nobis virtutem de coelo, sapientiam sui spiritus etiam in mediis peccatis, ut sic confundat sapientiam mundi et diab[oli astuciam et cognitionem omnium hominum et nostrae conscientiae vexationes et quaecunque etc. Ideo bleibts

*3 über* valet *steht* ista lectio *über* corrobo[randos *steht* et confir[mandos *4* infinita *e aus* infita *zu 4/5* Sentenția 2. ps. *r* *7* insticia(m) *8* ut *über* (quod) *9 über* sancti *steht* sapientes, potentes *11* suscipere *o* *14* confunda(n)t astuciam *über* (sap[ientiam)

Dr] Vide enim, quanta adversariorum sit improbitas: Euangelium, quod gratiam Dei nobis annunciat, quod iusticiam promittit et vitam aeternam, hi vinculum et funus seu iugum appellant. Quid autem facias cum tam perdito mendico, cui si mille aureos dona offeras, donum illiberaliter abiiciat et oneri sibi fore dicat? an non dignum iudices, qui fame et siti pereat?

Sed hoc ipso peccato Reges, principes, gentes et populi Deum irritant. Donat eis verbum, et cum hoc vitam aeternam. Sed ipsi ideo arma arripiunt, ne his donis frui cogantur, movent ideo bella et omnia turbis implent, quod promittit Deus se propter filium condonaturum peccata et daturum omnium rerum abundantiam, etiam in hac vita. An non igitur dignus mundus est, qui aeternis flammis subiiciatur?

Memineris igitur regnum Christi esse eiusmodi, cui resistit totus mundus, et praecipue quidquid in mundo dignitate, potentia, sapientia, insticia et opibus valet. Confirmandi igitur animi sunt, ne ideo trepident, ac cogitandum, quod vitari aut caveri hae turbae nulla moderatione nec ratione alia possint. Mundus enim sui similis est, et praebet se facilem ad officia Satanae, qui verbum extreme odit. Quin nostra caro et carnis sapientia cum ipsa conscientia nostra huic regno et Regi se opponit.

Nemo igitur existimet iocularíam rem se suscipere, cum profitetur verbum et fidem in Christum, sentiet enim adversarios Reges et Principes, quos Satan excitat. His etsi pares non sumus, tamen Deus vult nos cum

Hs] wol cum isto versu: 'Dirumpamus' etc. Das iſts consilium, meditantur inania, consultant. Quid est? hoc habent in mente, hoc invenies in omnibus sapientib[us doctorib[us et in tuo corde et conscientia, quam diabol[us sic vexat, ut proiicias hoc iugum, et disrumpes etc. Ergo cogita, ut infra:
B. 6 'Ego constitui'. Confortare et robustus esto etc., ſo wirds ghen; qui ergo
Sir. 2, 1 praemonitus est, durabit. Si baptisatus es etc., 'praepara animam' etc. Si vis deserere aciem et signa, las dich vorhin nicht Tauffen etc. Sic canit tibi diabolus per os Regum etc. et per conscientiam: nihil est Christus, nolumus eum etc. Es iſt diaboli doctrina. Et propheta insigniter describit impios istos, quod appellent doctrinam Euangelii et Christum 'vinculum' et 'iugum'.

*zu 1* 'Dirumpamus vincula eorum' *r* *3 über* sapientib[us *steht* sanctis, potentib[us *5 unter* et robustus esto *steht* et Euangelium accepisti *zu 6* Eccles. 2. *r* *7* vorhin *o über* Sic *steht* 'Disrumpamus' etc. *8* etc. *o* *9 über* eum *steht* reg[nare super nos *10* lent *in* appel‖lent *vor der Zeile* *zu 10* 'Vinculum', 'Iugum' *r*

Dr] eis congredi, ut amplificet gloriam suam et ostendat sapientiam ac potentiam suam in nostra infirmitate, suppetens de coelo virtutem, cui ne inferorum quidem portae possunt resistere, ad confundendam sapientiam et potentiam omnium adversariorum verbi.

Habes igitur hoc in loco cogitationes, studia, disputationes Regum et Principum, Gentium et Populorum descriptas, imo etiam carnis tuae et conscientiae tuae, quam Diabolus etiam vexat, ut cogites de dirumpendo vinculo et proiiciendo iugo. Reges et Principes vi et armis utuntur, Cor autem tuum per infidelitatem contra hoc regnum pugnat, cum de promissionibus dubitat, cum consolationem de remissione peccatorum, de gratuita iusticia et vita aeterna non admittit.

Oportet igitur nos esse praemunitos, ut cogitemus, sicut paulo post
B. 6 Psalmus dicet, Hunc Regem a Deo Patre constitutum. Si igitur mundus furit, si conscientia tua trepidat, confortare et robustus esto, ne deficiat fides tua. Regem hunc nemo deturbabit de suo solio, in quod eum Deus pater collocavit, et tanto ante de his periculis a Spiritusancto per sanctos Prophetas admonitus es, Praevisa igitur iacula minus nocebunt.

Sir. 2, 1 Sic Syrach admonet: 'Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in iusticia et timore, et praepara animam tuam ad tentationem, Deprime cor tuum, et sustine, et inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus'. Qui igitur non vult in aciem prodire, sed signa deserere, is prorsus ab hoc Regno abstineat. Diabolus enim nunquam cessabit per ora principum et regum, per impios Doctores, imo etiam per tuam conscientiam hunc versum canere: 'Dirumpamus vincula eorum, et iugum eorum proiiciamus a nobis'.

Sed collige te, et dic mihi verum, An non horribilis haec tentatio et peccatum gravissimum sit, quod Mundus Euangelium, hoc dulce nuncium de

Hs] Nonne iemerlich Tentatio? Reges per totum orbem sunt divisissimi. non potentia, carne solum, sed legibus et moribus et sapientia. Quot habuerunt Romani idola, omnium gentium deos collegit. Sed isti diversi dii non pugnant, Man[1] kans leiden. [Bl. 6b] Iovem, Martem etc. kan man leiden, sed quando unus Christus venit, in hunc conspirant Reges etc., diversi mores etc. Sic Papatus est monstrum infinitorum capitum. diversissimarum religionum; istas potuerunt ferre, et manserunt Sancti ordines, quanquam inter se maxime discordes. Omnes ordines erant Sancti, sed quando venit Euangelium, ibi sunt omnes unum etc. Diabolus potest ferre omnes haereses praeter Euangelium, quod est vinculum intolerabile et iugum importabile.

---

*1 über* divisissimi, non *steht* non solum divisi  *2* solum *o*  *3 über* Romani *steht* Roma  *zu 3* Romae dii *r*  *6 über* Sic *steht* ⟨sunt⟩  *zu 6* Papatus *r*  *8* Omnes[1] Sancti[4] erant[3] ordines[2]  sed *c aus* quando  *9 über* etc. *steht* contra ipsum  *zu 10* Euangelium est vinculum intolerabile *r*

[1]) *Namlich die Welt.*

Dr] remissione peccatorum et vita aeterna. per Christum nobis parta ac gratis donata, appellat vincula et iugum? Omnia totius mundi regna intuere animo, et videbis dissimillima et, ut ita dicam, divisissima esse inter se, non solum quod ad potentiam carnalem attinet, sed multo magis quod attinet ad religionem, leges et mores.

Unica Roma quot habuit idola? Quot Graecia? Quot Aegyptus, et tamen nunquam religionis causa, quae diversissima fuit, moverunt arma. Romani, etiam cum Domini Graecorum essent, non ideo, quia cultus diversi essent, Graecos oderunt, sed potius ipsorum cultus amplexi sunt, sicut historiae ostendunt de Eleusiniis sacris, de Dracone Epidaurio, de simulacro Ideae matris etc. Hanc infinitam diversitatem Mundus tulit aequissimo animo semper.

Apud nos quoque ante Euangelii lucem quanta dissimilitudo erat cultuum, non solum differentium secundum Dioceses, sed etiam secundum singula templa? Haec neminem unquam offenderunt.

Sed quando Christus cum suo Euangelio advenit, ut hanc differentiam tollat et in unum corpus omnes cogat, ibi, qui religione diversissimi sunt, inter se omnes conspirant et quasi unum fiunt ad opprimendum hoc regnum. Quid enim Papae regnum fuit aliud, quam monstrum diversorum capitum, praesertim si Monachos spectes, quorum hic Augustinum, ille Franciscum, tertius Dominicum, quartus Benedictum, ut putant dignum esse, cui nomen daret.

Hanc diversitatem Papa toleravit et, quanquam ipsi Monachi inter se odissent vatiniano odio, tamen, cum iam Euangelium patefactum est, consentiunt in eo oppugnando et unanimes conferunt consilia, operas et opes

Hs] Sic odioso nomine vocat satan. Tamen praedicamus libertatem a peccatis, a conscientia, a timore, pavore diab[oli, pacem et securitatem cordium, laeticiam in deum, faventem deum, filium dei passum pro nobis. Illa omnia salutaria, nec tollunt pacem, mores, urbes, leges, sed venit in auxilium verbum oppressarum conscientiarum.

Quare ergo est vinculum etc.? Iustitiam propriam nolunt amittere, sapientiam nolunt confundi, gloriam et fiduciam sapientiae et potentiae et iustitiae nolunt deserere, **dar uber hebt ſichs.**[1] Mundus est amator suae iusticiae, ut. Simia amat suam prolem. Non vult fidere nisi per suam sapientiam, potentiam. Euangelium vero docet, confidendum in Christum

*1 über* vocat *steht* Euangelium *2 über* pacem *steht* praedicamus securitatem *über* secutē[2] *3* in *o* dei *o* *6* propriam *o* *zu 6* Cur vocetur Euangelium vinculum etc.? *r* *zu 7* Ip [= Ipse] *r* *9* amat *o* *zu 9* non fateri se damnatum propter peccata sua et salvandum Christi iustitia *r* *10* vero docet *o*

[1]) *= beginnt der Streit, Konflikt; vgl. Unsre Ausg. Bd. 31*[1]*, 321, 11.* [2]) *Rörer stellt selbst hier die Lesung seiner Kurzschrift sicher.*

Dr] suas. Hoc quis non vidit Satanae dolis fieri, qui omnes alias religiones tolerare potest, hanc unam autem, quae vera est, odit et persequitur, ac facit, ut homines iudicent eam intolerabile esse iugum?

Cur autem hoc mundus facit? tamen Euangelium nihil aliud agit, quam ut liberet conscientias a pavore mortis, ut et remissionem peccatorum credamus et per filium Dei pro nobis traditum retineamus spem vitae aeternae. Sic autem docet haec Euangelium, ut neque magistratus, nec leges, neque opes, nec alia aut damnet aut tollat aut mutet, sed relinquit ista suo loco, et tantum de conscientiis sanandis cogitat, ne oppressae peccatis et metu mortis sine consolatione et auxilio sint. Cur igitur mundus haec non admittit? Cur iugum, cur vincula vocat, et tolerare recusat?

Respondeo: Iusticiam suam non vult amittere, sapientiam suam non vult confundi, gloriam denique et potentiam suam non vult deserere et, ut uno verbo dicam, primum praeceptum nec vult nec potest servare, sed pugnat contra id omnibus viribus voluntatis, intellectus et fortunarum. Deum debebat amare et anteferre omnibus, sed amat se et sua, Iustitiam Dei debebat solam extollere et ea niti, sed tanti facit suam iusticiam, ut Dei iusticiam prorsus non curet. Itaque sicut Simia prolem suam, sic mundus tantum ea, quae mundi sunt, amat, his gaudet, superbit, inflatur, reliqua quae extra se et tantum in fide posita sunt, supinus negligit et tanquam ignotum thesaurum calcat pedibus.

At Euangelium hoc unice agit, ut Christum proponat animis atque oculis omnium, in eum unum intueri, ab eo uno pendere, eo solo niti ac fidere iubet, qui indutus carnem nostram in carne nostra vicit Satanam,

Hs] crucifixum, infirmum, ubi per infirmitatem vincitur peccatum, mors. Non vult esse stultus mundus, quod suae leges, mores, sapientia sint nihil. Romani prae se habent suas leges, sunt pulcherrime ordinati, et nihil valent ad iusticiam. Iudaei habent regnum etc. In s[umma ſtoſt ſich[1] vber 1. praecepto. Das heiſts 'iugum' geſagt. Est dictum de optimis Regib[us et sapientiss[imis hominibus, quorum sapientia floret in mundo et iustitia. Die weiſen, fromen Konig et heiligen prieſter ſind isti. Mundus habet iustitiam, potentiam etc.; venit Euangelium et dicit: non confidendum istis; utimini istis in hac vita, sed non ad aeternam. Ibi 'potentes' in Christo, 'in infirmitate'. Ibi sapientes, iusti in peccatis vestris et iniusticiis vestris. Ibi 2. Kor. 12, 9

*1* crucifixum *über* X̄)[2] *2 über* vult *steht* mundus *3 über* et *steht* tamen *5* iugum *o* *6 über* sapientia *steht* religio *7 über* isti *steht* qui hic describuntur Mundus *vor der Zeile* *8* et dicit *o* *9* istis *o* *über* aeternam *steht* vita opus aliis praesidiis *10 über* peccatis *steht* et stulticia iniusticiis] iusticiis *über* Ibi *(2.) steht* ubi desperatio

[1]) = *liegt die Schwierigkeit; vgl. Unsre Ausg. Bd. 31*[1], *321, 11; Bd. 41, 89, 20; Bd. 47, 190, 21.* [2]) *Rörer stellt die Lesung sicher.*

Dr] occidit mortem, et infernum populatus est ac destruxit. Hunc unum praedicat sapientem, quia solus Dei Patris voluntatem scit et facit. Hunc solum vocat iustum, quia non solum peccatum nullum fecit, sed suam iusticiam communicare omnibus credentibus in eum potest et vult. Hunc solum dicit potentem, quia solus Fortem, custodientem atrium suum, vicit et spoliavit.

Igitur eius sapientia, iusticia et potentia vult nos confidere, ac tum demum nos quoque promittit sapientes, iustos, potentes fore. Qui si hac sapientia destituamur, vere stulti, peccatores et imbecilles sumus. Sed mundus tanquam vincula doctrinam hanc disrumpere et tanquam iugum proiicere a se conatur.

Sic omnis contentio est cum hoc Rege de primo praecepto. Et Spiritus sanctus in hac prophetia praecipue confirmare animos nostros voluit contra hoc scandalum, quod potentissimi Reges et Principes, sanctissimi et sapientissimi homines, quorum sapientia regna et respublicae gubernantur, quorum iusticia et aequitate florent, huic Regi se opponunt, nullam aliam ob causam, quam quod non volunt coram Deo stulti esse, non possunt ferre, cum audiunt leges, disciplinam, honestatem et alia bona opera ad vitam aeternam et remissionem peccatorum consequendam esse inutilia.

Igitur tumultuantur, furunt, consultant, insurgunt contra Euangelium tanquam sediciosam doctrinam et perniciosam, quae det occasionem licentiae, quae prohibeat bona opera, aut saltem abiiciat et damnet, siquidem ad iusticiam nihil valere dicit.

Hs] confidite. — Sed ista non video, praedicas invisibilia; potentiam, sapientiam etc. mundi video! Ista fiducia in Christum, quod eorum sapientia etc. debet esse nihil, iusticia; iſt yhn hend vnd fuſſe gebunden etc.[1] — Ergo vis nos stultos etc. facere? Valeat tuum regnum in hoc seculo pro ventre: ibi sis sapiens, potens, iustus, sed coram deo scias haec nihil esse. Das wil Ich. — Vis mihi [Bl. 7ª] hende et fuſſe binden! Ideo vocant Euangelium vinculum et iugum, quia coram deo ligantur eorum sapientia, iustitia et opprimuntur et damnantur. Ideo nolumus hunc regnare super nos. Ideo dicitur seditiosa, diabolica doctrina.

'Et proiiciamus': et maneamus in nostra libertate et confidamus in nostris Ceremoniis, apud patres, Missas. Haec nobis dicta in consolat[io]nem; ſo ghets.

---

*2* mundi *o* *über* fiducia *steht* per, etc. etc. *(2.) o* *4* etc. *o* *10/11 über* in nostris *steht* Iudaei *11 über* apud patres *steht* Pap[a]

[1]) *Erg. sodaß sie nicht zu den unsichtbaren himmlischen Gütern gelangen können.*

Dr| Quam autem vera haec sit accusatio, aestiment boni. Non enim damnat bona opera Euangelium, hoc enim esset legem damnare et tollere, Quin
Röm. 3, 31 potius 'stabilit legem', sicut Paulus docet, cum ostendit rationem, qua legi possit satisfieri, et assidue hortatur ad legis studium et bona opera. Hoc unum prohibet, ne in his fiduciam ponamus iusticiae coram Deo. Hanc enim docet collocandam in ipsum crucifixum filium Dei. Hunc cum fide amplectimur, promittit nos iustos esse coram Deo, etsi coram nobis et mundo simus peccatores, promittit potentes esse, etsi simus infirmi, sapientes, etsi simus coram mundo stulti. In hunc igitur crucifixum Dei filium iubet ut confidamus.

Sed mundus id facere recusat, quia hanc iusticiam, potentiam, sapientiam non videt. Non igitur vult praesentia, quae videt ante oculos et manibus tenet, amittere, et alligari invisibilibus et nusquam apparentibus, de quibus Euangelium concionatur. Ideo vinculum, ideo iugum vocat, quo ligatur et premitur, ne sapientiam, iusticiam, potentiam, quam habet, aliquid esse putet.

Hinc nascuntur illae voces: Quid? Igitur homo nihil est? Igitur arbitrium non est liberum? Igitur Deus causa est damnationis impiorum? Cur enim non creavit iustos? Igitur maiores nostri, qui haec ignorarunt, omnes damnati sunt? Vos autem soli sapientes, iusti salvi estis? Hae voces passim audiuntur et leguntur.

Nec sanari coeci homines possunt, siquidem audire nolunt. Sedulo enim monemus, scribimus, concionamur, clamamus, sapientia, potentia et aliis Dei creaturis utendum in hac vita ad praesentia negocia gubernanda et con-

---

*34* movemus *im Urdruck*

Hs] 'Qui hab[itat': Sic s[piritus sanctus locutus in consolationem nostram, V. 4 quia vidit s[piritus sanctus nostram pusillanimitatem et paucitatem, econtra magnitudinem et multitudinem Regum et adversariorum. Crux iſt zu gros. Magnitudo, quia quicquid potens etc., et multitudo: Pap[a, Cesar damnant, Spiritus Rottens[es, Anabap[tistae et adhuc venientes, Unum scandalum post alterum, et inter nos diversi sumus, Et obruit nos ita, ut aquis marinis, scandalis. Magnitudo et multitudo et multa scandala, mirum, quod unus Christianus potest erhalten etc.[1] Cor per se alias est humanum. Non Rex ſo mechtig, si fuerint 100 contrastae, cessat etc. Quid nos? Quisque nostrum debet ferre non 100 Reges, sed infinitos daemones et mundum et suos seru-

---

*1* nostram] nostri   *zu 1* 'Qui habitat in coelis' *r*   *2* paucitatem *c aus* paucitem   *6* ita ut *o*   *7* mirum *o*   *8 über* Cor *steht* humanum   *9* Quisque] Quisꝗ   *10* non (trec[entos) 100

[1]) *Erg. werden.*

Dr] stituenda, Ibi locum esse, in quo ratio nostra tanquam in suo stadio decurrat, faciat et curet, quantum possit, Sed coram Deo omnia haec nihil esse, neque valere quidquam, Requiri enim ibi meliorem iusticiam et maiorem potentiam, quam nostra est.

Sed surdo narratur fabula. Reclamant enim, et vocant vincula et iugum intolerabile, quod vident sapientiam et iusticiam suam coram Deo tanquam inutilem et inefficacem ligari. [Bg. E] 'Nolumus hunc regnare super nos', clamant Luk. 19, 14 sicut Iudaei, ac damnant pariter doctrinam et eos, qui doctrinae huic assentiuntur, Appellant sediciosos, haereticos et diabolicos. Ipsi autem, sicut Pharisaei et scribae, gloriantur de cathedra Mosi, de nomine Ecclesiae, ac soli iusticiae et sapientiae possessionem sibi, etiam armis et gladio vendicant.

Haec mundi facies est, Odit regem Christum et regnum eius, ac tentat omnia, quae ad huius regni oppressionem facere iudicat. Quae autem Ecclesiae in tantis periculis spes est?

At Habitator coeli ridet, Et Dominus subsannat eos. V. 4

Haec est Spiritussancti vox, per os Prophetae emissa propter nostram pusillanimitatem et paucitatem, quam videt, Deinde propter multitudinem et potentiam Regum et adversariorum. Quidquid enim in mundo sublime est, hoc totum confluit et coniungit vires contra Ecclesiam, quae sicut numero parva est, ita fere destituitur omnibus illis donis, quibus mundus insolescit.

Cum igitur obruitur scandalis, quasi aquis maris, cum tot Regum arma, potentiam, opes, quibus oppugnatur, aestimat, pavet ac trepidat. Nam cor humanum non est ferreum aut saxeum, sed carneum ac molle. Itaque afficitur in tam certis periculis. Non enim hoc agitur, ut Christianus contra se unum aliquem hostem habeat: Reges et Principes, Gentes et Populi, sicut Spiritus

Hs] pulos in conscientia. Ideo deus magnifice nos consolatur, Et magnitudini,
multitudini et scandalis opponit ista verba magnifica, ut non tantum dicat
Pſ. 10, 8 ut alibi: 'Oculi eius in pauperes' etc., Sed: 'Habitator coeli, dominus sub-
sannat'. Das ſind magnifica verba. Vide, quomodo hauriat uno verbo,
quicquid et Regnum daemonum, scandalorum. Ipsi Magni et multi, sapientes,
iusti sunt, nos peccatores etc., obruimur peccatis et conscientiis, magnitudine
maiestatum. Sed contra hoc pone: Unus habitator in coelo arcem posuit
munitissimam, quam nemo potest accedere, vastare, nec 4 isti nec Satan,
sapientia etc. Si ipsi in terris potentes, bene, sed is habitat in coelo etc.
Pſ. 110, 1 Et quasi contemptim non nominat eum, Ut si Ego dicerem 'schef limini'[1],
Iſt einer droben, weis nicht, wie er heiſt. Ich hore ſagen, er ſey maxime

*1* nos *o* *3* ut alibi *o* *3/4* subsannat *o* *4* verba *unten* Vide(t) *5* Ipsi *vor der Zeile* *6 über* magnitudine *steht* potentia *7 über* maiestatum *steht* Regum *8* vastare *über* (incendere) *über* 4 isti *steht* 'Reges, principes' etc. *9 über* in coelo *steht* Antithesis

[1]) = שֵׁב לִימִינִי, *oft substantiviert von Luther, sogar mit deutschem Artikel.*

Dr] sanctus hoc in loco vaticinatur, contra eum insurgunt, Imo omnes Diaboli unum impetunt et oppugnant, ut interim de scrupulis, quibus conscientia exercetur, nihil dicam.

In hoc tanto periculo Dominus misericors venit per verbum suum, et opponit huic multitudini malorum et scandalorum alias res longe maiores.
Pſ. 10, 8 Non solum enim dicit, sicut in 10. Psalmo: 'Oculi domini respiciunt in
pauperem', Sed de illis Ecclesiae hostibus et omnibus eorum conatibus dicit: 'Habitator coeli ridet, et Dominus subsannat eos'. Sic haurit uno verbo consolatorio, quidquid est furiosorum hominum, Principum, Regum et Demonum.

Magni quidem sunt, qui adversantur Ecclesiae, et potentes, sunt etiam multi, pollent sapientia, habent opinionem iusticiae, Contra nos sumus pauci et infirmi. Praeterquam igitur quod obruimur multitudine et magnitudine maiestatum mundi, etiam conscientia nostra et nobis nota infirmitate solicitamur et angimur.

Discenda igitur haec consolatio est, ut tam horribili imagine non confundamur, sed dicamus: Scio ego quoque unum, qui habitat arcem munitissimam et inaccessibilem, ad quam non solum Principes et Reges, sed ne quidem Satan accedere potest. Hi enim omnes aut in terra aut aere sunt, Sed huius Regis domus est ipsum coelum, ubi nec hominum nec Satanae potentia aliquid valet.

Prae contemptu igitur adversariorum Ecclesiae non nominat, quis ille in arce coeli sit, Simpliciter dicit: Ioschef baschamaim, habitans coelum. Hunc opponit cum fiducia et contemptu, spiritu et fide plenissimus, omnibus mundi

Hs] ſtarcke. Sic cum fiducia opponit istis omnibus furiis: las ſchwermen Anabaptistas et Sacra|mentarios et noch mher werden, nondum sunt habitatores coeli, sunt reptilia terrae, vermes, 'qui cito morientur', ut Esa. Sed is leſt Jeſ. 51, 12
ſie in terris toben, ipse tutus in coelis etc. Quid facit? 'Ridet'. ſol zurnen contra Reges etc., quod non potest se iuvare. [Bl. 7[b]] Ut Eras|mus et Lucianus: Si Deus esset, deberet commoveri et ſauer dar zu ſehen. Non, sed hat ſein gſpot draus. Turcae furori opponit hunc unum versum etc. Cesar vel potius Viperae sub Karolo saeviunt et Ferdinandus, Episcopi, principes, Schwer|meri. Quid est? V|nſer h|err Gott zurnet nicht drumb, non bekummert ſich, sed ridet. Quare? quia denckt an das wortlein Oben: 'Inania'. Das heiſt rapi in invisibilia et desere visibilia. Das ſind hohe

---

*1 über* ſchwermen *steht* wutten et toben Reges *2* werden *o* *zu 4* 'Ridet' *r* *5* contra Reges etc. *o* *6 über* Lucianus *steht* sentiunt dar *vor der Zeile* *hinter* ſehen *ist vom oberen Rand der Seite eingewiesen:* si non iuvat. aut est impotens aut, si non vult, est malus etc. *7 über* Turcae *steht* Cesaris, Papae etc. *8* Cesar vel potius *o* *10* ſich *vor der Zeile* *über* Oben *steht* in primo versu *11* hohe(r)

Dr] et inferni furiis, Quasi dicat: veniant Gentes et Reges, Populi et Principes, veniant Anabaptistae, Sacramentarii, sediciosi, et alii sectarii, non ideo, quia in terra potentes sunt, coelum conscendent. Sunt misera reptilia terrae, Ibi tumultuantur, furunt, consilia capiunt. Quid autem facit coelum habitans? Num metuit sicut nos? Num trepidat aut commovetur? Plane non, sed ridet stulticiam et vanos hominum conatus.

Haec est nova et inaudita vox. Nam ratio pronunciat, aut non videre talia Deum, atque ideo omnia temere ferri, Aut si videt et non reprimit malos, imbecillem esse. Videre enim et pati indigna, quae prohibere possis, putat iniustae et iniquae mentis esse. Tali honore ratio Deum ornat, ut iudicet, aut stultum esse, qui multa nec videat nec sciat, aut malum, quod, quae videt, non prohibet.

Contra has blasphemias Spiritussanctus nos hic munit, ne ideo existimemus Deum non videre impiorum conatus, siquidem ad eos connivet.

Turcae quanta et quam indigna crudelitas et immanitas est? Pontifices et Episcopi quanto odio ardent contra verbum et vera Ecclesiae membra? Tyrannorum quoque odiosa consilia sunt. Haec ne putemus ignorare Patrem nostrum in coelis, aut abscondita esse ab eius oculis. Videt, sed non ita cito ad iram commovetur, sicut nos, Dissimulat iram, ridet ad tempus, Non solum quia videt frustra esse conatus tales, Sed quia concedit spacium poenitentiae.

Haec est spiritualis cogitatio, qua erudiri Ecclesia et singula eius membra debent, ut rapiamur nos quoque a visibilibus ad invisibilia. Visibilia et tangibilia sunt furor mundi, tyrannis Turcica et Pontificia. Sed hic risus Habitatoris coeli est nobis invisibilis, credi itaque debet, tum fiet,

Hs] geiſter, qui in uno ictu oculi rident totum mundum. S⌊piritus sanctus ista non loquitur, quod solus deus rideat; non propter se ridet, sed nos facit ridere et subsannare etc. Quando Papa, Karolus, Ferdinan⌊dus zornig ſind, ſollen wir nur lachen; quando diab⌊olus richt scandala an, nobis ridendum. Quis potest? wor an feylts? non credimus istos versus veros. Non rapimur in invisibilia sed visibilia sentimus, saevitiam Regum, scandala videmus etc. et conscientiae pugnam etc. Ideo non ridemus sed lachry⌊mamur, deiicimur, contristamur, desperamus. Ibi assuefaciendum cor in omni tenta⌊tione, ut Rideremus omnes istas furias inferni, quia fit propter Christum. Quando Christianus sum, Papa, Cesar iſt mir vngunſtig Et cor et conscientia me

*1* uno *c aus* uni    ista *unten*    *3* ſind *o*    *4 über* nobis ridendum *steht* quando Schwer⌊meri, quando peccatum te mordet etc.    *5* veros *o*    *zu 5 f.* Rapi in invisibilia *r*    *7 hinter* conscientiae *steht* etc., *darunter* pugnam etc.    *10 über* Papa *steht* Diabolus    vngunſtig] vnguſtig

Dr] ut nos quoque rideamus, siquidem hostes Ecclesiae meditantur inania. Nam quod Spiritussanctus Deum ridere dicit et subsannare impios, id propter nos fit, ut nos quoque rideamus cum Deo, et non ringamur aut trepidemus, quando Pontifices, Episcopi, Principes, Reges hoc agunt, ut vi opprimant Euangelium, quando denique Satan obruit Ecclesiam variis scandalis, sunt enim inania consilia.

Sed experimur hunc risum nobis paene impossibilem esse, quia neque visibilia contemnere, nec invisibilia apprehendere possumus; vim et potentiam Regum et Principum, sapientiam mundi, malitiam Satanae, denique peccati et conscientiae nostrae onus sentimus, ideo non ridemus, sed eiulamus, deficimus, desperamus, et omnem vitam hac ratione nobis acerbam facimus. Sed male. Quid enim proficimus, etsi ad mortem usque contristamur? Nunquam enim sanabitur mundus, Satan nunquam fiet mitior.

Discamus igitur erigere animos nostros in talibus periculis, et cum Deo nostro rideamus, quem certum est non risurum perpetuo, sed aliquando etiam succensurum impiis et eos conturbaturum, sicut statim sequetur.

Eo autem facilior nobis erit risus, si non obliti fuerimus eius, quod supra dixit de Domino et Christo eius. Hoc enim certo nobis est statuendum, quod omnes istae tentationes, omnes isti fremitus et furores mundi concitantur in nos propter Christum. Hic solus causa est, cur male propicium habeamus mundum et Satanam, imo etiam ipsum cor nostrum, Sicut
Joh. 15, 19 ipse dicit Ioh. 15.: 'Si essetis de mundo, mundus quod suum est diligeret, Nunc autem quia vos e mundo delegi, odit vos mundus'.

Idem de Peccato quoque accidit. Quis enim non miretur, quod mundus, qui in peccatis vivit, qui peccatorum remissionem non solum non credit, sed oblatam in verbo etiam respuit, tamen vivit in summa securitate, Contra vera Ecclesiae membra, quae remissionem peccatorum audiunt, amplec-

Hs] accusat et stat contra me, peccatum me contristat, exerceor pavoribus. Quare fit? quia baptisatus adhaereo huic verbo. Quid faciendum? Est lachrymandum, quaerulandum, quaerendae consolationes? non, hilfft nicht, sed istis omnibus furiis grassantibus: 'Appropinquabit redemptio vestra'. Luk. 21, 28
Deus, cui creditis, qui habitat in coelis, ridet; den werden ſie ungeſturmet laſſen. Si Ego ſo hoch ſetze ut ipse, et ego Satanae Iram riderem. Diabolus fuit quidem in coelo, sed non mansit. Nos, qui credimus, etiam sumus cum eo in eodem coelo, si non carne, tamen fide et verbo. Ideo quisque Christianus discat amplecti invisibilia. Iste versus rapit nos a facie praesentium rerum et rapit ad etc., ut sciamus non solum victas ante mille

*3* nicht *c aus* hicht *[Schreibfehler, vielleicht sagte Luther:* hie nicht*]* *4* furiis *c aus* furib| *über* grassantibus *steht* recurrendum ad verbum: 'Levate' etc. *[Luk. 21, 28]* *6 unter* Satanae *steht* mundi etc. *8 über* carne *steht* et sensu tamen *über* ⟨sed⟩ *9* nos *vor der Zeile* *10* victas *c aus* victos

Dr] tuntur et credunt aliquo modo, hi soli exercentur pavoribus die ac noctu, ac tantum non obsorbentur dolore?

Huius rei quae causa est? Alia nulla, quam quod sunt Christiani et verbum Christi amplectuntur. Ideo acuit eis Satan peccatum, exercet eos pavoribus mortis et damnationis aeternae, nec unquam quiescere pia corda sinit.

Quid igitur faciemus nos? Eiulabimus et querulabimur, abiiciemus animum et immoriemur luctibus? Minime. Nihil enim hoc modo proficiemus. 'Erigamus igitur potius capita', sicut Christus iubet, cum de suo adventu Luk. 21, 28
vaticinatur, et furente Satana ac mundo (Imo etiam peccato et conscientia nostra in nobis) rideamus. Quia enim poena impiorum adhuc cessat, certum est Deum quoque ridere, qui in coelis est, nec ab impiis inde deturbari potest. Merito igitur ridet irritos conatus.

Et nos quoque cogitemus nos risuros, si tam alto in loco et tam munita arce sederemus, statueremus enim, Etsi Regum, Principum, ipsius Satanae quoque potentia et furor maximus est, tamen eos hic infra mansuros in terra, neque ad nos usque penetraturos. Sed aperiunt hae cogitationes nostram infidelitatem, sumus enim omnes nos, qui credimus in Christum, revera in eodem coelo, in quo Dominus habitat, Si non secundum carnem, tamen fide et verbo.

Ad hunc modum a visibilibus transcendendum est ad invisibilia, et transferendi oculi atque animus a praesentibus ad coelestia, ubi turbae illae non solum sunt inanes, sed ante annos mille et quingentos victae. Sic enim dicit Christus: 'Confidite, ego vici mundum', Et de iudicio nos consolatur, Joh. 16, 33
Principem mundi iam esse iudicatum. Cum igitur victi hi hostes restaurant Joh. 16, 11
bellum, nihil aliud faciunt, quam ut Deo risum moveant. Pueri suaves

*23* visuros *im Urdruck*

Hs] annos furias, sed in nihilum redactas. Des man lacht, mus bereit[1] nichts ſein. Quando viderem puerum cum ſtrohalm et serio vellet ein ſaw ſtechen, muſt ich ia lachen. Et stultus, si veniret cum virgula [Bl. 8ᵃ] contra turrim etc. quia iam facta ista nihilatio. Sic hic, quantus iste habitator coeli; certe Turca, Papa, Episcopi, Rottae, qui nobis bang machen, ſind, ut si stultus contra turrim curreret mit eim ſtrohalm[2]; machen fur vnſern herr Gott ein gauckelſpil. Sic nobis faciendum. Ibi firmanda fides et 'sapientia' 1. Kor. 2, 7 discenda 'in mysterio'. Ibi spectandae res invisibil[es], ut nos des tröſten, quod non videmus. Non videmus eum ridere, sed verbum monstrat nobis iter ad invisibilia. Veniant ista omnia mala, desere tu istum sensum, spectrum 2. Mose 19, 18 ff. et ingredere nebulam et teneb[ras cum Mose Et intra in cubile invisibilium et delectare in verbo et permissi[onibus dei et disce spectare, quo istorum Regum etc. impetum, conatum habeat pro risu, ſind ſein faſtsnacht ſpiel.

3 muſt *bis* lachen *unten*  4 *über* quia *steht* ad superiora pertinet[3]  6 mit eim *o über* ſtrohalm *steht* aut puer etc.  8 des *o*  *zu* 8 Invisibilia spectanda etc. *r*  13 Regum etc. *o*  *über* habeat *steht* Deus hab[itator coeli

[1]) *= bereits, schon.*  [2]) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 31¹, 284, 18.*  [3]) *Nämlich als Kausalsatz zu* in nihilum redactas *Z. 1.*

Dr] nobis reddunt ludos, cum stipula arrepta, tanquam cultro, canes aut sues iugulare conantur, Nec tenere quisquam nostrum risum posset, si videret fatuum, virgula in manus sumpta, magno molimine contra Turrim currere et sic conari, ut evertat turrim, Stultus enim et irritus is conatus esset.

Ad hunc modum de mundi molitionibus, apparatu, potentia, ira, furore cogitaremus nos quoque, si animis et cogitationibus conscenderemus ad eum, qui est Habitator coeli, et eum recte intueremur. Ad hunc enim si conferas Turcam, Pontificem, Episcopos, Reges, et Principes et totum Satanae regnum, an non similes fatuo tali erunt, qui moliatur vastam turrim baculo evertere? Ludos igitur et iocos Deo exhibent. Machen im ein faſnachtſpiel, wenn ſie am zornigſten ſind, et revera aliud nihil sunt, cum talibus cogitationibus et molitionibus occupantur, quam iocularia officina, et sicut germanice dicimus, unſers Herrn Gottes gauckelſack.

1. Kor. 2, 7 Haec est 'sapientia abscondita', quae tantum ex verbo discitur, quod transfert nos a praesentibus et apparentibus ad absentia et invisibilia. Praesentia sunt, quod, cum Christum confitemur et in eum credimus, mundus insanit et furit. Sed ne te haec commoveant, ne ideo contristetur conscientia tua, desere hunc sensum ac insuave hoc spectaculum, et ingredere cum Mose 2. Mose 19, 18 ff. in nebulas ac tenebras, hoc est, amplectere res invisibiles, Ascende ad Dominum et verbum promissionis eius, et disce, quod rideat Deus istam incredibilem stulticiam, quod mundus cum Satana conantur nocere regno Dei et id evertere. Miseri non vident, quod omnis potentia eorum tantum terrena est, Rex autem hic coelum habitat, quo adscendere non possunt.

Hs] Sic habebis pacem. Sic dico de conscientia privata, ut discas te erigere, Ut sis fortis non solum contra Tyran[nos sed contra te ipsum, quia Satan atrocius persequitur nos per cor nostrum quam per Caesarem ipsum etc. Est maius periculum, me vincere quam Turcam etc. Diabolus kan mich in desperationem furen, Diabolus non est sapientior, potentior, sanctior quam in corde meo, das ſind ſein ergiſten bombarden[1], quae habet. Quando me ipsum vici, i. e. diabolus in me victus, quod me verzagt machen wil etc., sed hin ein gangen in invisibilia, tum omnes Reg[es et principes non me terrebunt. Si vero me terrent, max[imam formidinem in me. Ideo disce, quia Satan habet magnum fortteil[2], quia caro mea infirma et scit diabolus me peccatorem et fuisse sacrilegum et kan mir mein tugend fur die naſen halten et quod adhuc non fido, credo, vivo, ut deberem. Ibi facit cor pavi-

1 *über* de conscientia privata *steht* ut de R[egibus   Ut ⟨non⟩   *zu 4* Vincere seipsum *r*   *6 über* ſein ergiſten bombarden *steht* quod me in corde sic infestat   *6/7 über* Quando *bis* vici *steht* tum atrociss[imum hostem prostravi   *zu 6f.* Nocentissimus hostis noster in corde nostro etc. *r*   7 machen wil etc. *o*   *11* mein *o*   *12* deberem *o*

1) *Wohl = dröhnende Schläge oder Geschosse; anders z. B. Unsre Ausg. Bd. 30², 451, 7.*
2) *= Unterstützung; vgl. Unsre Ausg. Bd. 30², 500, 29.*

Dr] Quidquid autem de Regibus seu adversariis Euangelii dico, hoc privatim de cuiuslibet conscientia dico, Ut discamus nos erigere et simus fortes, non tam contra Tyrannos, quam contra nos ipsos. Nam Satan magis nos urget et persequitur per ipsum cor nostrum et conscientiam nostram, quam per gladium et tyrannidem. Turca enim plus nocere non potest, quam ut praecidat caput et iugulet, Sed cor nostrum talem nobis movere disputationem, talem tristiciam excitare potest, in qua perire necesse sit in aeternum, nisi Spiritu et verbo Domini liberemur. Igitur Diabolus nusquam potentior, callidior, fortior, sanctior, iustior est, quam in cordibus nostris. Hic se eum vicerimus, si ex hac sede eum firma fide eiecerimus, ac nos ad invisibilia transtulerimus, tum iratos Principes, Reges, Tyrannos non faciemus pili. Sin autem formidini sunt, terror hic non ab ipsis, sed a corde nostro proficiscitur, quod infirmum est et adhaerescit praesentibus, Absentia autem et invisibilia apprehendere non potest.

Discamus igitur fortes esse in omnibus periculis, maxime autem contra nos ipsos et cor nostrum. Ibi enim Satan firmissimam sedem habet et praeclare adiuvatur per praeterita. Scit enim nos esse peccatores, Igitur
seriem nostrorum peccatorum et triste 'chirographum' ponit ante oculos, et Kol. 2, 14
urget nos. Quin praesentia quoque arripit et nos iis oppugnat, quod nondum credimus ita firmiter ut debebamus, nondum ita amamus ardenter et tentamur impatientia quoque. Haec cum exaggerat, est enim callidus et vehemens Orator, frangitur animus, et non solum illo tumultu Principum et Regum, sed etiam strepitu cadentis folii terretur.

Hs] dum; ubi hoc, tum facile terretur cor a minis Regum, principum et a scandalis etc. Ideo cor suum muniat Christianus et spectet in invisibilia et non velit videre, quod sentit in se sive extra se, [Bl. 8[b]] quae omnia visibilia; ibi sensus carnis amovendus Et eundum, quo te ducit versus. Tu baptisatus, peccator es infirmus; bene, ista visibilia sunt. Ego ingredior in tenebras, ubi sedet unus, qui ridet et subsannat; in oculis eius, quae me terrent, sunt merus risus. Qui sic posset ridere Ferdinandum; alls, quod treiben mit ernſt principes, Reges, iſt spectrum. Sic quod diabolus in corde perterrefacit, vexat conscientiam, est horrendum et dolor, Sed textus: ad invisib[ilia est spectandum; tuae[1] accusationes, contristationes, minae sunt diaboli cogit[ationes et ignitae sagittae. Sed nihil ad me ista omnia, deus ridet, non praevalebis accusando, damnando, contristando, pavefaciendo,

---

1 tum *mit Strich zu* pavidum *S. 223, 13/224, 1 gezogen* cor *o* 2 *über* etc. *steht* terretur facile conscientia peccatis munia(n)t 4 te *o* 6 ridet *über* ⟨sedet⟩ 7/8 quod treiben mit *o* 8 Reges *über* ⟨treiben⟩ *über* iſt spectrum *steht* est spectaculum, risus deo 12 pavefaciendo] pavendo

[1]) *Satan ist angeredet.*

Dr] Muniamus igitur corda nostra, et respiciamus ad invisibilia et in tenebras verbi, nec timeamus vel paveamus ab iis, quae sentimus intra vel extra nos, quae sensibilia et visibilia sunt ac carne percipiuntur. Exuamus sensus omnes, et eamus, quo ducit nos praesens versiculus, ad invisibilia; ac cum Satan obiicit: Ecce, es peccator, non sic credis, non sic diligis, sicut requirit verbum, Tu contra dic: Quid me vexas cum his visibilibus? Bene sentio ista, nec opus est, tu me ut doceas, Illud opus est, ut verbum sequar et transferam me ad invisibilia, hoc est, ad eum, qui in coelis habitat, et ad verbum eius, in cuius oculis omnia, quae me terrent, sunt merus ludus, et spectacula carnis privialia, ut vocant, quae non ad terrorem, sed ad risum instituuntur etc.

Ad hunc modum ad practicam trahendus est hic versiculus, non tantum in periculis illis externis, quae intentantur nobis ab hostibus verbi, a Turca, Pontifice, Episcopis, Regibus, Principibus, qui omnes potentia, sapientia, iusticia instructi sunt, Sed etiam in tentationibus spiritualibus, cum diabolus terret conscientiam, accusans nos intra nos propter peccata admissa. Ibi, qui hunc versum recte meditatum habet, ridebit Satanam, et eius tum accusationes tum minas. Nihil, inquiet, haec ad me, quae etiam Deo meo habitanti in coelis risum movent, non praevalebis accusando et contristando, Quin cum Deo meo ridebo ego quoque, scio enim, quod conatus tui frustra sunt. Etsi enim peccator sum, etsi peccati poena mors aeterna est, tamen non ideo ridere desinam, quia addextram Dei sedet, qui pro peccatis satisfecit et te in carne sua vicit ac prostravit, non enim tu me petis solum, sed illum ipsum, qui te vicit, filium Dei etc.

Hs] quia sedet unus habitator droben etc., quia persequeris me propter Christum, quia reducitur finaliter ad Christum etc. Rigidissimum mandatum super omnia: credere re[missionem pec[catorum, filium dei esse passum. Qui sequitur sensum sui peccati, peccat contra Christum. Ideo notandum, ut non sequamur diabolum immediate nos insectantem per conscientiam, Nam mediate per Reges etc. Non debes terreri, quia resur[rexit a mortuis, qui absorbsit peccata. Ideo corride et consubsanna. Verba cito dicta: 'Habitator' etc. Iustus erit absque pavo[re, Christianus non timet peccatum, ridet peccatum, diabolum et omnes minas, — statim, inquam, dicta. Sed vide, an possis laetari, quando audis infinita scandala et haereses etc.; invenies contrarium et libenter efficeres, ut omnia visibiliter quieta, honesta, pulchra, sancta etc. essent. Wird nicht draus, sed econtra visibiliter omnia

*1* unus[1] droben[3] habitator[2] me *o* *zu 3* Credere remis[sionem pec[catorum *r* *5 über* per *steht* in *8 über* Iustus *steht* sicut leo *11* efficere(u)s visibiliter] visiliter *12* essent *o* sed econtra *o* visibiliter] visiliter

Dr] Hoc enim firmiter statuendum est, quod omnis persecutio, etiam illa ipsa spiritualis, quae per Satanam in cordibus nostris fit, propter Christum fit. Nam credere remissionem peccatorum per Christum est summus articulus fidei nostrae, Ac verum est, quod qui hunc articulum credit, habet remissionem peccatorum. Ideo tantopere conatur Satan, fidem hanc nobis ut excutiat. Qui autem sequitur Satanae cogitationes, quibus nos vexat, ut spem remissio[Bg. F]nis peccatorum abiiciat, is peccat.

Ne igitur sequamur cogitationes cordis nostri accusantis nos de peccato et spem remissionis peccatorum non existimantis ad se pertinere, Hoc enim esset ipsum Satanam sequi, vexantem nos non solum mediate per Principes et Tyrannos, sed etiam immediate per peccatum et cor nostrum, Sed opponamus nos ei magno animo, ac dicamus: Neutiquam contristabis nec terrebis me. Resurrexit enim a mortuis, qui me iussit quietum esse. Ridebo igitur, non, ut tu vis, eiulabo, quasi solus et sine auxiliatore sim.

Sed quanti laboris et quam longi temporis sit hanc artem discere, singulos experientia docebit. Verba quidem facillime didiceris: Iustus erit absque omni pavore, Christianus non metuet peccatum nec mortem, sed ridebit diabolum et minas eius; Sed experire rem, et vide, num possis laeto animo esse, cum aut conscientia te accusat, aut nascuntur haereses et scandala. Caro enim statim incipit trepidare, et vellet omnia visibiliter esse quieta. Quia autem diversum accidit, et omnia iniusta, impia, stulta, profana, blasphema, turbulenta et inquieta sunt, quae apparent et ante oculos sunt, excutiuntur per haec visibilia illa invisibilia, de quibus Spiritussanctus nos hoc in loco docet.

*20* accusantes *im Urdruck*

Hs] stulta, iniusta, blasphema, et in mediis istis fluctibus versari, thut wehe. Ideo vivendum in istis invisibil[i]bus: nihil scio de peccatis, Rotten, sed scio Christum, qui ridet ista omnia. Qui istam artem novit, dicimus doctorem Theolog[iae. Sed Apostoli et Paulus non bene noverunt, Ideo et nos manebimus scholastici. V[nſer H[err G[ott helffe vns.

V. 5 15. Aprilis. 'Tunc loq[uetur ad eos' etc.: Praecedens versus descripsit illam patientiam nobis quidem intolerabilem, sed deo satis assuetam, quod impiorum furores, tumultum hostium, Regum, principum etc. insanias ferre, [Bl.9ª] quia est ein reicher man et wirdt, er kan eim buben wol ein Zeche borgen. Nobis vero, qui sumus in vexatione, est patientia intolerabilis.

Luk. 18, 2ff. Sicut dicitur Christus in Euangelio, cum allegat: 'Iudicis iniusti' etc., 'qui nolebat' etc. 'Volo eam vind[icare.' Applicat Christus: 'Putatis, quod' etc.? 'Amen, brevi' etc. Das heiſt patientia divina, quae nos vexat 1, 2, 3, 4

2 scio *c aus* de *zu 6* 'Tunc loquetur' *r* 9/10 ein Zeche borgen *o* *zu 11* Luc. 18. *r*

Dr] Assuescamus igitur ad has tempestates, in quibus vivendum et assiduo Christianis versandum est, et abdamus nos in tenebras ac apprehendamus invisibilia. Tunc fiet, et furorem Turcae, Pontificum, Tyrannorum, sectarum, hereticorum et omnium adversantium regno Christi rideamus, tanquam iocularium spectaculum. Hoc qui ubique et semper potest, Is est verus Theologiae Doctor. Sed nec Petrus nec Paulus nec reliqui Apostoli semper hoc potuerunt. Igitur nos quoque discipulos, et non Doctores in hac arte nos esse profiteamur, quanquam ne discipulorum quidem nomen meremur, siquidem cum Deus ridet, nos aut ringimur aut stomachamur.

V. 5 Tunc loquetur ad eos in ira sua, Et in furore suo conturbabit eos.

Praecedens versus descripsit pacientiam Dei, nobis quidem intolerabilem, sed Deo satis vulgarem et consuetam. Solet enim impiorum furores, vulgi, Regum, Principum et populorum insanias tolerare ad tempus, nec statim, ut Poeta inquit, sua fulmina mittit, cum peccant homines. Interim Ecclesia in tribulationibus versatur et gemit, optans vindictam in impios,

Luk. 18, 2ff. Sicut Christus in parabola de improbo Iudice, Luc. 18., ostendit. Videtur enim piis haec Dei patientia esse sine fine, et ideo pene intolerabilis est, vexans et humilians ferentes crucem, non uno aut altero anno, sed pluribus annis.

Et tamen haec pacientia nostra nihil est ad pacientiam sanctorum Patriarcharum collata, qui quingentis, sexcentis et pluribus annis vixerunt in eadem tentatione. Hi non, ut nos, his viginti septem annis tantum, sed per omnem vitam audiverunt impiorum carmen: 'Dirumpamus vincula eorum', Deus non videt, non intelligit haec etc. Nam in hanc securitatem tandem prolabuntur impii, siquidem Deus sic longanimis est et poenas tam diu

Hs] annis, 20, 30, 100, ut patriarchas, ut nostra patientia nulla sit ad patriarch[arum comparata. 'Dirump[amus', faciamus invito deo etc. Non intel-[liget deus Iacob; oportet eos exaltari ad gloriam et iactantiam. Ipse consolatur nos: laſt ſie ſingen. Ipsi iactant, deus ridet, vos fletis. S[umma s[ummarum: extremus actus fabulae.

'Loquetur' etc. 'Oculis tuis conside[rabis et retributionem.' Et aliae Jer. 20, 4 multae scripturae: 'Laetabitur iustus' etc. 'Lavabit' etc. Das iſt gwys Pſ. 58, 11 Jeſ. 25, 8 war. Exempla sunt omnes historiae scripturae et gentium. Veritas et iustitia oportet ferant risum, subsannationem mundi et impiorum hominum, finaliter; veritas oppugnari potest, expugnari etc.[1] Es ghet, ut hic psalmus: 'Tunc'. Illa est spes, promissio nostra pro consolatione afflictorum, qui sunt, illis cantantib[us etc.: 'Dirumpamus', occidamus, captivemus, consultemus hoc et hoc. Et muſſens laſſen ſchreyen et per patientiam freſſen. Das

*1* 100 *o*  *2/3 über* Non *steht* videbit neq[ue  *3 über* eos *steht* adversa[rios *zu 6* 'Tunc loquetur' etc. *r*  *zu 8 f.* Veritas, Iusticia *r*  *13* hoc *(2.) o*

[1]) *Das* etc. *steht für* non potest.

Dr] differt. Cum autem ad hunc modum impii securæ gloriantur, pii autem affliguntur et gemunt, tum in proximo est, ut Deus, qui plorantibus et gementibus piis, Impiis autem secure ferocientibus risit, commoveatur ad iram. Haec huius fabulae est Catastrophæ finalis.

Continet igitur hic Versiculus promissionem suavissimam, quales passim in Psalmis sunt, Psal. 9.: 'Dominus est in refugium oppresso, Refugium oppor- Pſ. 9, 10 tuno tempore in tribulatione', et 10.: 'Quoniam tu laborem et dolorem Pſ. 10, 14 consideras, Tu indicas pro pupillo et paupere', et 68.: 'Pes tuus tingetur Pſ. 68, 24 sanguine inimicorum tuorum', et 110: 'Dominus conquassabit capita in terra Pſ. 110, 6 multorum'.

Conveniunt autem cum his promissionibus etiam exempla, non solum quae in sacris literis sunt, sed etiam gentium. Ita enim perpetuo solet in mundo: Veritas et iusticia laborant, ac praecipue in Ecclesia veritas risum, subsannationem et plagas quoque accipit, ac si nullus esset Deus, aut saltem Deus humana non videret aut curaret. Sed si finem respicias, videbis oppugnari veritatem, sed opprimi non posse, Quia habitans in coelis, etsi ridet ad tempus impiorum irritos conatus, tamen non perpetuo ridet, sed etiam loquitur, ac quidem in ira, et ad eum modum, ut conturbentur impii, qui tanquam in parta victoria laetos triumphos agebant.

Haec igitur promissio est spes nostra, ac praecipue pertinet ad miseras conscientias erigendas, quas paene opprimunt ii, qui cantant: 'Dirumpamus vincula eorum'. Nam in nostris viribus non est, ut eis imponamus silentium, ne cantent, Nec possumus perpetuo sic obturare aures nostras, ut hoc carmen impiorum non exaudiamus. Dissimulanda igitur et ferenda ac per

Hs] 'Tunc' hat kein certum terminum, wenn er kompt, ſo kompt er. Quando subsannavit dominus et risit, satis; tum non solum apud se ridet in abscondito, sed manifesto et experientia. Et coram oculis vestris videbitis
Jer. 20, 4 istum risum. 'Oculis tuis considerabis' etc. non est unus, qui eum loqui videt personae oculis, sed pertinet ad eos, qui habent verbum. Durante fide et verbo cadunt impii et adversarii. Exempli gratia: Romani erant potentissimi, noch ecclesia, quae habebat Christi fidem et promissionem, scilicet:
Matth. 24, 29 f. 'Cadent a' etc., 'videbunt' etc. Die habens erlebt. Periit regnum Rom|anum
2. Kön. 19, 20 ff. manente ecclesia. Sub Ezechi|a[1] war Esa|ias arm, patientia war yhm auch intolerabilis, quod deus rideret etc., sed ipse et Rex videbant oculis etiam
Esra 1, 2 corporalib|us etc. Filii Israel captivi in Baby|lonia videbant oculis suis

2 dominus *o* 4 considerabis *o* 4/5 qui *bis* videt *o* 7 scilicet *vor der Zeile* 8 videb [= videbis] 9/10 patientia *bis* etc. *vom Rande eingewiesen* 11 Israel *o*

[1]) = *Hiskia.*

Dr] pacientiam superanda haec securitas est, usque ad illum articulum temporis, cum Dominus incipiet loqui. Is enim habet vastam et tubalem vocem, quae compescet impios, ubi nos vix hiscere possumus prae ipsorum clamoribus.

Particula az non significat certum tempus seu terminum, sed est indefinita particula: Fiet ut loquatur, quandocunque tandem loquetur, atque tum risus, qui, dum secure impii canunt, absconditus est, revelabitur, Sicut
Ps. 91, 8 Psalmus 91. dicit: 'Oculis tuis retributionem impiorum videbis'. Nam iudicia Dei non sunt abscondita, cernitur in clara luce tandem ira Dei, quem impii dormire putant nec indicant attendere, quid ipsi moliantur.

Exempla ante oculos sunt. Romanorum Monarchia fuit potentissima, et tamen cum meditaretur regni Christi vastationem, vastatum ipsum est et periit, Ecclesia autem retinens fidem promissionum mansit incolumis, etsi graviter afflicta esset. Qui igitur tum vixerunt, 'oculis suis viderunt retri-
Ps. 91, 7 f. butionem, quod mille caderent a dextris, et decem millia a sinistris', manente Ecclesia salva.

Sic sub Ezechia rege miserabilis populi Dei facies erat. Assyrius, qui
2. Kön. 19, 20 ff. decem tribus captivas abduxerat, obsidebat Hierosolymam, et caeteras regni Iudae partes graviter afflixerat. Ridebat tum Dominus, tanquam de irrito conatu, sed Ecclesia afflicta ridere non poterat, tota in lacrymis et luctu erat. Sed an non revelatus est risus Dei tandem? an non ecclesia quoque ridere demum incepit, cum una nocte centum milia et octuoginta quinque milia ab angelo Domini interfecti essent? Videt enim corporalibus suis oculis vindictam impiorum. Sic postea captivus in Babylone populus oculis suis videt
Esra 1, 2 destructionem Babylonis.

Ita historiae ostendunt promissionem hanc non esse vanam, sed etsi tempus non revelatum nobis est, quo liberaturus Dominus pios, Impios

Hs] vastitatem Baby[loniae. Sic omnes historiae testantur etc. [Bl. 9$^{b}$] Patientia quidem durat et afflictio, sed si perseveraveris, tum wirds gewiſlich fallen et ghen, ut is versus praedicit. Et nostro tempore vides experientiam: tot annis consultaverunt, conciliabula habuerunt, quo plus laboraverunt, hoc minus effecerunt et causa eorum fit deterior. Ecclesiasticus: 'Vaeh, qui Sir. 2, 16 perdiderunt sustinentiam'. Laſſs intus et foris etc. Sie muſſen fallen.

'Tunc': Zu ſeiner Zeit. Non est 'tunc', quando incipit ridere; das ghet ad coelum, non ad nos. 'Tunc' i. e. 'Nu', sic ego definirem, sed Ipse: 'Denn'.[1] Laſ dir der weil, sis patiens. Haec est consolatio nostra, quod deus loquetur.

'Loqui': ebraico more. Nostis, quale os et lingua Deus habeat. Os suum et lingua vocatur sic: 'Ipse dixit, et facta sunt'. Quando dominus Ps. 33, 9

3 ghen *bis* praedicit *vom Rande eingewiesen* 4 habuerunt *o* 6 sustinentiam *o* laſſs *c aus* laſs *zu 6* cap. 2. *r* 7 'tunc' *o* *zu 7* TVNC *r* 9 *über* Laſ *bis* weil *steht* harr ein wenig 11 Deus *o* *zu 11* Loqui Dei *r*

[1]) = *Dann.*

Dr] autem sit perditurus, tamen aliquando certo futurum, modo ne frangamur animo et, fortes in fide, in assiduam orationem incumbamus. Sicut enim supra de improbo Iudice diximus, vult precibus nostris admoneri et excitari Deus. Ideo afflictionem sentiri et tolerari, liberationem autem credi vult.

Sed nostram quoque experientiam non tacebimus, non tantum ut innotescat, Versum hunc verum esse, sed ut Deo grati simus, intelligentes et firma memoria retinentes ac praedicantes ingentia eius beneficia et mirabilem salvandi ac servandi modum.

Pontifex et Episcopi, Reges et Principes, qui Pontifici adhaerent, an non usque ad ravim decantarunt hunc versum annis ferme iam triginta: 'Dirumpamus vincula eorum, et proiiciamus a nobis iugum eorum'? Itaque consilia inierunt multiplicia, et tantum non in manibus habuerunt victoriam, partiti inter se victoriae praemia, Principum nostrorum civitates et arces.

Sed quid effecerunt? nonne, qui huius fabulae primas partes agebant, perierunt? atque utinam non etiam periissent in aeternum! Qui autem superstites adhuc sunt, an non calamitosi sunt et Iro pauperiores? Siquidem aut sua culpa amiserunt, quae a maioribus eis relicta sunt, aut aegre ea retinent ac tuentur? Nec dum finis malorum et poenarum est, quotidie deteriorem faciunt causam suam et altius immerguntur malis.

Perseveremus igitur in fide et verbi confessione, nec inveniamur in eorum numero, qui, ut Ecclesiasticus dicit, 'amiserunt tolerantiam'. Premant, Sir. 2, 16 urgeant, affligant, occidant etiam nos, et tamen si non frangemur animis, si tolerabimus in spe liberationis mala haec, non deseret nos Dominus. Promittit enim hic se locuturum in ira et illos conturbatos iri.

Hs] loquitur, ſo wirfft er ein konigreich oder 4 hin weg. Dum loquitur, totus orbis fremit. Oriente et occidente sole loquitur deus, crescentib[us frugib[us et germinantib[us hominibus bestiisque iſt vnſ[ers herr Gots ſprach. Non est vox ut in instrumentis vocalib[us, sed dictum et factum iſt eins; quando ein ding ſpricht, ſo ſthets da. Quando dicit: Sol, orere, nemo quidem etc.
Pſ. 147, 15 ff. Ut in 147. ps.: simul dicit, simul stat, quod dicit. Hoc est dictum ad conterendos impios et consolandos nos: quando venit, ſo iſt kein auffhoren. 'In ira': non solum de ira praesentis vitae, sed quando venit cum Turca vber Deudſch[land, Welſch= etc. land, ſchickt hie her ſcharhanſen, Eyſenfreſſer, das heiſt: 'dixit in Ira sua'. In gratia: quando pacem dat, dat vinum,

*1* oder *o*   *zu 1 hinter* weg *ist* commovet totum orbem terrarum, Imperium aliquod subvertit etc. *vom Rande eingewiesen*   *1* iſt(s)   *5 über* etc. *steht* videt etc.   *7 über* venit *steht* dominus   *über* ſo *steht* ſo ghets vber etc.   *8 über* praesentis vitae *steht* intellige   *zu 8* 'In ira' *r*   *9 über* hie her *steht* Vuittemb[ergam   *10 über* In gratia *steht* dicit   *zu 10* In gratia *r*

Dr] Particula igitur indefiniti temporis diligenter est notanda: 'Tunc loquetur', seu aliquando loquetur, cum scilicet ipsi opportunum videbitur. Risus igitur est in coelo et absconditus, sed hoc loqui sentietur in terra, loquetur enim ad cantores illos, qui omnia horribili clamore complent, vociferantes: Dirumpamus, dirumpamus! Ad hos cum loquetur, profecto audient eum. Fiet autem id 'tunc', Non nunc, sicut nos optamus, quibus omnis mora sub cruce longa est. Igitur vellemus Deum nunc loqui, sed non vult id facere. Tunc vult loqui, cum scilicet nos desperantes pene iudicamus eum perpetuo taciturum.

Sed quid aut quomodo loquetur? Hic Ebraica phrasis observanda est, Nam cum scriptura dicit loqui Deum, intelligit verbum reale, seu actionem, non sonum tantum, qualis noster est. Non enim os, non linguam habet
Pſ. 32, 9 Deus, est enim Spiritus. Igitur os et lingua Dei vocatur: 'Ipse dixit et facta sunt', et cum loquitur, tremunt montes, dissipantur regna, totus denique commovetur orbis. Hic est alius sermo, quam noster.

Oriente sole, sole occidente loquitur Deus, crescentibus frugibus, nascentibus hominibus loquitur Deus. Igitur Dei verba non sunt vanus aer, sed res maximae et admirabiles, quas oculis videmus et palpamus
1. Moſe 1, 1 ff. manibus. Cum enim secundum Mosen Dominus diceret: 'Fiat sol, fiat luna, Terra producat arbores' etc., Statim, quod dixit, factum est. Vocem hanc audivit nemo, sed opera et res ipsas videmus ante oculos et tangimus manibus.

Simul igitur et consolatur hoc in loco Spiritussanctus pios, qui sub cruce gemunt et anhelant, et terret impios, ne sint securi, sed certo statuant Deum locuturum. Id autem cum in ira fit, fit sine fine, sine spe auxilii. Cum enim irascitur Dominus, non ludus, non iocus est, Sed sentiunt impii

Hs| frumentum. Emittit eloquium etc., ſo ghets wol. Si Turca venit, tum est verbum i. e. factum dei. Das iſt ein phrasis Ebraica, quam totus mundus non intelligit. Ex Mose fluit iste modus loquendi: 'ex principio: fiat lux, stella' etc. Ex isto poeta Virgilio[1] didicerunt omnes prophetae loqui et usi hoc 'sermone dei' etc. Christus ut homo loquitur ut nos, Maiestatis dicere est facere. 1. Moſe 1, 1ff.

[Bl. 10a] Hoc est valde terribile, quod hic dicit contra impios, quod deus loquetur, aget, dicet unum verbum et mittet Romanos contra Iudaeos et vastabit per verbum suum eos, Et mittent tela, ignem in Civitatem sanctam. Postea venient Gotti, Vandali sunt verbum dei. Eorum tela,

---

*2 über* verbum *steht* in ira *4 über* etc. *steht* 'et facta est' etc. *5 über* sermone *steht* loquela ut *(1.) o* *zu 5* Maiestatis dicere *r* *7* dicit *c aus* dicere *zu 8* Romani *r* *9 über* verbum suum *steht* i. e. Romanos *unter* verbum suum *steht* quod dicit *zu 10* Gotti, Vandali *r*

[1]) *Gemeint ist Moses, — ein Zeichen, wie hoch Luther den Vergil schätzte.*

Dr| hoc irae verbum, et in hac vita per varias afflictiones, et in futura vita, nisi convertantur et agant poenitentiam. Tale irae verbum audit hodie Hungaria et Germania, cum per Turcam affligitur propter idolatriam et contemptum Euangelii.

Solet autem loqui quoque in gratia, cum dat pacem, annonam uberem, bonos Magistratus, pios Doctores. Haec sunt gratiae verba. Sic Psalmus 147. dicit: 'Emittit eloquium suum terrae, velociter currit sermo eius'. Exponit enim, quomodo hoc intelligendum sit, scilicet quod dat nivem, průinam, glaciem etc. Pſ. 147, 15

Est autem haec phrasis tantum sanctae linguae (ad quam discendam saepe, sed pene frustra moneo iuventutem, egregie enim facit eius cognitio ad illustrandam scripturam) sumpta ex Mose, qui in 1. cap. Genesis, cum commemorat Deum ex nihilo condidisse omnia, subinde sic solet loqui: 'Dixit Deus: Fiat lux, fiat firmamentum etc., Et facta est lux, Et fecit Deus firmamentum'. Ex hoc loco sumpta haec phrasis est. Sicut enim Poetae graeci Homerum, latini Virgilium habent, ad cuius imitationem scribunt, ita sancti Prophetae ex Mose didicerunt recte loqui de Dei factis. Viderunt enim, quod dicere apud Deum sit facere et verbum sit factum.

Horribile autem hoc in loco est, quod Propheta dicit Deum in ira sua locuturum, certum enim est, quod ad hoc verbum irae ruiturae sint totae Nationes, nec possint ulla sua vi aut potentia se tueri, quominus cadant. Sic locutus est Deus in ira sua, cum Romanos mitteret contra civitatem sanctam Ierusalem, cum postea contra Romam mitteret Vandalos et Gothos. Haec fuerunt vasta et grandia verba ac ferrea vox, quae potentissimos Monarchas deiecit.

Hs] flammae sunt verbum dei contra Romanos, Persae sunt contra Bab⌊ylonios, Bab⌊ylonii contra Iud⌊aeos. Das heiſt reden et ein ſtarcke ſprach geſurt, quando dominus auff ein mal 20 Reges hin ſchlaudert[1], sic facit peste et annona, i. e. Maiestas ipsa adversatur ipsis impiis. Suave iugum, habere Christum irascentem. Quando Maiestas begind zu zurnen, das iſt terribile in conscientia et aspectu, tum, qui pereunt, sunt extra consolationem, intus
Hebr. 12, 6 pereunt et foris etc. Si Christus: 'quos diligo' etc., loquitur Christus in ira contra carnem et in gratia pro spiritu. Sed hic loquitur, ſind 3 hundert=

---

*zu 1* Persae, Babylo⌊nii *r*  2 Bab⌊ylonii contra Iud⌊aes *o*  3 hin ſchlaudert *o*  4 *über* annona *steht* caritate  *zu 5* Ira < maiestatis / Christi *r*  6/7 *über* intus pereunt *steht* per desperationem  7 *über* foris *steht* per vastationem  *über* etc. *steht* castigo  *zu 7* Eb. 12. *r*  8 *uber* hic loquitur *steht* dominus, maiestas ipsa  *zu 8* Christi loqui in < ira / gratia *r*

[1]) *Wohl = zu Boden schleudert, vgl. Unsre Ausg. Bd. 16, 255; doch vgl. Bd. 15, 193, 27, wo* hinſchlaudern = *hinwerfen, an etwas wenden.*

Dr] Ad hunc modum loquitur in ira sua, cum immittit pestem, famem et alias plagas. Hic tandem finis erit huius furoris mundi, quod concitabit contra se Maiestatem, ut loquatur non verba, qualia hominum sunt, quae aures tantum feriunt, sed quae terrent conscientiam et adspectu horrenda sunt, nempe multa milia crudelium militum, et alias plagas, quae tota Regna evertunt funditus.

Quanto autem satius erat Christi iugum ferre, et non excutere, quod etsi carni durum est (Nam ferenda crux est iis, qui nomina Christo dant, habent enim adversarios potentes et multos, sicut diximus), tamen Spiritus consolationem et pacem habet, non brevem, qualis illa mundi est, propter quam iugum hoc abiicit mundus, sed aeternam. Pater filium, quem amat, castigat. Ita Christus quoque in ira loquitur contra carnem, sed idem in gratia loquitur pro spiritu. Hoc iugum, haec vincula qui nolunt ferre, hi audient aliam vocem, nempe multa Turcarum milia grassantia et late omnia populantia ferro et igni.

Sed non satis est Domino, sic in ira esse locutum ad impios, sequitur eius vocem irae turbatio, ut hostes eius subito ita percellantur animis, ut quo se vertant nesciant, Atque hoc ruinae est initium. Talis igitur miles est Dominus in coelis habitans: Initio dissimulat iram, ac ridet vanos conatus. Sed cum ab iis impii nolunt desistere, non pedes, non manus vulnerat, non eruit oculos, sed tantum animos turbat. Hoc cum factum est, facile etiam inermes et pauci numero vincunt.

Multa conati sumus his annis viginti contra Turcam, sed infeliciter. Cur hoc? Peccata nostra concitarunt iram Dei erga nos. Cum igitur poenam vellet de nobis sumere, armavit hostes nostros Turcas ira et crudelitate contra nos, nobis autem immisit pavorem, Ut recte obiiciatur nobis, oblitos nos virtutis nostrae et degenerasse a Maioribus nostris.

Hs] tauſent Turcken etc., Persae contra Babyl[onios, tot Babylonii contra Iudaeos, Schweisſucht.[1] Et est verbum irae, ghet hin durch.

'Conturbat' i. e. pavefacit, ut subito nesciant, ubi ſollen bleiben. 1. turbat animos, privat sapientia et consilio. Ein böſer krieger est dominus et ein gewaltiger, non amputat primum manus, non oculos eruit et pedes, sed aufert cor. Si Turca haberet X mal hunderttauſent man, Si deus eum vult punire, pavefacit animos, istis pavefactis ſcheuſt widder burſen noch gladius ferit etc. Richt. 7, 22
Si vult deus ein land ſtraffen, dabo istis, ut furiant et persequantur etc.

'Turbat in furore': ſchickt yhn das ſchwerd uber den hals et aufert animos. Ista impleta in persis, Babyl[oniis, Iudaeis, Romanis. Iam etiam Papa patietur et Turca. Ille versus debet occidere totum orbem terrarum; quicunque sunt contra Christum, ſol der vers freſſen.[2] [Bl. 10b] 2. Consolatio, sap[ientia etc. est hec, quod mali sunt incorrigibiles, adversarii nullis admonitionib[us convertuntur, sed expectant simpliciter vasta[tionem suam,

---

*1 über* Persae *steht* tot *3 über* pavefacit *steht* terret *zu 3* 'Conturbat eos' etc. *r* *zu 4* Cuiusmodi bellator dominus *r* *4* ein *o* *5 über* eruit *steht* hostib[us *über* aufert cor *steht* machts ſeyg *6* X *c aus* 3, *darüber* zehen man *o* vult *c aus* fult *[Schreibfehler]* *zu 7* Iud. 7. *r* *7* noch gladius ferit *o* *8* ut *o* etc. *unten* *9 über* ſchickt *steht* ut supra de 'loqui' *zu 9* 'In furore suo' *r* *10 über* animos *steht* consilia, prudentiam *11 über* patietur *steht* istum furorem domini *zu 13* Impii incorrigibiles *r* *14 über* admonitionib[us *steht* precib[us, fletu, minis, terrorib[us vasta[tionem *vor der Zeile*

[1]) = *englischer Schweiß; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 148, 9.* [2]) = *uberwinden, s. Unsre Ausg. Bd. 50, 119, 27.*

Dr] Ad hunc modum turbavit gentem suam, Iudaeos, sub NebucadNe- [Bg. G] zar, Babylonios sub Dario et Cyro, Persas sub Alexandro, Graecos sub Romanorum imperio. Omnium enim aetatum hostes Christi hic Versiculus deiecit et turbavit, ac deiiciet quoque Turcam et Pontificem. In hoc enim a Spiritusancto est scriptus, ut totum orbem occidat et vastet, siquidem non cessare vult ab hoc furore, ut contra Dominum et Christum eius pugnet.

Porro, quia dicit Dominum locuturum, Ex hoc apparet, quod mali sint incorrigibiles, nec sanari se patiantur ab iis, qui Domini verbum, quod gratiae verbum est, ad eos afferunt. Si enim attenderent verbo et doceri se permitterent, abiicerent studium hoc oppugnandi Dei. Sed cum non audiant et secure pergant contempto verbo et doctrina sana, coguntur audire aliam vocem, quae est irae vox et manet omnes adversarios verbi. Quando enim converti homines nolunt et caeci urgent suum institutum, sequitur versiculus hic, ut Dominus loquatur in ira sua et conturbet impoenitentes.

Hoc Germaniae peccatum est, quod certam minatur ruinam. Etsi enim magno studio hortamur ad amplectendum verbum et abiiciendos impios cultus, tamen Episcopi et Principes quidam non audiunt, sed magis accenduntur contra nos. Expectabimus igitur nos quoque hanc irae vocem, quam inviti et pereuntes cogentur audire impii. Interim faciamus sicut Lot in Sodomis,

Hs] quia dicit, quod pergent persequi. Ideo Germania mus herhalten[1], Italia, Turca etc. Si nos 100 simus etc., hortemur ad poenitentiam, rogemus, non mutantur. Ergo expectent, quando nicht wil anders ſein. Nec potuit ipse
2. Petri 2, 7 f. 1 Moſe 11, 31 Loth etc. Abraham in medio Chald⌊aeorum non potuit eos mutare. Captivi Ninive, Babylone non potuerunt mutare Civitates, Loth etiam. Quomodo nos ergo principes et Episcopos invitaremus ad poenitentiam? Nichts. Apostoli et Christus non potue⌊runt frangere et immutare Ierusalem. Ideo ubi verbum, sequuntur calamitates et vastitates terrae, terrarum et regionum, ubi Euangelium floruit. Et tamen manet et mansit Romae. Et in Germania manebit, quamquam patietur calamitatem suam et omnes regiones.

---

*zu 1* Teudſchland mus herhalten *r*   2 simus] semus   *3* wil *o*   Nec] Nec(unus) *4 über* Loth *steht* 2. Pet. 2.   *zu 4* Loth, Abraham *r*   *5 über* Civitates *steht* in quib⌊us fuerunt capti   *8 über* terrarum *steht* non unius, sed   *unter* regionum *steht* et regnorum *9 über* manet *steht* Euangelium   *10* omnes regiones *o*

[1]) = *den Schaden haben.*

Dr] sicut Abraham in medio Chaldaeorum, sicut captivi in Babylone. Hi enim etsi sanare impium mundum conarentur, tamen non potuerunt, Sed passi quoque sunt indigna, affligtabatur eorum anima diu noctuque.

Nec nos hodie sine ingenti animorum dolore audimus blasphemias et videmus Idolatriam Pontificiam. Sed quid faciamus? Sanari nolunt, et sicut Apostoli Hierosolymam non potuerunt revocare et poenitentiam, Ita nostri Episcopi urgent interitum suum. Haec feramus, dum Dominus incipiet eis concionari, non tali voce, qualis nostra est, quam contemnunt tanquam somnium, sed voce irae, quae evertit uno Spiritu imperia et regna.

Docemur autem talibus exemplis, quod ubicunque est verbum, ibi certa calamitas et vastitas sequetur propter illos, qui verbo se opponunt, Et tamen verbum in istis ruinis mundi non ruet, sed stabit firmum. Stabit Ecclesia quoque, quantumcunque afflicta aut exigua sit. Non enim ideo, quia impii conturbantur, Rex hic desinet Rex esse, Sed ideo loquitur in ira sua, ideo turbat suos hostes, ut verbum et Ecclesia maneant salva. Nam hoc Ecclesia sola per virtutem Dei potest, quod patitur, et tamen non corruit, sed manet, Imo sub cruce vires sumit et crescit. Itaque Psalmus quoque tanquam procul ablegatis impiis hostibus de victoria verbi et nostri Regis maiestate nos docere pergit, ac dicit:

V. 6 Ego autem constitui Regem meum super Zion montem sanctum meum.

Hic vides definitam sententiam, quod minatur Maiestas divina se eversurum et vastaturum omnes, qui adversantur verbo suo, et promittit serva-

---

*13* noctuque] morbique *im Urdruck*

Hs] Ubicunque fuerint hostes verbi, Ut in Germania, Francia etc., Ibi erit verbum irae et conturbatio furoris, et tamen manebit.

Da ghet nu die Consolatio recht her[1]: Ich wil mundum umb theren, v. 6
Rom, Assy|riam, Papam, Turcam zuſtoren, et tamen servabo mihi meum
Regem. Ista omnia fide sunt apprehendenda, das ſo gar an dem man leyt,
quod omnia reposita in istum unum hominem, quod totus mundus ſol gar
zw boden[2] ghen et Ipse bleyben. Praesente impietate non apparet.[3] Fer-
dinan|dus, Dux Geor|gius nihil credunt, et nostri principes et doctores non
credunt, quia articulus est incomprehensibilis. Praesentia non sunt, sperantur
meliora, sed non fit. Ipse est 'lapis', Da. 2., 'qui implet orbem terrarum'; Dan. 2, 35
qui non cesserit huic regi, debet esse contritus ut pulvis, 'qui ceciderit' etc., Matth. 21, 44
Matth. XXI. Sic practicavit per omnes 4 Monarchias et alle in pulverem
redegit. Sic Turcae faciet etc., quia hic Textus: der implet coelum et

---

*zu 3* 'Ego autem constitui' etc. *r*[4] *4 über* Assy|riam *steht* Baby|loniam *über* Turcam *steht* Sch|wermeros *5* apprehendenda *c aus* apprehent *zu 6* Christus *r* *7 über* Praesente impietate *steht* et florentib|us et regnantib|us impiis *8 über* principes *steht* p|rincipes pauci *über* doctores *steht* Iuristae *zu 10* Dani. 2. *r* *zu 12* Matth. 21. *r* *13* faciet etc. *o* *über* der *steht* qui

1) *Wohl = da setzt zu rechter Zeit die Tröstung ein, da kommt gerade recht; vgl. DWtb. hergehen 4.* 2) *= zugrunde.* 3) *Erg.* Christus. 4) *Als Text. Die Septuaginta haben:* 'Ego constitutus sum'; *Luther wie oben. Über die* mutatio personarum *in diesem Verse vgl. unten S. 244, 5 ff.*

Dr] turum tamen se Regem suum, Christum et regnum eius, hoc est, verbum.
Possunt autem haec omnia sola fide apprehendi, non carne aut sensu. Caro
enim non potest credere, quod in uno homine Ihesu, nato ex Maria, omnia
sint posita, quod propter unum eum totum Mundum ruere et perire necesse
sit potius, quam regno eius aliquid oriatur incommodi. Si enim hoc cre-
derent Reges et Principes, caverent sibi, amplecterentur eum, non odissent,
nec conarentur eum opprimere. Sed quia non credunt, quia tantum visibilia,
hoc est, suam potentiam et opes, intuentur, Invisibilia autem, hoc est, verbum,
negligunt et contemnunt, coeci ruunt unus post alium, donec omnes pereant.
Exempla ante oculos sunt vetera et recentia. Est enim Christus, sicut Daniel
dicit, 'lapis, qui implet totum orbem, huic qui se opponunt, conteruntur in Dan. 2, 35
pulverem', Et ipse Christus dicit Lucae 20.: 'Omnis, qui ceciderit super illum Luc. 20, 18
lapidem, conquassabitur, super quem autem ceciderit, comminuet illum'.

Neque hodie novum est haec de Christo praedicare. Exempla quatuor Monarchiarum sunt ante oculos, quas videmus in pulvere iacere, quod huic regno se opponerent pertinaciter. Contra Ecclesia, quae omnibus seculis a mundo graviter fuit afflicta, stat, sumit incrementa, gaudet, Deum laudat, eius beneficia praedicat, frementibus et indignantibus Satana ac mundo, Idque propter hunc versum, quod hic vidit Hunc regem suum constitutum et ordi-

Hs] terram, contemnit omnia, q[u]idquid armorum, virium est. Ego ordinavi, constitui, wil ſehen, wer yhn auſheben[1] wird. [Bl. 11[a]] Den nhem, qui potest. observa dilig[enter] personam loquentis, Et de quo loquatur, et oppone, quicquid est aliud ab isto loquente et de quo dicitur et loco. Iste versus implet omnia. Das Ego iſt ein Ego, i. e. deus qui feci coelum, terram. Quid coelum et terra ad istum 'Ego'? 'Nein.' Caeteri Reges non mei, sed humana ordinatione eos sic constitui, sed semel constituam regem, quem solus ordinabo, qui proprie sit Rex et meus. Distinguit hunc Regem ab omnibus Regib[us]. Das iſt Konig. Ich hab auch ein konig, Babylon, Aegyptus, Iudaea, Assyria haben Reges. 'Ego': Meus erit is, quem ego solus ordinavi.

*zu 3 hinter* loquatur *gehörig* et locum *r* 6 istum *c aus* istud Caeteri] Caeteros *über* non *steht* sunt [*geschrieben* sint] 7 eos *o* 8 ab *o* 9 ein *o* 10 *vor* Reges *steht* suos *vor der Zeile*

[1]) = *absetzen; vgl. Unsre Ausg. Bd.* 38, 45, 5.

Dr] natum super Zion. Hinc eum deturbet, qui volet, Nos gaudemus et gratias Deo agimus. quod frustra sunt omnes mundi et Satanae conatus. Itaque eos fiducia huius versus secure contemnimus et ridemus.

Observabis autem hoc in loco summo studio primum personam loquentem, hoc est, aeternum deum Patrem, Deinde personam, de qua loquitur Pater, Tertio etiam locum ipsum, quem Spiritussanctus nominat. Haec tria diligenter observata oppone omnibus, quae ab his personis et loco hoc diversa sunt, ac contemne, tanquam si nihil essent. Nam hic versus recte consideratus ita implet coelum et terram, ut praeterea nihil, quantumvis coram mundo magnum et splendidum, conspici possit.

Quis enim est, qui dicit: 'Ego'? An non Dominus coeli et terrae, qui omnia virtute verbi sui ex nihilo condidit? Ad hunc confer mundum et omnem mundi potentiam, quid erit, quid poterit contra hunc Dominum? Nonne ipso dicente Mundus est? Ipso dicente Mundus non est, Sed subito collabitur? Hic igitur Dominus omnium, solus aeternus, solus sapiens, solus iustus, solus omnipotens Deus dicit: 'Ego constitui Regem meum'.

Hanc quoque personam considera, quae et qualis sit. Habet mundus quoque Reges suos, qui imperant divina autoritate, Sicut Paulus dicit:
Röm. 13, 1 'Omnis potestas a Deo est', Et tamen sunt, ut Petrus appellat, 'humana
1. Petri 2, 13 creatura', hoc est, humana ordinatione instituti, et tantum de externis et corporalibus rebus mandata eis cura est. Sed hic Rex, Dominus noster Ihesus Christus, immediate ab ipso Patre aeterno ordinatur, ut Rex sit, et vocatur Patris Rex, seu a Patre constitutus Rex. 'Ego', inquit, 'constitui MEVM Regem'. Separat igitur eum ab omnibus regibus mundi. Etsi enim Deus caeteros etiam constituit, sicut Paulus dicit: 'Omnis potestas a Deo est', tamen non vocat suos Reges. Igitur hic egregius ille Rex est et eximius, quem Dominus

Hs] Et ordinabo, — ubi? 'Super Zion.' Vocat Regem hominem personaliter, ſey persona, quae possit comprehendi. Et ponit locum corporalem. Quia non ſollen folgen Schwer⌊meros, qui secedunt in angulum Et cogitant, quod deus loquatur cum eis: Cogitationes meae sunt dei, quicquid mihi inciderit, est veritas. Ergo divinum consilium, quod certa persona, locus, unde expectandus Rex. Nullus Rex dei nisi ille, qui ex Sion venit, quam appel⌊lat 'suum Sanctum montem'. Grammatica hic observanda et praesupponenda. Non dicitur lapis et ligna in script⌊ura, ut quando dico Wittemb⌊ergam. Domus sine patrefa⌊milias quid esset? Civitas dicitur a Civibus, das iſt grammatica. Sion i. e. habitantes, locus, in quo habitant, per Synechd⌊ochen. Non expectandus rex nisi Sionicus, qui habuit titulum et fuerit Rex in Sion, alioqui nos gentes weren verloren et Iudaei, quia

*zu 1* 'Supra Zion' *r*   *5* veritas *c aus* feritas   *über* locus *steht* designatus   *zu 8* (Iste mons) *vor* Non *r*   *12* weren *unten*

Dr] et aeternus Pater sibi in regem ordinat, atque ideo alii Reges merito eum reverentur, observant, amplectuntur et, ut infra dicit, exosculantur, tanquam unicam gemmam, ad quam omnes alii Reges et regna omnia collata vix lateres et lutum sunt.

Sed quorsum attinet notatio loci, quod dicit constitutum Regem super Zion montem sanctum? Hoc vero est, quod praecipue observandum est. Ideo enim loci corporalis meminit, ut statuamus hunc Regem divinitus constitutum esse verum hominem et personam, ut sic dicam, personatam, quae possit comprehendi, cerni oculis, attingi manibus. Non enim istorum stulta imaginatio sequenda est, qui se abdunt in angulos, qui certa exercitia corporalia suscipiunt, expectantes, dum Deus cum eis loquatur, ac fingentes, quod, quidquid vel cogitant vel somniant, sint Prophetiae et Spiritussancti radii. Nam haec etiam monachorum stultitia fuit.

Sed si Deus hoc modo nos docere, nobiscum loqui, nos illuminare voluisset, non designasset certam personam, praecipue autem non designasset locum in terris, unde iste rex expectandus, ubi audiendus esset. Nunc autem persona certissime definita est. Primo, quod sit filius Dei. Deinde, quod sit Rex in Zion, hoc est, filius Davidis, haeres Davidis et Davidi promissus, ut sit Rex populi circumcisi, cui imperavit David. Ergo hominem hunc in Zion docentem, in Zion se revelantem amplectamur, quod sit divinitus constitutus Rex. Etsi enim Synecdoche est in nomine 'Zion', non enim lapides et ligna significat, sed eos, qui habitant in Zion, tamen corporalis is locus est, et docet nos, ut amplectamur eum Regem, qui vocatur Sionicus Rex.

Quodsi materialiter accipias Zion, de nobis gentibus actum erit, quia hunc montem hodie non possidemus, possidetur enim ab imperiis Agarenis.

*14* reverenter *im Urdruck*   *37* impiis *im Urdruck*

Hs] amplius non habent Sion. Certi, nos habere regem illum, qui fuit Rex in monte Sancto Sion. Illum constitui, et videbo, quis ſtoſſen etc. Das iſt Titel et ſthet in fronte: 'Ego Rex' etc. [Bl. 11b] Vocatur Rex dei, fuit in monte Sion, In Civitate Ierusalem Et monte sancto, qui fuit sanctificatus a deo. Das iſt nu Iesus Christus, id, quod omnes prophetae etc. Certus
Jeſ. 2, 3 locus habendus, unde manaret hoc regnum. Iesaia: 'De Sion exibit' etc.
Ezech. 47, 8 Jeſ. 9, 6 Sic omnes prophetae: 'Ex Sion veniet munda aqua, Veniet' etc. Ex 'sede
Jeſ. 51, 16 David' et ex isto 'populo', terra, ad literam sic nominata. Das iſt vnſer Troſt quod dominus dicit: sustinete, sinite eos gloriari, veniet dies irae, destructis adversariis videbitis meum Regem; quia ipsi non constituerunt Regem, ideo nec conservabunt. Ego autem, ideo conservabo.

Quare mons 'Sanctus', cum fuerit lapides et ligna et populus fuerit caro et sanguis? Civitas et regio, terra et aqua, creatura ut aliae Civitates, quare ergo 'Sanctus'? Habuit, duas sanctitates is mons, et memorandum

---

*zu 6* Iesa. 2. *r* *8 über* t'ra *steht nochmals ausgeschrieben* terra *12* mons *o* *zu 12* 'Sanctus' Mons Sion unde? *r* *13 über* Civitates *steht* regiones *14* duas *über* 2

Dr] Nunc autem salus nostra et omnis consolatio in eo nobis est posita, quod illum Regem habemus, confitemur, amplectimur, qui fuit in monte sancto Zion, hoc est, qui Davidi promissus est, ut, sicut Angelus ad Mariam dicit, 'reguet super domum Iacob in secula et sedeat super thronum Patris sui David'. Hanc promissionem quia ipse Pater Davidi dedit, recte dicitur a Deo constitutus Rex super montem Zion, in quo David Rex sedit.

Hic igitur est titulus Regis nostri, scriptus in Diademate, quo eum ornavit aeternus Pater, ut sit Syonicus Rex, in monte sancto Zion et civitate Ierusalem, Dominus noster Ihesus Christus, natus in tempore ex Maria virgine. De hoc omnes Prophetae vaticinantur, in monte Zion eum habiturum sedem, tanquam filium et heredem David.

Sach. 9, 9 Sic Zacharias: 'Filia Zion iubila, ecce venit rex tuus'.

Jeſ. 2, 3 Et Esaias: 'De Zion exibit lex, et verbum de Ierusalem'.

Pſ. 110, 2 Et Psal. 110.: 'De Zion emittet Dominus sceptrum regni tui'.

Jeſ. 59, 20 Esa. 59.: 'Veniet ex Zion, qui liberet'.

Obadja 21 Abd.: 'In monte Zion erit salvatio'.

Haec Prophetarum testimonia omnia nos ad corporalem Zion deducunt, hoc est, ad populum et sedem David, ut inde expectemus orituram iusticiam et flumen mundae aquae. Hanc igitur consolationem nobis Spiritussanctus tandem subiicit in istis mundi et Satanae turbis ac odiis, quasi dicat: Parvule grex, ne timeas, Sustine ac fer iniurias omnes, sine mundum superbire opibus et potentia sua, dum irae dies veniat et impoenitentes opprimat Regnum autem Regis mei manebit firmum, nam a me constitutus Rex est, Non ab ipsis. Sicut autem non constituerunt regem hunc, ita etiam non destituent eum.

Hs] dictum. Et ghet mir ſelber ſchwer ein, ut vocem Sanctum. Ut possim fratrem meum Sanctum vocare et unumquemque hominem viventem, dicimus germanice: ein from man, kind etc. Quam vulgare est hoc vocabulum in re politica, tam in ecclesia est vulgare 'Sanctum', sed infirmitas carnis absterret nos. Videmus nos non excitare mortuos, non ambulare super nubes, sed esse servos, ancillas, edere etc. Per ista obiecta obscuratur hoc vocabulum. 1. dicitur mons sanctus, quia deus dixerat: hic habitabo, Templum meum est hic, locus meus. Hoc verbum sanctificabat omnes lapid[es, populos. Si etiam Reges externi occidissent impium aliquem ex populo Iudaico, tamen occidebant sanctum, quia erat in corpore Sancto. 2. vera sanctitas, quia ibi Christus, qui servavit illum populum miserum. Apostoli, discipuli et tota ecclesia Iudaeorum coepit in Sion, die war gar

2 vocare *o*   3 vulgare *c aus* vulgarem   *zu 3* Sanctus *r*   6 nubes *c aus* nuberes   *zu 7:* 1. *r*   8 *über* locus meus *steht* habitatio mea   *9/10* ex populo Iudaico *o*   *11 über* Christus *steht* Rex etc.   miserum (regem) *[soll gestrichen sein]*   *zu 11:* 2. *r*

Dr] Quare autem appellat Zion montem sanctum, cum ipse mons nihil fuerit nisi lapides et ligna, Populus autem inhabitans caro et sanguis, sicut aliarum gentium et civitatum homines? An non autem rectius conveniret hic augustus titulus monti, in quo templum et cultus fuit? Respondeo: Saepe dixi, nihil credi a nobis difficilius, quam quod simus sancti. Offendunt enim nos tum in nobis tum in aliis scandala et nota infirmitas. Sicut igitur de nobis hoc polliceri alii sibi non possunt, quod simus sancti, ita nos ipsi quoque nobis hunc honorem tribuere non audemus. Debebat autem haec sanctitatis opinio neque aliis nec nobis detrahi, sed sicut germanice usitatum est vocari bonum virum, bonam matremfamilias, Ita in Ecclesia sanctitatis appellatio debebat nobis esse familiaris. Sed, ut dixi, movet nos nostra et nobis nota infirmitas. Quia enim sumus caro et sanguis, quia non ambulamus in nubibus, sed occupamur vulgaribus operibus oeconomiae et politiae, haec obiecta sanctitatem quasi obscurant. Igitur recte institui animos de hac in speciem levi quaestione, admodum est utile.

Solet autem plerumque sic responderi, Montem Zion, seu populum habitantem in Zion, habuisse duplicem sanctitatem, seu duplici nomine fuisse sanctum populum. Primo, quia habuit verbum et cultum Dei. Hoc verbo lapides et ligna et etiam ipsi homines sanctificati sunt, adeo, ut, si quis Iudaeum occideret, diceretur sanctum hominem occidisse, non propter personam ipsam, sed propter locum et populum, per verbum Dei, imo per ipsum Deum inhabitantem sanctificatum.

Secundo fuit alia et quidem maior, quia enim habitabat in hoc populo Deus per verbum suum, in hoc solo populo fuit vera Ecclesia, quae sancta est per fidem, et nusquam alibi. Norant enim sancti venturum semen bene-

Hs] sancta, De sanctitate Sancti Sanctorum. [Bl. 12ᵃ] Sic pater, mater, filius, filia sancti, praeceptores, discipuli generali Sanctitate, quia divinum mandatum est, obedire maioribus, ut revereatur minor seniorem, subditus magist[ratum tanquam rem sanctam. Et econtra magistratus agnoscat se patrem etc., ut invicem constat illa reverentia. Das iſt illa generalis sanctitas apud nos Christianos etc. Nunc, ubi revelatum Euangelium, Tu es baptisatus, non solum verbo legis et ordinatione politica, — legis verbum etiam sanctificat, — sed nos sancti maiores, sanctitate sanctificati, spiritu et promissionibus etc. Ille mons est Sanctus sanctitate legali et gratiali, promissio erat ibi, et ea fuit impleta per Apostolos, et simul ordinatione divina constitutus. Consolatio itaque nostra est, quod habemus promissionem divinam certam: furentibus omnibus manebit Rex noster. Ruente eo corruamus, manente eo manebimus. Si etiam furiat Caesar, Papa, Franckreich, Rottenses, donec non

---

*1 über* Sancti Sanctorum *steht* i. e. Christi  Sic *c aus* Sicut  *zu 2* Generalis sanctitas  *4* agnoscat *his* etc. *o*  *6* Christianos ⟨non⟩ etc.  *7 über* verbo legis *steht* sanctificati sumus ut Iudaei  *9 über* gratiali *steht* ut ita dicam  *12 über* omnibus *steht* impiis Reg[ibus  *13* non *o*

Dr] dictum ac filium Dei incarnatum, oblaturum se hostiam pro peccatis totius mundi. Hac fide consequebantur per promissum Semen remissionem peccatorum et Spiritum sanctum, ac vere sanctificabantur. Ac propter hos vere sanctificatos, etsi pauci essent, postea totus populus sanctus appellatus est, quia solus erat, in quo sancti homines viverent. Haec maior et verior sanctitas est, quam illa, de qua ante diximus.

Sic apud nos quartum praeceptum: 'Honora patrem et matrem', sanctificat haec genera vitae, ut recte dicam: Pater est sanctus, Mater est sancta, Magistratus est sanctus, sanctitate scilicet generali, quia divinum mandatum est, ut eis obediamus. Est autem hoc mandatum tale, quod non unum populum, sed omnes passim obligat. Igitur haec ordinatio divina pervadit omnes gentes.

Sed postea Pater et Mater, item magistratus Christiani habent aliam non sic generalem, sed specialem sanctitatem, quod sunt baptizati in nomine Ihesu et sanctificati fide in promissionem et Spiritusancto.

Ad hunc modum mons Zion fuit sanctus mons, primum sanctitate legali, quia ibi erat verbum, erant cultus legales, Deinde etiam sanctitate graciali, quod habebat promissionem remissionis peccatorum per futurum Semen, quae postea exhibita et per Apostolos inde in totum orbem vulgata, tum autem a sanctis credita et, ut sic dicam, fide possessa est.

Sed vera responsio et germana sententia est, Montem Zion dici sanctum non ex se neque ex populo, sed ex ipso Rege, sicut apud nos quoque usitata figura est, ut dicamus arcem praedatoriam, in qua praedones habitant, civi-

Hs] eiecerint illum 'Ego' et Regem, haben wir friſt. Sollen ſie den 'Ego' machen ein 'Non'[1] et ex Rege servum, ſollen ſie zw ſchaffen haben. Sit ergo nobis Aureus versus: 'Ego Constitui'. Et ubi sit? non ad Sanctum Iacobum, Romae, sed in monte meo. Et quem ordinatione mea et promissionibus ordinavi et fundavi. Iam veniet translatio personae. Hactenus verba patris.

16. Ap[rilis.] Audimus nunc declaratum illum Regem seditiosum cum seditiosa sua doctrina, Ita quod omnes Reges, populi, principes, Sapientes, sancti, religiosi offenduntur, furunt et saeviunt contra eum, ut assuescamus, quod nostra doctrina est plane seditiosa coram mundo, nullum habens defensorem et iustificatorem quam illum 'Ego'. Haec nostra consolatio, ibi superbimus,

*1* haben wir friſt *vom Rande eingewiesen* den] S *2 über* Non *steht* oder Nos[2] *3* Constitui *o* ad *o* *5* et fundavi *o* *7:* 16. Ap[rilis *ist an den Rand geschrieben* *10/11* habens defensorem et *o*

[1]) *Sinn: Zu einem* 'Non Ego', *d. h. Gott beseitigen.* [2]) *Hörer vermutet in dem* Non *einen Schreibfehler, aber Luther wird* Non *gesagt haben: vgl. Anm. 1.*

Dr] tatem mercatoriam, in qua mercatores vivunt: Ita quoque Zion dicitur sanctus mons, non a Davide habitatore, sed a Christo, qui ita sanctus est, ut in se credentes sanctificet, hoc est, ut peccata condonet et donet Spiritum sanctum. Haec huius montis sanctitas est, quam a Rege habet.

Manente autem hoc Rege manebimus nos quoque, etiamsi rumpatur Pontifex, Turca et quidquid est, quod hunc Regem odit aut impug[Bg. H]nat. Nec prius desinemus sperare in hunc Regem nostrum, quam viderimus eum ex hac sede sua, in quam Deus pater eum collocavit, deturbatum. Credimus autem hunc 'EGO', qui Regem suum constituit, non passurum, ut quod ipse statuit, mundus infringat, Sicut probat experientia omnium seculorum; hostes enim huius Regis omnes conciderunt, Ipse autem salvus regnat.

Igitur primum disce, quod hic Rex a Patre constitutus sit, Deinde quod expectandus et inveniendus sit in monte sancto Zion. Huc igitur convertamus oculos nostros, et non errabimus. Mundus autem errabit, qui Zion contemnit, et contra hunc Regem movet turbas.

Hactenus docuit nos Propheta de constituto et declarato sedicioso Rege, una cum sediciosa sua doctrina. Sediciosum autem voco non sua culpa, sed quod mundus, hoc est, Reges, Populi, Principes, Sapientes, Sancti, religiosi offenduntur in eo ac ideo furere et sediciones movere incipiunt.

Etsi autem hoc vaticinium non admodum laetum est, tamen necessarium est ad nos confirmandos, ne ideo frangamur animis, cum haec ita geruntur nosque cum Rege nostro et doctrina eius accusamur, quasi simus sediciosi. Habemus enim in hoc periculo defensorem et iustificatorem eum, qui hic loquitur et dicit: 'Ego constitui Regem meum'.

Hs] stamus positis extra oculos omnibus Regibus et visibilibus, Et apprehenso isto verbo, quod docet et ducit ad invisibilia et illum Regem. Iam describit officium istius Regis. Qualitas fuit haec: locus Regis in Zion, sedes sui regni et initium. [Bl. 12ᵇ] Est meus Rex et singularis prae caeteris omnibus. Quid faciet?

V. 7 'Narrabo praeceptum': Ista verba vulgata, cantata, protrita in omnibus ecclesiis, Monasteriis, Et nullis modis intellecta, imo contempta. Ibi abrogata universa lex Et constituta nova doctrina, quia hunc Regem describit habiturum officium non gladii, legis, ullius operis, politiae, sed est doctor quidam, officium eius erit Narrare. quanquam omnes alii Reges etiam necessario condant leges et per eas gubernent, tamen non est eorum officium docere, sed punire, animadvertere in sontes gladio. Alii Reges sunt tortores, lictores
Röm. 13, 4 Carnifices, 'Ministri dei', 13. Roma. Non ergo docere eorum officium, quia

---

*zu 2/3* Officium istius Regis *r* *zu 6* 'Narrabo praeceptum' *r* *9 über* legis *steht* non *über* politiae *steht* non *12* Reges sunt *o* *13* dei *o* *zu 13* Roma. 13. *r*

Dr] Haec unica nostra consolatio est, in qua haeremus, imo in qua stamus et superbimus etiam, simpliciter extra oculos positis et neglectis omnibus Regibus et Principibus, omnibus gentibus et populis cum omni potentia et viribus suis. Hic enim 'EGO' fortior, potentior, sapientior est his omnibus. Itaque servabit Regem suum contra mundi furias. Hoc servato nos quoque eius subditi servabimur. Ita consistendum est in invisibilibus, quae ostendit hic Psalmus, et visibilia sunt negligenda.

Pergit autem Propheta iam, et postquam locum seu sedem huius Regis descripsit, etiam officium eius indicat, Vt non solum scias, ubi sit, sed etiam, quid ab eo expectandum sit, quid acturus sit.

V. 7 Praedicabo statutum, quod DOMINUS ad me dixit: Filius meus Tu, Ego te hodie genui.

Haec verba vulgata et nota sunt in omnibus templis et monasteriis, sed prorsus nullo modo intellecta, quod tam ponderosa sint et tam magnas res complectantur. Nam, ut paucis multa dicam, abrogata est hic universa lex, et officium Christi purissime descriptum, quod non gladium gestaturus, non politiam conditurus sit novam, sed futurus Doctor, qui doceat homines de quodam inaudito Dei, sed aeterno decreto.

Etsi igitur alii quoque Reges necessario condunt leges et per leges gubernant, tamen eorum principale officium non est, docere aut leges condere, Sed punire malos gladio, bonos autem defendere. Sunt igitur quasi lictores et carnifices dei. Sic enim dicit Paulus, 'gestare eos gladium malis
Röm. 13, 4 in terrorem et ad vindictam'. Non igitur officium eorum proprium est docere, quia non conscientias, non corda regunt, sed tantum manus cohibent.

Hs] non docent corda, sed, si quid docent, ipsum corpus, manum docent. Sicut pastor gregis, bubulcus guber|nat et regit porcos secundum 5 sensus, Sic Reges mundi sunt pastores corporum, non cordium, conscientiarum, sed manuum et iumentorum, hominis externi. Hic vero Rex erit talis, qui doctor et ſol docere heiſſen. Ergo meus Rex est Sacerdos, Doctor, Rex, theologus, cuius officium docere et erudire et verbo Dei. Das iſt distinctio huius Regis ab omnibus aliis, quam saepius inculcamus vobis, quia Papa confudit utrumque Regnum, 1. haereditavit officium docendi, postea officium gladii Et ex sacerdote factus mundanus tyrannus. Sic Schwer|meri omnes cogitant, quomodo apprehendant gladium et gubernent, veterem legem abrogando et vete|rem politiam et novas erigendo, quia istum Regem non distinguunt ab aliis. Christus: 'vos non Sic'. Meum officium in verbo et Matth. 20, 26
docere. Alii regunt corpus, mundum, Ego heiſſe: 'Narrabo praeceptum.'

---

*4* iumentorum ⟨ex|ternorum⟩, hominis externi *c aus* externorum *zu 4/5* Distinctio Regis dei ab omnib|us aliis *r* *5 über* ſol *steht* officium eius *6* cuius[1] docere[3] officium[2] verbo *o* *7* aliis *o* *über und unter* quam *steht* distin|ctionem Christi et mundi *zu 7* Papa *r* *8 über* haereditavit *steht nochmals die Endung* vit *9 über* Schwer|meri *steht* Muntz|er, Karols|tadius, Zw|inglius *11 über* novas *steht* leges et pol|itias *12* non[2] Sic[3] vos[1]

Dr] Et sicut bubulcus porcos gubernat et pascit simpliciter secundum quinque sensus, Sic Reges mundi sunt pastores, gubernantes non conscientiam, sed corpora tanquam iumenta.

Noster autem Rex, de quo Spiritus sanctus hic vaticinatur, talis Rex est, qui ad hoc ordinatus et a Deo aeterno Patre constitutus est, ut doceat. Ergo simul etiam est sacerdos, Doctor, Theologus, qui erudiat et doceat suos de Deo ac conscientias tantum gubernet.

Haec est differentia, qua Rex noster differt ab omnibus aliis Regibus, et est diligentissime observanda. Nam haec Satanae perpetua cura et indefatigatum studium est, ut confundat hoc Regnum cum Mundi regnis et ex Christo, qui conscientiarum Doctor est, mundanum Regem faciat. Ac Papa, singulare Satanae instrumentum, Christum, in quantum Doctorem, abiecit penitus, et apprehendit gladium. Quin claves quoque a Christo ecclesiae datas convertit in politicum finem. Sic Rottenses spiritus seu sectarii iisdem cogitationibus decipiuntur, et apprehendunt politica. Nam abrogant priores politias, et instituunt novos mores, ritus novos; hunc putant Euangelii praecipuum fructum esse.

Ego ipse audivi Zinglium magno supercilio Marpurgi concionantem de sublatis rubeis pileis, quibus Helvetii tanquam milites aliquandiu usi erant, cum miliciam sectarentur. Nihilo sanior fuit Carlstadius, putans in eo multum positum, si desereret Scholam et studia et sibi non Doctoris, sed novi Laici

Hs] Adhuc haeret in corde nostro pestilens mixtura regnorum. Nos debemus erudire conscientias, ut sciamus aliam vitam quam haec et quam haec politia mundi. Haec est distinctio regis huius ab omnibus aliis etc.

[Bl. 13ᵃ] Mutatio personae est valde frequens. Vivat, bibat Rex: i. e. Tu bibe etc. Latinus, graecus offenduntur in ista frequenti mutatione personarum. Hie wers beſſer geſtanden: 'qui narrabit', quod perdurasset eadem persona. Sed hic loquitur pater, statim filius: 'Ego narrabo'. Nobis latinis
Pſ. 91, 9. 8 et germanis est offendiculum. 'Quoniam tu es spes', 'retributionem peccat|orum': ſthet 'mea' et 'tuum' in uno versu; loquitur ad personam Iusti, pii:
Pſ. 91, 10. 9 'spes eius' vel 'tua' ſols heiſſen. Latinus sic diceret: 'non appropinqua|bit tab|ernaculo, quoniam dominus spes tua'. Sed in Eb|raico: 'Quoniam tu, domine, spes mea es'; transfigurat personam loquentis in audientis. Sic hic: 'Ego consti|tui', 'Narrabo' etc. 'Narrabit' ſols heiſſen, ſo wers recht. Sed in Eb|raico etc. Deus facit omnia. Omnia per ipsum, in ipso. Es gilt

---

*1 über* regnorum *steht* Christi et mundi  *2* quam *(2.) c aus* p|olitia  *4* (Die *oder* Quae) Mutatio  *zu 4* Mutatio personae *r*  *8* es *o*  *zu 8* Ps. 91. *r*  *10 über* Latinus *steht* germanus  *12* es] est*

Dr] nomen sumeret. Sic enim scribebat in librorum titulis, se novum Laicum esse. Nascuntur autem hae ineptiae ex alia quadam ignorantia regni Christi. Quia enim non distinguunt inter Christi regnum et mundi regna, Ideo Christianismum collocant in mutatione quarundam externarum rerum.

Matth. 20, 26 Sed relinquit illa Christus Regibus mundi, suis autem dicit: 'Vos non sic'. Est enim ipsius regnum positum in verbo, et officium eius est docere, Regibus mundi relinquit curam porcorum; hi enim instructi sunt baculo, quo pecus cogant. Ipsius autem officium est, sicut Psalmus hic loquitur, Praedicare, narrare de Dei decreto.

Haec satis clara Regni Christi definitio et propria differentia est, Sed pauci profecto eam apprehendunt. Perpetuo adhaeret animis illa pestilens mixtura utriusque Regni, adeo ut etiam spiritualibus difficile sit ubique hoc regnum proprie discernere a mundi regno. Qui tamen statuunt aliam vitam post hanc vitam, Hi regum et magistratus beneficiis sibi in hac vita vident opus esse, Hoc autem rege Christo utuntur ad aliam et aeternam vitam.

Personarum mutatio Lectorem nihil moveat, est enim in Ebraeo usitatissima, Ut cum dicunt: vivat Dominus meus Rex, nihil aliud dicunt, quam: vivas, tu Rex. Ita hoc in loco, si personae mutationem excludas, facilior erit sententia: Ego constitui Regem meum super Zion montem sanctum meum, ut praedicet decretum meum, Quod sit Filius meus, quem hodie genui. Sed scriptura sancta retinet suum morem, cui assuescendum est, etsi nonnunquam reddit sententiam obscuriorem, sicut in Psalmo 91.: 'Dominus est
Pſ. 91, 8 f. spes eius, Altissimum posuisti refugium tuum'. Clarior sententia esset, si

Hs] doch gleich: per filium narrat et ipse narrabit. Sed hoc est commodi, quod Rex loquetur vocali voce, ut non intelligas de spirituali voce. hoc dicit deus apud se: 'constitui'. Nobis autem filius; pater etiam narrat, sed per filium; filius manifesta voce, i. e. praedicare, docere, enumerare, populos instruere, erudire. Das ſol Christus heiſſen, hoc officium Regis. Non erit mundanus princeps, sed syncerus doctor et conscientiarum.

Quid nar[rabit? Rex, sacerdos, Doctor, Theologus est, ideo iſt man yhm feind, quod narrat. 'Praecepta'. Es heiſt, quantum potui, observare: non significat praecepta legis, sed ceremoniam, ein weis, ſitte, Tochter recht, ſtad recht, land etc. 'recht' apud Germanos valde late patet: Dem iſt recht geſchehen; Ein Zimerman thut dem Balcken ſein recht[1]; knecht, magd recht. Hic proprie dicitur quidam modus, ceremonia, i. e. docebo aliquod doctrinae

---

*1* est *o* *7* iſt *c aus* ideo, *davor an den Rand* ideo *geschrieben* *8* yhm *o* *zu 9/10* Recht *r*

[1]) = *behaut ihn; vgl.* waldrechten *Unsre Ausg. Bd. 41, 126, 33.*

Dr] primo in loco etiam secunda persona esset usus: Dominus est spes tua, Altissimum posuisti tibi in refugium.

Et tamen diligenter consideranti haec personae mutatio non videbitur prorsus ociosa. Quanto enim hoc in loco gravius est, quod ipsum Regem facit concionantem de Dei decreto! Nam, ut dixi, hoc praecipue agit, ut ostendat hunc Regem Doctorem etiam esse. Deinde sine dubio Spiritussanctus etiam eo respicit, ut doceat nos, Deum facere omnia per filium. Dum enim filius praedicat praeceptum, ipse Pater, qui est in Filio seu unum cum filio, praedicat. Et dum nos praedicamus de eodem decreto, praedicat ipse Christus, sicut dicit: 'Qui vos audit, me audit'. Luk. 10, 16

Sed hoc est commodissimum, quod describitur hic Rex narraturus seu praedicaturus vocaliter. Nam hic locus omnino de vocali praedicatione et non de spirituali intelligendus est. Quod supra dixit: 'Ego constitui regem meum', cum versum canit ipse Deus sibi et Filio suo. Nobis autem Rex noster canit: 'Praedicabo', est enim Doctor publicus, ad hoc missus, ut praedicet, sicut Matth. 11. dicit: 'Pauperibus praedicatur Euangelium'. Hoc officium Matth. 11, 5 habet, ne existimes eum esse Mundi principem. Affert enim non gladium, sed verbum. Hoc huius Regis sceptrum est, Itaque amplectere eum tanquam Ducem conscientiae, tanquam Sacerdotem et Doctorem. Atque haec quoque causa est, quod alii reges se ei opponunt. Si enim taceret, si non praedicaret hic Rex, mundus quiesceret. Sed haec praedicatio commovet totum mundum ad arma.

Vocabulum 'statutum' (hok) admodum late patet, ac significat ut plurimum Ceremoniam, eine weiſe, ſitte. Fere autem convenit cum germanico vocabulo Recht; nam illud quoque usu latissime patet, Ut cum dicimus:

Hs] genus. Mose tradidit multas leges Et Reges terrae suas leges. Transeant, sint, floreant illae, docuerit Mos⌊e, sacerdotes, prophetae etc. suas leges. Ego quoque etc. [Bl. 13ᵇ] Ibi est manifesta abrogatio omnium legum. Et iubet hic Tacere omnes homines, etiam ipsum Mosen, quia dicit novam doctrinam se allaturum; quia, nisi nova esset, non opus, ut Mose, prophetae etc. tacerent, Hebr. 1, 1. Ut Eb. Erant theologi, habebant leges, instituta. Alioqui dixisset: Constitui Regem, qui audiet Mosen etc., sed instituit novum Regem, qui praedicabit. Quid potest exellentius praedicari quam X praecepta? nihil supra 1. praecep⌊tum dici potest. Post Mosen non est possibile inveniri doctrinam exellentiorem: colere, laudare, gratias agere deo est summa et exellentis⌊sima doctrina, quae tradi potest. Ergo Decalogus est summa doctrina! Quid ergo hic promittit, quod debeat venire Rex doctor? Ergo consequentia

1 terrae *c aus* terras   5 se allaturum *o*, *dazu nochmals* dicit se *o*   ut *bis* etc. *über* ⟨ut⟩   *zu* tacerent *ist* ut priores vel veteris [*c aus* veteres] doctrinae doctores, si duceret ad perfectum, *vom Rande eingewiesen*   6 *über* Eb. *steht* Epistola   *über* theologi *steht* in veteri Testa⌊mento   8 *über* X *steht* decem   10/11 est *bis* potest *vom Rande eingewiesen*   12 promittit⟨it⟩

Dr] Landsrecht, Stadrecht, Vaterrecht, Tochter recht etc. Hoc igitur in loco significat novum quendam doctrinae modum. Nam cum Moses multas tradiderit ceremonias, reges quoque terrae cum habeant suas leges et statuta, hic Rex venit cum aliquo novo statuto, differente ab omnibus Mosi et aliorum regum statutis.

Est autem hoc ita accipiendum, quod abrogabit leges omnes, etiam ipsius Mosi, quod sint ad salutem aeternam consequendam inutiles. Nam cum de vita aeterna, de remissione peccatorum, de morte et, in summa, de omnibus, quae ad conscientiam pertinent, agitur, taceat Moses, taceant leges et reges omnes, Hic autem solus Doctor et Rex audiatur, qui hic promittitur praedicaturus.

Sed hic diligenter considera circumstantiam temporis; cum enim haec prophetia per Spiritumsanctum a Davide scriberetur, vigebat lex, et sacerdocium Mosaicum in summo erat flore. Iam si hic Rex non aliam doctrinam allaturus fuit, quam Moses, frustra est haec promissio. Non extabat iam tum lex Mosi.

Rursus si hic Rex aliud quiddam quam Moses praedicaturus est, sicut haec ipsa promissio clare secum affert, quaeritur, quid possit doceri excellentius, quam Moses docuit, qui Decalogum attulit, summam et vere divinam Sapientiam, quae nos de summis et sanctissimis operibus docet? Quid enim maius est, quam quod primum praeceptum tradit de fiducia in Deum et dilectione Dei? Nec leviora sunt, quae sequuntur de cultu nominis Dei, de vera invocatione, de graciarum actione, de studio verbi. Nam secundae tabulae doctrinam tanquam longe inferiorem hic omitto. Haec sunt summa

Hs] manifesta: Erit alius doctor quam Mose, prophetae, sacerdotes, Levitae. Habetis doctores, Narratores, ergo non erit necesse mittere alium novum doctorem! Imo maxime, q[uasi d[icat: hactenus non habuistis doctorem Regem, docentem praecepta, ceremonias, statuta, mittam igitur Unum vobis, i. e. Caetera non satis, vera, non liberant et faciunt, quod facere debent. Exp[ectandus ergo hic, qui novam legem etc. Officium eius est docendi quendam ritum, ius, ceremoniam, quomodo vivendum, faciendum. Quid? 'statuta', i. e. definitam quandam doctrinam, der[1] man ſich halten ſolle.

quomodo heiſts? 'filius'. Paulus ad Ro[manos interpres est huius versus magnifice: 'Segregatus in Euangelium, quod' etc., 'qui factus ei' etc., 'decla- Röm. 1, 1 ff. ratus secundum potentiam ex resur[rectione mort[uorum'. Das ſol nova doctrina ſein. Antiqua est haec: Crede in deum, 'dilige deum et proximum 5. Moſe 6, 5 3. Moſe 19, 18

---

2/3 alium novum doctorem *o*   5 *über* vera *steht* non   *über* faciunt *steht* non   *zu* 9 'Filius meus es tu' *r*   *zu* 10 Ro. 1. *r*   *zu* 11/12 Doctrina < Vetus Nova *r*   12 in *o* deum *unten*

[1]) = *woran.*

Dr] officia et summi cultus, a Mose quidem ostensi, sed ab ipsa sapientia Dei mandati et scripti. Igitur decalogus de facto est summa doctrina, cui nihil in toto orbe terrarum simile est.

Quaeritur igitur, qualis doctrina haec sit, quae per Christum vulganda hic promittitur? Nam consequentia manifesta est: siquidem durante lege et sacerdotio promittitur Doctor, qui doceat Ecclesiam, sequitur eum aliam allaturum doctrinam, quam Mosi est, quam Levitarum, quam Sacerdotum, quam Prophetarum, qui tum, cum haec promissio scriberetur, aderant gubernantes et docentes Ecclesiam.

Quod enim promittit hunc Doctorem, perinde est, ac si dicat: hactenus non habuistis Doctorem Regem, qui doceret praeceptum, quod hic meus Rex docebit. Doctores quidem habuistis, sed non veros, non sufficientes. Igitur hunc meum Doctorem expectabitis, qui non sicut Moses docebit, quorsum enim attineret promittere, quod iam ante habetis in manibus? Sed aliam doctrinam afferet, maiorem, meliorem, utiliorem et sanctiorem.

Qualis autem doctrina haec est? quod est statutum hoc? Illud nimirum: 'Dominus dixit ad me: Filius meus es tu'. Huius versus magnificus interpres est divus Paulus in exordio Epistolae ad Romanos, cum dicit: 'Pro- Röm. 1, 1 ff. misit Deus longe ante per Prophetas suos in sanctis scripturis Euangelium de Filio suo, nato secundum carnem ex semine David, Declarato autem filio Dei ex resurrectione mortuorum per virtutem secundum Spiritum sanctificantem' etc.

Haec est nova illa doctrina, in mundum, sicut Psalmus hic dicit, per filium Dei spargenda. Antiqua doctrina est illa Mosis: Time Deum, fide

Hs] ut teipsum'. non potest tradi lex perfectior. Ibi vero exellentior, quia non est doctrina legis. Non vult docere, quid nos faciamus, ut Moses, qui exigit opera nostra et obiicit legem tortricem et dicit: fac hoc, desine ab hoc. urget lex nos in opera nostra, das iſt supremum in Mose. Sed hic non obiicitur lex, non ibi exactio sed abiectio, proponitur nobis non nostrum opus sed filius dei, sed offert obiectum, quod nos non sumus sed: 'filius meus'. [Bl. 14a] Definita doctrina, quam urgere et exercere debet ille Rex, doctor, Christi est haec: non docere legem, nostra opera, sed Christum, filium dei, ut auff den ſehe. Hic quidem non amplificat, sed simpliciter personam depingit. Hunc filium vero observa, invenies Nativitatem etc. Ex virgine etc., Et quicquid gerit, loquitur, facit et patitur; quia ille versus exhibet mihi illum filium et personam, da ſol ich acht auff haben. Si eo

zu 2 Doctrina Moisi *r* 3 ab hoc *o* *zu* 5 Christi *r durch Strich mit* Doctrina *zu Z.* 2 *verbunden* 6/7 *über* 'filius meus' *steht* 'es tu' 9 sed *unten*

Dr] Deo, 'dilige Deum, et proximum sicut te ipsum'. Sed haec longe est excellentior. Non enim docet, quid nos faciamus. Hoc legis proprium munus est, ea exigit a nobis certa opera, quae si non praestes, minatur iram Dei. Igitur nihil facit aliud, quam ut terreat, minetur et vexet nos nec sinat quiescere. Nam quod exigit, nobis praestare impossibile est. Talis Doctor hic Rex non est, non exigit a nobis nostra opera, Sed donat nobis sua, Non docet, qui nos sumus, Id enim lex facit, sed quis ipse sit, ut nos eum amplectamur et donis eius fruamur, etiamsi non praestiterimus, quae exigit Moses.

5. Moſe 6, 5
3. Moſe 19, 18

Doctrina igitur huius Regis distincta est ab omnibus aliis doctrinis, etiam ab ipsa lege, quae tamen, cum de operibus seu de eo, quod nos facere conveniat, agitur, perfectissima est. Sed huius Regis doctrina non docet de operibus, sed de persona, ad quam Dominus dixit: 'Filius meus estu'.

Brevis doctrina, pure et simpliciter proposita, sine amplificationibus, sine circumstantiis, Sed si haec pauca verba recte consideraveris, ipsae amplificationes se ultro offerent, quas Euangelium ostendit, quod personam hanc pingit clarius ac docet ex Spiritu sancto conceptum, ex Maria matre virgine natum, sub Pontio Pilato passum, mortuum, Iterum ex morte excitatum sua virtute, sedere ad dexteram Patris, ac esse mandatum de coelo, ut eum audiamus, ut in eum unum, sicut in deserto Iudaei in aeneum serpentem, figamus oculos, nec usquam ab eius verbis deflectamus, Sed quidquid tum loquitur, tum facit, id omne ad nostram salutem pertinere, ut statuamus. Nam hoc Euangelium ubique agit, ideo tum miracula tum conciones Christi tam diligenter ostendit, ut eum nobis commendet, ut nos invitet ad eum amplectendum, sequendum, observandum. Hoc enim cum facimus, nusquam aberramus, sed retinemus rectam salutis viam.

Hs] promovi, ut credam, istum Regem esse filium dei et quod debeat praedicare, tum non errabo, tum facile amplectar illum filium, videbo natum, passum, regnantem in coelo. primus lapis est, credere verum hominem filium hunc et verum deum. Si hoc, tum auscultabimus, quid dicturus, facturus, passurus, si credo eum filium dei. Ideo principalis doctrina et Summa ultra Mosen etc., non audire legem, quid faciam, sed quis ille sit. Audio eum quidem esse Regem, sed doctorem simul, didacticum, non pugnatorem, sed omnem exercitum in ore habet. Et haec est praedicatio: quod deus genuit me in aeternitate, quod filius dei. Das iſt capitalis articulus, quem diabolus vexavit per Arrium et vexabit per Rottenses et in corde. Nemo nostrum potest canere hunc versum. qui potest credere hunc versum, quod Christus sit dei filius, Quid metuit? quid totus mundus, furor diaboli, peccata, conscientia contra filium dei? Ergo defectus non est in verbo, doctore, sed in nobis

2 amplectar *c aus* amplectam *über* filium *steht* totum passum[2], natum[1] *3 über* est *steht* et fundamentum *5* si *c aus* Spi *7* simul *o zu 9* Principalis articulus etc. *r 11 über* versum *steht* nec ego *12 über* diaboli *steht* tyrannorum *13 über* doctore *steht* non in *über* nobis *steht* incredulis vel

Dr] Haec augustior et praestantior doctrina est, quam sit lex, quae tantum hoc agit, ut doceat, quid nos faciamus. Non autem abiicit Euangelium legem, Est enim lex quoque Dei vox, cui parere omnes aequum est, sed Euangelium manente lege docet quiddam altius. Quia enim parere legi nemo potest, concionatur de Dei filio, quem Pater hodie, hoc est, ab aeterno genuit et super Zion constituit Regem, hoc est, voluit eum hominem [Bg. I] nasci et docere. Hic necessario excitantur animi sua sponte ad audiendum hunc tantum Regem et ad observanda eius opera.

Ergo summus hic fidei nostrae articulus est, scire, quod filius Mariae sit aeternus Dei filius, missus a Patre, ut praedicet, non ut pugnet. Habet enim virtutem in ore, non gladium in manu. Ac doctrinae eius summa haec est, quod dicit: Deus aeternus Pater me genuit in aeternitate. Hoc fidei nostrae caput et Euangelii summus articulus est, Ideo tam graviter eum oppugnavit Satan per Arium et eius impiam posteritatem.

Nec dum cessat etiam per corda nostra Satan hunc articulum labefactare. Unde enim oriuntur pavores, lachrymae, gemitus, querelae piorum, quam quod hic articulus nondum satis firmus est in mentibus nostris? si enim statueremus certo, hunc Ihesum esse filium Dei, qui metueremus siquidem eum pro nobis stare et in nostrum commodum missum esse a Patre certum est? Nunc tentamur peccatis miseri, metuimus mortem, metuimus damnationem, tantum ideo, quia conscientia dubitat, an Christus sit filius Dei. Hoc enim si certo crederemus, contemneremus peccatum tanquam rem nihili, rideremus mortem et Satanam tanquam hostes prostratos et

Hs] infirmiter credentibus. Mea doctrina ſol heiſſen. Et ero primus, qui sic praedicabit, quod deus hat von mir geſprochen, quod 'filius meus Tu'; i. e. Euangelium est doctrina de filio dei. Nihil proponitur nostrarum rerum, sed filii dei. Converte ad invicem: Rex erit et in monte Sion. Ergo homo, quia impossibile est esse Regem Et ordinatum a deo, nisi sit homo. Deus non est constitutus Rex nec patitur deus ordinationem Regiam, quia est creator. Cum ergo constitutus [Bl. 14b] sit, oportet homo sit. Deinde locus est visibilis, homo in visibili Sion auditus, ergo verus et naturalis homo. Secundo dicit: quod homo sim, videbit omnis mundus, quod praedicem, et audient vocem meam, Crucifigent, Et credent, quod sim vera caro. Sed ille homo, ille Rex, qui ibi docet, Est filius dei; huc pertinet fides. Iste versus divinitatem et humanitatem in eadem persona. Si specularis, ut

1 *über* doctrina *steht* quam mihi pater commisit: 'filius meus' etc. *zu 3* Euangelium *r* 4 *über* Converte *steht* Confer 5 homo *oder* hominem nisi sit *o* homo *(2.) fehlt* 8 *über* in visibili Sion *steht* audibilis 9 Secundo] 2° 10 *unter* Crucifigent *steht* etc., ut habet passio sim *o* 11 filius dei *mit Strich zu* Secundo *Z. 9 gezogen*

Dr] inermes. Quid enim sunt ad filium Dei peccata, mors, Satan? Quod autem non credimus hoc, defectus est non in Doctore aut verbo eius, sed in nobis vel prorsus incredulis vel infirmiter credentibus.

Haec igitur est doctrina Regis nostri, quod concionatur Deum aeternum ab aeterno dixisse: 'Filius meus es tu, hodie Ego genui te'. Vides autem nihil hic proponi nostrarum rerum aut operum, Id enim lex facit, sed tantum hunc Dei filium, cum verbo et factis suis.

Sed conferamus iam haec inter se. Vocat Psalmus in priori versu Regem, et diserte dicit constitutum Regem in Zion, Ergo sequitur bona et certa consequentia, esse eum hominem, alioqui quomodo posset corporalis loci Rex esse? Huc facit, quod dicit a Deo constitutum Regem, Dei autem non est constitui, sed constituere, est enim creator, Hic autem Rex constitutus est, ergo est homo, est creatura; hoc arguit ipsa constitutio et iunctio et locus corporalis, ut sit verus, visibilis et palpabilis homo, qui humana etiam voce doceat. Nec de ea re dubium fuit hominibus unquam, nec opus ad eam rem fuit fide. Nam oculis viderunt esse hominem, habentem carnem, ossa, sanguinem et quae non Dei, sed hominis atque adeo creaturae sunt.

Sed hoc an de isto Rege satis est scire? Nullo modo satis est, sed etiam est filius Dei, ab aeterno genitus. Hoc oculis cerni non potuit, igitur ipse Rex hoc docet, et fide opus est.

Ne autem eludi possit textus, verba pensanda sunt: 'Filius meus es tu, Hodie genui te'. Est Deus extra tempus, est natura spiritualis, Igitur nihil temporale, nihil corporale ex se potest gignere, sed gignit sibi simile, hoc est, aeternum et spirituale. Quia autem haec verba dicit ad illam per-

Hs] iam incipiunt Schwer⌊meri, de unitate substantiae et de perfectione maiestatis, **die fallen**, ut Satan cecidit. Nostra sapientia est, nihil eorum velle cognoscere, audire, nolo scrutari. Sed is psalmus **hat un geſtanden** 3000 **iar** et **lenger** et nemo **hat** eum **vmbgeſtoſſen**. Si dixerint Schw⌊ermeri: filius dei dicitur ut alii Sancti etc., probatum et fixum in hoc versu, quod Rex Sion sit verus homo et filius dei.

'Hodie': Ad Ebr⌊aeos servit Textus huc: 'Ad quem angelorum?' Ibi Hebr. 1, 5 extollit illum hominem, qui est filius, super Maiestatem anglicae naturae. Angelus est Summa creatura, nihil exellentius in conditione creaturarum, illa est sublimis⌊sima et prima. Et ad illos non dicit: 'Tu es' etc. Ideo ista extra creaturas est Et **höher** quam ulla creatura. In ista simplicitate nos manemus. Et cavete vobis et **begebt euch nicht in** dispu⌊tationes, quia

---

*2 über* cognoscere *steht* cogit⌊are *3* 3000 *c aus* 1000, *darüber* drey tauſent *4* hat *o* *zu 7* Eb. 1. *r* *10* 'Tu es' etc. *o* *11* ista *(1.)*] istae ulla *o* *12* (y)in

Dr] sonam constitutam in Zion, ut esset Rex in corporali et visibili loco, quid inde sequitur? Nonne hoc, quod hic homo, in tempore natus ex Maria virgine, antequam in utero Mariae conciperetur per Spiritumsanctum, extitit, et quidem ab aeterno? Nam 'hodie' apud Deum, sicut postea dicemus, non habet initium, non habet finem. Sic in hac persona coniungit textus praesens divinitatem et humanitatem, ut unum sint, ut recte dicas: hic homo est Deus.

Hanc sententiam in Psalmo hoc ostensam retineamus firmiter contra Satanae linguas, quae hunc articulum conatae sunt labefactare, Imo etiam contra nostrae rationis stulticiam. Cum enim stulti homines de Maiestatis perfectione disputare incipiunt, labuntur et ruunt, tanquam Lucifer de coelo, in blasphemias. Quid enim de tantis rebus nos miseri vel cogitare possumus, postquam a verbo discesserimus? Quin potius sequimur hunc Psalmum, qui iam annis ter mille contra omnes haereses firmus et inviolatus stetit, et clare et rotunde pronuntians hunc Regem esse et hominem et aeternum Deum. Huic definitioni assentiamur nos quoque, et quidquid praeterea vel audimus vel cogitamus ab hac definitione dissentiens, id tanquam fanaticum, blasphemum, et a Satana excogitatum execremur et damnemus.

Tulit impius Arius nomen filii Dei, Sed interim retinuit et defendit blasphemum dogma, eadem ratione nos quoque filios Dei esse. Quanto rectius Paulus nos adoptione filios esse dixit, hunc autem natura Filium esse. Itaque 'εἰκόνα seu imaginem invisibilis Dei' appellat. Kol. 1, 15

Deinde Epistola ad Ebreos, quam apposite, quam graviter huius Psalmi testimonio utitur, cum inquit: 'Cui angelorum unquam dixit Deus: Filius Hebr. 1, 5

---

*34* εἰκόνα] εἰκὼνα *im Urdruck*

Hs] is art⌊iculus lubricus est propter nostri ingenii Infirmitatem et absurd⌊itatem. Si huc¹ et vis speculari de deo, docebis deum et Magister eius, non disci-p⌊ulus eris, quia formas eum secundum caput tuum. Conqueritur ubique

Jeſ. 46, 5 per prophetas: 'Cui assimilastis me?' Carthusi⌊anus: credo, quod meum cucullum inspiciet et dabit pro 3 votis regnum coelorum. Hoc est affigere deo quandam voluntatem, quae est in mea voluntate: Ego sic cogito, quod deus sic velit etc. Et fingo, quod deus hoc velit. Sic ratio humana semper

1 *über* absurd⌊itatem *steht* et ipsius sublimitatem 3 eris *o* (con)formas *zu* 3 Deum formare *r* 4 credo *o*

¹) *Erg. dich begibst; vgl. S. 251, 12.*

Dr] meus es tu, hodie ego genui te'? Extollit enim hunc Regem etiam super Angelicam naturam, quae tamen inter creaturas primum locum obtinet, ac merito, Nam per Dei filium Angeli et Archangeli sunt conditi. Et Paulus

Kol. 1, 15 Col. 1. ideo 'πρωτότοκον πάσης κτίσεως', primogenitum totius creaturae, vocat filium, ut eum extra et supra Angelos et omnes alias creaturas collocet.

In hac simplicitate vivamus, et non committamus nos huic alto et vastissimo pelago, disputaturi de tantis rebus. Est enim hic articulus admodum lubricus, primum propter subtilitatem. Deinde etiam propter nostram infirmitatem. Mera igitur stultitia est et periculosissimus conatus, velle haec scrutari subtilius. Si enim hoc possemus, non opus esset nobis duce scriptura, Imo hoc Doctore et Rege nihil nobis opus esset. Qui autem scripturam negligunt et fiducia ingenii tantas res aggrediuntur, hi sunt magistri Dei, et non discipuli. Itaque sicut Phaeton gubernaturus solem praecipitantur et ruunt.

Jeſ. 46, 5 De hac temeritate conqueritur Deus, cum apud Prophetam inquit: 'cui assimulastis me'? Nam hoc omnium haereticorum, hypocritarum et sectarum proprium est, ut sibi imaginem aliquam Dei fingant. Monachus ore confitetur, quod credat Christum esse Dei filium, Sed huic filio Dei affingit aliquid ex sua voluntate et statuit eum probare cucullum et hoc vitae genus singulare ac pro eo redditurum aeternam vitam. Sed, o hypocrita, quis iussit te Dei filio talem, ut sic vocem, nasum affingere? quis certum te fecit, Deum tale aliquid abs te velle?

Nihilo igitur Monachus, quando secundum regulam suam sanctissime vivit, sanior aut melior est Ario, dicenti, quod Deus tantum unus sit, Christum autem dici Dei filium, quod sit perfectissima et prima creatura, per quam omnes aliae creaturae factae sunt. Si enim Christus Dei filius est et in eo uno nobis acquiescendum est, quod Deus eum miserit salvatorem, cur addit Monachus talem fiduciam suo operi a se delecto?

Haec incommoda inde nascuntur, quod omisso aut neglecto verbo animi de Deo speculantur. Omnis enim speculator est figulus, et fingit, quod in

Hs] fingit idolum in corde: Hoc placet deo! Deus est simplex, ergo verbum eius simpl⌊ex, sed perfectissima creatura. [Bl. 15a] Noli speculari. Omnis speculator est formator dei, fingit sibi idolum in corde suo de deo, quod revera non est, sed tantum suum somnium. Sic Schwer⌊meri de Sacra⌊mento. Hoc est facere deo nasum, hoc est seipsum decipere et suam cogitationem esse divinitatis. Ideo noli scire, sed scriptura Sancta dicit Hunc Regem verum hominem, ergo habebit vocem, personam humanam. 2. Audio, quod sit filius dei prae omnibus creaturis. Nullus angelorum sic appellatur, ergo Hebr. 1, 5ff.
verus deus. Quomodo duo dei? Ille respondeat, qui dat nobis hoc verbum, ut in eo haereamus, ſehen ſollen wirs nicht. Ipse sic dicit: Jch wil euch ein gut ding predigen, ſol heiſſen: filius dei.

*zu 2/3* Omnis speculator est formator dei *r*   4 suum *ausgeschrieben in die Abkürzung* s⌒ *hinein*   6 *über* divinitatis *steht* cog⌊itationem   *zu 7f.* Christus deus et homo *r*   *zu 8* Eb. 1. *r*   9 *über* Ille respondeat *steht* illi rideant[1]

[1]) *Rörer hat die Abkürzung* rûdeat [= respondeat] *später als* rideat [= rideant] *gelesen.*

Dr] veritate non est, sequitur enim rationem suam, Cum in his rebus tantum sit sequendum verbum. Ratio enim neque capere tantas res per se, nec vincere speculationes suas aut superare potest.

Tales speculatores fuerunt Zinglius et Carlostadius, postquam enim a verbo dicesserunt, quod dicit, Panem esse corpus Christi et vinum sanguinem Christi, necesse fuit eos aliquid aliud fingere. Hunc suum foetum seu cogitationem exosculati sunt, tanquam mater infantem, et quidquid postea legerunt in Patribus, hoc totum iudicaverunt facere ad suam causam.

Sed maiore religione sacra tractanda erant. Hic Rex, qui Doctoris officium habet, erat audiendus, eius verbum retinendum erat, nec quaerenda opinio ab eius verbo aliena aut dissona, sicut haec est. Nam cum Christus de pane dicat: 'hoc est corpus meum', Ipsi dicunt: Hic panis nihil aliud est, quam panis, Et cum de calice dicat, quod sit sanguis novi testamenti, Ipsi defendunt, vinum tantum esse vinum et significare, non autem esse sanguinem illum. Haec pugnare, quis tam coecus est, qui non videat? et tamen fanaticos hos homines quidam etiam in coelum evehunt.

Quod igitur ad praesentem locum attinet, credamus et confiteamur cum Psalmo hoc, Christum, qui est Doctor in Zion et Rex, esse Dei filium, ab aeterno ex Patre natum, supra, extra et ante omnes creaturas. Non igitur est secundum hanc nativitatem creatura, sicut Athanasius recte dicit Genitum, non creatum.

Hic si ratio te interpellat et cogitationes oriuntur, quales Turcarum sunt: Num igitur sunt duo Dii? Dic tu: Non sunt, Est tantum unus Deus, et tamen est Pater et est Filius. Quomodo hoc? Responde cum humilitate:

Hs] Iterum mutat personam: quod ego sim filius dei, — ſo wers clare geredt. Inducit patrem loquentem, cum ipse debeat loqui. Iterum obscuritas. Sed ipse omnia refert in autorem patrem; quicquid facit, dicit, semper Joh. 8, 28 allegat autoritatem patris: 'Sicut praecepit, sic facio; quae audivi ab eo, haec loquor'. Semper refert divinitatem suam ad patrem. Das iſt ein ſchoner kunſt, denn wirs verſtehen. Ich habs ſer gern, Es were nicht ſo klar geredt de patre et personis. In toto Euangelio Christi consilium, quod semper ducat per se, a se ad patrem. Necessarius et consolatorius Canon, quia conscientia illa pallet, terretur tantum ad nomen dei; percussa et visitata cognitione peccati et legis, sentit odium dei; nihil intolerabilius in conscientia rea quam vox dei, potius audiret diabolum, Turcam, mortem et omnia mala nominare. Ergo utitur Christus Regula ista, quod, quicquid facit, loquitur,

---

*zu 1* Mutatio personae *r*  3 *über* facit *steht* Christus  *zu 4* Euan. Ioan. *r*  *zu 5* Christus semper refert suam divinitatem ad patrem etc. *r*  *zu 7* Christi consilium in toto Euangelio *r*

Dr] Nescio. Non enim voluit Deus cerni haec oculis, in verbo tantum proposuit et credi voluit. Hoc cum facimus, non erramus. Sequimur enim lumen ab ipso Deo accensum, Nostra autem ratio caecutit nec videre tantas res potest.

Hic iterum mutatae sunt Personae, potuit enim dicere: Ego sum filius Dei, sed Patri tribuitur sermo. Fit autem hoc ideo, ut omnia referat ad Patrem, tanquam autorem; Sicut Christus solet in suis concionibus, ubique allegat autoritatem patris, Ex sententia Patris dicit se loqui, Patrem dicit Joh. 8, 28 facere, quae ipse facit, Non dicit se facere aliquid ex sua voluntate, sed ex mandato Patris, ut omnes per Christum Patrem agnoscant, in Patrem credant et Patrem praedicent.

Hic est peculiaris modus huius Doctoris, quem Spiritus sanctus hoc in loco ostendere voluit, cum Patri tribuit vocem et tamen hunc Regem Doctorem esse ostendit. Vult enim, sicut Christus quoque facit, per Christum adducere nos ad Patrem.

Pertinet autem hoc quoque ad consolandos animos. Conscientia enim etiam ad Dei nomen expallescit et pavet. Agnoscit enim peccata et metuit iram eius. Ideo horret vocem Dei, et mallet vel Turcam vel Satanam audire, Sicut hic ipse affectus pulchre pictus est in historia datae legis, cum populus 2. Moſe 20, 19 exclamat: 'Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, Loquere tu nobis'. Sicut enim Maiestas divina non potest oculis hominis cerni, Ita aures nostrae eius vocem ferre non possunt.

Hoc videt Christus, Igitur semper quidquid loquitur, quidquid facit, refert id in Deum Patrem, ut terrorem hunc excutiat animis nostris et triste hoc spectaculum, quod ipsi nobis fingimus, removeat ex oculis. Quid enim est in Christo, quod non sit plenum consolationis, amabile et iucundum?

Hs] refert in deum aucthorem. Si enim specto eius vulnera, sanguinem, lachrymas, mortem, tum specto per ipsum et in ipso in voluntatem patris, tum nomen dei non terribile sed consolatorium; [Bl. 15ᵇ] ad hoc valet illa relatio omnium factorum, dictorum in patrem, non propter se sed nos pavidos, qui terremur ad nomen dei. Ideo obiicit se nobis suaviss[ime, placatiss[ime morientem pro nobis et dicit: haec est voluntas patris, tollit terrorem et ponit solatium, gaudium. Das ratio nova docendi, mundo incognita; piis optime sonat in auribus, quod dicit filius; leſts da bey nicht bleyben, Sed: pater dixit. Ne quis cogi[tet, aliter affectus erga vos, Quod ego, filius dei, non dico, et tamen narro. Iohan[nes bene exponit: 'Doctrina mea non mea'. Ego narro statutum, Joh. 7, 16
dixit dominus ad me: 'Tu es filius' etc. Ibi audi autoritatem divinam. Quicumque hoc crediderit, habet testimonium patris, filii, qui loquitur ex ore patris, filius per os patris loquitur. Iſt ynn einander geflochten. Non est

---

*9 über* aliter *steht* pater *11* autoritatem *über* (divinitatem), *zunächst in Abkürzung* autꝫ, *am Rande noch ausgeschrieben* *13* os *c aus* ōs [*Abkürzung für* omnis]

Dr] Cum igitur eum vides in cruce pendere, cum sanguine manare vides, et refers ista, secundum ipsius verba, in Dei voluntatem, an non ibi dulcescet horribile alioqui nomen Dei? et tu, non solum nihil a Deo, mittenti in hunc finem Filium suum, metues mali, sed etiam certa spe misericordiae et amoris erga te et totum genus humanum impleberis?

Ad hanc rem utilis est et valet allegatio haec. Tribuit Spiritussanctus Patri hanc vocem: 'Filius meus es tu'. Ipse Christus allegat autoritatem et voluntatem Patris ubique, non sua causa, quasi ipsi ita opus sit loqui, sed propter nostram conscientiam, ut statuamus nos habere Mediatorem, qui se interponat apud Deum, qui pro nobis intercedat medius, qui amet nos, qui pro nobis moriatur, idque ex voluntate aeterni Patris sui.

Haec ratio docendi nova et mundo incognita ac ab impiis prorsus abscondita est, sed piis est nota. Hi cum summa voluntate Doctorem hunc Zionicum audiunt, qui, etsi doceat ipse, tamen docet nos verbum, quod Pater loquitur. 'Dominus', 'inquit, dixit ad me: Filius meus es tu', quasi dicat: Doctrina non est mea, Ego tantum narro et recito, quod ad me dictum est. Igitur qui me audit, Patrem audit. Ego enim etsi praedico, tamen non praedico, Sed unum est verbum, quod ego loquor et Pater cogitat etc.

Hoc utile est discere, ne scilicet putemus Patrem aliter esse erga nos affectum, quam ex Filio audimus, qui cum pro nobis moriatur, profecto odisse nos non potest. Idem de Patre statue et crede. Nam Christi vox est vox Patris invisibilis. Loquitur enim Filius ex ore Patris, et vicissim Pater ex ore filii, Pater enim et Filius unum sunt. Ad hunc modum, etsi personae sint differentes (hoc est, Pater non est filius, nec Filius est Pater), tamen voluntas est eadem, est Verbum idem.

Hs] Joh. 14, 8 velandum cogitationib|us levibus, quasi pater sit in alio loco, ut Philip|pus. ghe nicht weiter, quam versus dicit: 'Ego narrabo'; von der predigt las dich nicht furen. Si audieris, cogita nusquam esse alium deum. Si vagaris, amittes patrem et filium. Das iſt de vera divinitate geredt, ut Epistola ad Hebr. 1, 5 Ebrae|os et postea Textus.

'Ego': Varie tractant. Aliqui exponunt de nativitate Christi, quidam de resurrectione, ut sit tempus novi testamenti, ſo muſtet mans ſparen auff penthecosten. gignere heiſt nicht resuscitare ex mortuis, nec est parere mulieris. Non de nativitate carnali nec spirituali, sed proprie de nativitate eterna, invisibili. Nobis dicuntur haec verba, filius narrat, sed impossibile est intelligi, necesse est credi. Nemo intelligit ea nisi pater et filius. Quia illa generatio docetur, auditur, creditur, sed non comprehenditur, quia Pau|lus: 1 Tim. 6, 16 'Lux inaccessibilis'. facit alios parere, i. e. creaturas generantes. [Bl. 16a] Sed hic loquitur cum filio, non cum hominibus. Ideo non dicta ad homines,

*zu 1* Ioan. 14. *r* *5 über* postea *steht* infra *zu 6* 'Ego hodie genui te' *r* *zu 8* Gignere *r* *13 über* 'Lux' *steht* 'Deus est' *zu 13:* 1. Timo. *r* *14 über* cum *(1.) steht* de

Dr] Valet autem hoc eo quoque, ne cogitationibus nostris a Christo disce- Joh. 14, 9 damus quaesituri, audituri, invocaturi Patrem, Sed sicut Christus ad Philippum dicit, certo statuamus, cum intuemur, audimus, invocamus, colimus Christum, nos Deum Patrem intueri, audire, invocare, colere. Igitur adhaereamus huic Doctori, nec nos ab eius verbo patiamur abduci. Quod enim ex ipso audis, ex aeterno et invisibili Patre audis, nec est praeter hunc Christum alius Deus aut alia Dei voluntas quaerenda.

Qui igitur indulgent suis cogitationibus, et de Deo et voluntate eius sine Christo speculantur, hi Deum prorsus amittunt. Igitur quod Spiritussanctus hic dicit: 'Dominus dixit ad me', intelligendum est de vera divinitate, sicut Epistola ad Ebraeos hoc ipso testimonio utitur.

De particula: 'Hodie genui te', varie disputarunt Doctores. Alii enim de nativitate Christi exponunt, Alii de resurrectione et tempore novi testamenti, Sed nos retineamus ῥητον seu literam. Verbum Ebraeum enim significat proprie gignere. Id hoc loco non potest intelligi de nativitate naturali seu temporali (non enim de hominibus, sed de Deo dicitur), significat igitur nativitatem aeternam et visibilem.

Igitur eiusmodi verbum est, quod intelligi aut comprehendi ratione humana non potest. Filius narrat nobis, sed nisi crediderimus, nunquam 1. Tim. 6, 16 intelligemus. Est enim verbum allatum ad nos ex illa 'inaccessibili luce, quam Deus habitat'. Tum intelligitur, cum inter homines de hominibus dicitur, Sed hic, cum Pater aeternus, qui Spiritus est, de Filio suo hoc verbum loquitur, intelligi non potest.

Hs] Ut illa dicta hominibus. Sed hic pater loquitur cum filio yhm heymlichen weſen. Duplex praedicatio: 1. interna, quod ei dicit: 'filius tu meus', 2. das er uns ſagen ſol, sed quomodo intelligatur, impossibile est. Est substantialis et naturalis nativitas, quae non potest dici et explicari.

'Hodie': Augu[stinus habuit longam speculationem: Verbum praesentis et praeteriti temporis; Genui heri, ante secula: 'hodie' praesentis, 'genui' praeteriti. Quomodo pater potest dicere ad filium: 'Hodie' etc.? impossibile, ut sic dicat. 'Genui' importat perfectionem nativitatis, 'Hodie', quod semper nascitur. Haec Augu[stini speculatio, et bona. 'Hodie' accipimus pro tempore dei. Non loquitur cum hominibus, qui sunt in tempore, sed cum eo, qui est extra tempus. Apud deum non est hodie, cras, sed omnia stant simul, omnia 'hodie', 2. Pet. 2., 'mille anni', Mose, 'hesterna dies', non est 1. Petri 2, 4 ff. Pſ. 90, 4
dies succedens diei, Nec hora horae. Principium, medium, finis temporis

---

*3 über* er *steht* filius  *zu 5* Augustini expositio *r*  *zu 9* 'Hodie' *r*  *zu 12:* 2. Pet. 2. *r*  *12/13* non est dies *o*

Dr] Vides autem hoc ipso in loco duplicem praedicationem. Prima est interna, quando Dominus cum Filio loquitur. Eam nos neque audimus nec intelligimus, sed tantum intelligitur ab eo, qui dicit et ad quem dicitur. Altera praedicatio est externa, quando Filius nobiscum loquitur: 'Dominus dixit a me: Filius meus es tu'. Hanc audimus quidem, sed etiam non intelligimus, sola enim fide apprehendi vult et potest. Accipio igitur locum hunc de generatione aeterna.

Augustini disputatio non displicet, ubi comparat verbum praeteriti temporis cum adverbio praesentis temporis et dicit coram Deo neque praeteritum neque futurum esse, sed extra tem[Bg. K]pus et in aeternitate omnia esse praesentia. Et tamen tempore praeterito voluit Spiritussanctus uti ad notandam perfectionem nativitatis. Alioqui, si, ut res est, loqui volumus, hodie, quotidie et semper nascitur et natus est filius Dei. Nam aeternitas neque praeteritum neque futurum habet.

Ad hunc modum accipienda particula 'hodie' est pro tempore, scilicet Dei, non nostro. Non enim nobiscum loquitur Deus, sed cum illo, qui est extra tempus apud Deum. Nos habemus ista temporum discrimina, ut aliud sit hodie, aliud heri, aliud cras. Hanc differentiam nescit aeternitas, ubi nullum est tempus, neque praeteritum nec futurum, sed perpetuum hodie, sicut Petrus dicit: 'Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut unus dies'. Nam principium, finis et medium temporis apud Deum sunt unum momentum.

Haec verba sicut psitaci loquimur sine intellectu, sumus enim temporales seu, ut verius dicam, una exigua particula temporis. Nam quod fuimus, abiit, quod autem futurum est, eo caremus. Ita de tempore nihil

Hs] est in uno momento apud deum. Nos non comprehendimus, nos sumus **ein ſtucke** a continuo mundi. 6 **tauſ⌊ent iare,** sed coram eo omnia praesentia. 'Hodie' ergo declarat aeternam nativitatem, quod filius non sit temporaliter genitus, qui heri non fuerit et cras non erit, sed qui 'hodie' i. e. in aeternum, qui nec principium nec finem habet, sed aeternitatem perfectissimam. Ista speculatio Aug⌊ustini bene placet. Verus homo natus ex semine secundum tempus etc. Qui vult sapere, signet se cruce et caveat specula⌊tionem. 1. Kor. 2, 9 Nemo homo hoc excogitabit, 'non ascendet in cor hominis', ut diceretur de f⌊ilio, qui dei filius. non in nobis nata verba, ergo per nos non regulanda, sed audienda et credenda. Euangelium ergo est nova doctrina ultra legem Mosi, quam filius praedicat ex mandato patris, [Bl. 16b] quod ipse sit verus Rex super montem Sion et verus filius dei. Isto posito art⌊iculo habes Euangelium, postea amplifica⌊bit se per sua facta, verba, modo credas verum hominem et filium unicam personam. Ablato eo articulo nihil reliqui est

---

*6 über* semine *steht* Abrahae    *7* tempus *c aus* dempus    *zu 10* Euangelium *r*
*12* Sion *o*

---

Dr] habemus, nisi momentaneum quiddam, quod praesens est. Pertinet igitur adverbium 'Hodie' ad illam aeternam nativitatem Filii, quae manifeste convincit, eum non esse creaturam, Siquidem 'hodie', hoc est, in aeternum est natus, sine principio et sine fide, in praesentissima, ut sic dicam, nativitate.

Dixi autem supra, si conferas haec, quod et ab aeterno sit natus hic filius, et tamen sit Rex in Zion, sequi duplicem eius esse nativitatem, extra tempus et in tempore, et simul verum hominem et verum Deum esse hanc personam ex Maria virgine natam.

Id quomodo aut factum sit, aut potuerit fieri, cave disputes subtilius. Verbum sequere simplici fide, quod de his rebus sic nos docet, et disputationes fuge. Non enim hominum hoc figmentum est, ut de hoc homine ex Maria nato dicatur, esse Deum, esse a Patre ab aeterno genitum, Scriptura sola nos hoc docet. Credamus igitur tanquam articulum nobis divinitus, sine nostro invento, traditum et ostensum, nec aestimemus tantas res ex nostra mendicitate, qui tantum breve momentum de tempore habemus, aeternitatem autem ne intelligimus quidem.

Habetis igitur iam praecipuos fidei nostrae articulos ostensos in hoc Psalmo, Quis et qualis Rex sit Christus, Nempe a Patre ab aeterno genitus, et constitutus super montem Zion, Deinde quale eius sit regnum, quod scilicet Doctor sit ultra legem et Mosen. Docet enim non de nostris operibus, sed de se, quod sit aeternus filius Dei, ut excitet nos ad amplectendum se et ad fiduciam suorum meritorum et operum.

Haec qui admittit et credit, huic mox se amplificabit hic Rex per sua dicta et facta; verbum eius non contemnes neque negliges, Scis enim Dei

Hs] pietatis etc., Ut Turca helt Christum pro propheta. Sic in Papatu contemptui habita doctrina, ideo passio Christi fuit tantum historia, quia apud Pap[am nihil sunt Euangelia quam historia de Christo. Sic fit historia ex Christi factis et verbis, si amissum principium Euangelii. Si vero dico: est verus Rex super etc. et filius verus dei, Tum audio eius verbum, quid faciat, quod pro me natus, passus, suscitatus sedet in dextera etc., defendat contra diabolum, liberet a morte et peccatis. Ista non historia sunt, sed res viventes, ut vivificent nos. Non tum historia ut Davidis, sed res in eternum vivens, quia ipse Rex ineternum: 'hodie'. A priori est descriptus, quod pater gennerit filium incomprehensibiliter, impossibile, quod ratio cognoscat, quae, ubi computat tempus, ponit tria: praesens, perfectum, futurum. Iam veniet a posteriori et ostendet eum deum ab ipsis effectibus, eum esse deum non solum a principiis et causis.

*1* Christum *o* *zu 5/6* Officium Christi *r* *9 über* A priori *steht* a causa efficiente

Dr] filium esse; In facta quoque eius intueberis; et summa cum voluptate audies, quod factus sit homo, quod passus sit mortem crucis, quod ex morte excitaverit ipse se. Statues enim haec non sua causa facta, cui, quia filius Dei est, nihil deerat, sed tua, ut tu a morte, a peccato, a Satanae laqueis et tyrannide fieres liber. Confides igitur in hunc Regem, et per ipsum statues te potiturum aeterna vita. Haec omnia sequentur, cum firmiter hunc articulum retinebis, quod Christus sit Dei aeternus filius.

Qui autem hunc articulum non firmiter retinent, hi aut, sicut Turcae, si magnifacient Christum, iudicabunt eum Prophetam esse, aut, sicut, Papa, non magnifacient eius opera et verba, sed quaerent sibi praesidia alia, quibus remissionem peccatorum et vitam aeternam sperent. Norunt hi quoque ex Maria natum et sub Pontio Pilato passum, Sed haec omnia eis historica tantum sunt, non excitantur ad fidem, non concipiunt per haec certam spem salutis, Sed, sicut legunt historias regum Iuda aut Israel, ita haec quoque de Christo norunt. Non enim potest aliter fieri; totum Euangelium tantum historia fit amissa hac capitali sententia de aeterna nativitate Christi. In hac enim posita sunt omnia. Itaque qui hanc tenent, apud hos dicta et facta Christi non sunt mortuae historiae, sed res viventes, nobis ideo a Filio Dei obiectae, ut nos per eas viveremus.

Igitur notate hunc versum diligentissime: 'Filius meus es tu, Ego hodie genui Te'. Sunt pauca verba, sed immensum pondus habent, ac ratione comprehendi non possunt, quae, cum se extra tempus et temporalia proripit, prorsus coeca et stupida est, nihil neque videns nec sentiens. Fide igitur opus est, Ratio autem, sicut Paulus de mulieribus in Ecclesia praecipit, nihil 1. Kor. 14, 34
loquatur, sed sileat.

Hs] V. 8 27. Maij.[1] 'Postula a me, et dabo': proxime audistis institutum Regem et
sacerdotem, sed eum, qui vere sit filius dei, natura etiam. 'Ego hodie' dicit.
Servat propheta eam phrasin quam Sanctus Iohannes Euangelista, In quo
Hebr. 5, 5 videtis, quod dominus noster refert omnia ad patrem. Sicut dicit ad Eb.
Ne videatur seipsum vocare et ingerere ad officium regni et sacerdocii,
allegat autoritatem patris, alioqui poterat verbis aliis dicere: Ego sum filius
V. 7 dei, Rex etc., sed: 'dominus dixit ad me', pater loquitur, non Ego. [Bl. 17a]
Haec iam dicta sunt de ipsa persona instituta, sacerdote et Rege, sed non
sine cruce, quia 'Reges principes etc. tumultuantur etc. adversus Christum' etc.
Das iſt de passione, quod iste damnatus, vexatus etc., non solum in sua
persona, cum viveret, sed etiam postquam moreretur, tamen debebat postea

2 qui ⟨sit, qui⟩ vere 3 Iohannes Sanctus (umgestellt: 2 1) zu 3 Phrasis Iohannica r 4 über ad (1.) steht in über ad Eb. steht cap. 5. zu 4 Eb. 5. r 5 seipsum ⟨se⟩ 9 cruce über ╳ 11 über moreretur steht in Apostolis etc.

[1]) *Das Folgende bis S. 269, 6 ist sehr stark umgearbeitet.*

Dr] Sicut autem Spiritussanctus nos de Rege hoc docuit hactenus a priori seu (si modo ita dicere licet) ab efficienti causa, quod a Patre ab aeterno sit genitus, Ita iam perget eum describere a posteriori et ostendet ex ipsis effectibus hunc Regem non solum hominem, sed Deum esse.

V. 8 **Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem, et possessionem tuam terminos terrae.**

Haec simul ad regni et personae descriptionem referenda sunt. Arripuit Arius quoque hunc locum contra divinitatem. Si, inquit, Christus natura Deus est, iam antea est Dominus Gentium et finium terrae. Sed hic postulat tanquam inferior Deo et accipit, quod antea non habuit, Igitur non est Deus, sed perfectissima creatura, unde etiam nomen habet et vocatur filius Dei. Sic fiunt subtilia ingenia officina Satanae, postquam a verbo se patiuntur abduci et nituntur suo sensu.

Quin potius invertimus totum argumentum et sic concludimus: Filius hic constituitur Dominus finium terrae, hoc est, totius creaturae, Ergo sequitur
eum esse natura Deum. Sic enim Dominus dicit: 'Gloriam meam non dabo
Jes. 42, 8 alteri'. Huic dat gloriam suam, Ergo non dat alieno, sed sibi simili, hoc est,
Deo. Et tamen manet differentia personarum, Alius enim dat, Alius autem postulat dari, imo iubetur postulare. Cur autem hoc? Si Deus est, cur sibi non sumit, quod suum est? quid opus est eum postulare?

Respondeo: Loquitur Psalmus de filio Dei, non sicut ab aeterno fuit. Hac enim ratione est Dominus creaturae, nihil accipit, sed omnia habet. Sed loquitur de Rege in Zion, hoc est, de filio Dei incarnato, de homine nato ex Maria virgine et incipiente regnum suum in corporali Zion per Euangelium.

Rs] gloriari. Hic sequitur sua glorificatio, quod, quem oderunt isti 4 etc., erit dominus orbis terrarum. Ideo propheta iterum loquitur in persona patris et non filii.

'Postula': Illam phrasin Ebraicam iam scitis. 'Hereditatem': possessionem, i. e. faciam te dominum omnium gentium, omnium finium terrae, regnum tuum erit sine fine. 'Imperium sine fine dedi.' [1] Virgilius vester[2]: postquam te crucifixerint adversarii, eris rex, qui hanc gloriam regni intelligeret, esset Christianus. Ista duo oportet coniungi: Christum neces[se] est pati et regnare, Ipsum esse extreme conculcatum etc. et Summe glorificatum et exaltatum. Sic a principio mundi et semper, non solum suo tempore, quando fuit, sed quamdiu eius regnum durat.

'Postula': Hoc verbum significat iterum, quod filius sese non intrudit. Iohannica est phrasis: 'Pater maior me est', 'Doctrina mea non mea', 'qui Joh. 14, 28 7, 16
credit in me, non' etc., 'qui me audit', — semper refert ad patrem et in- 12, 44 8, 47
ducit autorem patrem. Non solum ad terrendos impios, sed etiam pios consolandos. Qui contempserit verbum meum, videbit, quem contemnat; Si credit, etc., — quia doctrina mea non mea. Est qui quaerat et iudicet. Ergo me audire est eum audire, qui vocatur pater, deus omnipotens. Ideo paveat universa creatura, quando Ego loquor. Econtra laetetur, quicunque audierit me. Tu passus es etc. Quid dem tibi? num 10000 fl. Zins? Num aliquem magnum Episcopatum? sed aliquid melius, postula tantum!

zu 4 'Dabo tibi gentes' *r* 6 vester *o* 7 postquam *mit Strich zu* faciam *Z. 5 gezogen* *zu 9* Christum < Pati / Regnare *r* *zu 12* 'Postula a me' *r* *zu 13* Iohannica phrasis *r* *14* patrem *o* *18 über* me *steht* Christum *20 über* Tu *steht* o fili *21 über* sed *steht* Ey

[1]) *Vergil, Aeneis lib. I, 279.* [2]) *Gemeint ist Gott, der zu Christus spricht.*

Dr] Huic homini, qui infra Angelos humiliatus est, tradit imperium in gentes Deus, ut omnes ei pareant, ut omnes per eum remissionem peccatorum et vitam aeternam sperent, Et iubetur Filius postulare hoc imperium, ut scilicet ubique se ostendat reverentia erga Patrem et ineffabilis humilitas. Non intrudit se, non ultro rapit, In humiliatione crucis manet, sicut dicit: 'Discite Matth. 11, 29
a me, quia mitis sum et humilis corde', et expectat, dum Pater eum exaltet.

Est igitur Iohannica haec Phrasis, hoc est, Christi propria. Ad hunc Joh. 14, 28
enim modum solet loqui: 'Pater maior me est'. 'Verba, quae loquor, non Joh. 14, 24
mea sunt.' 'Pater operatur, et ego operor.' Ubique enim solet Patrem Joh. 5, 17
autorem allegare et referre omnia sua ad Patrem, Non solum ad terrendos impios, sed etiam ad consolandos pios, sicut paulo ante diximus.

Discito igitur urgere contra Arianos hunc versum. Accipit Christus dominium in Gentes, accipit autem sic, ut ipse sit Dominus, ut per ipsum Gentes accipiant 'iusticiam et iudicium, beneficentiam et veritatem', Sicut Psalmus 89. Ps. 89, 15

Hs] hoc dicitur nobis. Quid? Eris mihi similis, quia totum orbem terrarum, omnes gentes, quas unquam nulli dedi, tibi dabo, i. e. meum regnum, tantum hoc differt, ut a me postules, Ego sum dator et autor primus. [Bl. 17b] Oportet nos assuescere istis sermonibus propter futuros Arrianos. Ante nativitatem Christi riserunt[2] verbum, sic hodie. Nos habemus Textum, quem non finximus, sed invenimus ante 2 milia annorum. Invenimus exempla Arrianorum, sed tamen mansit Iesus Christus, verus filius dei et virginis est
Hebr. 2, 5 Rex Totius Creaturae. Tibi, 'non angelis', ut ad Eb.: 'Non enim subiecit', Ibi sunt excepti angeli, Ut hic: Tu, 'postula'. Nulli datur regnum universae
Jes. 42, 8 creaturae nisi uni filio, ergo verus deus, quia 'gloriam meam' etc. Creatura,
Matth. 11, 27 quae est dei, non datur nisi ipsi deo. Sic Ioh.: 'Omnia dedit mihi pater',
Joh. 5, 20 'Et ostendet mihi multo maiora'. Sequitur: si deus dat regnum suum proprium etc., ergo est verus deus. Sic est etiam in reb⌊us humanis: Princeps nulli largitur suum principatum nisi filio, caeteris distribuit officia, sic tamen, ut possit deponere; sed haereditatem dare etc. Arriani possunt cavillari, Sed si consideretur maiestas, res tradita, persona, tum solus deus regnat super omnes gentes, orbem ter⌊rarum, populos.

---

2 *über* i. e. *steht* 'dabo tibi' regnum ⟨dabo⟩  5 Nos ⟨qui vol⌊umus⟩, *darüber* qui credimus  6 *über* ante *steht* scriptum  6/7 *über* Arrianorum *steht* qui contra eum se opposuerunt  *zu 7 hinter* mansit *ist* is textus et articulus, videlicet *vom Rande eingewiesen*  *zu 8* Ebrae. 2 *r*  *9 über* Tu *steht* fili  *10 über* 'gloriam meam' *steht* Esa.  *zu 11* Ioan⌊nica phrasis *r*  *14* ⟨s⌊i⟩ nisi  *zu 15* Arriani *r*  *16* res[2], persona, maiestas[1] tradita *o*

[1]) *Nämlich die* gentes, populi *usw. in V. 1f.*

Dr] testatur. Sunt autem hae tales res, quae ne in Angelorum quidem manu sunt, sed solus Deus remittit peccata et iustificat, Solus Deus liberat a morte et aeterna damnatione, Solus Deus dat Spiritumsanctum, Solus quoque Deus verax est. Haec cum iubeatur filius effundere in Gentes, quis non videt eum natura Deum esse? Haec enim non creaturae sunt opera, et tamen haec persona, cui haec ab ipso Deo Patre donantur, est semen Davidis et tenet sedem Patris sui Davidis.

Sicut igitur Arianis verbum 'Dabo' plenum scandali est, Ita nobis consolationis plenum est. Quia enim filius Dei apparuit in carne nostra, tanquam semen Davidis, pertinet hoc verbum ad declarationem, de qua S.
Röm. 1, 4 Paulus Rom. 1. loquitur, Quod 'potenter declaratus sit filius Dei unigenitus', qui omnia a Patre habet.

Ad hunc modum non offendit nos, sed aedificat verbum postulandi ac docet, ne more gentium, Turcarum, Iudaeorum, petituri aliquid accurramus sine reverentia ad Deum tanquam ad ignotum Dominum, sed conferamus nos ad Filium, mediatorem inter nos et Deum, cui Pater omnia tradidit.

Hs] 'Dabo tibi': i. e. declarabo te et constituam talem dominum, quem agnoscent omnes creaturae, etiam angeli. Tuum est, postules, ut accipias a me, quia sanguine, cruce glorificaberis, per passionem transibis in gloriam. Eris in passione vexatus, clamabis ad me, dabo omnia da fur. Dabo per declarationem, clarificationem, ut dicatur: Du ſeiſt herr et Gott. quia gentes ſoltu nicht nhemen pro materia, sed cum omnibus suis insticiis, sapientia, regnis, potentiis et quicquid habent. Quando dicit: 'omnes gentes', non loquitur de ochſen, kue, laubgras, sed quicquid est mundus. 'Gentes' sunt populi per orbem distributi cum suis legibus, religionibus, suis insticiis, sap[ien]tia etc. Et sic uno vocab[u]lo audiat, quicquid est in orbe terrarum sapiens etc. Haec est abrogatio etc. non solum Mosi, sed abrogat omnia Imperia, iusticias, cappas etc. Dabo tibi omnes Monachos; omnia, quaecunque sunt iustissima etc., tibi servient, te agnoscent dominum. Eris totus, Et fac totum etc. [Bl. 18a] Est abrogatum, quicquid est in orbe terrarum, i. e. nemo placebit, nemo erit in gratia nisi sub te; qui te diligit, ſol mein kind ſein. Econtra. Das iſt ein groſſer Dator, quia condidit omnia, coelum, terram, solem etc. et habet omnes gentes in manu. Istis verbis nobis innitendum, quia scandalum est in contrarium, quia 4 tumultuantur etc. Sed

---

*zu 1* 'Dabo tibi' *r* *3* cruce *über* X *4 über* Dabo *steht* scilicet *6* materia] ma? *zu 6* 'Gentes' *r* *7 über* potentiis *steht* legib[us *9* cum *fehlt* *10 über* audiat *steht* igitur *11* abrogat *o* *13 vor* dominum *nochmals* te *17* habet *o* *18 über* 4 *steht* reges, principes etc.

Dr] Sicut Christus dicit hunc ipsum Psalmi locum quasi enarrans: 'Omnis potestas mihi tradita est in coelo et in terra', Ita consequemur, quod optamus, nec dubitabunt animi nostri, sicut necessario Turcarum et Iudaeorum animi dubitant, invocantes, quem non norunt. Nos autem Christum novimus declaratum filium Dei, cum daretur ei potestas in Gentes. Itaque 'orantes in nomine eius consequimur quidquid oramus'. Haec initio contra Arianam pestem ad confirmandum nostrae fidei summum articulum paucis sint dicta. Nunc explicamus verba.

(Matth. 28, 18; Joh. 16, 23)

Constitutus est hic Rex in sede sui Patris David, Zion. Ibi in populo Davidis incipit regnum suum, non gladio, sicut David, sed tantum verbo, Est enim praedicator. Sed regnum in Zion et populo Davidis coeptum non ibi finitur, sed proferuntur Regni huius fines in omnes Gentes et ad terrae terminos, Hoc est, Regnum coeptum in Ierusalem, verbum in Zion primo praedicatum, evulgatur in totum orbem terrarum, sicut Psalmus 19. dicit: Pſ. 19, 4f.
'Non sunt loquelae neque sermones, ubi non audiatur vox eorum. In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum'.

Est igitur cum hoc versu coniungendus is, qui praecessit, ne ideo, quia Christus praedicatur Dominus et rex totius mundi, in eam insaniam prolabaris, ut omnia politica imperia ideo existimes aut non legitima imperia

Hs] insaniant etiam diabo[li cum toto inferno et privata lucta inter diabolum et cor nostrum, saeviat lex, peccatum, pavor, — 'Tibi dabo'; quicquid est privati, publici, iſt hin weg genomen. Non loquitur de rapinis, sed de rebus, quae pertinent ad salutem vel damnationem eternam. Furiat Papa, Turca, Monachi, Episcopi, Iudaei, anima et iam tumultuentur contra Christum, sed ſie ſollen dir geben etc. Si volunt clementer, bene; si non, violenter. Istud est pro impiis terror, pro nobis consolatio, quod eum dominum habemus, qui mundi sit haeres, quamquam in praesens non appareat etc. Tempore Apostolorum Christi regnum erat miserri[mum, Romana potentia opposuit se omnib[us viribus, vexatum Euangelium, fusus sanguis. Sed es hieß: 'Postula,

---

2 est *unten* *zu* 2 *ff.* 'DABO' *am Rande quer geschrieben* 6 *über* etc. *steht* honorem etc. 8 sit haeres *vom Rande eingewiesen* *zu* 10 *hinter* sanguis *ist* multorum milium martyrum *vom Rande eingewiesen*

Dr] aut latrocinia esse, Sicut quidam inepte disputant. Praecedens enim versus hunc Regem dicit Doctorem esse, Igitur non dissipabit politias, non mutabit leges civiles, non rapiet regna. Haec manebunt eadem conditione, qua antea in mundo fuere, Hoc est, facientes officium Reges et Principes erunt felices, Contra, negligenter administrantes officium dabunt poenas.

Hunc mundi sive cursum sive ordinem non mutabit hic Rex, nec abolebit. Regnum enim eius non est de hoc mundo, Sed ad omnia regna, ad respublicas omnes afferet novum verbum et doctrinam novam de se, Quod omnes, qui credunt in ipsum et baptizantur, habituri sint remissionem peccatorum et vitam aeternam. Hoc huius Regis regnum, haec eius Dominatio, hoc imperium eius est. Qui igitur non credent, qui non amplectentur eum, hi aeterna morte punientur, nec poterunt se evolvere ex peccatis aut effugere peccati poenam.

Sed hoc Regis nostri regnum, haec eius doctrina est occasio motuum, de quibus Psalmus initio dixit. Tumultuantur enim Gentes, Populi meditantur, Reges se commovent et Principes conspirant tantum ideo, ut hunc Regem et doctrinam eius, qua regnat, aboleant, Idque hanc ob causam non tantum sunt instructi ratione et sapientia Gentes et Populi, sed etiam libero arbitrio, quo se conformant ad honestam et in speciem sanctam vitam. Nisi enim hoc aliquo modo in hominis viribus esset positum, quid disciplina, quid leges prodessent? Quod autem quidam legum vinculis constringi cupiditates suas sinunt, quidam autem tanquam rabiosi canes vincula perrumpunt et indulgent cupiditatibus, quis non videt hoc rationis humanae opus esse, quod etiam sine Spiritusancto ipsa per se praestare potest?

His igitur donis, scilicet Lumine rationis et libertate arbitrii inflantur Gentes et Regem hunc cupiunt oppressum, qui simul et rationis lumen et libertatem arbitrii damnat et abiicit tanquam ad remissionem peccatorum et

Hs] dabo.' Tandem subiecta ista potentia. Iam hodie furit Papa omnibus suis viribus, **Er ſol doch her halten.**[1] Ipsi omnes **ſollen heiſſen**: 'Dabo adversarios' etc. Sic in corde saeviat terror mortis etc., **Es heiſt** 'dabo'. Affligere potest, insurgere potest, sed vincere non. Assistunt quidem Reges terrae, tumultuantur 'gentes etc. Vexare nos potest mundus, peccatum, conscientia et diabolus, sed vincere **iſt yhn verboten**, quia: Ego magnus dator dabo; **Du ſolt** meus regulus **ſein zu** Sion et nemo impediet. Sic fiet. Verbo dei nihil poterit resistere. Si etiam fit, non **wert**[2]; **ſhe auff** Cinglius et alii etc., non durat.

---

1 hodie *scheint* c *in* hodieque    4 Assistunt] Asistunt    7 *über* regulus *steht* dominulus    8 *über* wert *steht* perdurat

[1]) *büßen, unterliegen.*    [2]) = *währt.*

Dr] vitam aeternam inutilia. Docet enim hic rex, Remissionem peccatorum et vitam aeternam tantum per suam mortem et merita sua contingere, ac sibi hanc a Patre traditam potestatem dicit. Caeterum lumine rationis et arbitrio seu voluntate vult homines uti ad huius mundi res gubernandas et ad praestandam in externa vita honestatem. Nam ad hoc ambo haec ratio et voluntas valent. Sed hoc gentibus exiguum videtur, salvari per haec naturae dona volunt. Id cum reprehendit Christus, movent turbas et damnant Doctorem seu Regem hunc cum sua doctrina.

Quomodo igitur, inquies, Christus Rex est Gentium, Siquidem Gentes eum nolunt et damnant, Siquidem contra eum movent turbas? Respondeo: Si Gentes abiicientes Christum id cum suo commodo facerent, Ibi sane nasceretur incommodum regi Christo. Sed Gentes abiiciunt Christum cum suo summo periculo et certissima perditione. Igitur Christi regnum hac ratione non laeditur, sed incredulus mundus sibi ipsi nocet et accersit damnationem.

Manet igitur sententia haec: Tradidit Dominus Christo Regi imperium in omnes gentes, Itaque ipse per Euangelium suum omnes gentes vocat ad fidem. Qui audiunt et parent Euangelio, accipiunt remissionem peccatorum et vitam aeternam. Qui autem non credunt, hi manent in peccatis, nec rationis beneficio nec liberi arbitrii viribus ex peccatis se possunt evolvere. Non igitur Christi regno, cui se opponunt, sed sibi ipsis nocent.

Pertinet igitur hic versus non solum eo, ut ostendat legem Mosi abrogandam, siquidem novum regnum a Christo institutum etiam in Gentes transferendum est, Sed ad abolenda omnia, quae per rationem et voluntatem hominis possunt perfici, quod ad salutem et vitam aeternam nihil valeant. Non igitur disciplina, non caeterae virtutes, quae a voluntate fingi possunt,

---

31/32 abrogandum *bis* regnum a *fehlt im Urdruck; Ergänzung nach der Erl. Ausg.*

Hs] 'Gentes': i. e. quicquid est in gentibus insticiae, sapientiae, potentiae, erit tibi obnoxium et reum et ſol nihil coram te gelten. condemno simpliciter gentes, nisi imploraverint te et acceptae fuerint in te et per te. ſind ſonſt[1], ſeien ſie ſo from ſie wollen et sanctas leges habeant, utcunque etc. Das heiſt dare haereditatem et possessionem etc. [Bl. 18$^{b}$] Hoc dicitur in terrorem impiorum et consolationem piorum, quod tandem domini etc. Et nota ista verba contra Arria[n]os, quantum situm in istis verbis: Quid est gentes? Num Hispania? Gallia? Sicut Reges dominantur gentibus; sed quicquid est in gentib[us; non est tantum dominari super corpora, ut Reges et Caesar, sed est dominus gentium, in quibus est sapientia, iustitia, leges, iura, non tantum pecunia et corpora; haec omnia damnata coram te et ad te. Coram mundo sint aliquid, sed nisi te adoraverint, sunt damnati. Dominatur

*zu 1* 'Gentes' *r* 2 ſol *o* 4 ſeien ſie *vom Rande eingewiesen* *zu 7* Arriani *r* *zu 8* 'Gentes' *r* 11 haec *mit Strich zu* sapientia *Z. 10 gezogen*

[1]) *Erg.* verloren.

Dr] non suscepta quantumvis difficilia opera remissionem peccatorum merentur aut nos cum Deo reconciliant, sed sola fides in filium Dei.

Sed, ut dixi, haec doctrina turbarum et tumultuum causa est in mundo. Nam cur nos hodie damnamur, quam quod hunc Regem dicimus solum esse iusticiam nostram? quod sola in ipsum fide affirmamus contingere remissionem peccatorum et vitam aeternam? Sed nihil moveat nos furor mundi. Scimus enim ex hoc Psalmo, datum Regi nostro imperium in omnes Gentes, ut sint possessio eius, hoc est, ut per ipsum salventur et accipiant remissionem peccatorum et Spiri[Bg. L]tumsanctum. Qui autem eum agnoscere nolunt, de his aliud iudicium postea erit.

Igitur vocabulum 'Gentes' non ita nude pro materia est accipiendum, sed complectitur omnia, quae Gentes habent, iusticias, sapientiam, potentiam, leges et caetera, quibus se credunt et adversus civilia mala et aeterna tutos.

Vide Romanum imperium non solum potentia, sed legibus quoque praeclare munitum. In eo invenies excellentes viros, quorum virtus ad coelum usque literis tollitur. Hos admiratur mundus et praedicat, ac imprimis religionis studio capiuntur animi. Sed quid dicit hic Psalmus? 'Postula a me et dabo tibi gentes' hoc est, non iuvabit Romanum imperium sua potentia, non leges, non virtus, non religio: Tui sunt et tibi traditi, hoc est, Si in te crediderint, placebunt mihi et erunt in gratia, Si non, abiiciam et perdam eos, nec poterunt se tueri.

Pertinet igitur hic versus ad nos consolandos contra scandalum crucis. Nam, ut Psalmus initio dixit, Gentes tumultuantur, fremunt populi, insurgunt Reges, Principes consultant. Neque abeunt haec sine Ecclesiae periculis et certis incommodis. Sed hic statuamus postulasse Christum imperium in

Hs] Christus Rex sic gentibus, ut etiam animabus, iusticiis etc. dominetur. Ibi comprehenditur diabolus, mors, vita, salus, iusticia, haec sunt autem dei. Ergo ille Rex, cui dat deus suum proprium Regnum, est verus deus, quia Caro, diabolus non possunt dominari super iustitiam etc. 'Regnum' simpliciter vocat regnum super omnia, i. e. super summas res, ut est iustitia, salus, 𝔙. 11 damnatio, ut infra. Sunt clarissimi Textus ad defendendum articulum de divinitate Christi, de regno dei. Ubi non angelus **helffen kan** nec diab⌊olus **ſchaden**. Angelus non potest vivificare, diabolus non occidere. Gentes habere in manu, **das heiſt** regnum dei proprie. Ar⌊rius: Christus est maxima creatura, perfectis⌊sima creatura et deus etiam de deo, natus homo, sed tamen

---

*1* Christus Rex *o* *über* etiam *steht* simul *2* sunt *über* ⟨est⟩ *3* suum proprium *o* *4 über* 'Regnum' *steht* huius Regis *5* ut est *o* *zu 7* Loci de divinitate Christi *r* *8* non occidere *o* *zu 9 ff.* Arrii dogma de Christo *r*

Dr] Gentes et a Deo patre id ei traditum. Insaniat igitur mundus, tumultuetur Satan cum toto inferno, non tamen praevalebunt. Nam Christi regnum est et erit, ac dominabitur in medio Inimicorum suorum.

Ad hunc modum in privata quoque lucta erigamus nos, cum animi lege, peccato, morte terrentur. Ibi arripiamus versum hunc: 'Tibi dabo Gentes possessionem tuam et fines terrae haereditatem tuam', hoc est, statuamus Christum autoritate Patris constitutum Dominum super omnia, ut salus ex ipso solo pendeat. In huius igitur mortem cum simus baptizati, huius nomen cum invocemus, huius verbo cum nitamur, statuamus victoriam nostram fore ac nos per ipsum dominaturos morti et inferno. Non enim Deus Pater hic de aliis aut coepis concionatur, tradit Filio in manus omnia, ut per ipsum salvi fiant, qui credunt, qui autem non credunt, ut pereant et damnentur.

Non igitur mundus, non Satan, non cor nostrum nos perturbet. Affligimur quidem et premimur varie, Sed praecessit nos in hoc ipso curriculo filius Dei. Sensit is quoque fremitum gentium et Regum minas ac conatus, sed tandem declaratus est Rex omnium gentium terrae, et dominatur ad salutem credentium et damnationem incredulorum.

Insignis igitur hic proponitur consolatio pro credentibus, quod cum habemus Dominum, qui totius mundi sit Dominus, cui Reges et Gentes omnes, etiam Satan ipse servire et parere aut interire et perire debent. Si rem videas, nihil huiusmodi apparet, et tamen exitus ostendit Spiritumsanctum vera dicere.

Vide quale Regnum Christi fuerit temporibus Apostolorum. Pauci numero et iidem contemptissimi ac faex vulgi erant, qui Regem hunc praedicabant et mundo ostendebant. Contra Synagoga florebat et dignitate et potentia ac totis se opponebat viribus his nobis Doctoribus. Tandem accedebat Romanorum imperium, id multorum millium Martyrum sanguinem effundebat

Hs] non naturaliter, substantialiter deus, sed est creatus deus. Sic Turca concedit Christum super omnes prophetas etc. Istis verbis imponitur simplicib[us, sic non etc. Cui dat deus reg[num suum proprium. quod est dei opus, da
Apg. 19, 11 gehort nicht ein creatur zu. Pau[lus fecit mira[cula. Sed ipsi: 'Deus operatus' per nos. Pet[rus non erat effector istorum operum, non autor, sed
Apg. 8, 15 instrumentum, prius cogebatur orare. Ibi vero tu, fili, eris autor, dat ei krafft. Si ipse accipit, ergo non est deus! Si deus dat, ergo non fuit etc.! Sed istis verbis declaratur, qualis sit. Nascitur, vadit, loquitur etc., postea
Röm. 1, 4 dat i. e. declarat ei, qualis fuerit, per Evangelium, ut Ro. 1. Ibi dat, accipit
Joh. 5, 21. 36 et dicit, q[uicquid fecerit ille etc. 'Sicut pater vivificat', etc. Et: 'opera, quae facit pater, ego facio.' Das heiſt nicht instrumentum, sed effector. [Bl. 19a] Arrogare sibi potentiam ista faciendi non est instrumenti, ut Pet[rus

*zu 1/2* Turca *r* 4 nicht (nicht) *über* Pau[lus *steht* Pet[rus *zu 4* Cuius virtute apostoli fecerunt miracula *r* 6 fili *o* autor *o* 7 ipse *o* *über* Si deus dat *steht* istud indicant pro se facere *zu 7* Cavillatio Arrii *r* 8 *über* istis verbis *steht* 'postula a me' etc. *über* Nascitur *bis* loquitur *steht* demittit se in servanam naturam et infirmitatem postea *unter* (quorsum) 9 *über* Ro. 1. *steht* 'Declaratus in vir[tute' *zu 9 hinter* Ro. 1. *ist* ſonſt ſehe mans nicht, das die perſon deus wer, ideo declarirt ers *vom Rande eingewiesen*

Dr] ad opprimendum Regem hunc, nec apparebat tum Christum habere regnum in Gentes. Gentes videbantur dominari non Apostolis solis, quos occidebant impune, sed ipsi Christo, quem blasphemabant. Et tamen quis non videt tum Synagogam tum Romanum imperium huic Regi traditum? Quia enim eum noluerunt amplecti, ita perierunt, ut vix extent vestigia aut umbra quaedam tantae potentiae.

Ita hic versus pessumdedit, quidquid se opposuit Christo, Nec dubitabimus, quin hostes Christi, qui hodie Euangelio se opponunt, ad eum modum perituri sint. Non enim vana haec vox est: 'Dabo tibi gentes' etc.

Sicut autem Reges terrae insurgunt, sicut Gentes tumultuantur, sed ad extremum sentiunt irritos conatus et certum exitium, Ad eum modum in cordibus nostris saeviunt mors, peccatum. lex. Sed quia hic scriptum est: 'Tibi dabo gentes possessionem tuam', insurgere et aliquid conari hi nostri hostes possunt, vincere autem non poterunt. Hoc enim est Regi nostro datum, qui super Zion constitutus est. Huius unius est regnum, potentia et gloria in saecula saeculorum, Amen.

Idem de haereticis et Ecclesiae turbatoribus statuamus. Zinglius et Carlstadius iam movent turbas, Persuadere conantur simplicibus, in coena Domini tantum edi panem et bibi vinum. Christi autem verba, quibus affirmat hunc panem esse corpus suum et hoc poculum sanguinem suum, malitiose et impie depravant secundum cordium suorum vanitatem. Mihi igitur dubium non est, quin ipsi quoque daturi sint poenas huius impietatis et cum suo ingenti damno experturi tandem, quod Christus dominetur.

Hs] et Pau[lus, Sed in nomine domini stat ille etc. Iesus facit tanquam dominus,
habens potestatem vivificandi, iustificandi, et hoc habet a patre. Apud arri[a-
nos est scandalosum: 'Dabo', apud nos aedificatorium. Deus sua opera
propria et regnum non tradit alteri. Si vero dat, oportet, das Gott mit ſey.
Dat propter nos. Et omnes tibi commendo, omnes gentes, omnes fines terrae,
ergo tu es deus. Postea latius declarabit.

'Reges eos': Das heiſt abrogare, est[que abrogatio fortis. Fert senten- V. 9
tiam super omnes cultus, religiones, sanctitates; quanquam repugnent, tamen
non. Es mus zu trummern, denn was war das, ut deus constitueret regem
ad occidendum? Satan prius constitutus, Moses legislator dat diabolo gla-
dium in manum, Deinde peccatum dictat etc. Ideo iste alius Magister super
Mosen, diabolum, qui dicitur, quod destruit ea, quae Mose, Carth[usiani,
iusticiarii aedificant. Du ſolt, quicquid apud eos sanctitatis, cultus, iusticiae,
pietatis, 'franges' spiritualiter. Ergo coram deo nihil valet ulla relig[io,

---

*zu 2* Arriani *r* *3 über* apud nos *steht* iſt ein ſer koſtlich wortlin *zu 4* Hunc esse unigenitum filium a patre et omnia habere a patre *r* *zu 7* 'Reges eos in' etc. *r* *11 über* iste *steht* Christus *zu 11* Christus alius doctor quam Moses *r* *12* ea(m)

Dr] Emphasis igitur est in vocabulo 'Gentes', non enim nude accipiendum
est pro corporibus tantum seu materia, Sed complectitur iusticiam, sapientiam,
potentiam, voluntatem, rationem et omnia alia dona. Haec omnia Christo
subiicit Pater et obnoxia facit, ita ut simpliciter abiiciat et condemnet
gentes cum omnibus, quae habent, nisi in Christo et per Christum sint in
gratia. Sunt quidem aliquid in mundo leges, studium virtutis, disciplina,
iustitia etc., Sed ad Christum collata sunt nihil et merentur damnationem
aeternam. 'Gratia enim et veritas tantum per Christum contingunt', quem pater Joh. 1, 17
constituit Dominum super omnia, etiam super peccatum et mortem et Satanam.

Dixi autem supra, pertinere haec ad declarationem, quod sit filius Dei
seu natura Deus, Non enim creaturae est, dare vitam, abolere mortem et
sanare peccatum. Haec igitur quia Christus facit, et facit Patre ita volente,
iubente et donante, sequitur esse Deum, iuxta illud: 'Gloriam meam non Jeſ. 42, 8
dabo alteri.' Recte igitur Epistola ad Ebreos dicit: 'Cui angelorum dixit: Hebr. 1, 5
Filius meus es tu?' Ac nos ad eundem modum hic quoque recte dicimus:
Cui angelorum dedit Gentes in possessionem et fines terrae in haereditatem?

Conteres eos sceptro ferreo, et ut vas Figuli confringes eos. V. 9

Praecedens versus docuit, quod divina autoritate hic Rex constitutus
est ad destruendum, evellendum, damnandum, quidquid est religionis, sapien-
tiae, potentiae et iustitiae in toto mundo et apud omnes Gentes. Huic enim
soli Regi haec gloria reservata est, ut in nomine eius iustificentur et vivant,
quicunque iustificantur.

Hs] monach⌊orum sanctitas, institia, peregrinatio, quia heiſt: 'franges.' resistent quidem, Sed heiſt: 'In virga ferrea.' Non arundineam, stipulaceam, non fuchs=ſchwantz.[1] Euangelium ſchertzt nicht, greifft nicht[2] an. 'Virga' dicitur hic
Jer. 23, 28 f. doctrina Euangelii, quod contundit montes, Ut in Iere.: 'Quid triticum ad paleam? Est malleus conterens petras.' Euangelium contundit cervicosis⌊simam iustitiam Iudeorum. Das ſind petrae, rupes, indurati iusticiarii, Ut
Röm. 1, 18 P⌊aulus ad Ro⌊manos: 'Revelatur ira dei' etc. Das iſt ein wetter ſtein[3], ein ferrum, nihil excipit Iudeorum, gentium, iusticiariorum. Es laut bey uns ſchrecklich, sed est consolatorium, quia nihil pertinacius quam iustitia et sapientia operum; superbia kan noch gedempfft werden, formae superbia, sed superbia iusticiae, sapientiae petrae sunt. Da gehort nicht zw Cicero, Virgilius, sed ein wetter ſtein, blix, donner et virga ferrea: Tu es simpliciter damnatus, sive sis Iudaeus etc. [Bl. 19b] Carthusiane, tu es petra. Das heiſt: 'Reges eos in virga.'

28. Maij. Coepimus dicere quod divina autoritate iste Rex constituitur ad destruendum, evellendum, perdendum, quicquid est relig⌊ionis, sapientiae, potentiae, iustitiae, quia huic soli reservatum, ut in nomine filii istius iustificentur, vivant etc. habeant infinitos Moses, doctores iuris, insticiae etc., monachi, Iusticiarii, in isto uno ſthets allein. Futurum erat, ut totus mundus et princeps mundi opponeret se totis virib⌊us huic uni, quia non potest ferre, ut experientia discimus, ut sua sapientia etc. damnetur, sua iustitia sit pec-

2 *über* heiſt *steht* es *zu 3* 'Virga' *r* *zu 4* Iere. 23. *r* *zu 7* Ro. 1. *r* *8 über* ferrum *steht* virga ferrea 9 ſchrecklich] ſcherklich *10* superbia *(2.) mit Strich zu* gedempfft werden *gezogen* *17/18 über* iustificentur *steht* quotcunq⌊ue iustificantur *19 über* ut totus mundus *steht* ut in principio huius psalmi *zu 19 ff.* Quomodo excipiatur Christus et verbum suum a mundo *r* *20 über* huic *steht* filio non ⟨eum⟩ *über* potest *steht* mundus *21 über* ut *(1.) steht* hodie

[1]) = *leichte Züchtigung.* [2]) *Erg.* mit Fuchsſchwänzen. [3]) = *Gewitterstein. L. sagt sonst Donneraxt; s. DWtb. Donnerstein.*

Dr] Habeant igitur Iudaei infinitos Moses, si unus eis non satis est, habeant gentes Doctores iuris et insticiae, habeant Monachi et iusticiarii certas religionis notas, si hunc Regem non habent, si eius insticia non sunt ornati et donati, sunt et manent in Regno Satanae, in peccatis et morte.

Atque haec causa est, quod mundus, sicut initio Psalmi huius Spiritussanctus vaticinatus est, totis viribus huic Regi se opponit nec vincula haec vult sustinere. Non vult, ut etiam hodie experimur, damnari sapientiam suam, non vult accusari insticiam suam, quasi sit peccatum, non vult potentiam suam contemni tanquam infirmitatem. In summa, non vult ferre sententiam hanc, quod omnia sua sint nihil. Si enim illa misera metalli substantia, aurum scilicet et argentum, facit inflatos homines et superbos, Quanto magis religio, insticia et notitia legis divinitus datae inflabunt infirmos animos?

Hs] catum et sua potentia infirmitas et in s[umma omnia sua nihil. Ubi pecunia est, ibi superbia; etiam illa misera substantia metalli facit inflatos homines, quantomagis religio, iustitia et Moses et lex divinitus data. Illi non volunt reprobi et publice accusari rei. Ideo ghens an einander, komen zween harte ſtein zu ſamen.[1] 'Lapidem, quem' etc. Lapis est et reprobus. Ipsi non Matth. 21, 42. 44
reprobi, sed optimi doctores insti[tiae, Sancti potentes. Sed: 'qui cecid[it super' etc. Es mus ſo ghen, man ſtoſſe ſich dran oder falle drauff, der ſtein wil recht haben.

'Pasces, reges': i. e. du ſolt zu ſchmettern omnes gentes, fines terrae, vel conteres, confringes. Et quicunque restiterit, non praevalebit. suscitabitur totus orbis, omnes fines terrae et opponent semper totis viribus, non praevalebunt. surgent haereses, pseudofratres, Tyranni. omnia opponent se contra hanc doctrinam huius regis, quia vult facere omnes fatuos, nihil et solus

1 et infirmitas sua potentia omnia sua *vom Rande eingewiesen*  2 est *o*  3 data (et ratio) *über* Illi *steht* mundus, iusticiarii  *zu 5* Matth. 21. *r*  *6/7 über* 'qui cecid[it super' *steht* inquit Christus  *9* du *o*  *zu 9* 'Pasces eos in virga' etc. *r*  *13* vult *über* volunt *und mit Strich zu* regis *gezogen*

[1]) *Sprichwort s. Thiele 463.*

Dr] Cum igitur haec summa dona mundus audit per Euangelium reprobari et tantum commendari hunc Regem, non offenditur solum, sed etiam arma parat et totis viribus vindicare sua dona ab hac contumelia contendit. Haec certaminum acerrimorum occasio est, ut mundus et Rex hic infestis animis inter se concurrant, eo tamen eventu, de quo Psalmus 118. vaticinatur:
'Lapis, quem reprobaverunt aedificatores, factus est in caput anguli.' Pſ. 118, 22

Comparat Regem hunc lapidi, quem aedificantes reprobant, hoc est, abiiciunt tanquam ad nihil utilem. Contra, sicut statuunt lapidem reprobum esse, Ita se, iusticias suas, opera sua ornant hoc titulo, quod Deo placeant, quod sint Ecclesia et populus Dei. Haec contradictio et reprobatio necesse est ut sit, ubicunque hic Lapis est et aedificatores sunt, hoc est, tales, qui gloriantur se esse Ecclesiam et possessionem verae doctrinae et sanctorum cultuum sibi vindicant.

Quis autem horum certaminum tandem erit finis? Hic nimirum, de quo Psalmus dicit: 'Reprobatus lapis fit lapis anguli, qui totum aedificium sustinet, et fit, ut, qui cadent super hunc lapidem, confringantur, super quos
autem hic lapis ceciderit, ut comminuantur.' Sic enim Christus Matth. 21. Matth. 21, 42. 44
Psalmum hunc exponit, Et est prorsus eadem huius quoque loci sententia.

'Conteres', inquit, 'eos sceptro seu virga ferrea', Hoc est, concitabitur mundus contra te, non feret hoc de se iudicium, parabit vim et arma. Sed

16 parat] parit *im Urdruck*  17 certaminum] certa minimum *im Urdruck*

Hs] esse omnia. Sed surgant Sancti et furiant etc., sed tu debes eos pascere, confringere i. e. affligere, conterere, vel pascere i. e. du ſolt yhn ein biſlein zw freſſen geben, ut all dran erwurgen.[1] Et in virga invincibili. Ista non terrent nos, sed potius consolantur; sonat comminatorie et terribiliter, sed nobis consolatorie, quia Christum regem scimus infirmum laborare in multis infirmitatibus contra Tyran|nos, Schwer|meros et falsos fratres et nos ipsos in conscientia etc., [Bl. 20ᵃ] sed neque vera infirmitas nec multitudo sectariorum nec violentia tyranno|rum nec in corde vestro conscientia ſol hindern, sed zw=ſchmettert werden. Ideo Euangelium, quod praedicatur, deb|et dici ferrea virga, quamquam nihil iucundius, consolatione plenum, non tyranis sed nobis est virga salutis, quia nos iam sumus destructi, quod efficere debuit, iam effecit: damus deo honorem, dicimus nos nihil, infirmos, peccatores. Sed qui

2/3 *über* zw freſſen geben *steht* et ein ſupplein kochen[2] 3 *über* invincibili *steht* ferrea adamantina 10 *über* iucundius *steht* Euangelio *über* consolatione plenum *steht* nihil magis tyranis sed *o* *zu* *10* 'Ferrea virga' *r* 11 quod efficere debuit *o* 12 deo *o*

[1]) *S. Unsre Ausg. Bd. 47, 80, 17.* [2]) *Sprichw., Unsre Ausg. Bd.* $34^{2}$*, 289, 9.*

Dr] quo eventu? hoc nimirum, ut tandem conterantur et pereant. Habes enim virgam seu sceptrum ferreum et adamantinum, quod sustinere non poterunt etc.

Si cui magis placet latina translatio: Theroem, 'Reges eos', seu, ut Hieronymus vertit, 'pasces eos', Ne haec quidem insuavis aut inconcinna figura est. Sic enim nos quoque germanice solemus loqui: Du ſolt jhnen ein biſlin zu freſſen geben, da ſie an ſollen zu dewen haben, Dabis eis pabulum tale, quo peribunt.

Est igitur versus comminatorius, et terret impios, qui huic Regi se opponunt. Contra nobis est consolatorius, qui nos cum hoc Rege coniungimus ac scimus esse eum quoad mundum infirmum Regem, laborantem in multis infirmitatibus, sive se ei opponant Tyranni et potentes in mundo, sive falsi fratres et autores sectarum ac haeresum, sive etiam conscientia nostra; Sed tanta infirmitas nostri Regis non est, neque etiam potentia adversariorum tanta, quin tandem omnes, qui se ei opponunt, ruant et pereant.

Retineamus igitur consolationem hanc, cum mundus furit ac vi et armis contra Regem hunc grassatur. Etsi enim mundus habet magnam potentiam, contra Rex hic admodum est infirmus, Nihil enim habet, quo pugnet, quam verbum Euangelii, quod secure a mundo contemni videmus, Tamen hoc ipsum verbum, sic contemptum et neglectum in mundo, tandem destruet omnes suos hostes. Est enim, ut Propheta hic loquitur, ferreum sceptrum, contra mundus est vas figulinum, levi igitur impulsu ferri vas Figuli disiicitur.

Cur, inquies, hoc nomine Euangelium appellat Spiritussanctus, cum re vera sit verbum recreans animas et salvans, sicut Christus quoque non venit

Hs] adhuc stant in lege, religione, fiducia etc., istis Euangelium est ferreum sceptrum et ſols zuſchmettern.

Et Tanquam lagena, 'Vas': ein ſchoner handel, das einer ein eyſern kolben nimpt et ein vas testaceum conteret. Significat illam invictam virtutem verbi, quamquam absconditam, quia coram mundo apparet nihil infirmius, contemptius, ut ein ſtrohalm, der zutretten wird. Papa, Caesar etc. cogitant, quando diu praedicavimus: nos regnamus; ipsi mendici sunt. Impossibile

*1* Euangelium *o* sceptrum *o* *3 über* Tanquam *[?]* lagena *steht* 'Tanquam vas' *über* handel *steht* werlich *zu 3* 'Eos *[geschrieben* Es*]* tanquam vas figuli' *r* *4* vas *bis* conteret *vom Rande eingewiesen* *6* wird *o* *7* ipsi mendici sint *o*

Dr] ad perdendum mundum, sed ut salvet mundum. Hic autem diversum vaticinatur Spiritussanctus, quod mundum sit vastaturus?

Respondeo: Verum est, quod hoc Christi officium est, ut salvet, ut a peccatis liberet et donet aeternam vitam. Sic Euangelium quoque recte dicitur a Paulo 'potentia Dei ad salutem omni credenti'. Qui enim Christum Röm. 1, 16 amplectuntur et verbo eius credunt, vere consequuntur salutem. Ideo scriptura quoque eum vocat 'anguli Lapidem', qui sustinet totum aedificii pondus, Matth. 21, 42 cui totum aedificium innititur, ne corruat. Qui autem Christum non amplectuntur et verbum eius oderunt, hi, quia salutem suam abiiciunt, quomodo possunt non perire? Qui huic Lapidi non volunt inniti, sed aperta fronte contra eunt, qui aut cadunt in hunc Lapidem, aut super quos hic lapis cadit, quomodo non possunt laedi?

Igitur Christus quoque dicit, Ioh. 12.: 'Non veni, ut iudicem mundum, Joh. 12, 47 f. sed ut salvem mundum. Qui me spernit et verbum meum non accipit, is habet, qui eum iudicet: Verbum, quod locutus sum, iudicabit eum in novissimo die.' Est quidem sceptrum seu virga salutis verbum Euangelii omnibus credentibus, Sed qui hoc abiiciunt, quia salutem abiiciunt, non possunt non perire. Non culpa verbi, quod sanctum est et vitam offert, sed sua culpa, quod hanc salutem, quae offertur, reiiciunt et nituntur potius sicut Iudaei lege et sacrificiis, sicut Monachi votis et traditionibus suis, sicut iusticiarii omnes cultibus, quos ipsi sibi delegerunt. Cur enim non humiliant se, cur Deo non dant honorem, cur non fatentur se miseros esse peccatores, et Christum amplectuntur? sic enim esset eis Euangelium salutis et vitae virga.

Diligenter igitur notabis hanc descriptionem, quod Euangelium appellatur sceptrum ferreum, Qui autem Euangelio se opponunt, testa aut vas figuli. Profecto non magni negotii res est, si manibus teneas ferreum malleum, ollam fictilem confringere. Quid enim tuis viribus, quid brachiorum pondere opus est? Ferrum temere in ollam cadens, eam confringet.

Pertinet igitur haec descriptio ad significandam illam invictam virtutem verbi, quae non cernitur oculis, sed est abscondita. Si enim mundi seu

Hs] est nos convelli, sumus conglutinati, nostri verbum audientes rident, nihil est stultius eis, quam quod ista doctrina debeat subvertere orbem terrarum. Quid erat Petrus, Pau[lus, quod mutare vellent religionem Iudaeorum et subvertere regnum etc.? fuit eis risus. Et tamen ista vox infirma Pauli et
Jeſ. 30, 14 Pet[ri fuit vox ferrea, Et placet ista figura Esaiae: 'Sic confringitur, ne quidem possit portari igniculus' etc. Sic Iudaei contriti per verbum infirmum, Et verbum, quod ipsi occiderunt, crucifix[erunt, hoc occidit eos, Et sic, ut iam videantur dispersae testae per totum orbem, ut nulla particula valeat ad unum igniculum, ad docendum, ad opus ullum bonum, non habilis ad usum aut fructum. Sic Episcopis, Schwer[meris et Turcis etc. ſols ghen et omnes oppositores ſollen heiſſen fracta testa, in qua non possit gestari igniculus etc. Sed non apparet iam, ergo nobis praedicatur. Coram deo iam

*1* est *o* *2* quod *o* *4* regnum *o* *zu 4* Euangelium virga ferrea *am Rande quer* *zu 5* Esa. 30. *r* *7* verbum *o* *9* ad *(1.) o* *10* usum *c aus* s[ ſols (ſo) ghen *11* omnes oppositores *c aus* omnib[us oppositorib[us *12 über* iam *(1.) steht* imo diversum iam *(2.) o*

Dr] rationis iudicium sequaris, quid est verbo infirmius? quid contemptius? Non enim ferrum, sed stipula aut levis palea esse videtur, quae infirmo anhelitu seu spiritu loco movetur nec potest consistere. Ita enim Reges, Pontifex, Episcopi et tota impiorum turba cogitant de nobis, esse nos numero paucos et miseros mendicos, qui ne apud nostros quidem aliquo in loco sumus. Secure igitur nos et verbum, quod praedicamus, contemnunt, non metuunt ruinam, non calamitatem aliquam a nobis. Sunt enim numero multi ac valent potentia, dignitate et opibus. Rident igitur tanquam suaves ineptias, cum minamur certas poenas secuturas contemptum verbi tam insignem.

Sic Petrus, Paulus et alii Apostoli quid erant, collati ad Synagogam, cuius doctrinam, cultus et totum sa[Bg. M]cerdotium conabantur mutare? Suavis risus movebatur Pontificibus ex his conatibus. Sed tu vide, quid secutum sit. Nonne infirma ista vox Petri, Pauli et aliorum vere fuit ferrea vox, fuit malleus, quo Synagoga 'tanquam testa contusa et in pulverem redacta
Jeſ. 30, 14 est, adeo, ut ne quidem testa supersit, in qua (ut Esaias hanc figuram imitatus ait) igniculus gestari possit?' Non enim solum per totum orbem terrarum miser populus dissipatus est, sicut testae, sed ne particula quidem restat ad ullam rem utilis, simpliciter sunt reprobi et neque ad Rempublicam nec Ecclesiam utiles.

Idem accidet iis, qui hodie se verbo opponunt, Papae et eius complicibus, Turcae, sectariis et Schuermeris nostris, qui falsis dogmatibus de coena Domini, de Baptismo etc. perturbant Ecclesias. Omnes hos Spiritussanctus hic pingit, quod sint fracta testa, in qua non possit gestari igniculus. Sed non apparet iam haec verbi potentia. Imo diversum apparet, Doctrina nostra

Hs] factum est etc. Sic erit revera. Nemo desperet, sed omnia praesument. Dem verbo iſt nicht zw wheren, quia huius verbi autor est s[umma sapientia, potentia, iustitia divina et super omnia. Et ideo etc., ut ostendatur sua contra istas futiles, inutiles, quamquam inflatas iusticias Papae, Turcae, qui sunt mere bullae, conterat. [Bl. 20$^{b}$] Nobis studendum, ut eam doctrinam amplificemus. Est certissime futurum, significat propheta futurum, quod totus mundus resistet, molietur Satan non solum in tyrannis, haereticis, sed pseudofratribus, imo in nostris ipsorum cordib[us. Et sic amplifica hoc verbum, ut, quicquid est sapientiae, insticiae sive extra, intra nos, ſol huic verbo weichen. Quantum potens diabolus est foris in tyrannis, plus in cordib[us, habet adhuc partem nostri, scilicet carnem, vexando nos desperatione, tristitia,

3 sua *mit Strich zu* iustitia *gezogen*  6 *über* certissime futurum *steht* quod dixi  9 *über* intra *steht* sive  *zu* 9 tyrannidis etc. *vor der Zeile vor* sive  10 diabolus *o*

Dr] videtur in tanta adversariorum multitudine prorsus casura, Impii doctores, idolatria, tyrannis videntur praevalitura.

Pertinet igitur versus hic ad nos consolandos, ne abiiciamus animum et desperemus, sed statuamus, sicut coram Deo hostes verbi iam iudicati et praecipitati sunt in infernum, ita iudicium hoc suo tempore manifestatum iri. Verbum enim Dei tanquam torrens nulla vi poterit cohiberi, faciet, quod natura solet, ut salvet credentes, Impios autem ut damnet et conterat, idque ideo, quia Autor huius verbi est sapientia, potentia, iusticia divina, ideo est super omnia, quae nos habemus et sumus. Quid enim est Papa cum iusticiis suis? quid Turca cum potentia sua? Quid Sacramentarii? quid Anabaptistae cum suis pithanologiis et fucatis rationibus? nihil profecto nisi futiles et inutiles bullae, quae inflatae sunt et aliquid esse videntur, sed subito evanescunt.

Amplificemus autem nobis praesertim his novissimis temporibus has consolationes de invicta verbi potentia. Fieri enim non potest, quin animi nostri perturbentur in tanta scandalorum multitudine et infirmitate Ecclesiae. Non enim ludus aut iocus est, quod totus mundus se nobis opponit. Turcam et Papistas si conferas, dissimillimi inter se sunt et esse volunt. Sed in hoc consentiunt, quod contra Christum pugnant et doctrinam hanc volunt sublatam.

Est quoque magnum nobis periculum a falsis fratribus et autoribus impiorum dogmatum. Quin etiam corda nostra nos oppugnant et hanc consolationem, quam per Christum habemus, conantur reddere dubiam.

Necesse igitur est, ut amplificemus nobis verbum et eius potentiam ac statuamus: quidquid sapientiae, iusticiae, tyrannidis sive extra sive intra nos est, hoc omne aut cedat verbo oportet, aut ruat et pereat. Quanta potentia Satanae foris sit, in tyrannis sentimus, Sed profecto longe est potentior in cordibus nostris. Habet enim maximam nostri partem, nempe carnem nostram,

Hs] conscientia peccati, contra haec omnia ſitzt der konig oben, qui dicitur filius dei et furt ynn ſeinem verbremten rock den reime¹: 'Rex Regum', das iſt
Offb. 19, 16 verbum domini, In Apo. Es ſol bey vns bleyben iusticia vera, sapientia, institia, consolatio, velint, nolint mundus, diabolus, quia verbum manebit. Illum unum spectemus super omnia, quia est constitutus pontifex et Rex super omnia.

'Figuli': pulchra similitudo. non ut gold et ſilber, da die ſcherben noch gut ſind, sed ut topffen, ubi non etc.

V. 10 'Et nunc': Das heiſt werlich ſtoltz gepredigt, ſo ſol man noch predigen. Quando den konigen auff die hauben greifft², ſol man einen verbrennen. Ein

2 den reime *vom Rande eingewiesen* 3 *über* In Apo. *steht* cap. 19. *zu* 3 Apo. 19. *r* 7 *über* ut *steht* disiiciam *unter* gold et ſilber *steht* aureum vas vel argenteum *zu* 7 'Tanquam vas figuli' *r* 9 ſtoltz *o* *zu* 9 'Et nunc Reges' *r* 10 *über* Quando *steht* man konigen (itzt)

¹) = *den Titel.* ²) = *in die Rechte, in ihre Hoheit eingreift; vgl. Unsre Ausg. Bd. 49, 83, 20; Bd. 30¹, 166, 29.*

Dr] eam incitat, ut vexet corda desperatione, tristicia, conscientia peccati et aliis similibus telis vere ignitis.

Sed statuamus secundum huius Psalmi vaticinium, sedere contra haec omnia mala et difficultates omnes Regem nostrum Christum, qui est filius
Offb. 19, 16 Dei, ac ornatus hoc titulo, quod sit Rex regum, Apoc. 19., ac tenere manu ferreum malleum, Esse autem Tyrannos, Haereticos et quidquid se verbo opponit, vas figuli. Cum igitur inter hos committitur certamen, impossibile est, ut figulinum vas praevaleat ferro, ferrum comminuet et conteret testas. Manebit autem apud nos, sicut credimus, vera iusticia, sapientia, salus et vita, velit nolit mundus et Satan. Nam verbum Domini manet in aeternum, Manet Pontifex et rex noster Christus, manebimus nos quoque, qui in eum credimus, Hostes autem verbi omnes ruent et peribunt. Amen.

Non autem eo solum respicit Spiritussanctus, cum utitur similitudine vasis figulini, quod facilime et sine omni negocio frangatur, sed quod fracta vasa figulina nullius prorsus sint usus. Lignea cremari possunt et valent ad ignem succendendum, ferrea vasa, argentea, aurea si frangas, reliquiae tamen sunt alicuius usus, Sed partes figulini vasis prorsus ad nihil sunt utiles. Sic abiicientur in aeternum hostes verbi.

V. 10 Nunc ergo, Reges, erudimini, Sinite vos castigari, Iudices terrae.

Hactenus Regem Christum et Regnum eius Propheta Spiritusancto plenus pinxit, Nunc addit Concionem exhortatoriam, cuius nihil simile invenies in omnibus literis. Hoc enim solent alii scriptores, commendant imperia et magistratus ac hortantur ad obedientiam subditos, ac bene quidem, Sed Propheta diversum facit, non loquitur cum rusticis, non cum servis, non

Hs] grobiane iſt der pſalm. Ponit in coelum os et loquitur cum Regib[us] contemptissime; si cum Rusticis, pueris, servis, ancillis, Ja wol, — sed simpliciter den konigen auff die ſchwarten gegriffen.[1] Quid est? Nonne tragica verba? Nullum Regem excipere, totum orbem terrarum alloqui. Ille ergo Rex non sine Cruce, vexatione regnabit, quia propheta dicit, Reges fore rebelles, Et ledt auff ſich Reges et principes orbis terrarum. Das wil nicht disputatio scholastica ſein, Reges vocare ad iustitiam. Quid maius in orbe terrarum quam Reges? Non tantum eum, qui regnat, sed vos, regna sapientissima, potentis[si]ma, iustis[si]ma, qui habetis iura et administratis orbem terrarum legib[us] divinitus datis. Vos cum vestris legib[us], iurib[us], iusticiis

1 in[1] os[3] coelum[2]   2 *über* ancillis *steht* sic loqueretur   4 totum *c aus* totius   5 *über* dicit *steht* in principio psalmi   7 ſein *o*   8 *über* regna *steht* Reges   *zu* 8 Reges *r*

[1]) *Die Kopfschwarte ist gemeint, s. S. 276, 10 und Unsre Ausg. Bd. 33, 681.*

Dr] cum pueris, ut sint obedientes, sed cum ipsis Regibus, et mandat, ut patiantur se erudiri et disciplinari.

Quid unquam audivisti simile, vocari ad disciplinam eos, qui aliis imperant? An non magna superbia est, sic contemptim cum Regibus loqui in genere, nullum excipere, sed omnes simul alloqui tanquam fatuos, qui nihil intelligant, tanquam sine legibus, sine disciplina omni viventes? Si enim iam antea sapiunt, cur dicit: 'intelligite'? Si reguntur legibus, cur dicit: 'disciplinamini' seu: 'accipite disciplinam'?

Atque haec causa est, quod hic Rex, sicut Propheta initio dixit, non regnat sine cruce et variis vexationibus infinitorum hostium. Quia enim sine ulla exceptione omnes alios Reges ad disciplinam vocat, quia damnat leges, iusticiam, sapientiam, et ipsos Reges ac Iudices terrae stultos vocat, quibus magistro opus sit, qui eos doceat iusticiam et disciplinam, ideo insurgunt contra eum, nolunt doceri, nolunt haberi pro stultis.

Num igitur, inquies, imperia mala sunt aut leges damnandae? Minime. Sunt enim ab ipso Deo condita imperia et Leges. Sed tu hunc Regem considera, qualis sit. Non est mundanus Rex, sed est Doctor, qui docet de remissione peccatorum et vita aeterna consequenda. Huc si leges, si imperia transferas tanquam ad salutem consequendam profutura, falleris. Non igitur damnat sapientiam et iusticiam Regum, si consistant suo in loco, hoc est, si rationi subiectas res moderentur ac gubernent sapientia sua et honestis moribus alios quoque invitent ad legum obedientiam et communi tranquillitati serviant. Hic enim etiam premia sua habet industria et virtus, Deus enim addit successum. Sed fiducia horum donorum aspernari verbum, abiicere mediatorem Christum, sperare salutem etc., hoc peccatum illud est, quod in potentissimis, sapientissimis et sanctissimis Rex hic damnat, et ideo iubet, ad se ut veniant, ex se ut discant, se ut audiant etc.

Hs] [Bl. 21 [a]] hie her zur ſchul. Hoc est iterum damnare, quod quidem suaviter admonet, sed etc., i. e. quicquid est regum, Iuristarum, medicorum, **alle monche, Nonnen** etc., quicquid est magnum, bonum, simpliciter damnatum et ynn die helle geſtoſſen. Et postulatur, ut deponant suam fiduciam suarum iusticiarum
Pſ. 89, 26. 28 et humiliauter arrepant et confugiant ad istum. 'Ego ponam in mari' etc.,
Jeſ. 52, 15 'et exelsum'. Et 'omnes reges continebunt', Esa. Omnes reges erga eum debent esse ut discipuli erga praeceptorem. Propheta bene sentit obstacula Euangelii, sed propter nos sic loquitur, ne scandalizemur, ne deficiamus a

2 Iuristarum *scheint* Iuristis  2 monche  4 geſtoſſen *o*  5 *über* arrepant *steht* zu ╳ [= kreuze] kriechen  *über* Ego ponam *steht* Sic alibi  *zu* 5 ps. 89. *r*  6 *über* Esa. *steht* c[ap. 52.  eum *o*

Dr] Abrogatur igitur hic quoque non solum Moses et lex, sed omnia imperia cum omnibus donis, quae habent, cum sapientia, potentia, legibus, disciplina, virtutibus, religionibus omnibus et studiis, quod ad salutem prorsus nihil prosint. In hoc autem uno ostenditur esse salus posita, si hunc Doctorem audias, si te illi regendum, assuefaciendum, fingendum et formandum praebeas. Hic enim Rex, ut vulgo aiunt, est fac totum, Deo nihil placet, nihil Deo gratum est praeter hunc Regem.

Igitur qui hunc Regem non amplectuntur, qui se ad eius pedes non abiiciunt, qui non ipso Mediatore utuntur, hos odit, abiicit et in aeternum damnat Deus, nihil curans opera, nihil virtutes, nihil studia eximia, nihil iusticiam et sanctitatem, qua se coram Deo commendari credunt. Solus enim hic est Filius, in quo Patri complacitum est, solus omnia habet et possidet ex voluntate Patris.

Pertinet igitur hic quoque versus ad nos confirmandos contra ingens scandalum, quo Ecclesia vexatur. Si enim rem spectes, contrarium fit. Non patiuntur doceri se Reges et Principes, sed vinculum hoc disciplinae, sicut supra Spiritus dixit, summa vi conantur disrumpere. Huc accedit Satan, qui cum toto inferno huic Doctori se opponit et excitat falsos Prophetas. Nec corda nostra quiescunt. Nam exagitata per legem, peccatum et mortis metum quaerunt alia praesidia, quam Doctorem hunc.

Hic excitemus nos et hoc versu nos consolemur, quod hic solus sit Doctor, quo recte possimus erudiri, ac futurum, ut, qui hunc non audiant, simpliciter pereant cum omnibus donis et praesidiis suis. Sic apud Esaiam
Jeſ. 52, 15 dicit Dominus capite 53.: 'Super ipsum continebunt Reges os suum', hoc est, Omnes Reges terrae, ad eum collati, erunt sicut discipulus ad praeceptorem: Praeceptor loquitur et docet, Discipulus tacet et auscultat.

Ad hunc quidem modum gerere se debebant reges, si vellent consequi salutem, ac sane omnes qui salvantur, continent os suum et obediunt voci
Luk. 2, 34 Euangelii. Sed maior pars diversum facit. Est enim noster Rex 'positus

Hs] vero Rege, et ſol ſo ſein, quando damnant Episcopi etc. Iudaei, heiden et sectae, imo nostra corda wollens nicht leiden, ſchadt nicht, es ſol ſo ſein. Denckt vnd weicht, sive angeli, diaboli, mundus, Reges, sancti. Ille unicus debet replere totum orbem terrarum. Pau|lus: 'Omnia implet', Eph., ut Eph. 1, 23
haereamus in illo uno. haec vera Theolog|ia.

'Nunc': cum aughet. prophetae promiserunt, iam erit practica; cum venerit, mittet Apostolos et annunciabit per eos. infirmiter[1] wirds zu ghen, ut putetur nihil fore, sed nunc est etc. Cedant omnes Reges etc. Quomodo?

'Intel|ligite': i. e. praebete vos dociles, laſt euch leren, meiſtern. Sic 'Erudimini', laſt euch caſtigirn, qui estis 'iudices terrae'. Hi sunt maximi homines, das mögen ſchuler ſein. Quicquid est Regum, ſollen her, os halten et discant. Das kan nicht zughen nisi divina Maiestate operante. Nam reges

*4* implet *o* *zu 4* Ephe. 1. *r* *zu 6* 'Et nunc, Reges, intel|ligite' *r* *8* fore *o* *zu 9 vor* meiſtern *steht nochmals* laſt euch *am Rande vor der Zeile* *11 über* os *steht* mund *zu 11 hinter* Regum *ist* Etiam novissimus Iudas Apostolus *[Judasbrief V. 15 f.] vom Rande eingewiesen*

[1]) *Luthers* 'ſchwechlich', *s. Unsre Ausg. Bd. 45, 578, 27.*

Dr] in signum, cui contradicitur'. Qui autem contradicunt, quod inde ferunt lucrum? hoc scilicet, quod damnantur et abiiciuntur a Deo. Definita enim sententia est, quod huic Regi debent cedere non solum Reges et Principes, sed etiam portae inferorum et omnes Angeli. Solus enim debet 'replere Eph. 1, 10
coelum et terram' et omnia, Sicut Paulus dicit, nobis ad consolationem, ut firma fide in eo haereamus et per eum solum speremus salutem. Haec est vera Theologia, quae animos docet et erigit in summis periculis.

Particula temporis 'NVNC' non est ociosa, significat enim tempus invulgati Euangelii per Apostolos. Hic si speciem consideres, non solum summa apparet infirmitas, sed etiam manifestum periculum in re est. Numero enim pauci et contempti ex infima plebe homines novum genus doctrinae spargunt in mundum et docent salutem per Christum crucifixum, idque eo modo, ut omnia alia ad salutem instituta damnent.

Hoc scandalum videt Spiritussanctus, ideo dicit: 'Nunc intelligite, Reges', hoc est, praebete vos instituendos et docendos, 'Et erudimini, qui iudicatis teram', hoc est, sinite vos castigari, sinite reprehendi vestras iusticias et religiones et parete huic Doctori, Hic vos docebit veram viam salutis etc. Sicut igitur supra ipse Christus dixit se praedicaturum, Ita Spiritussanctus hoc in loco monet, ut Praedicatorem hunc nemo negligat. Facit enim ex rege Christo Doctorem ac totum mundum ostendit esse eius scholam, Discipuli autem eius sunt Reges et Iudices. Hi autem si hunc Doctorem audire debent, quid dubitabimus de illis, qui inferiore loco sunt? In summa, hic Rex docet totum mundum, ut omnes agnoscant se errasse cum omnibus suis iusticiis et meritis.

Hs] sic alloqui, ut agnoscant se errasse omnibus suis iusticiis, meritis etc., da helffe Gott, alioqui iſts vnauſgefochten, et tamen ſol ſo ghen. 1. vocabulum est 'Bina'[1], 2. 'Haskil'[2], oportet aliquid aliud discatis et mercken et kluger werden quam hactenus, vestrae leges, iusticiae non facient. Si possent, quid opus eos accusare stultos, ineruditos, nihil scientes? [Bl. 21b] Extra Christum est sapientia mundi insipientia, iusticia mera iniquitas, peccatum, potentia est infirmitas, vita est mors, omnia durch et durch.[3] Haec est vera concio, quae auff 1 biſſen ſo viel[4] etc. 'Intel|ligite': Haurit totum mundum, nemo potest concipere istam magnitudinem verborum. Inspicit Reges ut locustas, Ut

Matth. 25, 41 bacchauten, qui nihil sciunt. Et tamen est verum. Si omnes conveniunt, ſo heiſt: 'Ite, maledicti', Matth. 25. Hoc mandatum divinum, ut omnes credant, humilientur et agnoscant se erga istum Regem ut perditi, qui ab eo solum possint iuvari. Quando an ghet, resistetur, sinito, ineant consilia, was gilts? adhuc canent istum versum: 'Pasces eos' etc. Zwing|lius, Muntzer meints auch nicht. Was gilts? quicquid scripserunt, post 20 annos nihil etc. et memoria eorum simul interibit. Glorietur, quisquis velit, cum isto Christo, non.[5] Is filius ſol mein mund ſein et omnia aufrichten docendo et verbo.

2 vocabulum est *o* 4 *über* hactenus *steht* fuistis *unter* iusticiae *steht* iura, sapientiae 13 eo[1] possint[3] solum[2] iuvari[4] ghet(s) 14 was *über* (quid) 16 simul interibit *o* velit *c aus* velint Christo *o*

1) = בִּינָה. 2) = הַשְׂכִּילוּ. 3) *Erg.* nihil. 4) *Erg. nimmt, faßt; s. Unsre Ausg. Bd. 36, 104, 10.* 5) *Erg.* interibit.

Dr] Sicut autem in genere omnes ad hanc scholam Spiritussanctus vocat, Ita pauci admodum sunt, qui hunc Doctorem admittant. Igitur sequuntur turbae, fremitus, indignatio et quidquid iratus animus suadet. Et tamen Doctor hic triumphat tandem, Pereunt autem inobedientes discipuli, sicut paulo post dicet et supra quoque dixit.

Urgenda igitur vocabula sunt 'Intelligite' 'erudimini', significat enim Spiritussanctus, etsi Reges, Iudices etc. noticiam legis habent et studium virtutis, tamen nisi hunc Doctorem audiant et doceri se sinant, esse fatuos et stultos. Nam si cognitio Christi desit, omnis sapientia est stultitia, omnis iusticia est iniquitas et peccatum, quin ipsa vita quoque mors est.

Haurit igitur Spiritussanctus hoc versu totum mundum et omnia subiicit Christo. Cum Regibus loquitur, ac si essent locustae, cum sapientibus mundi, ac si essent pueri. Videt enim, quid tandem sit futurum, quod, nisi hunc Doctorem audierint, cum omni sua sapientia, iusticia, potentia sint addicendi aeternis flammis. Hoc enim mandatum est divinum, ut omnes

Jeſ. 52, 15 humilientur, ut 'contineant ora', sicut Esaias ca. 53. loquitur, ut agnoscant hunc Regem solum esse, per quem ventura sit salus et vita. Huic mandato qui parent, salvantur, qui non parent, pereunt.

Hs] 'Servite domino': Postulavit, ut ſein verbum cursum habeat. Postea V. 11 scitote, postquam praedicaverit et revelaverit vobis, qualis sit, gedenckt, ut sitis gehorſam et lebt, ut vult ipse. Hoc praedicabitur, quod 'serviendum domino in timore', ei, qui dicitur: 'filius meus', quod omnes debetis derelinquere vestram iusticiam, quicquid ante habetis potentiae, sinatis ei vnterthan ſein, ut sit ipse dominus, Ut ps. 8.: 'Constituisti' etc. Es ſol dem man Pſ. 8, 7 zw fus etc. Ipse accipit hoc verbo plenam potestatem et subiicit pater ei totum orbem terrarum et sic, ut cum timore et tremore ei serviatur.

3. Iunii.] 'Servite domino in timore': Audivimus in praecedentibus, quomodo David illum Regem institu⌊it et definivit, qualis et quantus esset, scilicet dei filius ab eterno genitus, verus deus, et temporaliter natus homo, ut possit institui Rex super montem Sion. Ille est maximus rex, dominus dominantium et traditum ei regnum tale, quod dicit 'omnes gentes, omnes fines terrae'. Ibi absoluta descriptio istius Regis; omnium aures, oculos [Bl. 22ª] vult esse attentes in hunc, sive Iudaei, gentes, iusti, sacerdotes, spirituales, politici magistra⌊tus. Es ſol an dem man allein liegen. Postea coepit eos exhortari: 'Et nunc', quicunque regnatis, sive spirituales sive corporales, 'Servite' etc.

*zu 1* 'Servite Domino' *r*  5 ei *c aus* eum  *zu 6* Ps. 8. *r*  7 pater *o*  *zu 10 ff.* Summa psalmi *r*

Dr] Servite DOMINO in timore, Et exultate in tremore. V. 11

Hactenus docuit Propheta, regem Christum constitutum super montem Zion, et definivit quoque eum, qualis et quantus sit, nempe filius Dei ab aeterno genitus verus Deus, et tamen temporaliter etiam natus homo, ut acciperet sedem Patris sui David et dominaretur in Zion. Inde dixit propagandum regnum in fines orbis terrae. Datae enim huic Regi sunt omnes gentes, ut sit Rex regum et Dominus dominantium, in quem oculi, aures et corda omnium hominum intenta sint, sive sint Iudaei sive Gentes, sive iusti sive peccatores, sive spiritualis magistratus sive politicus. In hoc enim uno Rege omnia sunt sita, Solus habet vitam, solus iustificat, solus salvat.

Huic doctrinae, quae praecipua huius Psalmi pars est, subiecit Propheta exhortationem, in qua personas nominat easdem, quas initio nominavit, Reges scilicet et Iudices, qui tumultuantur, cum hic Rex exercet suum officium, ac monet, ut tumultuari desinant et humilientur ac se praebeant discipulos, ut patiantur iudicari et damnari se tanquam peccatores et reprobos, ac Filium hunc audiant.

Ad hanc exhortationem etiam hic versus pertinet. Non solum enim iubet, ut audiant, sed postquam audiverunt hunc Regem, vult etiam, ut desinant ab insurgendo et ei serviant. Ac addit causam: Quia, inquit, hic Rex est DOMINVS seu verus Deus. Positum enim hic est nomen tetragrammaton, quod vocant et soli Deo tribuitur in scriptura.

Hs] Pulchre **meint**, ad quos loquitur, nempe eos, quos nominavit supra 'Astiterunt reges, pop⌊uli fremunt': **ghet ſein ab des ſpils**[1], **hort auff des tobens**, humiliamini sub isto rege, sinite vos iudicari tanquam peccatores et audite hunc virum et, ubi audieritis, non solum desinite a furore et a persequendo eo, sed potius servite ei. Hic nos accipimus dominum ipsum Christum,
V. 12 Regem; quamquam Iudei non concedunt, tamen infra coguntur: 'osculamini' etc. Et supra, quod serviendo deo servitur per hunc Regem, quia supra etc.:
V. 7. 8 'Tu es filius meus', Item: 'Dabo tibi gentes.' Coguntur ex consequentia Textus, hanc admittere servitutem praestandam ipsi deo in filio. Negent sane, tamen deus pater vult serviri sibi in isto rege. Ista vocabula scitis quam sint depravata sub Papatu, deus non dignatus fuit nos, ut inspiceremus Textum. Servire deo erat fugere in heremum, deserere magist⌊ratum, politiam,

*1* meint] mēit) *oder* meminit *2 über* reges *steht* 'gentes tumul⌊tuantur' *zu 5 ff.* Christiani, Servite Domino *r* *7* per *o* *8* tibi *o* *12* Textum *c aus* dextum erat *o* *zu 12* 'Servire Deo' *r*

[1]) = *zieht sich vorsichtig zurück; vgl. Unsre Ausg. Bd. 45, 530, 15.*

Dr] Iudaei neutiquam concedunt, quod persona, quam Prophetha supra 'Regem' nominavit, hic nominetur DOMINVS seu Iehova, sed frustra pugnant. Nam statim subiicit: 'Osculamini Filium.' Quia autem verbum osculandi est vocabulum cultus, vult Pater, ut hunc Filium adorent et ei serviant omnes. Et ostendit, quod, dum huic Regi servitur, servitur vero Deo, et qui vero Deo servire volunt, ut id faciant in Filio.

Hos. 3, 5 Ad hunc modum cultum Dei et huius Regis Hoseas capite tertio coniungit, cum inquit: 'Tum convertentur filii Israel et quaerent DOMINVM Deum suum et Regem suum David.' Quia enim Pater et Filius unum sunt, coli Pater sine Filio non potest. Ac mandat Pater, ut, qui vere servire sibi volunt, Filio serviant et eum audiant. Qui autem Filium negant, sicut Iudaei et Turcae, hi etiam ipsum Deum negant et sunt abhominabiles Idolatrae.

[Bg. N] Reiiciamus igitur Iudaeorum somnia et statuamus filii personam, qui est filius Davidis et sedet in arce Davidica Rex, esse Deum ac appellari Hoc in loco augusto illo nomine Dei, hoc primum est, quod monendum hic fuit.

Alterum est, ut etiam verborum propriam significationem observemus. Scitis enim, quam vocabula haec depravata sint in Papae Ecclesia, quibus Dei cultus significatur. Factum autem id eam ob causam est, quia nemo dignatus est inspicere textum diligentius, seu potius Deus propter nostram ingratitudinem tanta nos coecitate flagellavit, ut, quae ante oculos essent, non videremus. Consule enim recentium Theologorum libros, et videbis, 'servire Deo' eis nihil esse aliud quam fugere in eremum, deserere politica aut oeconomica officia et sese abdere in monasterium.

Hs] oecono|miam etc. tam caeci fuimus, quia non legimus biblia, non videntes, quod Apostoli diligenter inculcaverint curam parentum erga filios, fidelitatem servorum ergo dominos etc., omnium hominum ordines etc. et dominorum erga servos aequitatem. Sed ista relinquebamus mutare habitum, genus a deo conditum et laudatum, fingere novas larvas, mutari, das war colere deum. Ego cum adolescens eram in Erphurd|iae schola, mortui magni duo Iuristae, vox extrema illorum: Utinam fuissem pastor ovium etc. Sed servire deo est, non induere habitum novum, vitare resp|ectum etc., alioqui infantes muſten ex cunis lauffen et Zitzen verkauffen.[1] Haec ficta a diabolo ad obscurandum Christum et negandum baptis|mum, Euangelium. Et ne Iudaei putent, prophetam hic illis adulari et suum cultum magnificare, Non sic. Ex

2 *über* parentum erga filios *steht* et contra 3 servorum *o* *über* etc. *(1.) steht* subditorum obed|ientiam erga magistratus et contra 4 servos *o* 4 5 *über* mutare *bis* conditum *steht* caput detonsum habere erat servire deo 5 laudatum *o* mutari *o* *zu* 5 Nova servitus *r* 6 eram *bis* schola *o* Erphurd|iae *geschrieben* Ephurd|iae *über* Iuristae *steht* Doctores 7 illorum *unten* Sed *c aus* Ideo 9 cunis *über* ⟨wigen⟩ verkauffen *o* 11 hic *unten*

[1]) *Es ist vielleicht an die Heiligen gedacht, die am Freitag die Mutterbrust zuruckwiesen; vgl. auch Unsre Ausg. Tischr. 1, 86, 22.*

Dr] Sed si haec vera definitio est, quorsum attinent praecepta illa, quibus Apostolorum libri pleni sunt, de dilectione coniugum inter se, De obedientia servorum, de aequitate Dominorum et moderatione, De diligenti cura administrandae Reipublicae? Nonne haec ipsa praecepta ostendunt, quod Euangelium omnes hos vitae ordines commendat? Quae igitur amentia fuit docere, quod servire Deo sit fugere haec vitae genera, mutare non solum habitum, sed etiam ipsam naturam et sexum? Quid enim aliud facit monachus, quam quod contra Dei ordinationem vult aliud esse quam masculus? Haec nonne extrema amentia est?

Memini Erfordiae esse duos praestantes Iurisconsultos, hi, cum iam moriendum eis esset, altum ingemiscentes dixerunt: O si non Doctores iuris, sed Monachi fuissemus, quanto nunc moreremur beatius! Sed quod praeteritum erat, revocari non poterat. Igitur quod unum videbatur remedii restare, mandabant, ut praeter sacra, quae magno emebant, etiam cucullis involverentur cadavera et sic monastico habitu sepelirentur. Hi an non satis clare ostenderunt, nescire se, quod in suo officio servivissent Deo?

Constituenda igitur vera definitio est, ut statuas servire Deo non hoc esse, si mutes habitum, si mutes sexum, si relictis et politicis et oeconomicis ministeriis te abdas in monasterium. Haec omnia externa sunt et simulari possunt. Hoc autem etiam abominabile est, quod sine autoritate verbi, ex propria devotione[1], ut vocant, suscipiuntur. Cave igitur, quae huiusmodi sunt, ne hoc augusto titulo ornes, quod sint cultus aut servitus Dei.

[1]) = *Luthers* 'eigene andacht'.

Hs] oculis tollendae omnium Regum, gentium religiones, etiam Mosi, quia novus
Rex hic venit, quia omnia vetera promissa et ceremoniae illum Christum etc.[1]
Ideo cum petitur hic servitus, [Bl. 22b] de nova intelligendum etc. Admittimus, si velint Iudaei, permanere in sua Circum[ci]sione et ritibus, Et
monachus velit suam servare Cappam, tantum hoc sciat: positam differentiam
inter istam servitutem Christi huius et veterem. Nova res agitur, nova est
servitus, quia nova praedicatio. Ex decalogo intelligis servitutem dei: 'Domi-
Matth. 4, 10 num deum tuum adorabis', Matth. 4. etiam. 'Non adorabis ea nec serves
2. Mose 20, 5 eis.' Ego distinguo sic: Adorare est conversi a deo, servire est missi a
Joh. 10, 9 deo. Ut Christus in Ioh. X. c[ap].: 'Ingred[i]etur et egred[i]etur', quia qui
adorat, est passivus servus, i. e. qui recipit a deo, agnoscit et fatetur se
recipere. Sic servum appello eum, qui iam sua praecepta exequitur erga
Röm. 1, 1 homines, Ut Pau[lus] Ro. I., qui, posteaquam recepit a deo gratiam, s[piritum

1 *über* oculis *steht* igitur 7 *über* servitutem dei *steht* 'Non adorabis ea neque serves eis' *zu* 7 Decalogus *r* 8 ea(s) 8/9 'Non' *bis* 'eis' *mit Strich zu* 'Non' *bis* 'eis' *über* servitutem dei *Z.* 7 *gezogen*[2] 9 sic *o* *zu* 9 Adorare Deum, Servire Deo *r* 13 *über* Ro. 1 *steht* 'Servus' etc. *mit Strich zu* Pau[lus] *gezogen*

[1]) *Erg.* etwa significant. [2]) *Das heißt, diese Worte sollen als Dekalogstelle vor Matth. 4 heraufgenommen werden.*

Dr] Sed quid disputo de traditionibus humanis? ne quidem Iudaei sua sacrificia et alios legales cultus, quos tamen divinitus mandatos fuisse constat, hoc titulo ornare et servitutem Dei vocare audent. Nam si Psalmus diceret, Venite ad Ierusalem, sacrificate, mundate vestes, ieiunate, adorate ad Cherubim etc., Ibi sane cogeremur definire, eam esse proprie servitutem Dei, sed horum nihil Psalmus dicit, Loquitur autem de novo Regno et de doctrina nova instituta post Mosen.

Ergo simpliciter removeas ex oculis, quidquid est religionum et cultuum, etiam illos, quos Deus per Mosen instituit. Venit enim hic novus Rex, igitur nova etiam constituitur servitus. Potest Iudaeus retinere circumcisionem, Monachus potest retinere cucullum, sed hoc statuat necesse est, non esse hanc servitutem a Deo impositam, qua hic Rex coli vult. Quia autem utrique, Monachus et Iudaeus, ista retinent tanquam cultus, damnantur hoc in loco a Spiritusancto et praescribitur alia servitutis forma seu ratio.

Matth. 4, 10 Ea autem qualis sit, ex Decalogo ostendi potest, qui sic dicit: 'Adorabis
DOMINVM Deum tuum et ei soli servies.' Haec duo sic mihi soleo
distinguere, quod adorare sit hominis conversi ad Deum, Servire autem
Luk. 18, 10 hominis missi a Deo. Vel, ut Christus in parabola solet loqui: Adorare est
ingredientis ad Deum, servire autem egredientis a Deo. Qui enim adorat,
procumbit in genua et ostendit signa subiectionis. Ea est quasi passiva
servitus, sic enim convertens se ad Dominum in certa fiducia misericordiae
propter Christum, accipit remissionem peccatorum et iustificatur. Ac receptus

Hs] sanctum, agnovit etc., vadit, exercet suum officium, praedicat etc., pater-
familias laborat, servus colit agrum et haec omnia in ista obedientia, quasi
sint dei praecepta. Hoc mihi praestanto, non idolis. Nos sub Papa ado-
ravimus S. Georg[ium et alios, quasi ab eis acceperimus etc. Postea missi:
munus eorum, exempla pradicavimus; sed agnosce, omnia a deo data, deinde
nullius Sancti praecepta, verba docebis, sed dei. servitus est docere, prae-
dicare, laudare illum deum, quem adoras. Sicut docuit, vivat etiam etc. Sic
hic: Incurvamini, recipite a me vel a Christo omnia. Pet[rus: 'Dominum 1. Petri 3, 15
Iesum sanctif[icate.' Ubi Petrus vocat 'dominum', vocabulo divinitatis
expones Pet[rum de Christo. Nobis satis, quod intelligamus 'dominum'
Iesum Christum. Isti, inquit, Regi servite. Si Iudei **anfechten, ſo ſprich**:
non potes negare, quod loquatur de domino instituente hunc Regem, et istum
vult coli. In postremum cesset Moses, iura, omnes relig[iones. quicquid
vobis, o Reges, dixerit iste rex, **denckt** et facite, docete illum, et sicut ipse
docet, sic facite. **Das iſt** servire Christo. suum verbum **horet**, Reges, sive

---

*1/2 über* paterfamilias *steht* magistratus etc. *zu 3 vor* Nos *steht* Sicut *am Rande vor dem Zeilenanfang* *5 über* praedicavimus *steht* non dei a *o* *6* Sancti *über* ⟨dei⟩ sed dei *o* *7* adora(n)s *8* a me (vel Christum) vel *zu 8:* 1. Pet. 3. *r* *10* expones *vor der Zeile* *über* Nobis *steht* Christianis

Dr] ad hunc modum in gratiam egreditur a Deo et convertit se ad homines ac exequitur mandatum Dei, quod attinet ad officia erga homines. Paulus fide iam iustificatus iusta facit, hoc est, exercet officium suum docendo, Pius magistratus regendo, Paterfamilias laborando, ac sic serviunt Deo. Faciunt enim, non ut monachi, quod ipsis libet, sed quod Deus praecipit.

Ergo servire Deo aliud nihil est quam facere, quod Deus iubet, et agnoscere, quod ea sit debita obedientia. Hoc nesciverunt Monachi et alii Papae doctores, alioqui non iussissent ingredi monasteria et relinquere politica et oeconomica munera. Satis eis fuisset, quaecunque tandem vocatio esset, respicere ad Decalogum et ibi praecepta opera exequi, non confingere nova et a communi consuetudine vitae abhorrentia, qualia Monachorum et totius Papatus sunt. Ad hunc modum in genere admonendum duxi, quid sit servire Deo.

Porro, etsi Iudaei negent Christum hoc loco appellari DOMINVM, tamen quia totus Psalmus loquitur de novo Rege, constituto super Zion et cui traditae gentes et fines orbis terrae sint, ac iubeantur Reges ei servire, Hic quasi in specie constituendum est, quid sit Christo regi servire. Sed non discedemus a generali definitione. Servire enim Christo regi aliud nihil est, quam audire hunc Regem et postea in nomine eius omnia facere, quae requirit vocatio seu officium nostrum.

Ut sit sententia: Vos Reges et Iudices et quidquid eximium est vel in Ecclesia vel Politia, relinquite, quidquid in toto orbe terrarum est, etiam

Hs] in politia, sive in Ecclesia, hunc audite, et ubi audieritis, tunc etiam sic
Kol. 3, 17 docete, vivite. P[aulus: 'omnia in nomine domini nostri Iesu' etc. Verus servus Christi est, qui audit vocem ex ore eius et agnoscit suum dominum, deum salvatorem, unum cum patre et s[piritu sancto, et cum sic adoraverit, 'osculatus' fuerit, vadit tanquam missus sit, exhortatur alios, agit gratias, vivit. Ibi non postulatur cucullus, non pompa, non Caeremoniae mosaicae, non Regula Francisci etc. [Bl. 23ª] Est mera spiritualis servitus, non ut Monachi, quae sit in corde, sed quae ex spiritu procedit, qui loquitur verba, praedicat, docet, exhortatur. Sic qui vivit digne doctore, vivit spiritualiter in castitate, humilitate etc. Sic dominus, si laborat et curat domum, si facit in fide Christi, spiritualiter vivit. Servus, qui obedit in fide, servit etc.

Ideo addit: 'In timore': obliquis oculis semper respicit in Reges et Iudices terrae, quia, si ipsi non persequerentur verbum, vulgus nihil posset, privatae invidiae essent tolerabiles. Ideo dicit: Vos Reges estis superbi, et ita, ut insurgatis in patrem et Christum eius; horet auff, vertite vestrum

---

2 *über* etc. *steht* 'gratias agentes' etc. *zu* 2 Col. 3. *r* *zu* 3 Servus Christi *r* 5 alios *hinter* vivit *Z. 6, aber mit Strich zu* exhortatur *gezogen* 8 *über* qui *steht* spiritus 11 *über* vivit *steht* et servit domino *zu* 12 'In timore' *r* 15 *über* patrem *steht* Dominum

Dr] Mosen, leges, Iura etc., et audite hunc Regem, praebete vos ei discipulos, auscultate ei. Haec prima servitutis pars est. Deinde quae audivistis, ea
Kol. 3, 17 facite, et facite in huius Regis nomine, Sicut Paulus dicit Coll. 3.: 'Quidquid facitis, sive verbo sive opere, omnia facite in nomine DOMINI Ihesu, et gratias agite Deo et Patri per ipsum'.

Servire igitur Christo, non est induere cucullum, non est occupari Mosaicis ceremoniis, Sed est res prorsus spiritualis, non eo modo, quo Monachi spirituale vocant, quod tantum in corde geritur, Sed est spiritualis servitus, quae ex Spiritu proficiscitur. Qui enim Spiritus verba loquitur, praedicat, docet, recte dicitur spiritualiter loqui. Sic spiritualiter etiam vivere is dicitur, qui sanctis occupatur operibus, hoc est, qui facit, quae in Decalogo sunt praecepta. Sic oeconomus, gubernans domum suam in fide filii Dei, vivit spiritualiter. Spiritualis enim obedientia est in fide filii Dei facere, quae mandato Dei iuberis facere.

Habes, quid sit servire huic Regi, non, ut Monachi solent, abire in monasterium, non haec vel illa opera deligere, sed intueri hunc Regem et audire, ac postea, quae audieris, facere.

Cur autem addit: 'Servite ei in timore'? Oblique respicit ad Reges. Hi enim, quia potentia et opibus instructi sunt, vi se huic Regi opponunt. Nam persequi Christum, non est proprie vulgi, quod facile compesci potest, sed Regum mundi, praesumentium de potentia et opibus. Hos Spiritus sanctus singulariter intuetur ac monet, ut vertant superbiam istam in humi-

Hs] furorem in humilitatem et timete et servite ei sic, ut non sitis amplius memores, vos esse Reges; erga eum non estis Reges, quia non conveniunt esse Regem et servire. Vos Reges, quibus alii serviunt, scitote vos servos erga eum, et plus quam eos, qui vobis serviunt. Ideo in timore, reverentia et humilitate servite ei. Das iſt ein exhortatio et ein halb drawen, quia propheta scit, esse eos inflatos de sua potentia. Deinde 'Iudices terrae', die geiſtlichen et klugen hypo[c]ritae, sanctuli. Ideo eos invadit: Vos Episcopi, Papa, Hannas, ponite superbiam et apprehendite timorem, reverentiam et cogno[s]cite, vos esse servos. Desinite loqui vestra dogmata, exercere opera vestrae religionis et loquimini, quae sunt huius regis. Anaba[p]tistae: Si Reges sunt servi, ergo deponant coronas, humiles servi sint, similes veris Servis. Rex sit ut molitor! Non. Reges ut Reges, Iudices ut Iudic[ic]es debent accipere nővam servitutem; Reges in sua maiestate, corona, Iudices in suo officio et cum dignitate metuant hunc Regem et serviant ei. Ita Iudex sive ecclesiasticus sive politicus in suo officio nihil contra hunc Regem statuat,

2 esse *o* quia *c aus* quod *zu 2* 'Et nunc. Reg[es]' *r* 4 erga eum *o* 5 ein *(1.) o* ein *(2.) o* *zu 6* 'Iud[ices terrae' *r* 7 *über* hypo[c]ritae *steht* Papa, Episcopi, Card[inales 8 *über* Hannas *steht* Caiphas 10 *über* Anaba[p]tistae *steht* Veniet aliquis et dicet 11 *über* deponant coronas *steht* maiestatem exuant 15 in *o*

Dr] litatem et timeant hunc Regem, ut nemo amplius sciat eos esse reges. Nam Regem esse et servire, sunt contraria, et tamen vult Spiritus, ut ipsi Reges serviant, hoc est, ut agnoscant se huius Regis servos esse, et quidem magis quam ipsorum subditi sunt servi.

Exhortationi igitur comminationem interponit; quia enim videt potentia inflatos esse et securos, monet, ut humilientur, ut abiiciant omnia praesidia et se supplices ad huius Regis pedes abiiciant et eum audiant.

Sed num patrocinatur Psalmus Anabaptistis? Si enim Reges servire docet, ergo vult, ut abiiciant coronas, sceptra et alia insignia, quae eis conciliant dignitatem et extollunt supra communem conditionem hominum? Ergo redigit eos simpliciter in ordinem, ut nulla differentia sit inter Regem et molitorem? etc. Minime. Nam Reges ut Reges et Iudices ut Iudices debent praestare novam servitutem, Non debent abiicere regna, sed retinere, et tamen hunc Regem revereri et eum audire ac suas leges secundum huius Regis verbum moderari, hoc est, nihil statuere, quod Verbo Christi contrarium est.

Itaque non tollit nec mutat leges politicas Spiritussanctus, sed subiicit eas huic Regi, ne ei adversentur. Non solum igitur Reges et Principes debent retinere munus suum, sed etiam qui Ecclesiasticos titulos gerunt. Papa scilicet et Episcopi maneant suo loco, tantum hunc Regem agnoscant et humiles ei submittant colla ac amplectantur verbum eius.

Hs] sed secundum ipsum statuat suas leges. Non tollit creaturas nec mutat Reges, sed subiicit Reges cum suis legib⌊us, doctoribus, Papam cum suis Cardinalib⌊us, doctorem cum discipulis huic Regi. Maneant, quod sunt, et habeant, quod habent etc. 'In timore': per Epita⌊sin contra Regum superb⌊iam et iusticiariorum, quia illi sapientes, potentes, iusti etc. superbiunt ita etc.

[Bl. 23b] Qui facile docentur, infirmi, agnoscentes se peccat⌊ores, sunt iam in timore. Illis dicendum: 'Exultate cum tremore.' Cum Reges sunt humiliati et coeperint vivere secundum Christi doctrinam, tum sunt trepidi coram Christo. Sed dicit: nolo vos desperare. Nolo hunc Timorem, qui absorbet in tristiciam, nec volo desperationem nec superbiam, sed mediam viam. Pecca⌊tores infirmi illi desperant, illos nolo etiam ferre. Nolo ferre superbiam Regum, sic nec nimiam pusillanimitatem pauperum, stultorum, i. e. qui sibi non possunt consulere etc. Ich wils beydes beyſamen haben: timere, ne superbias, exultare, ne desperes. Coram me debes esse peccator. Si non videbis, wie dirs ghen wird, Volo ut mea misericordia te agnoscas iustificari.

2 *über* doctoribus *steht* Iurisperitis 3 huic Regi *über* (subiicit) *zu* 7 'Et exultate cum tremore' *r* 8 *über* trepidi *steht* timentes 10 *über* superbiam *steht* praesumptionem 11 *über* viam *steht* Regia incedendum *zu* 13 *f.* 'Timere', 'Exultare' *r* 15 agnoscas *o*

Dr] Diserte autem definit servitutem hanc Propheta, cum iubet, ut in timore huic Regi serviant. Pertinet autem hoc, ut supra dixi, ad notandas personas, cum quibus Spiritus sanctus loquitur. Reges inflantur potentia et opibus, Iudices seu Doctores sapientia et in genere omnes sunt iusticiarii, hoc est, retinent opinionem sanctitatis et videntur sibi iusti.

Hi igitur sunt, quibus dicit Spiritus: 'In timore servite'. Nam alii, qui affliguntur, qui destituti humanis praesidiis confligunt non solum cum fame, sed cum peccatis et conscientia sua, ii iam antea constituti sunt in timore Dei. Itaque ad eos non haec concio pertinet, sed illa de credenda remissione peccatorum per filium Dei, factum pro nobis victimam, de qua statim Psalmus subiicit et dicit: 'Exultate ei in tremore'. Non enim vult Spiritussanctus nos sic timere, ut in timore absorpti desperemus. Sed sicut praesumptionem vult sublatam et ideo iubet, ut timeamus, Ita quoque vult sublatam desperationem ac iubet, ut regia incedamus via et simul metuamus ac speremus.

Quasi dicat: Hic Rex, sicut non vult ferre superbiam Regum et iusticiam sanctorum, Ita quoque non vult ferre abiectionem pauperum et stultorum, qui sibi non possunt consulere. Hoc autem vult, ut et timeas atque ita effugias superbiam seu praesumptionem, et exultes, ut effugias desperationem. Qui non volunt eum timere, his minatur plagas, habet enim virgam ferream. Qui autem sic timent, ut simul exultent, hoc est, ut statuant se

Hs] Nec econtra desperare, noli me sic timere quasi tyrannum; cum fueris humiliatus et redactus in timorem, tempera istum timorem cum laetitia Et spe. Et econtra: **mache den mut nicht zw gros**, ut fiat carnalis, sed maneat mixtus. **Die 2 ſtucke ynn einander mengen**, est maxima scientia. Schwer|meri statim: Beneplacitum est domino. Tam deo displicet nimia desperatio quam superbia displicet. Si quis non confidit suae iusticiae etc., sed agno|scit se peccatorem, ibi Benepla|citum dei. Sed ne quid nimis, ne dicas: Deus abiecit me, non vult mihi consulere, vult me perdere, stultum, afflictum, infirmum. Hoc etiam non vult. Ibi laborat Christianus et in sua schola propria est, hic oportet exerceatur tota vita, ut hoc discas, quia animus noster est proclivissimus in utranque partem. Nescia mens servare modum etc., quando homo **anhebt**

---

3 mixtus *über* ⟨carnalis⟩ 4 *unter* statim *steht* sciunt etc. 5 *über* desperatio *steht* timor 6 suae *bis* sed *o* *zu 6/7* Benep|lacitum est domino *r* 9 *über* vult *steht* deus *zu 9 hinter* vult *ist* ut sic nimia tristitia absorbearis *vom Rande eingewiesen* 10 discas *c aus* discamus *zu 11 hinter* partem *ist* aut vult desperare omnino, aut supra modum superbire *vom Rande eingewiesen*

Dr] iustificari sola Dei misericordia et beneficio Christi, hi sunt vere filii Dei, qui Deum timent, non ut tyrannum sed, sicut liberi parentem, cum reverentia; temperant enim timorem Dei cum leticia et spe, Et tamen ne nimis crescat animus et evadat in praesumptionem, manent in humili reverentia.

Haec est vera Dei servitus, quam agnoscimus perdisci nunquam posse. At adversarii nostri Schuermeri tanquam notam ac, ut dici solet, calceis attritam rem contemnunt. Itaque occupantur aliis, in quibus ingenii aliqua laus consistere videtur.

Ad hunc modum coniungit haec Psalmus 147.: 'Beneplacitum est Pſ. 147, 11
Domino super timentes eum et qui sperant in misericordia eius'. Cur addit: 'super timentes'? Nimirum propter superbos, qui fidunt in sua sapientia et iusticia. In his non potest esse beneplacitum. Soli autem hi placent, qui timent, hoc est, qui se agnoscunt peccatores esse et ideo non erigunt cristas, sed humiles demittunt capita.

Et tamen hic quoque requiritur illud 'Ne quid nimis'. Non enim, cum ad hunc modum sentis terrorem, indulgere cordi tuo debes, non debes statuere, quod irascatur tibi Deus, quod abiecerit te, quod perdere velit, sed attollendi sunt oculi et respiciendum in Christum, qui se posuit Mediatorem inter Deum et nos et peccata nostra in suum tergum recepit ac pro iis in cruce luit poenam mortis. Hic tanquam aenei serpentis adspectus mitigabit timorem, ne sit nimius et evadat in desperationem.

Sed, ut dixi, ardua res est, et vix magnis sudoribus Christiani eo veniunt, ut hanc Psalmi particulam intelligant. Verba quidem audimus ac facilia esse videmus. Sed non ita admittit haec animus, cum seria res

Hs] zu ſuperbiren, nescit modum, Ut hodie Turca. Contra istos dicitur: 'Timete' etc. Et quando res adversae etc., tum nullus modus tristandi, quaerulandi. Natura autem nostra istis 2 vitiis laborat maxime. Ideo studendum in verbo dei, quod Christus est medicus istorum 2 morborum. Pau⌊lus quaeritur Ro. 7.:
Röm. 7, 23 'militantem', inquit, et non solum, 'captivantem' etc., cogor servire huic motui etc. Ut in adolescentia est libido, ut 'militet' etc., ut viro avaritia, quasi velit eum absorbere, Sic Christianum vel tristitia vel superbia, et tenet nos, ut non simus frölich vel etc. Ideo pulchra mixtura etc., [Bl. 24ª] Ut hic s⌊piritus sanctus: timendum et exultandum. Das iſt Christiana sapientia. multi de timorib⌊us disputa⌊verunt: filiali et servili. Est verum, in filio

*1* nescit modum *o*  *2* tristandi (trista⌊ndi) *über* quaerulandi *steht* desperandi *4 unter* 2 *steht* duorum *zu 4* Ro. 7. *r* *zu 10* Timor < filialis / Servilis *r*

Dr] agitur, sicut alia, quae ex humana sapientia nata sunt. Tota igitur vita nostra ad hanc unam artem discendam non sufficit. Natura enim in utranque partem est pronissima et vehementissima, sicut Poeta quoque dicit:

Nescia mens hominum fati sortisque futurae
Et servare modum rebus sublata secundis.[1]

Et extat similis apud Basilium sententia, *ὁμοίως γάρ ἐστι χαλεπὸν ἔν τε δυσκολίαις πραγμάτων ἀταπείνωτον τὴν ψυχὴν διασώσασθαι καὶ ἐν ταῖς περιφανείαις μὴ ἐπαρθῆναι πρὸς ὕβριν.* Cum enim animus inflatur secundis rebus, nullus modus est superbiae, sicut apparet in divitibus mundi et est hodie insigne exemplum in Turcica gente.

Contra hos igitur dicit Spiritussanctus: Timete, nolite superbire, sed servite huic Regi in timore. Contra, cum res adversae sunt, nulla bestia magis confunditur pavore, quam homo, nullus enim querulandi modus est et proni abimus in desperationem. Haec est natura nostra, utrinque ad extremum depravata, sive adversa seu propicia fortuna utamur.

Igitur omni conatu hoc agendum est, ut moderemur ac gubernemus impetus viciosos ac ad hunc Regem nos conferamus, qui solus est non solum
Matth. 11, 29 Medicus horum atrocissimorum morborum, sed etiam Regula, sicut dicit: 'Ex me discite, quia mitis sum et humilis corde.'

Röm. 7, 22 f. Nota est Pauli Apostoli querela ad Rom. 7.: 'Delectat me lex Dei', inquit, 'secundum internum hominem. Sed video aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meae', Hoc est, Tota natura repugnat legi Dei. Haec sane horribilis vox est, Sed addit aliud gravius: 'Lex in membris meis', inquit, 'captivat me peccato', hoc est, nolens volens cogor peccato servire contra legem Dei. Sicut in adolescentibus videmus motum libidinis, qui

[1]) *Vergil, Aeneis 10, 501.*

Hs] potest videri ille timor mixtus: quando pater castigat, thuts filio wehe, timet, sed non abiicit omnem spem: Utinam verbera weren vber[1], et sic miscet suum filialem timorem cum paterna charit⌊ate. Sed si carnifex, ibi cogit⌊at, esse actum, non videt finem flagelli. Lictor nunqum erit tibi propicius, est desperationis timor. Sic filialis timor erga deum; quando nos affligit et non videtur finis, qui hic saperet et diceret cum prop⌊heta: 'Momentum', 'Non in Pſ. 30, 6 Pſ. 103, 9
aeternum comminabitur'. Illi potuerunt finem videre flagelli. Ideo timebant cum exulta⌊tione, q⌊uamquam ſeer ſchwach, et tamen, ut exultatio vinceret timorem. Sed interim, dum durat, caro non videt exultationem, Ut Pau⌊lus: 'Servio Röm. 7, 25

*1 über* castigat *steht* filium  *2 über* sed *bis* spem *steht* sed cog⌊itat: pater verberat verbera (p⌊atris)  sic *o* [*geschrieben* c]  *4* Lictor *mit Strich zu* pater *über Z. 2 gezogen*  *6 über* 'Momentum' *steht* ps. 30.  *6/7 über* in aeternum comminabitur *steht* 'in perpetuum irasceтur'  *8* exultatio *o*  *zu 9* Ro. 7. *r*

[1]) = *vorüber.*

Dr] nolentes volentes abripit in peccatum, nec vel in ratione vel arbitrio tantum est virium, ut furiosum hunc motum reprimant. Sic senes absorbet avaricia.

Sicut autem haec vicia certam aetatem exercent et vexant, Ita omnes Christianos exercet et vexat, imo prorsus absorbet vel tristicia in rebus adversis, vel securitas in laetis. Tales natura sumus omnes, Peccata captivant nos, ut non possimus exultare in timore aut timere in exultatione. Adeo difficilis mixtura et prorsus impossibile hoc temperamentum ponderis est [Bg. O] (licet enim Philosophico vocabulo in theologica materia uti), quod Spiritussanctus hic ponit. Nam timere et laetari sunt affectus prorsus contrarii, et tamen, si volumus Christiani esse, utrunque necesse est, ut et paveamus et exultemus.

Recentiores theologi disputarunt multa de timore servili et filiali, ac sane facile est videre, quid intersit inter patrem castigantem filium et lictorem. Cum enim Pater filium castigat, non abiicit omnem spem filius, Videt enim finem virgae, hoc est, sentit iram cum virga cessare. Igitur etsi dolet, etsi patris iram metuit, tamen retinet spem misericordiae. Tali animo in poena non est fur, cum a Lictore arripitur. Novit enim Lictoris animum talem, ut propicius non sit, nisi prius laqueo strangulaverit furem. Desperat igitur, quia poenae nullum videt finem.

Hoc Oeconomicum exemplum admodum luculentum est. Sed nobis constitutis in poena persuaderi non potest, Deum esse nobis Patrem. Itaque timemus eum non filiali timore, non enim videmus consilium erudiendi, sed servili, statuimus enim Deum irasci sine fine.

Qui igitur hic posset sapere, cum sentit peccatorum poenas, et dicere: Es filius Dei, Deus autem sicut Pater filium, quem diligit, castigat, 'Momentum Pſ. 30, 6

Hs] carne peccati legi, sed mente' etc., Sicut filius non meditatur aliud quam iram, quando castigatur, Et tamen cogitat: est pater etc. Das thut servilis nicht. Faeile
Pſ. 19, 10 dictu etc.: 'Timor dei verus, sanctus' etc., est mixtus. Afflictio tamen et timor sentitur plus, manet tamen exultatio penes spem, quae non absorbetur. Cogit[a: Ira eius est momentanea, sed vita etc. Sicut ipsi exercuerunt, sic nos. Nemo verius intellig[it quam in experientia. Sicut bonus iuvenis, qui vexatur libidine etc., ut putet cor suum esse merum lupanar, et tamen clam in

2 quando *o*  tamen (oc[ *[verschrieben für* cog[itat*]*)  pater (tuum)  thut(s)  3 *über* mixtus *steht* exultatione, spe, leticia, bono animo, quamvis infirmiter percepto, quia timor sentitur nimis  *zu* 3 Ps. 19. *r*  4 ⟨tamen⟩ manet  tamen *o*  *über* spem *steht* gaudium  non absorbetur *o*  5 *über* ipsi *steht* prophetae  7 suum *o*  *zu* 7 *hinter* libidine *ist* et tam foedis cogitationib[us, ut prae illis videat nihil castitatis *vom Rande eingewiesen*

Dr]
Pſ. 103, 9 est ira eius', 'Non in aeternum irascetur Dominus', hic faceret, quod Spiritussanctus hoc in loco iubet.

David hanc artem tenuit, sicut testantur conciones eius. Deinde etiam experientia ostendit, eum in poena non abiicere spem, retinet enim invocationem. Etsi autem exultatio valde esset infirma, tamen, quia finem flagelli videbat, vincebat timorem, ne, quod impiis accidit, absorberetur penitus. Carnem si spectes, etiam in Davide paene obruta est timore, ut exultationem non sentiat. Et tamen, sicut Paulus dicit, 'mente servit legi Dei', etiam in ipsa poena exilii Deum invocat, sentit non, ut apud lictorem, nullum esse veniae locum, etiam dum plagas accipit, Hoc secum statuit: Pater est, non irascetur in perpetuum.

Facile igitur dictu est, quod timor Dei verus sit filialis timor, hoc est, mixtus cum exultatione seu spe, sed si sequaris sensum, timore senties exultationem quasi obrui et extingui. Sed ne ideo abiicias animum nec desperes, sustine Dominum et apprehende verbum, quod concionatur, iram Dei esse momentaneam, vitam autem esse in voluntate eius, hoc est, velle Deum, ut vivamus, non velle, ut pereamus, Atque hanc ipsam ob causam immittere plagas. Sic fiet, ut saltem guttulam aliquam exultationis sentias, ea paulatim crescet, ut tandem superet timorem. Difficilis praxis, sed tamen eiusmodi, quam, sicut testantur exempla, sancti Dei didicerunt. Oportet autem nos eorum sequi vestigia et hanc artem etiam discere, Adiuvabit autem nos, praesertim si oraverimus, sanctus Spiritus.

Multi iuvenes timent Dominum nec ruunt, sicut Satanae mancipia, in libidines. Horum corda si inspicias, videbis ea sic turbari aestibus libidinis, ut ipsi ne guttam quidem castitatis sentiant, quam tamen totis animis optant sibi dari. Quid multa? Ipsi indicant et sentiunt sua corda esse ceu lupanaria, in quibus nihil sit castitatis, et tamen latet in imo cordium castitas, sed oppressa sensu libidinis, donec tempus coniugii venit. Etsi enim sensu carnis

Hs] angulo cordis latet: tolera, donec deus etc., Et sic ibi manet castitas in medio lupanari cordis; Sic in nobis passiones praedominantur, quo ad sensum, sed etc. Christus: 'Virtus mea in infirmitate perficitur.' P[aulus hets auch 2. Kor. 12, 9
gern gehabt, etc. Si adolescentia haberet castis[simum corpus sine lib[idine, esset angelus. Sic, si nullus timor, nullus sensus peccati, tum Christianus esset iam in regno Christi. Sed es mus ſich ſo mengen; donec vivit caro, reget ſichs, et tamen spiritus dominatur, quanquam est absconditus et non sic sentitur. 'Timore' i. e. reverentia. hupfft, et tamen in tremore. quando esset exultatio pura et nullus mixtus tremore, sequeretur securitas, praesumptio, damnatio. Exultare debemus in illo et in nobis timere, propter

2 nobis *o*, *darunter* (spiritualibus tentat[ionibus]) *über* passiones *steht* timores 3 *über* mea *steht* 2. Cor. 12. perficitur *o* *zu* 3 *hinter* sed *gehörig* virtus et spes quoad vim, maior enim vis virtutis est quam timoris et libidinis *r* 7 *über* reget *steht* es 9/10 *vor* praesumptio *steht* securitatem *am Rande vor der Zeile* 10 *über* damnatio *steht* praesumptionem *zu* 10 Timere. Exultare *r*

Dr] carere non possunt, tamen gemunt corda castitatem, quam abesse sentiunt, optant adesse et inviti tolerant istas flammas libidinis. Sicut igitur hic castitas ceu in angulo latens paene extinguitur sensu libidinis, Ita quoque exultatio non sentitur, sed occupat omnia timor, et tamen non vincit timor.

Sic aliae passiones praedominantur quoad sensum, sed virtus et spes tandem praedominantur quoad vim. Maior enim est vis virtutis, quam timoris, libidinis et aliarum passionum.

Haec sic discenda et ferenda sunt, non enim aliter fiet, 'virtus Dei in 2. Kor. 12, 9
infirmitate perficitur'. Paulus quoque libenter habuisset purum timorem, puram exultationem, puram castitatem, hoc est, purum sensum horum donorum, quae habebat et quibus indigebat. Sed haec in hac vita si contingant, non erit amplius calamitosa vita, sed amoena paradisus. Iuvenis, senex, si nullum peccati sensum haberet, si non exerceretur desperatione, simpliciter esset in Regno coelorum. Sed talis haec vita non debet, imo ne potest quidem esse. Non debet sentiri pura exultatio, debet admixtus esse timor. Donec enim haec caro vivit, facit quod est carnis. Haec nos nunquam emendabimus perfecte. Itaque ideo non desperemus, Spiritus enim est absconditus, cum Deus videt et, quia Christum apprehendimus fide, peccata carnis libenter condonat. Haec est una pars cultus, ut serviamus Christo regi in timore et exultemus ei in tremore.

Magna autem causa est, cur exultationem coniungat cum tremore. Si enim pura exultatio sentiretur, sequeretur securitas, securitatem praesumptio, praesumptionem autem damnatio. Non enim tolerare Deus praesumptionem potest. Sic autem miscebimus haec, si in Deo exultemus, In nobis autem conturbemur, sumus enim non solum stulti, sed etiam miseri peccatores. Causae igitur satis est, ut tremamus et metuamus nobis.

Hs] enim exultandum, propter nos etc., quia conturbor, quia peccator despero, quia video me derelictum. [Bl. 24b] sed ibi non quiescendum; quanquam Ego peccator, Christus est iustus; si ego non novi consilium, ipse patris sapientia; Si egenus, ipse potens. Quando purus est iste cultus et segregatus ab omnibus superstitionib⌊us, relinquit, quae sunt humanitus instituta, ut Regibus coronas. Religiosis suas vestes, ritus ieiunandi etc. Ratio ista gubernet, mutet: Sed mihi servire debetis cum spiritu, carne, vestib⌊us, operibus, Ire, stare etc. Ibi debetis me agno⌊scere dominum, de me praedicare, postea Kol. 3, 17 'eſſet et trinckt in meo nomine', ut velitis. Non quaerit, ut mutes vestes, fias monachus, coniugatus, Magister, praeceptor, haec sunt in tuo arbitrio, sis

3 novi *o* 4 *über* potens *steht* dives 5 ut *o* 6 coronas *o*

Dr] Sed hic non consistendum est. Si enim nihil videas, quam quod peccator sis, sequetur desperatio. Igitur attollendi sunt oculi et respiciendum est in Christum, tum sequetur timorem exultatio. Sic enim dicemus: Sum sane peccator, sed non ideo desperabo, Christus enim iustus est. Imo Christus mea peccata transtulit in se et ideo passus est ac resurrexit, ut ego iusticiam eius induerem. Si igitur in me non est consilium, ipse est mihi a Deo positus, ut sit sapientia mea. Si ego pauper et inops sum, ipse est potens et dives etc.

Hic demum est purus cultus, quo Christus vult a nobis coli, segregatus ab omnibus superstitionibus. Illas enim Spiritussanctus non curat, sicut ne reliqua quidem humano consilio instituta. Relinquit Regibus coronas suas et sceptra. Monachus si velit ieiunare, si velit dissimili ab aliis vestitu et victu uti, ne id quidem curat, vult ista subesse rationi humanae ac, prout cuique commodum est, observari, Hac una adhibita Regula, ne cuiquam ponamus scandalum. Hoc autem ab omnibus, sive Reges, sive Monachi, sive sancti, sive potentes sint, postulat, ut humilientur coram hoc Rege, ut eum audiant, de eo solo glorientur, in eo solo exultent, In se autem et suis omnibus ut humilientur. Hunc cultum qui praestant, hi postea quidquid pro vocatione sua faciunt, si id in nomine Iesu faciunt, Deo gratum est.

Discamus igitur nos quoque hunc cultum Deo praestare et distinguamus eum ab omnibus externis rebus. Non enim curat Deus, rex ne an servus sis, maritus an coelebs, vir ne an foemina, praeceptor an discipulus. 1. Petri 2, 13 Sunt hae 'humanae' constitutiones seu 'creaturae', ut Petrus appellat, quarum voluit nos Deus esse Dominos et gubernatores. Non curat, ieiunes ne an comedas, modo cum fructu tuo id facias. Nihil, inquit, ista omnia ad me et ad cultum meum. Meus enim cultus est, me revereri, a me accipere omnia, me agnoscere, de me loqui, me praedicare, quod omnia mea sint, quae in toto orbe terrarum sunt, confiteri, quod sitis, cum sine me estis, peccatores, stulti, infirmi, Item agnoscere me, quod non sim tyrannus, quod

Hs] dominus istarum constitutionum omnium. Sed meus cultus verus est, me revereri, a me recipere omnia, agnoscere me dominum esse et salvatorem, et postea servire, loqui, praedicare, quod omnia mea in orbe terrarum etc. Et ne sic timeatis, quod sitis meri peccat⌊ores, derelicti, desperati. Econtra Iudicem, tyran⌊num non humilio ideo, ut pereatis, sed ut superbia detrahatur. Si humiliamini, tollite capita et laetamini in me Christo; si quid deest iusticiae etc., ibi habetis omnia. Das heiſt servire in timore, ut tremorem nicht ſo macht; wenn er kompt, macht ers zu viel. Odi olim hunc versum propter ista vocab⌊ula; iam placet. 'Exultare' non solum significat ynwendig in corde ſein, sed et externe frolich geberden, Ein ſchonen rock anzihen;

4 ne sic timeatis *o* ⟨sint⟩ sitis 4/5 Econtra non Iudicem 8 Odi] Odivi 9 solum *o* ynwendig, [= ynwendigen] *zu* 9 Grammatici vim vocabulorum explicent *r* 10 et *o* frolich *o* geberden] geberen *c aus* geperen

Dr] non ideo vos humilio, quasi velim perditos, sed ut revocem vos a superbia et doceam vos humiles esse.

Hoc enim a me per crucem factum est, volo ut erigamini iterum, ut attollatis capita et oculos ad Christum meum, quoniam, si quid vobis aut sapientiae, aut iusticiae, aut virium deest, ibi habetis fontem omnis sapientiae et iusticiae. Sic servietis mihi in timore et exultabitis in tremore. Tremor quidem in sensu est admodum magnus, sed exultatio sensu parva, tamen virtute magna tandem triumphabit.

Ego adolescens hunc versum oderam, Non enim libenter audiebam, quod Deus esset metuendus. Accidebat autem id eam ob causam, quia nesciebam timorem miscendum cum exultatione seu spe, hoc est, nesciebam differentiam, quae est inter nostra et Christi opera. Nostra opera mala sunt, sicut tota natura mala est. Igitur non debemus esse securi, sed metuere iudicium Dei. Contra Christi opera sancta et perfecta sunt, Igitur debemus retinere spem misericordiae, non enim sua causa natus, legi subditus et tandem cruci affixus est, nostra haec voluit esse dona.

Igitur sic timeamus, ne exultatio excludatur prorsus. Debet autem exultatio vera esse. Non enim ita concluditur in cor, ut foris nullae eius appareant notae. Tranquillus animus et qui vere statuit Deum propter Christum nobis reconciliatum esse, parit hilarem vultum et laetos oculos, linguam solvit in laudes Dei. Ad hunc modum, inquit Spiritussanctus, servietis huic Regi, ut sit laeticia intus et foris, coniuncta tamen cum reverentia, ne efficiamini sues et nimium securi, descendentes in carnalem laeticiam. Securitatem enim si removeas, non offenditur Deus hilaritate, quin tristicia offenditur et praecipit hilaritatem. Sic in lege prohibitum erat, sacra fieri a lugentibus, et Malachias dicit, pollui sacrificia luctu. Laetemur igitur, sic Mal. 2, 13
tamen, ne fiamus securi, sed admixtus sit laeticiae timor, et timori spes.

Hs] modo fiat in reverentia mea, ne efficiamini nimis securi, sicut facere solet laetitia spiritualis, descendere in carnalem, tum fit securitas. Imo laetum
Sach. 8, 5 esse 'puellis saltantib⌊us in plateis', Ut Zacha. Deus vult servos hylares, ut Pau⌊lus. sed tantum coram eo humiliemur, postea vivamus, dormiamus, bibamus etc. in letitia, Ut in Mose rigidissime prohibitum, ne in luctu
Mal. 2, 13 quispiam offerat, sacrificia pollui, Malach.: non v⌊ult obsequium in tristitia sed letitia. Timor est etiam ibi iunctus, ſol haben suam securitatem, ut timor sit temperatus cum letitia, quae vocatur Christus ille, dominus noster. Das iſt comminatoria exhortatio contra superb⌊iam et consolatoria pro pusillanimis, qui sunt nimium timorati, quia econtra desperant. Non vult deus me esse in celo nec in inferno, sed in medio, in terra. Nostra vita sit celestis, unden traurig, supra frolich. Ibi explicabit istam comminationem
V. 12 maxime contra superbos et ut infirmos soletur, ut in fine: 'Beati omnes.'
[5. Iunii.] Aud⌊istis hunc esse Summum cultum, qui vocatur 'servire domino in timore Et exultare in tremore'. Illa enim est religio vera, timere Et con-

2/3 laetum esse *o* *zu* 2/3 letari et fabulari in mensa *r* *zu* 3 Zach. 8. *r* 6 quispiam *o* Malach. *über* Mach. 8 *über* quae *steht* letitia 10 deus *o* 12 *über* Ibi *steht* in sequentib⌊us 14 domino *o*

Dr] Haec est exhortatio contra superbos et pro pusillanimibus, qui nimium sunt humiliati. Nam par blasphemia est, sive desperes, sive praesumas. Non enim voluit nos esse Deus in coelo aut in terra, sed in medio. Pedes tendunt ad infera, caput autem ad superos, Et quanquam in terra vivimus,
Phil. 3, 20 tamen iubemur, ut 'conversatio nostra sit in coelestibus'. In summa, qui sunt Christiani, non sunt pure timidi, nec pure laeti. Timori est adiuncta exultatio, metui spes, lacrymis risus, ut statuamus tum demum nos perfecte exultaturos, cum carnem hanc deposuerimus, quae sicut metum abiicere non potest, Ita utile ei est, in metu esse, ne secura fiat.

Ad hunc modum definivit cultum Dei praesens Psalmus. Illa enim demum est vera religio, timere Deum et confidere Deo. Haec duo ubi recte sunt temperata, ibi tota vita est iusta et sancta. Ceremoniae externae et quidquid est externorum operum, omnia postea gubernantur felicius, quando haec duo recte sunt temperata. Nunc addit comminationem et consolationem, ut Prophetiam recte claudat.

V. 12 Osculamini filium, ne irascatur et pereatis subito, quoniam brevi exardescet ira[1] eius. At beati omnes, qui confidunt in eum.

Exhortationi hic est addita comminatio satis dura. Pertinet autem ad contundendas superbias Regum, Sapientum, Sanctorum et omnium illorum,

32 ira] via *im Urdruck*

Hs] fidere. Quando iſta duo **recht ghen**, tum tota vita est iusta et Sancta, ceremoniae et quicquid operum externorum et omnia gubernantur felicius, si isti duo affectus sunt recte instituti. **Das iſt** una pars religionis: servire etc. Secunda: adorare, i. e. erga deum verti, agnoscere, incurvare.

'Apprehendi[te]': Eb[raeus melius: 'Osculamini.' Heri dixi: Istae com- V. 12
minationes omnes pertinent ad contundendas superbias Regum, sapientum, Sanctorum et quicunque fidunt creaturae extra deum, quia natura nostra ita vitiata, ut fidat rebus prosperis, nisi spiritus mutet; homo diffidit rebus adversis et econtra, donec vox veniat et tonitru e coelis et humiliet istas cedros Lybani. **Das iſt** definitum in coelo: Iste filius est osculandus. **Es heiſt nicht** proprie: 'apprehendite disciplinam', quia etiam pueri in Eb[raica lingua iudicare possunt, non vere redditum ex Ebraeo. propria sententia: 'osculamini Bar' i. e. filium. Eb[raice est quidem nomen appellativum et generale, commune et, ut mihi videtur, adiectivum etiam, quod significat 'electum, purum, **lieblich**'. Et est figura grammatica, Antonomasia, quando appellativum contrahitur et fit proprium, ut cum dicimus: Apostolus hoc dicit, i. e. Paulus; propheta, i. e. David; Sic scribit philosophus, i. e. Aristoteles; Sic gessit bella miles etc. Per excellentiam ita fit nomen commune

2 et *(2.) unten* *zu* 5 'Apprehendite discip[linam' *r* 6 pertinent *c aus* pertinere superbias] suphias 7 creaturae] creatura 9 *über* econtra *steht* confidit, *mit Strich zu* rebus prosperis *Z.* 8 *gezogen* et tonitru *o* 12 vereo 13 Eb[raice *mit Strich zu* 'Bar' *gezogen* *zu* 13 'Bar' *r* 14 mihi *o* 15 *über* **lieblich** [*c aus* **tieplich**] *steht* **niedlich** *zu* 15 Antonomasia *r* 18 miles etc. *über* (bella)

Dr] qui fidunt creaturae extra Deum. Ita autem natura nostra est viciata, ita ad praesumptionem et securitatem, cum res secundae sunt, sumus proni, ut, nisi Spiritus sanctus immutet corda, impossibile nobis sit consistere. Non leges, non poenae ullae coercere hoc vicium possunt. Sola vox de coelo sonans superbias has dissipat et temperat laeticiam metu.

Quod ad grammaticam attinet, norunt Ebraice docti legendum hic non ut latinus textus habet: Apprehendite, sed: 'osculamini'. Itaque consilium suum permittimus septuaginta Interpretibus, nos tamen a veritate Ebraica ideo non discedemus.

Quod septuaginta verterunt δράξασθαι παιδείαν, in Ebraeo est Bar, ac late patet eius significatio, est enim adiectivum nomen et significat purum, electum. Ideo Hieronymus vertit: Adorate pure. Per antonomasiam autem, quae ex communi nomine facit proprium, postea transfertur ad alias res, et propter excellentiam individui vocatur sic triticum seu frumentum, tanquam electa res. Sic Apostolum intelligimus: Paulum, Prophetam: Davidem, Philosophum: Aristotelem, Militem: Georgium a Fronsberg etc. Nam propter excellentiam saepe ex communi nomine fit proprium. Sic Christus per excellentiam dicitur: iustus, sapiens, sacerdos, Filius hominis, Rex etc.

Hs] proprium, ut Ipsum individuum accipiat ipsum nomen generalissimum. Sic Christus, qui est individuum, rapit hoc nomen: Iustus, sapiens, homo, filius hominis. Sic 'Bar' significat 'triticum', 'electum, purum'[1] suo generali significatu; postea ad illam phrasin, quod significet 'ein liebs kind', ut Mater nihil habet iucundius quam filium, ut libichen. Sic 'freude' vel 'gaudium' est Torgen|sis Cerevisia. Sic usu Ebraico appellativum demigravit in nomen specificum, ut non 'electum' tantum, sed etiam 'filium' significet. Alioqui muſts heiſſen 'Ben', sed valet ista figura sermonis ad obscurandum Eb|raicum, Pſ. 19, 9 ut impii et Sat|an non intelligant etc. [Bl. 25[b]] 'Praeceptum domini lucidum', electum, purum. Ibi 'Bar' in Ebraeo est. Nomen adiectivum valde generale.

'Osculari' est vocabulum cermoniale, significat, ut in scrip|turis sanctis Hohel. 1, 2 varia genera osculorum. In Canticis: 'Osculetur' etc., ut osculatur os. Ibi Röm. 16, 16 loquitur sponsa de sponso, das iſt osculum charitatis. Sic Pau|lus: 'osculamini in osculo charitatis', maxillae, oris etc. Postea osculum pedum vel manuum. Das iſt hulden, praestare homagium. Est agnoscere supremam Joh. 13, 5 dignitatem, ut Christus pedes discipulorum, quia ipse est minimus in

*3* significat *o* *7 über* specificum *steht* individuum *9 über* lucidum *steht* i. e. *zu 9* Ps. 19. *r* *10* in Ebraeo est *o* *zu 11* 'Osculari' *r* *zu 12* Canti. 1. *r* *15* manuum *mit Strich zu* Das *gezogen* Est *mit Strich zu* pedum *Z. 14 gezogen* *16 über* pedes *steht* osculatus est[2]

[1]) *Alles Bedeutungen des hebräischen* בר. [2]) *Luther fließt in die Johanneserzählung ein Zug aus Luk. 7, 38 hinein.*

Dr] Ad hunc modum 'Bar' substantive significat etiam 'Filium', tanquam rem maxime electam, caram, iucundam parentibus. Si voluisset David Ebraice loqui, dixisset Ben. Sed utitur vocabulo Bar in eadem significatione, per antonomasiam, ad obscurandam Prophetiam a facie diaboli et impiorum, qui non sunt digni videre haec. Haec est vera huius appellationis ratio, quantum Pſ. 19, 9 ego video. In Psal. 19. adiective ponitur: 'Praeceptum Domini purum', latina translatio habet: lucidum.

Sed quo, inquies, pertinet vocabulum 'osculamini'? Significat ceremoniam. Hohel. 1, 2 Sunt autem osculorum genera admodum varia. 'Osculetur me osculo oris sui', Inquit sponsa in canticis, Hoc est osculum caritatis et signum summi Röm. 16, 16 amoris. Ideo Paulus quoque dicit: 'Osculamini vos in osculo caritatis.'

Aliud est osculum manuum, id nostro more est Homagium praestare. Eo utimur erga illos, quos agnoscimus Dominos nostros.

Aliud est pedum osculum, quo significatur extrema humilitas. Ac usus Joh. 13, 5 est eo Christus in coena, ut ostenderet se minimum esse in regno coelorum et omnium servum. Est enim factus servus noster et habuit nos pro dominis suis, siquidem pro nobis laboravit et tulit peccata nostra. Sic manuum et pedum osculum significatione conveniunt, quanquam hoc altioris humilitatis indicium est.

Hs] regno coelorum. Ipse omnes fratres sibi praetulit, omnes habuit nos pro suis dominis, quia laboravit pro nobis, osculatus est pedes, hoc praebent superioribus suis inferiores. Sic alteram significationem subiectionis habet, i. e. adorate filium. 'Pure adorate', Hiero⌊nymus transtulit. 'Bar' hat er 'purum' gemacht, sed melius: osculamini illum unicum, electum, purum, lucidum, mea lux, mel, corculum, gaudium. Da bey iſt magna Rethorica. Pulchris verbis et magnis rem proponere. procedite coram eo, humiliamini, quia est electissimus, dilectissimus, dem lieben, rechten Son, q⌊uasi d⌊icat: Ex Euangelio Iohannis: 'Pater diligit filium', Item: 'Hic est filius meus Joh. 3, 35 Matth. 17, 5
dilectus.' In quo significatur, quod pater omne beneplacitum habeat in isto filio, 'In quo', inquit, 'mihi bene⌊placitum etc., hunc audite'. Istae voces in Euangelio significant hoc, quod hoc vocabu⌊lum 'Bar'. Ipse est mein hertz, freud, liebichen. Ideo adorate eum, qui est volup⌊tas, deliciae, es leyt an dem man gar. Si vis deo lieb et ehr erzeigen, osculare das liebe kind et hunc glorifica, huic osculare pedes et manus. Hae voces significant Christum non simpliciter hominem, quod pater sic amplis⌊simas laudes filio et tribuit honorem suo filio, 'Ut omnes honorificent filium', Ioh. 5. Eodem honore Joh. 5, 23
filius, quo deus, honorandus etc. Das iſt kurtz vmb beſchloſſen: huldet yhm, nempt yhn an pro domino, er ſol ewer Gott ſein. [Bl. 26ᵃ] Deus dat huic filio gloriam et honorem suum proprium. Si non esset verus deus, tum deus

3 inferiores *scheint c aus* inferiorib⌊us alteram] alterum *über* alteram *steht* 'Osculamini filium' 5 *über* er *steht* Iero⌊nymus purum *(2.)*] puerum 9 *über* Euangelio Iohannis *steht* cap. 3. *über* diligit filium *steht* 'et omnia dedit ei' *über* filius meus *steht* Matth. 17 *zu 9* Ioan. 3. *r* 11 inquit *o* 17 suo *c aus* sui honorificent filium *o* *zu 17* Ioan. 5. *r* 18 filius *o* etc. (hoc ipsum filium) beſchloſſen *scheint c aus* geſchloſſen 19 er *o*

Dr] Hieronymus igitur non verbum, sed sententiam expressit, cum vertit: Adorate. Sed in eo lapsus est, quod nomen (Bar) reddidit adverbialiter: Adorate pure. Si nominaliter vertisset, recte fecisset: Adorate purum, electum, lucidum. Sic enim nos quoque solemus dicere: Mea lux, meum corculum.

Pulcherrimis igitur verbis et plane rhetoricis commendat Spiritussanctus nobis filium Dei: Osculamini, estote subditi, procidite, humiliamini, agnoscite vos subditos. Cuius? aut coram quo? Coram electissimo, coram purissimo, in quo solo Patri compla [Bg. P] citum est, Sicut Pater de coelo testatur: 'Hic est Filius meus dilectus', Et ipse Christus apud Iohannem dicit: 'Pater Matth. 17, 5 Joh. 3, 35
diligit filium.' Has ipsas voces complectitur Psalmus et de eis vaticinatur, cum Ebraico vocabulo Filium vocat Bar, Quasi dicat: Ipse est meum dilectum, meum purum, meum electum, quo unice gaudeo, mein hertz, mein freude. Ergo adorate eum, qui est delitiae unicae Dei et in summa placentia, et adorabitis Deum, Deo rem gratam facietis etc. Flectite ei genua, osculamini pedes eius etc.

Hs] negaret seipsum, quia tribuit alteri deo gloriam, honorem etc.; nobis non
tribuit eum, quia non dicitur, ut invicem osculemur adorantes. ergo neces[s]e,
hunc Regem, filium, esse verum, legittimum et naturalem deum, quia deus
mandat, ut adoretur et serviatur ei. Etiam si Iudaeus velit contendere,
quod debeat servitus et adoratio referri ad solum deum, deus remittit nos
omnes ad filium: 'Hunc audite' etc. 'Ille est meum beneplacitum', quicunque
hunc adoraverit, me adora[bit; qui in eum crediderit, etc.; qui audierit eum,
Joh. 14, 1 Joh. 7, 16 me etc. Ioh. 14.: 'Et in me credite.' Item: 'Doctrina mea.' Pater ergo
remittit totum orbem terrarum huc refert[q]ue ad filium, Econtra filius. ſo
ghets durch ein ander her, deus pater dedit ei omnia in manum. Omne
Joh. 5, 21 iudicium dedit filio etc. Quaecunque pater facit, et filius; 'sicut pater vivificat', etc. Cum ergo deus constituerit Regem et remiserit orbem totum
terrarum ad filium, etc. Ibi damnatae omnes religiones extra Christum,
frustra speculatur Iudeus de suo deo, qui ex Aegypto etc., frustra speculatur
Turca de suo deo, qui Mahomet, frustra speculatur monachus deum suum,
qui approbet Regulam. Deus neminem vult audire, videre, nisi vadat ad

---

1 *über* negaret seipsum *steht* hoc non potest *über* tribuit *steht* non *zu* 4 Iudeorum cavillatio *r* 5 servitus et adoratio *o* 7 etc. *o* 9 *über* refert[q]ue *steht* omnia 12 *über* Regem *steht* hunc 14 Iudeus ⟨T[urca⟩ 14/15 frustra *bis* qui *über* ⟨qui⟩ 15 frustra *bis* suum *o* 16 *über* nisi *steht* non, sed

Dr] Porro hae voces significant, Christum non esse simpliciter hominem,
5. Mose 6, 13 siquidem Pater tribuit honorem suum Filio et iubet adorari Filium. 'Adorabis Dominum Deum tuum', inquit Moses, 'et ei soli servies.' Et apud
Jes. 42, 8 Esaiam dicit Dominus: 'Gloriam meam alteri non dabo.' Cum igitur Deus
non possit esse mendax et tamen hic praecipiat adorandum hunc Regem,
sequitur hunc Regem in Zion positum natura esse Deum. Igitur supra quoque ostendi, etsi Iudaei contendant praecedentem versum non ad hunc Regem,
sed ad ipsum Deum esse referendum, tamen, nisi prorsus amentes sunt,
fatebuntur, quod Deus, hic suo mandato omnes nos remittat ad Filium et
Filium velit coli et adorari.

Matth. 17, 5 Convenit igitur sententia cum his Euangelii vocibus: 'Hic est Filius
Joh. 8, 51 meus dilectus, Hunc audite.' 'Qui crediderit in me, mortem non videbit in
Joh. 14, 1 aeternum.' 'Creditis in Deum, et in me credite.' 'Doctrina mea non est
Joh. 7, 16 Joh. 12, 49 mea.' 'Quae ego loquor, loquitur Pater.' 'Pater operatur adhuc, et ego
Joh. 5, 17 Joh. 5, 21 f. operor.' 'Pater mihi omnia dedit. Pater dedit iudicium Filio, Filius neminem
iudicat. Sicut Pater vivificat, sic et Filius' etc.

In his sententiis invicem referunt se Pater ad Filium et Filius ad Patrem, ut non dubium nobis esse possit, hunc Regem esse verum, legitimum et naturalem Deum, Et, nisi hunc Regem colas ac amplectaris, Deum non posse coli. Pater enim et Filius unum sunt.

Hs] filium, extra eum non est quaerendus deus, Ut ad Philip[p]um: 'Ostende'; Joh. 14, 8 f. 'Philip[p]e, qui videt me', etc., extra me non est videre neq[ue] deum neque patrem; me; fige tuum intutum nusquam quam in me, quia scriptum: 'Hunc audite, hic est filius' etc., 'beneplacitum' etc. Pater omnem administrationem totius creaturae, terrae, coeli etc. dedit in manum filii. Das ist geschehen ab aeterno, postea per declarationem, ut Pau[l]us Ro. 1.: 'qui declaratus' etc. Röm. 1, 4 Das ist vera adoratio, cessent adorationes In Templo Ierusalem, In omnibus locis per totum orbem terrarum. Si vultis adorare, servire deo et facere ei rem gratam, 'osculamini filium', flectite genua coram illo, cui data gloria par Et aequalis. Mundus: Das wollen wir lassen; Iudaeus, Gentilis, Arrius, Papa: Nein. Papa voce sic[1] dicit quidem, sed etc.[2], [Bl. 26^b] sed contrarium revera dicit, quia 'habet cornua similia agni'. Serviendum est filio huic, nato Off. 13, 11

---

*1* eum *o* *zu 1* Ioan. 14. *r* *3 über* intutum *steht* oculos *4* administrationem (tulit) *zu 6* Ro. 1. *r* *zu 7* Vera adoratio *r* *10 über* Mundus *steht* dicit *12 hinter* agni *nochmals* habet *zu 12* Apo. 13. *r*

[1]) *Nämlich:* Osculor eum. [2]) *Erg.* non facit.

Dr] Frustra igitur Turca, frustra Papa, frustra Monachus speculatur de Deo extra Christum. Turca dicit se adorare Deum, qui fecit coelum et terram, Idem Iudaeus dicit. Sed quia uterque hunc Regem negat esse Filium Dei, non solum aberrant a Deo, sed et idolum cordis sui adorant. Fingunt enim Deum talem, qualem ipsi volunt, non qualem se Deus revelavit. Sed Deus abominatur eos et obturat aures suas ad eorum preces. Neminem enim vult audire et videre, nisi in Filio suo.

Sicut Christus dicit ad Philippum, Ioh. 14.: 'Philippe, qui videt me, Joh. 14, 8 f. videt Patrem meum.' Cum enim Philippus orat: 'Ostende nobis Patrem', Christus admirabundus respondet: 'Tanto tempore vobiscum sum, et tu me nondum novisti'? quasi dicat: Quo abripiunt te cogitationes et speculationes tuae? Nisi in me figas oculos atque animum tuum, nec Deum nec Patrem usquam invenies. 'Est enim Pater in me et ego in Patre, et verba, quae loquor, non loquor ego, Sed Pater, qui in me habitat, is facit opera' etc.

Ad hunc modum videtur Pater, quasi fessus ferendi dominii, omnem administrationem totius creaturae dedisse Filio in manum et sinum. Ac quidem factum est hoc ab aeterno, Sed postea per revelationem et declarationem tandem patuit, semper enim habuit hanc gloriam Filius ab aeterno, sed tum primum patuit, cum per Euangelium nomen eius in totum orbem terrarum est vulgatum.

Secundo pertinet hic versus etiam ad abrogationem legis et cultuum legalium. Non enim dicit Psalmus de adoratione in templo in Ierusalem, sed nominat alium cultum. Si, inquit, vultis adorare Deum, si vultis acceptum sacrificium ei praestare et Deo sic servire, ut faciatis ei rem gratam,

Hs| ex virigine, ab aeterno ex patre. Vera persona divina et humana. Ideo si vultis adorare, huic procidite. Habes totam Christianam religionem, non consistit in mutandis rebus, corporibus, operib⌊us, mutemus animum, et tum satis etc.; et sic, ut rationem non mutemus, sed tantum animum, religionem, conscientiam novam induamus et aliam persuasionem et opinionem de deo. Postea ratio vestiat nigro, albo, ducat uxorem, aedificet. Da iſt mundus in contrarium et natura nostra. Omnia potius mutamus quam hunc animum. Omnia facilius adoramus quam istum filium. Monachus: deus est misericors, ergo volo ei servire in monasterio, vadere ad Sanctum Iacobum; non ducit uxorem, non servit, gubernat res, sed larva est in orbe terrarum. Is est sanctus. Quare? quia mutat externe habitum, victum, gestum, sed opinio

2 Christianam *o* *zu* 2 Christiana Religio *r* 3 *über* rebus *steht* cibis 5 novam *o* 6 *über* aedificet *steht* colat agrum etc. 9 *über* non *steht* talis 10 *über* gubernat *steht* non 11 *über* sanctus *steht* opinione sua et vulgi

Dr] nihil aliud feceritis, quam ut hunc Filium osculemini. Hac una ratione servietis Deo et placabitur vobis Deus.

Sed persuaderi hoc mundo non potest. Igitur Arius surgit, spargit blasphemum dogma contra filium Dei. Turca hoc summum scelus ducit, quod et credimus Christum Dei filium et eum adoramus. Papa, etsi manifestas has blasphemias cavet, tamen re vera Christum non agnoscit filium Dei, quia sacrificio eius non est contentus et docet nos nostris operibus posse efficere, quod filius Dei sanguine et morte sua effecit.

Meminerimus igitur huius testimonii, quod hic Rex est Dei filius ab aeterno genitus ex Patre et nobis propositus, ut nos eum osculemur et ei serviamus, hoc est, ut statuamus nos per ipsum reconciliatos Deo, Vt, quanquam merito Dei iram propter peccata expavescimus, tamen fiducia huius Mediatoris speremus salutem. Hunc cultum postquam Filio praestitimus, contentus est Pater et amplius nihil flagitat a nobis, quod attinet ad reconciliationem et spem vitae aeternae. Obedientia autem, quae postea accedit, quia omnia in fide filii Dei facimus, etiamsi imperfecta sit, tamen Deo placet et habet tum corporalia tum spiritualia premia.

Haec est summa totius religionis, facillima quoad externa opera, Non enim consistit in mutandis rebus externis, Sed si vult esse Christianus, non necesse est, ut mutet conditionem. Sic magistratus politicus. Non enim apud Deum est acceptio personarum. Animus autem ut mutetur est necesse, ut, ubi prius propter peccatum tantum non desperasti, nunc per Christum spem certam veniae concipias, Vbi prius peccato delectatus es, nunc peccatum oderis et fugias, Vbi prius tardus eras et negligens in obedientia erga Deum,

30 Sed] Servus *in der Erlanger Ausgabe*

Hs] ea est, quae fuit in Cain a principio mundi: Ego volo sacrificare de frugibus 1. Moſe 4 3
terrae, ergo deo placebit. Sic Iudei: volo Circumcidi etc., ergo etc. Deus non curat iam nec Circumcisionem, nec praepucium, nec coniugium, nec politiam, sapientiam, stulticiam, sanctitatem, nec peccatum, hoc quaerit: immutetis cor vestrum, imbuite conscientiam vestram Nova opinione: Ego adorabo filium dei secundum Euangelium Et in isto corde ibo, colam agrum, ero maritus, ancilla etc. Mundus foris vult mutari religiones, intus vult servari opiniones. Sic Schwer[meri faciunt, quando mutant externa etc., sed induere opinionem. Ut confidas in Christum et servias in Timore, hanc scientiam nemo docet medicus, operarius etc. Iſt altior, quam quod posset

*zu 1* Cain *r* *2 über* placebit *steht* noch nicht *3* praepucium *c aus* propucium *zu 3ff.* Christiana religio *r quer* *4 über* sapientiam *steht* nec *über* stulticiam *steht* nec *über* sanctitatem *steht* nec *6* isto[2] in[1] corde[3] *7 über* maritus *steht* uxor

Dr] nunc summo studio et voluntate in id ut incumbas, necubi Deum aut verbo aut facto offendas etc.

Ad hunc modum animus et cor mutari debet, ut de Deo iudices non ex tuo corde, sed ex verbo, quod filius Dei proponit. Hoc cum praestiteris, postea sane ratio utatur suo regno, Ducas uxorem, gubernes familiam, instituas certas operas parandi victus causa. Haec omnia Deus permittit tuo iudicio instituenda et gubernanda.

Sic simplex religionis verae forma et ratio est, Sed mundus non paret. Omnia potius mutat, quam animum et conscientiam, omnia facilius adorat quam hunc Regem. Monachus putat se Deo praestare summum cultum, cum mutat vestem, cum relinquit vocationem et se abdit in monasterium, ubi novo modo comedit, bibit, dormit etc. Sic putat se renasci et fieri novum hominem, Et tamen solus externus habitus mutatus est, mens autem et animus manet idem, manet eadem sacrilega opinio, quae fuit in scelerato Cain, qui cum meditaretur caedem Fratris, sperabat tamen se apud Deum in gratia fore propter sacrificium.

Sed vere scelerata opinio et sacrilega haec est. Non enim curat Deus vel circumcisionem vel praeputium, sicut non curat, currasne in via an stes, albane an nigra vestiaris veste. Externa haec sunt, quae quisque, prout sibi commodum est, gubernet, habita tantum ratione proximi, ne eum offendat. Sic nihil curat hoc Deus, sisne in politiae parte an solitudine, nisi quod manifestum peccatum est, si vocationem deseras et tua sponte deligas tibi aliud vivendi genus.

Hoc autem curat, imo hoc praecipit et mandat, cor ut mutes, ut conscientiam imbuas nova opinione et cogitatione de Deo, ut dicas: Agnosco et revereor filium Dei, dominum Ihesum Christum, et quia mediator meus est, per eum spero me reconciliatum Deo et peccata mihi condonata esse. Cum

Hs] humana ratio cogitare de ea. Ideo est doctrina de coelo revelata, quia non nascitur in opinione, i. e. **macht euch new**. Religio Christiana est facillima res, si spectes externa, non optat aurum, argentum sed mutationem cordis. Et **das iſt die kunſt** etc.: qui me diligit et cuius cor habeo, **folget mit leib** et **gut** et quicquid habet. Sic etc. Et hoc vult dominus. [Bl. 27ᵃ] Qui me non diligit, si etiam donat, tamen non placet. Cultus Christianus est, unicum filium adorare, ut extra eum nihil agnoscas. Si vis patrem invenire, oculos, aures claudas, nihil spectes in celo, in terra quam illum filium. Sic
2. Moſe 20, 4 in 1. praecepto: 'nec eorum, quae in coelo nec terra' etc. Ibi etiam pop|ulum Iudaicum sic captivavit, abstrahens eum simpliciter ab omnibus cogitationib|us

*3 über* aurum *steht* mutationem vestis *6 über* donat *steht* 1 trunck maluaſier *zu 9:* 1. Praecep|tum *r* *10* omnibus] omibus

Dr] tali corde ibo et fodiam agrum, faciam opus, ducam uxorem, serviam hero meo etc. Talem cultum exigit hoc in loco Psalmus et talem religionis formam praescribit.

Sed, ut dixi, mundus sanam doctrinam non accipit. Hanc iudicat esse veram religionem, si aliquid foris seu in externis mutet. Sic vecordes Anabaptistae tum putant se veros sanctos, si non gestent arma, si induant glaucam vestem, si demittant capita tristes. Sed an non haec cuivis Rustico mutatu facilia sunt? In Christum autem confidere et servire Deo in timore, hoc ne quidem digito attingunt stulti homines.

Ac certum est, quod nullus hominum, qui studet legibus aut iusticiis, hos veros cultus praestat. Ne quidem cogitatione eos assequi possunt. Est enim doctrina de coelo revelata, quae non nascitur in corde aut capite humano, Spiritusancto doctore et gubernatore opus est. Quia autem is tantum contingit per fidem in Christum, iusticiarii autem fidem abiiciunt et legem retinent, impossibile eis est hos cultus praestare.

Est igitur religio Christiana, ut dixi, facillima, si spectes externa opera. At si spectes hos spirituales cultus, est difficillima, Nam hi praestari non possunt, nisi mutetur cor. Cor igitur et animum exigit vera religio, non opus aut alia externa. Quanquam haec sequuntur, si cor habeas, Ubi enim cor est, ibi sunt omnia. Non negabit tibi pecuniam, non operas, non seipsum, qui te serio amat. Atque haec causa est, quod vera religio sit ἀνυπόκριτος et non simulator, sicut illa Pharisaica est, quae tantum externa, non animum mutat.

Ergo verus Dei cultus est, Filium hunc osculari, hoc est, eum sic adorare, ut nihil in coelo et in terra extra hunc videas nec ulla alia re
2. Moſe 20, 4 fidas, Sicut primum praeceptum iubet: 'Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem, quae est in coelo desuper et quae in terra deorsum, nec eorum, quae sunt in aquis sub terra.' Hoc mandato captivavit Deus populum suum

Hs] de deo. Num non debeo deum laudare, quod creaverit coelum et terram? Nolo. In meo propiciatorio invenies me. Ibi sum deus, qui eduxit etc. Si illum deum habes, tum invenies Creatorem coeli et terrae. Sic hic: Si volumus invenire deum coeli et terrae, caveas ab omnibus cogitationibus, quod coelum, terram creaverit, sed in Christo inveniemus eum, quia placuit divinitatem in 'plenitudinem divinitatis' etc. Die gantze Gottheit iſt weg genomen Kol. 2, 9 von Son, mond, himel, erden et omnib[us] etc. et 'habitat in eo corporaliter'. Extra Christum non est salus. Hoc nolunt Pap[i]stae, quod docemus. Oportet, inquiunt, praestare praecepta etc., sed praeposcere incipiunt. Christianus: Nescio de deo etc., audio quidem de deo loqui Papistas, Iudeos, Turcas, sed scio, quod filius sit constitutus Rex, ille est deus meus et habeo

*zu 2* Propiciatorium *r*  *3* illum deum *o*  *5* creaverit *o*  *6* divinitatis *o*  *zu 6* Col. 2. *r*  *8 über* nolunt *steht* ferre nolunt  *9 über* praestare *steht* implere  *10/11* loqui *bis* Turcas *o*  *zu 11,306, 1* Sapientia Christiana *r*

Dr] in spiritualem conspectum et abstraxit eum ab omnibus vagis cogitationibus. Et tamen in Idolatriam prolapsi sunt, sicut historia ostendit. Sic enim indicarunt Deum laudari, si laudaretur creatura ab ipso condita. Hinc secuta est adoratio solis, lunae et exercitus coelestis, cum tamen Deus diserte mandasset ad solum propiciatorium adorandum.

Ad hunc modum hic quoque caveamus ab imaginibus coeli et terrae et haereamus in solo Filio, sic apprehendemus certo Patrem et totam divinitatem. Nam et Paulus dicit: 'Tota divinitas habitat in Christo corporaliter.' Kol. 2, 9 Igitur Deum non invenies in sole, luna, non in aliis creaturis, in solo Filio, qui ex Maria natus est, invenitur. In hoc solo est salus, gratia, vita, Extra hunc quidquid de Deo cogitas, est vana cogitatio et mera Idolatria.

Hoc Papistae nesciunt. Hi cum de cultu Dei docent, aut tantum a se electos cultus intelligunt, aut, cum minimum mali sunt, deducunt homines ad Mosen et obedientiam legis seu decalogi. Ac verum est, Deus decalogum ideo praescripsit, ut nos eum praestaremus, Sed cum haec obedientia perfectissima est, hoc est, tam absoluta, quam in hominem cadere potest, non tamen in ea possumus acquiescere, non solum non apprehendimus in ista obedientia Deum, sed a Deo refugimus etiam.

Sed qui Christum intuentur, hi inveniunt talem Deum, a quo non metuunt, sed quem cum reverentia et fiducia certa misericordiae amplectuntur. Sicut igitur sancti Iudaei nesciebant alium Deum, quam qui ad propitiatorium se iusserat invocari, Sicut nesciebant alium Dei cultum, quam qui in templo, divinitus a Deo destinato, cultibus praestabatur, Sic nos in uno Filio haeremus, In eo Patrem invenimus, In eo vitam et salutem accipimus.

Haec est sapientia nostra, qui sumus Christiani, quod cohibemus vagas cogitationes cordium nostrorum et haeremus in solo Filio nec extra Filium

Hs] in eo patrem. Illa est sapientia nostra, sic cohibere vagas cogitationes cordis Joh. 3, 14 Joh. 12, 32 et oculos figere in unicum etc. Ille 'serpens erectus' et filius 'exaltatus trahit omnia ad se'; quando Christus amissus ex prospectu, sum in medio mari, sed quando fixis oculis illum intueor et nihil volo scire nec de deo iudicante etc., sed ille moritur pro me, tum Diabolus me non occidet etc. sed ars est, hoc praestare. Ideo dicit: 'oscula[mini', reveremini et laudate eum, huc dirigite 1. Kor. 2, 2 cor. Religio Christiana doctrinaq[ue est, 'nihil velle scire' cum Paulo 'nisi Iesum Christum', in religione scilicet etc. Ubi cor est innovatum, postea esto medicus, philosophus, ſchuſter, burger, Bauer; si vis, ito in desertum. Sed hoc solum facit salvum, viventem in eternum, osculari filium; caetera omnia sunt cauda.

*2* oculos *o*  *zu 2* Ioan. 3. 12. *r*  *5 über* occidet *steht* peccatum non conturbabit hoc *o*  *7* Religio] Regilio  est *o*  *9* esto] sito  si *c aus* dz  *10* solum *o*

Dr] novimus Deum. Filius enim est, qui exaltatus trahit ad se omnia. Hunc qui aut non norunt aut amiserunt, hi in medio mari damnationis iactantur, nec possunt attingere portum salutis.

Joh. 3, 14 Contra qui Christum habent, et in eum ceu in 'Serpentem aeneum' fixis oculis intuentur, hoc est, qui credunt eum ex voluntate Patris oblatum pro peccatis nostris, hi a Satana tuti sunt et verum Deum, vitam, iusticiam et sapientiam aeternam possident.

Magna igitur vis est in verbo 'Osculamini', significat enim, ut toto corde hunc Filium amplectamur neque aliud vel videamus vel audiamus, quam Christum, eumque crucifixum. Qui autem in religione aliquid aliud spectat aut altius quaerit, hic falletur et aberrabit a via salutis. Ratione et sapientia nostra utamur ad alias res, ad gubernandam familiam, ad faciendas operas, ad emptionem et venditionem. Sed cum de cultu Dei quaeritur, hic rationi praecludas omnes vias et uni huic Filio adhaereas.

Per se malum non est mutare vestem, sicut monachus mutat, ieiunare, affligere corpus etc. Reprehendimus enim haec tantum eo nomine, quia suscipiuntur cum impia opinione, tanquam res ad impetrandam remissionem peccatorum utiles. Hanc opinionem si abiicias, etiamsi retineas cucullum, modo Filium sincere osculeris, hoc est, modo nitaris eius meritis et gratia, vives in aeternum. Hoc igitur caput est cultus Dei, reliqua omnia sunt tanquam cauda, et tamen caput hoc negligit mundus et fidit in hypocritica mutatione externorum. Addit igitur Spiritussanctus:

Ne forte irascatur et pereatis in via.

Videt hanc doctrinam in mundo contemni Propheta. Iudaei, Turcae, Gentes omnes absurdissimum esse indicant, quod adoramus hominem susti-

Hs] 'Ne forte': Praefractis et praesumpt[uosis hoc dicit. scit s[piritus sanctus hanc doctrinam fore stultam apud multos, Adorare illum latronem, inter latrones crucifixum; omnes passiones carnis habentem [Bl. 27b] Invocare ut deum etc. Papistae: oportet credere in Christum, sed nisi fecerimus bona opera etc. Aut hunc adorate, aut manebitis sub ira. Ein hart, ſtrenge, greulich urteil. Si placandus deus, salus acquirenda, vel hunc adorate vel perite. Sic Iohan.: 'qui non etc., Ira dei manet' etc., 'Iam iudicatus est'. Joh. 3, 36. 18
Sic sive Carthus[ianus, sive medicus, heilig, doctus etc. Ira dei etc. Er faſte gleich alle tag zu waſſer et brod, sit caelebs, haurite totam orbem terrarum cum universa sapientia, iustitia etc., aut adoretur filius et agnoscitur, aut sciat se esse sub ira. Et dicit filium 'Irasci'. 'forte' Eb[raeus. Auff mein ſeel, ſehet euch fur, er wird zurnen. Nulla religio, iustitia etc. valet

---

1 *über* 'Ne forte' *steht* Eb[raeus 3 latrones] latronem *über* omnes passiones *steht* esurientem, paventem etc. passiones *c aus* passionem ut *o* *zu* 7 Ioan. 3. *r* 8 sive *(1.) o* 9 gleich *o* *über* haurite *steht* das heiſt uno verbo

Dr] nentem omnes communes passiones carnis, quas alii homines sustinent, imo reputatum inter latrones et affixum cruci.

Papistae etsi in hac infirmitate Christi non scandalizentur, tamen aliam viam vitae docent, quam Christum et eius opera. Verbo quidem sacrificio Christi nihil derogant, sed dum suis operibus et sacrificiis tribuunt meritum remissionis peccatorum, nonne alium constituunt Christum, quam qui a Patre nobis datus est, ut sit 'iusticia et sapientia, sanctificatio et redemptio nostra'? 1. Kor. 1, 30
Itaque loco osculi, quod Filio dari Spiritussanctus iubet, osculantur suas missas, sua ieiunia, suos cucullos, Christum autem osculantur Iudae osculo, oderunt enim doctrinam hanc et omni genere crudelitatis persequuntur.

Hoc videt Spiritussanctus, monet igitur et minatur: Aut hunc adorate, aut scitote vos manere sub ira. Si enim de eo agitur, quomodo placari Deus debeat, quomodo remissio peccatorum possit impetrari, Aut osculamini Filium, aut peribitis, Nullum hic est medium.

Sic Iohannes pronunciat: 'Qui non credit in Filium, ira Dei manet Joh. 3, 36. 18
super eum.' Item: 'Qui non credit, iam iudicatus est.' Sive sit Rex, sive pastor, sive Carthusianus, sive miles, sive coelebs vivat sive in coniugio, sive medicus sive Iureconsultus sit, si non osculatur Filium, hoc est, si non omnem spem salutis habet collocatam in Filio, etiamsi ad mortem usque se maceret ie[Bg. Q]iuniis, 'etiamsi flammis subiici corpus suum permittat', peribit in ira Dei. 1. Kor. 13, 3

Ad hunc modum haurit Spiritussanctus totum orbem terrarum uno verbo cum universa sapientia, iusticia, meritis, cultibus, adorationibus, afflictionibus et omnia transfert in Filii osculum: Si osculamini Filium, bene, Si non, peribitis in via.

Futurum enim est, inquit, ut Filius irascatur tandem, Nunc offert

Hs] coram deo, sed est sub ira. et non est ira inanis et impotens, sed potestate plena, quia ghet er nach.

'Peribitis.' 'Iusta'[1] addiderunt, quia non intellex|erunt. 'Via' Eb[raice. duplex: mala, bona, piorum, peccatorum. Nolite confidere in viis vestris, optimae, speciosissimae sunt. Papae regnum, Cesaris iſt ein fein regnum. Iura Civilia ein feiner via. Carth[usianus, Francisca[nus: fein viae. sed via hin, her, ſo iſts verloren. Sub ira sunt et ista faciet via, das aus ſey. Pul-
Röm. 9, 5 cher[rima fuit via Iudeorum, Ro. 9.: 'Quorum patres' etc., regnum, sacerdotium divinitus institutum. Templum, religio, florebant sacerdotes sanctitate et doctrina. Sed ista via peribit et vos cum ea. non hilfft euch. Putatis vos ire in via et recht. Non dicit: Peribitis cum errore, sed: das beſt, quod fiditis. Misera res, quod Monachi, ubi diu se vexant etc., ſollen hel|liſch feuer. Sic

zu 3 'Via' *r*   5 iſt *unten*   7 *über* her *steht* via   8 regnum *mit Strich zu* Pulcher|rima *Z. 7/8 gezogen*   *zu 8* Ro. 9. *r*

[1]) *Nach der Septuaginta und Vulgata:* 'de via iusta'. *Die Lutherbibel hat nur:* '*auf dem Wege*'.

Dr] vobis osculum, ut a vobis vicissim ferat osculum. Insigni enim amore complectitur genus humanum, venit enim in hanc carnem, non ut iudicet, non ut damnet, sed ut osculetur nos et ostendat nobis amorem, quo nos icomplectitur. Si igitur eum non vicissim fueritis osculati, nulla religio, nulla usticia, nulla sapientia vos sublevabit, Sed simpliciter manebitis sub ira et peribitis in ira. Sed mundus minas has non curat, putat diversum futurum, sperat gratiam Dei per sua opera et iusticias suas. Sed frustra. Definita enim sententia est: 'Qui non crediderit, condemnabitur.'

Septuaginta fecerunt: 'Ne pereatis de via iusta.' Itaque Interpretes distinxerunt, esse aliam viam bonam, aliam malam. Sed pugnant haec cum Ebraeo. Ibi enim simpliciter est: 'ne pereatis in via.'

Sententia igitur est, Quod simpliciter prohibet Spiritussanctus, ne confidamus in ullis viis nostris, etiamsi speciosissimae et optimae esse videantur. Papae regnum habet magnam speciem, Iura civilia quoque merito celebrantur tanquam insigne donum Dei et necessarium ad publicam tranquillitatem. Carthusianus etiam habet splendidam viam, in qua incedit. Sic aliorum ordinum sunt certae viae. Sed quidquid huiusmodi est in universo orbe terrarum, hoc totum, nisi Filium osculeris, est nihil nisi ira et damnatio, et ira faciet, ut viae hae aboleantur et pereant. Si enim Religio veteris populi
Röm. 9, 4 consistere non potuit hoc Filio abiecto et repudiato, Si illi, 'quorum erat testamentum, legislatio, cultus, sacerdotium, templum', una cum via sua perierunt, quid dicemus de viis electis sine verbo Dei, quales sunt Papistarum?

Emphasis igitur est in vocabulo 'via'. Non enim dicit: Peribitis in errore, sed: 'in via', hoc est, instituti cultus, electa opera ad salutem, vobis

Hs] Iudaeis factum, qui contempserunt praedicationem filii adorandi: certissimi erant, non futuram istam iram, ideo perierunt cum sua via. Iam in vago errore sunt, tam corporis, quam animae. Regnum Romanum iſt zerſtort et geflogen ſchier in omnes angulos orbis terrarum. Papae robur in conspectu nostro periit, quia ista ira est divina. [Bl. 28a] quia deus In isto filio sibi complacet, ideo adora⌊te vel peribitis.

Non solum erit ira plena potestate, sed 'in brevi', i. e. omnipotens, propinqua. 'Misericordia et ira ab illo cito proximant' etc. Er duncket uns Sir. 5,7
wol lang harren, sed dicitur brevis, quia certissime venit et repentine, ut Pau⌊lus: 'Repentinus.' Sic Iudaeis factum etc. Cum putabant, se florere, 1. Theſſ. 5,3
ceciderunt. Sic Romani; sic Papa, cum esset securissimus, etc. 'Impii non Pſ. 55,24
dimidiabunt' etc. Papa hat wol 600 iar laborirt, ut fieret Caesar, sed non

3 tam *c aus* quam *zu 7* 'In brevi' *r* 8 illo *o* Er *c aus* Es *zu 8* Ecclesiastici 5. *r* 10 *über* florere *steht* maxime *zu 10:* 1. Thes. 5. *r* *zu 12:* 500 vel *vor* 600 *vor der Zeile*

Dr] exitio erunt. Miserabile autem est, quod Monachus, qui noctu diuque aliud nihil agit, quam ut affligat corpus suum, aliud hac diligentia non efficit, quam ut subiiciatur gehennae flammis.

Sic Iudaei, magno Zelo pugnantes pro lege et sacrificiis, habent viam, qua putant recta tendere ad vitam, sed in hac via pereunt, ita ut sint in vago errore animae et corporis.

Sic regnum Romanum habuit viam, qua putavit vinci posse omnia pericula. Sed omnes hi, quia Filium non sunt osculati, perierunt in via sua et cum via sua.

Hodie quoque Dei beneficio videmus perire Papam in conſpectu nostro cum variis suis viis. Est enim huius Filii ira divina ira et habet potestatem, non est vana aut sine viribus ira, se vult haberi pro Deo et coli, aut minatur interitum.

Auget autem comminationem, quod addit Spiritussanctus, Brevi exarsuram iram hanc. Utrumque enim complectitur, et omnipotentem esse hanc iram et admodum propinquam. Dum cessat, longissime videtur abesse, non iis solum, qui iram hanc non experiuntur, sed etiam piis, qui interim affliguntur et torquentur. Sed definita sententia est: 'Brevi exardescet', hoc est, Certissime veniet, ac veniet tum, cum dixerint: Pax et securitas. Sic Iudaei ruinam suam non existimabant tam esse propinquam.

Nostro quoque tempore Papatus coepit ruere, cum esset securissimus. Nunc quoque nescio, quid spei alunt hostes Euangelii, Sed fiet secundum
scripturam: 'Non dimidiabunt impii vias suas.' Nunc annis amplius sexcentis Pſ. 55,24
hoc agunt Pontifices, ut potiantur Romano imperio, Sed falsi sunt spe et omnes conciderunt in ipsis conatibus, iique omnium turpissime, qui sapientia et calliditate erant instructissimi.

Hs] effecit, imo cecidit. Ideo dicit: 'in brevi', plotzlich, ehe man ſich umb ſihet. Luk. 18, 2. 8 Off. 3, 11 Sic Christus Luc. 18.: 'Iudex' etc. 'Amen, et in brevi' etc. In Apo.: 'venio cito'. Nobis Christianis videtur dilata, diuturna, quia spes dilata etc. Sed impiis venit valde subito. Et illis loquitur, non nobis, qui adoramus filium. Sed ruina adversariorum kompt ſo frue etc. Ideo pertinent ista ad securos et superbos, qui dicunt: non nol. ſo gib das hembd da zu her. Rident istas comminationes, sed quando zum treffen kompt, 'non putassem' canunt. Sic 1. Moſe 19, 9 Sodomitae: 'Numquid ingressus es, ut regnes?' Mane verbrand etc. Hunc filium adorate, vel cito eritis sub ira, quam non poteritis effugere, peribitis 1. Theſſ. 5, 3 simpliciter. 1. Thes. 5.: 'Et cito veniet.'

Nobis dicitur: 'Beati omnes': si hoc non adderet, ſol einen das todten: 'Irascetur' etc., 'Peribitis' et 'brevi'. Er hats fein diſtinguirt: Qui nolunt

---

*1* imo *o* *zu 2* Luc. 18. *r* Apo. 3. *r* *3 über* etc. *steht* affligit animam *4 über* illis *steht* impiis *6* qui dicunt *unten* *zu 6* hab ich noch ſo lang friſſt *r mit Strich zu* ſo *gezogen* *8* Sodomitae] Sodomae *über* Sodomae *steht* dicebant ad Loth *über* regnes *steht* 'tu', inquiunt *zu 8* Gene. 19. *r* *11* einen] einem *zu 11* 'Beati omnes, qui confidunt' *r*

Dr] Est autem causa huius iudicii et ruinae impiorum haec quoque, Quod, etsi Filius in brevi irascetur, tamen pii eam quoque orationibus suis urgent. Luk. 18, 8 Itaque sicut Christus de iniquo Iudice et vidua dicit: 'Deus quoque faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die et nocte, et cito quidem Off. 3, 11 eam faciet', Sic in Apocalypsi: 'veniet cito.'

Nobis quidem, qui patimur interim, diuturna et tarda videtur ira. Spes enim, quae tarda est, affligit animum. Sed impiis admodum est brevis, obruuntur enim tum, cum putant se esse tutissimos. Itaque in momento videntur perire. Nunc cum audiunt has minas, secure eas contemnunt, Sicut de latrone quodam narratur fabula, qui cum viatorem quendam spoliaret et ille poenam in ultimo die exolvendam clamaret, Eia, inquit latro, Si tam diu differetur poena, bene mecum agetur; Nunc igitur hac spe, praeter tunicam etiam interulam mihi trade.

Tales sunt omnes impii. Sed cum apprehendit eos poena, tum canunt stultam hanc cancionem: Non putaram. Sodomitae Lot, monentem fideliter, 1. Moſe 19, 9 etiam conviciis incessebant. 'Ingressus es', inquiunt, 'ut advena, nunquid igitur iudicabis nos?' Securi scilicet erant. Sed cum oriretur mane sol, hauriebantur coelesti flamma et hiatu terrae. Sic ostendit se ira haec, quae cito venit et priusquam impii id possunt credere.

Est igitur haec gravissima comminatio et plena terroris, quae ipsa cogitatione saltem occideret nos, nisi addidisset Spiritussanctus necessariam consolationem. Distinguit enim inter eos, qui Filium hunc osculantur et qui non osculantur. Qui igitur non volunt osculari filium hunc, sed propter iusticiam suam inflati sunt, his irascitur et minatur exitium. Qui autem

Hs] adorare, ut Reges, principes, illis dicitur: 'Irascetur' et 'peribitis' et 'fiet brevi'. Hoc nihil ad nos, qui volumus Christi gloriam et adoramus eum et habemus eum pro domino. Sed hoc ad nos: 'Beati' etc. Nolite vos terreri. Angelus ad mulieres: terreantur custodes, sed 'vos nolite expavescere'. Ser- Matt. 16, 6 mones irae ad superbos, sermones risus, gaudii, misericordiae ad paventes, territos, afflictos. hoc ideo, ut distinguamus popul[um a populo, sapientes a stultis, potentes ab infirmis. Alius mundus diaboli, alius Christi; ille curat eum, huic dicitur: sitis laeti, confidentes, Ira vos non tanget, quia 'qui credit Joh. 3, 18. 1 eum, non' etc., sed 'ut fiat salvus mundus per eum' etc. [Bl. 28^b] Colere Christum est totam fiduciam in eum reiicere. Das iſt wider Christianus cultus. Imbuite cor vestrum bonis cogitationib[us, suavibus, Tantum de Christo. Caetera omnia vos terrebunt, vestra vita, opera, iustitia. Non erit recreatio

---

*zu 4* Marci ultimo *r*    *7* ille *mit Strich zu* diaboli *gezogen*    *10* totam] tota

Dr] filium osculantur, qui propter peccata sua in metu sunt et tamen propter filium Dei spem concipiunt, hi, inquit, Beati sunt.

Sic Angeli ad sepulchrum Domini discrimen faciunt, cum mulierculis dicunt: 'Nolite timere.' Non enim ad eas terrendas advenerant, quae Christum Matt. 16, 6 amabant et quaerebant, Sed ad terrendos custodes, qui operam suam addixerant Pharisaeis et Pontificibus ad Christi gloriam opprimendam. Sicut igitur personae differunt, Ita etiam differunt conciones. Concio autem irae et poenarum pertinet ad duros et securos, Hi sunt contundendi malleo legis.

Sic sunt quasi duo mundi: Unus Diaboli, in quo sunt homines securi, superbi, negligentes Dei et Euangelii. Hos monet Spiritussanctus, ut securitatem exuant, aut futurum, ut pereant cum via sua. Alter mundus est Christi. In eo sunt homines afflicti et calamitosi, qui sensu suorum peccatorum conturbantur et metuunt peccatorum poenam, mortem aeternam et iram Dei, Et tamen, quia vident filium Dei victimam factum pro peccatis, concipiunt spem misericordiae. Hos Spiritussanctus consolatur egregio verbo: 'Beati', inquit, 'sunt omnes, qui in eo fidunt' seu sperant.

Docet autem simul de vero Dei cultu, quod colere Deum nihil sit aliud nisi totam fiduciam in hunc Regem ponere et niti eius auxilio atque ope contra mortem, peccatum et Satanam. Verbum igitur sperandi exponit osculum, de quo supra dixit, Quasi dicat: Respicite in hunc Regem, sitis laeti et iucundi ac cor vestrum imbuite bonis de Deo cogitationibus per hunc Filium, qui vobis a Deo Patre proponitur osculandus. Nam quidquid caeterarum rerum est in mundo, Id omne vos contristabit, non afferet consolationem aut opem contra mortem et peccatum, ne quidem sanctissima vita, bona opera seu iusticia vestra. In hoc autem Filio invenietis fontem salutis et omnis consolationis. Igitur non tantum sperate in eo, sed etiam statuite vos beatos esse, cum in eo speratis.

Hs] nisi adoratio huius filii. Est descrip⌊ta relig⌊io celestis et ec⌊clesia: Videntur dominari principes, Reges et caro nostra. Sed quousque vivit iste Rex, et nos vivemus et triump⌊hum habemus, quia ipse est omnia.

3 nos] non *[Schreibflüchtigkeit]*

Dr] Ad hunc modum describit hic Psalmus coelestem religionem et veros cultus cum vera Ecclesia et eius capite Christo, Ut, quanquam Ecclesia in mundo lateat abscondita et videantur dominari Satan et impii, imo etiam caro nostra, tamen Ecclesia per fidem in hunc Regem vincat tandem et triumphet contra Satanam et totum mundum, Secundum sententiam hanc: 'Beati omnes, qui confidunt in eo.' Itaque in tantis difficultatibus, cum quibus hodie conflictatur misera et quasi undique oppressa Ecclesia, nos quoque consolationem hanc ambabus teneamus manibus, quod sperantes in Christum filium Dei sumus beati. Amen.

# Enarratio Psalmi LI.
## 1532. [1538.]

### Ausgaben.

*A* „ENARRA || *TIO PSALMORVM LI. MISE* || *rere mei Deus, &* || *CXXX.* || *De profundis cla=* || *maui.* || *PER D. MART. LVTHE-* || *RVM* || *Nunc recens in lucem ædita.* || *ADIECTA EST ETIAM* || *SAVO=* || *narolæ Meditatio in Pſal=* || *mum LI.* || [Druckerzeichen] || *M. D. XXXVIII.* “ Titelrückſeite leer. Titelblatt und S. 3—308 und 2 unbezifferte Blätter in Oktav (= Bogen *A—V*), die drittletzte und vorletzte Seite leer. Auf der viertletzten Seite (Blatt *V*3ᵃ Z. 1): „*ARGENTORATI APVD CRA=* || *TONEM MYLIVM. AN.* || *M. D. XXXVIII.* || *MENSE SEPT.* || “ Auf der letzten Seite (Blatt *V*4ᵇ): Druckerzeichen.

Vorhanden: Berlin (Luth. 7140), (ohne das letzte Blatt): Königsberg U., München U. — Erlangen: Exeg. opp. lat. XIX, 1 Nr. 1 (ungenau und nach einem unvollſtändigen, mit S. 258 und daher mit den Worten „*Finijt Vuittenbergæ prima octobris, Anno 1533.*“ ſchließenden Exemplare. Walch ² 5, 472 Anm. übernimmt die Beſchreibung dieſes Exemplares aus der Erl. Ausg.).

*B* „ENARRA || *TIO PSALMORVM LI. MISE=* || *rere mei Deus, &* || *CXXX.* || *De profundis cla=* || *maui.* || *PER D. MATT.* [ſo!] *LVTHERVM* || *Nunc denuo in lucem ædita.* || *ADIECTA EST ETIAM SAVO=* || *narolæ Meditatio in Pſal-* || *mum LI.* || [Druckerzeichen] || *M. D. XXXIX.* || “ Titelrückſeite leer. Titelblatt und S. 3—308 u. 2 unbezifferte Blätter (= Bogen *A—V*), die drittletzte und vorletzte Seite leer. Auf der viertletzten Seite (Blatt *V*3ᵃ Z. 16): „*ARGENTORATI APUD CRA=* || *TONEM MYLIVM. AN.* || *M. D. XXXIX.* || *NON MAII.* || “ Auf der letzten Seite (Blatt *V*4ᵇ): Druckerzeichen.

Vorhanden: Knaakeſche Sammlung; Dresden, München U, Stuttgart. — Erlangen: Exeg. opp. lat. XIX, 1 Nr. 2 (ungenau).

### Spätere Ausgaben:

„ENUCLEATA Præclara LUTHERI ENARRATIO PSALMI LI. Graviſſimam de præcipuis fidei articulis doctrinam nervoſe complectens .... Ex Autographo Bibliothecæ Rudolpheæ recenſita. Helmeſtadi, Typis SALOMONIS SCHORRII, ANNO MDCCI.“ In Quart.

Dieſelbe Ausgabe erſchien im gleichen Jahre mit gleichem Titel, der nur den Zuſatz „Editio ſecunda“ erhielt, im gleichen Verlage in Oktav.

## Deutſche Überſetzung:

„Der LI. Pſalm, | Miſerere mei Deus. Durch | Doct. Mart. Luther jnn La- | teiniſcher ſprach ausgelegt, vnd itzund verdeudſcht. | Durch | Georg. Maior. | Wittemberg. | 1539 |“ Mit Titeleinfaſſung (J. Luther, Die Titeleinfaſſungen der Reformationszeit: Tafel 55). Titelrückſeite leer. 132 unbezifferte Blätter in Quart (= Bogen A—Z u. a—f), letztes Blatt leer. Am Ende (Blatt f3ᵇ Z. 25): Gedruckt zu Wittem- | berg durch Hans Friſchmut. |“

Vorhanden: Knaakeſche Sammlung; Berlin (Luth. 7153), Dresden, Heidelberg, München H. u. U., Stuttgart L., Wernigerode, Wittenberg, Wolfenbüttel; London. — Erlangen: Exeg. opp. lat. XIX, 2 Nr. 3.

## Italieniſche Überſetzung:

„ESPOSITIONE NEL SALMO LI. HABBI MISERICORdia di me Signore. Et nel Salmo CXXX. Dal profondo gridai à te Signore, di Martino Lutero, pur hora tradotti di Latino in lingua Italiana. Reuiſti & correti con diligenza per Antonio Dalmata, & Stephano Iſtriano .... IN TVBINGA. 1564.“

Vorhanden: Dresden, München U.

## Däniſche Überſetzung.

Den Guds Mands D. Morten Luthers Ypperlige Forklaring Over Den 51. Davids Pſalme ... overſat, og til Trykken befordret af Oluf Schlichtkrull. KJØBENHAVN (1752).

In den Geſamtausgaben findet ſich Pſalm 51: (lateiniſch): Wittenberg III (1549), 501ᵇ—538ᵃ; Jena IV (1558), 374ᵇ—413ᵇ; Erlangen: Exeg. opp. lat. XIX, 1—154. — (deutſch): Wittenberg 3 (1550), II, 52ᵇ—118ᵃ; Altenburg 6, 1266—1340; Leipzig 6, 170—241; Walch¹ 5, 674—915; Walch² 5, 472—619 (neu überſetzt nach der Erl. Ausg. unter Vergleichung der Wittenberger und Jenaer Ausgabe).

Hs]

# PSALMVS LI.

10. Iunii. Institui, aliquot psalmos eligere, quos interpretarer pro tempore et ut obseq⌊uium faceremus deo. Audivimus 2. ps. de Rege et regno spirituali et divino, Et quomodo hoc reg⌊num accipiatur in mundo et blasphemetur et tamen vincat et triumphet. Nunc volumus in manus sumere ps. 51. de poenitentia. Non quod possim promittere scientiam istius psalmi, quia videor non apprehendisse illum spiritum, qui ibi loquitur, sed tantum, ut habeamus materiam cogitandi et discendi et primum fiam discipulus et expectem magisterium s⌊piritus sancti: quicquid ille sugges⌊sit, hoc accipiam cum gratitudine. Estq⌊ue psalmus satis utilis, si aliquam partem intellex⌊i, quia iam maxima controversia est in orb⌊e terrarum de poenitentia, iustificatione etc., qui sunt loci principales in relig⌊ione Christiana. et omnes ferme loci sunt divini et coelestes, qui, nisi fuerint s⌊piritus sancti magisterio traditi, impossibile est, ut descendant in cor hominis. Licet Papa et alii

3 *über* obseq⌊uium *steht* et sacrificium *über* Audivimus *steht* ergo 6 poenitentia] pnia 9 magisterium *über* ⟨suggestionem⟩ *11/12* iusti⟨fi⟩ficatione *über* iustificatione *steht* gratia *zu 11/12* Poenitentia, Gratia, Iustificatio *r* *12* etc. *o* *14 über* traditi *steht* docti *über* alii *steht* Rottenses

Dr]

# PSALMUS: MISERERE MEI, DEUS.[1]

Ad Christi gloriam et Ecclesiae utilitatem aedita est haec Psalmi quinquagesimi primi illustris Enarratio Reverendi Patris D. Martini Lutheri.

Enarravimus proxime Psalmum secundum de Rege Christo et spirituali ac coelesti eius regno, quomodo in hoc mundo accipiatur, quomodo vexetur et laceretur per Reges ac populos et tamen vincat et triumphet. Nunc autem institui Enarrationem Psalmi 'Miserere', qui docet de Poenitentia, non quod pollicear me posse huic lectioni satisfacere, Fateor enim me illum Spiritum non totum appraehendisse, qui ibi loquitur, Sed tantum ut habeamus occasionem et materiam cogitandi ac discendi, ut ego vobiscum fiam discipulus et exspectem Spiritum, qui quicquid dabit, accipiemus cum gratiarum actione.

Est autem multis modis huius Psalmi cognitio tum necessaria tum utilis. Continet enim doctrinam de praecipuis nostrae Religionis capitibus, de Poenitentia, de Peccato, de Gratia et Iustificatione, Item de Cultu, quem nos Deo praestare debemus. Hi sunt divini et coelestes loci, qui, nisi magno spiritu doceantur, non est possibile, ut ascendant in cor hominis. Sicut

[1]) *Auf Bg. A 2ª bis A 4ª steht die Widmung Dietrichs an Bernhard und Hieronymus Baumgartner, datiert vom Trinitatistag 1538. Bg. A 4ᵇ bis A 6ᵇ ein Gedicht des Thomas Venatorius* De potentia peccati originalis. *Auf Bg. A 7ª beginnt unser Text.*

Hs] multa garriant de peccatis, gratia, poenitentia, sed Ista vocabula sunt illis mera somnia, cognoscere enim peccatum. gratiam et veram poenitentiam non est humanae rationis, sapientiae nec nascitur in nostris cordib⌊us, sed divinitus datur. Nemo potest sic loqui de misericordia dei et vera poenitentia, quemad⌊modum hic psalmus loquitur. Primum appellatus est iste psalmus poenitentiae. Sic fuit in usu per omnes ecclesias et canebatur praesertim quadragesima maxime; fortasse aliquid intellexit, qui primus hunc titulum psalmo fecit, reliqua turba demurmuravit. deinde applicaverunt eum poenitentiae operum, Ut dicerent: hoc peccatum est aut cogitatum aut dictum aut factum contra legem dei. [Bl. 29a] Non inspexerunt profundius definitionem peccati: esse radicem et morbum ipsum: non ista cogitaverunt, quanquam propheta claris
V. 7 verbis diceret: 'In peccatis conceptus sum'. tamen finxerunt peccatum etc. et postea hoc secutum, cum peccati definitionem non intelligerent, ut neq⌊ue intellig⌊erent gratiam; ea non intellecta impossibile est consolari et erigere

1 multa(m) gratia *c aus* gratiae 5 mum [*in* Primum] *am Anfang der Zeile über* (locuti) iste *o* *zu 5* Dictus Poenitentiae psalmus *r* 6 quadragesima] 4 ma 7 psalmo fecit *o* *zu 8 hinter* demurmuravit *ist* tantum, nihil intellexit [*c aus* intellexerunt] *vom Rande eingewiesen* *zu 9* Peccatum *r* *zu 10* Peccatum, Gratia *r* 11 *über* radicem *steht* arborem cum fructib⌊us 13 intellegerent

Dr] videmus hanc doctrinam ab adversariis nostris magno conatu, multis ac immensis voluminibus agitatam, et tamen nemo ex omnium eorum numero est, qui sane intelligat, quid sit Poenitentia, quid Peccatum, quid Gratia, sed sunt eis haec vocabula ceu somnium quoddam, cuius vestigia quaedam in animo relicta sunt, sed tota res ex animo atque oculis effluxit. Est autem haec causa tantae caecitatis et ignorantiae, quod vera cognitio horum locorum non pendet ex cognitione et sapientia rationis humanae nec nascitur, ut sic dicam, domi nostrae, in cordibus nostris, sed de coelo revelatur et datur. Quis enim hominum sic posset loqui de Poenitentia et Remissione peccatorum, sicut Spiritus sanctus in hoc Psalmo loquitur?

Ac vulgo hic Psalmus Poenitentiae Psalmus appellatus est, et celeberrimus est inter omnes in templorum usu et quotidianis precationibus. Et sane intellexit aliquid, qui primus hunc titulum Psalmo indidit. Sed reliqua turba, quae eum aut decantat quotidie aut orat, ut absolvat iniunctas ab Episcopis operas, prorsus nihil intellexit. Applicaverunt enim Psalmum ad poenitentiam operum seu peccatum actuale, quod sic definiunt, esse dictum, factum aut cogitatum contra legem Dei. Sed haec definitio longe est angustior, quam ut peccati magnitudinem et vim ob oculos ponat. Altius enim peccatum inspiciendum et radix impietatis seu peccati clarius ostendenda erat, non simpliciter erat resistendum in actibus elicitis, ut vocarunt. Ex hoc errore, quod peccatum non recte intelligitur, alius error, ut fit, nascitur, ut neque Gratia quid sit intelligatur. Accidit igitur, ut in erigendis pavidis

Hs] conscientias. qui enim non intelligunt peccatum, gratiam et misericordiam, iustitiam, neminem consolari possunt. Sed sic suaserunt: Si mordet conscientia te, Indue cucullum, ieiuna, vade ad Sanctum Iacobum, quibus deum voluerunt placare. ista sunt signa Ignoratae poenitentiae, peccati, gratiae dei, et theologia facta mere mundana, Civilis. Sicut fur poenituit. Si quis vult poenitere, debet recolligere omnes amaritudines cordis et facere cathalogum peccatorum et illa fateri. Ista poenitentia non facit. Ideo non solum docemus istum psalmum, ut discamus veritatem, sed etiam falsitatem reprobemus. Cum laboravit conscientia afflicta in Papatu, nemo potuit verbum consolationis et erectionis dicere, ibi secuta desperatio. Illud beneficium non obliviscamur, quo eripuit nos deus de tantis tenebris et ignorantia, Ut infra 28, 18
dicet, ubi alloquitur Iudaeos cum suis 'sacrificiis' et aliam iustificationem fürgibt, de qua ipsi nihil noverunt. Esto sane, sit psalmus de poenitentia,

1 enim *o* 1/2 intell[1]igunt gra[3]tiam et misericordiam, iustitiam, pecc[2]atum 2 suaserunt *o* 3 *über* te *steht* peccatum urget 5 *über* mundana *steht* politica, philosophica *über* Si quis *steht* Sic docuerunt 6 cordis *unten* 10 *über* Illud *steht* Iius *[d. h. es ist zu lesen:* Illius*]* 11 nos deus *o*

Dr] conscientiis, in consolandis mentibus contra mortem et iudicium Dei essent ineptissimi. Quomodo enim consolari potest, qui, quid gratia sit, non intelligit? Ergo ad illa stulta prolapsi sunt, ut hominibus oppressis conscientiae doloribus suaderent cucullos, regulas et similes nugas, quibus placari Deum credebant. Haec autem manifesta testimonia sunt, quod neque peccatum nec gratiam recte intellexerunt et simpliciter Theologiam Rationalem sine verbo Dei docuere.

Ad eundem modum de Poenitentia quoque docuere, ut homines colligerent totius anni praeteriti transgressiones et de iis dolerent ac satisfactione ea expiarent. Sed quaeso, num Iudex ideo furem non suspendit, quod audit eum fateri furtum et dolere videt? Et isti Deo sic satisfactum putant, scilicet, si ad hunc modum fingant dolorem, si aliter vestiant, aliter incedant, aliter victitent.

Quare lectio huius Psalmi praecipue ad hanc rem erit utilis, ut capita ista nostrae doctrinae recte discamus intelligere et adversarios nostros, sic impure de gravissimis rebus disputantes, erudite et graviter possimus refutare. Nam meo exemplo comperi, cum aliquoties laboraret conscientia mea, quam nihil opis afferre possent profanae ipsorum disputationes. Saepius autem adhortatus sum Ecclesiam ad gratiarum actionem pro hoc ingenti dono verbi et pura doctrina, quod pulsis his ceu tenebris clarum verbi lumen illuxit.

Ut igitur ad Psalmum veniamus: Proponitur hic doctrina de vera Poenitentia. Sunt autem in vera Poenitentia duo, cognitio peccati et cognitio gratiae, seu, ut notioribus appellationibus utamur, timor Dei et fiducia misericordiae. Has duas partes David in hac oratione ceu in illustri pictura

Hs] sed de vera. qui vere poenitet, discat hunc psalmum orare et toto corde credere. Peccati cognitionem et gratiae vel Timorem dei Et fiduciam erga deum, utrumque invenis. 1. laborat et vexatur gravamine peccati et con-
V. 15 scientiae. In fine promittit, 'se docturum impios'. Videtur mihi David voluisse hoc psalmo reliquisse post se veram sapientiam spiritualis doctrinae, ut haberet populus sana verba et haberet veram cognitionem peccati et
Ps. 130, 1 Ps. 32, 1 gratiae. Sic ille 'De profundis' etc., 'Beati, quorum' einsdem argumenti. Ipse artifex est in hac arte. [Bl. 29b] Sed nos discipuli, ut nemo glorietur. Imo omnes manemus infra et citra scrip|turam, qui scit scripturam, verbum divinum, scit vix se intel|ligere guttam, stillam.

V. 1 'Ad victoriam[1], psalmus David': Illum titulum et historiam nostis. forte iste titulus causa fuit, ut istum psalmum traherent ad opera vel actu- *
alia peccata tantum vel ipsum David solum, qui solus videtur loqui per

*zu 2* Summa psalmi *r* *3 über* invenis *steht* in hoc psalmo *7 über* 'De profundis' *steht* 130 *über* 'Beati' *steht* 32 *zu 7* ps. 32. 130. *r* *8 über* artifex *steht* mirus *über* discipuli *steht* manebimus *10 über* guttam *steht* ferulam de infinito *zu 11* Titulus psalmi *r*

[1]) *Im Hebräischen* לַמְנַצֵּחַ *von* נצח, *'glänzen', 'überragen', 'siegen'. Als Psalmenüberschrift übersetzt es Aquila τῷ νικοποιῷ, Hieronymus* victori, *Theodoret εἰς τὸ νῖκος, Sept. εἰς τὸ τέλος, Vulg.* In finem. *Gesenius-Buhl, Hebr. Wörterbuch (12. Aufl. S. 510) erklärt dies letzte = für die Ceremonie.*

Dr] spectandas proponit. Initio enim Psalmi videmus eum [Bg. B] laborare ex cognitione peccati sui ac gravamine conscientiae. In fine autem consolatur se fiducia bonitatis Dei et promittit se alios quoque eruditurum, ut convertantur. Sic plane apparet Prophetam singulari consilio in hoc Psalmo voluisse relinquere veram sapientiam religionis divinae, explicatae sanis verbis et sano sensu, ut, quid peccatum, quid gratia, quid tota poenitentia esset,
Ps. 32, 1 disceremus. Ac sunt huius generis alii quoque Psalmi, sicut Psalmus: 'Beati,
Ps. 130, 1 quorum remissae', Item: 'De profundis clamavi.' Nam in hac doctrina tradenda artifex est David, ita tamen, ut nobiscum in usu huius doctrinae maneat discipulus, quia omnes homines, quantumvis illustrati Spiritu sancto, tamen manent discipuli verbi, manent infra et citra verbum et experiuntur, quod vix guttulam ex immenso Spiritus pelago haurire possint.

V. 1 Dixi paucis Argumentum et ordinem Psalmi, iam etiam de titulo dicendum est. Est autem nota historia ex secundo libro Samuelis cap. 12. Mihi igitur non est dubium, hunc titulum occasionem dedisse Scholasticis, ut eum et de persona Davidis tantum et de actualibus eius peccatis intelligerent. Videtur enim solus David loqui in propria persona et proprio peccato adulterii et homicidii. At mirum est, quod non docuerunt etiam Psalmum hunc tantum in hoc uno peccato orandum. Sed permiserunt exempli loco

Hs] totum psalmum Et videtur excludere omnes, qui hunc psalmum non fecerunt. Tamen ipsum David posuerunt in Exemplum, iſt bona gemma, Ut et Paulus: 'Ein blasphemus et vastator' etc., 'sed dominus Iesus fecit me exemplar.' Hic 1 Tim. 1, 13. 16 ostendit in Pau[lo deus suam longanimitatem, mansuetud[inem et infinitam misericordiam, ne desperarent peccatores. Agimus etiam gratias, quod David reliquerit nobis Exemplum. Sed psalmus greifft weyter, sic et nos.

Placet historia, sed quod non latius tracta[verit quam ad Adult[erium, V. 2 homicidium, blasphemiam David, etc.[1], sed dicimus, psalmum ultra loqui de toto peccato et radice. Ipsi solum de fructibus peccati interpretati, nos de arbore, ut infra dicit: 'In peccatis conceptus' etc. Non est hoc adulte[rium V. 7 admittere. Exemplum, ut dixi, placet, quia deus afflictis conscientiis hat ein gros exempel misericordiae suae geſetzt, quia, ubi David adulteratus, mox adiecit adulterio consilium pessimum: vocavit virum, ut etc., coepit negare 2. Sam. 11, 6 ff.

zu 2 Exemplum < Davidis / Pauli *r* 3 *über* vastator *steht* ecclesiae 4 deus *vor der Zeile* zu 5 pro hoc *vor* Agimus *vor der Zeile* 6 reliquerit] reliqrit 8 psalmum] ps ultra ps (2 1) zu 8/9 Summa psalmi *r* 10 arbore *mit Strich zu* radice *Z. 9 gezogen* hoc *o* 11 *über* Exemplum *steht* Davidis 12 David *o* 13 *über* etc. *steht* ingrederetur ad uxorem

[1]) *Erg.* non placet.

Dr] haberi et orari in omnibus aliis peccatis, sicut Paulus dicit: 'Dominus Ihesus 1. Tim. 1, 16 fecit me in exemplum omnium credentium in se', cum tamen non omnes credentes fuerint persecutores Ecclesiae, sed Christus in Paulo suam longanimitatem, mansuetudinem et infinitam misericordiam ostenderit, ne desperent alii in peccatis. Ad eum modum etiam hunc Psalmum ceu exemplum orationis in omnibus peccatis proposuerunt, quamvis eum tantum de actuali peccato Davidis intelligerent, cuius titulus meminit.

Sed nobis longius progrediendum est nec resistendum in peccatis illis V. 2 exterioribus, sed tota peccati natura, fons et origo intuenda est: loquitur enim Psalmus de toto peccato seu de radice peccati, non solum de externo opere, quod ceu fructus ex arbore peccati et radice enascitur. Nam quod deprecatur se in peccatis conceptum esse, hoc profecto non tantum ad adul- V. 7 terium pertinet, sed ad totam naturam peccato contaminatam. Et tamen non displicet, quod Davidis factum ceu exemplum proponitur. Nam in hoc facto plura quam unum cum Bethseba peccatum videtur. Adiicit enim adulterio pessimum consilium. Pronunciat 'illum, qui ovem ademit vicino inopi, virum 2. Sam 12, 5 mortis esse', cum ipse suum peccatum in occiso Uria (homine sine dubio bono et egregia in Regem suum fide), item in erepta coniuge non videret, sed vellet adhuc sanctus et amans iuris ac iusticiae videri. Hoc vero est

16 fuerint] fuerunt *im Urdruck*

Hs] peccatum, non velle videri adulter. Volebat videri sanctus sine adulterio; fuit vir sanctus Urias et fideliter mortuus. Et non solum illum occidit sed multos ex Isra⌊el, fortassis etiam Sanctos et optimos cum eo. Das heiſt rumort per praecepta 10, per 1. 2. 3. 4.. et nihil in toto decalogo, quod non egr⌊egie et insigniter transgrederetur. Si abstulit uxorem et bonum et domum et postea contra deum etc. Deus non adeo recordatur adulterii et homicidii,
2. Sam. 12, 13f. sicut ei opprobrat blasphemiam. Et imposuit ei poenam. Filii Amon, cum [Bl. 30ᵃ] ceciderunt Israelitae, dixerunt: Deus Israel nihil est. Das hat deus da von muſſen haben. Das Exempel iſt gut et historia etc., quia leufft per totum decal⌊ogum, quia tam bonus non fuisset, ut venisset ad cognitionem sui, sed occultando, dissimulando etc. Qui non legit in bibliis, ſols einer wol nicht gleuben. Fecerat multa mirabilia et electus dei, qui habuit promiss⌊iones de Christo futuro ex suo semine. Unus ex max⌊imis viris in orbe, cum maximis conferendus, et labitur in tot monstra peccatorum et negat et in impoenitentiam cadit. Nisi deus revocasset, etc. Sic posse

1 *über* non *steht* coepit 2 *über* fideliter *steht* in obedientia Regis 4 *über* 10 *steht* hin durch 5 *über* abstulit *steht* Uriae *zu* 6/8 Vide historiam *r* 10 *über* deca⌊logum *steht* ut supra *über* bonus *steht* David 11 *über* dissimulando *steht* voluit seipsum iustificare einer⟨s⟩ 12 multa⟨m⟩ *über* mirabilia *steht* bellaverat bella domini, instituerat cultum dei 14 *über* maximis *steht* Samuele. Elia 15 *über* negat *steht* insuper *über* revocasset *steht* eum

Dr] duplicare peccatum. Deinde non Uriae solum indigna caedes per ipsum adornata est, sed perierunt alii Israelitae, blasphematur nomen Domini, et sic ultra quintum et sextum praeceptum progressus etiam in primum, secundum et tertium praeceptum peccavit. Nec quartum praeceptum de officio erga parentes omisisset inviolatum, si obstitisset cupito adulterio. Et sane blas-
2. Sam. 12, 14 phemiae peccatum Deus peculiariter ei obiicit: 'Tu fecisti filios Ammon blasphemare.' Nam ex clade sui populi gentium animi elati sunt contra populum et Deum Israel, ut clamarent, Deum Israel nihil esse, Deum autem Ammonitarum esse Deum ac vincere. Ergo insigne exemplum est David, sic ordine in totum Decalogum fere impingens, et tamen peccata ista non agnovisset, nisi venisset Nathan, sed volebat adhuc iustus et sanctus rex haberi. Ad hunc modum explicatum peccatum David satis illustre gratiae et peccati exemplum est. Ac sane nisi sacrae literae hanc historiam prodidissent, quis unquam crederet, virum tam sanctum eo usque potuisse prolabi? Instituerat cultum tabernaculi summa cura. Per Spiritum sanctum auxerat cultum illum sanctissimis carminibus, gravissima bella cum insigni foelicitate gesserat. Deus eum pronunciarat electum virum esse. Habebat illustrissimam promissionem de futuro semine seu de Christo, quem Prophetae filium Davidis, item Regem David appellarunt. Quid multis? Nulla causa fingi potest, cur non cum Mose et cum Samuele iure conferri

Hs] rever⌊a labi virum sic repletum donis dei, divina cognitione, sapientia, prophetia et omnibus dotib⌊us, et tamen sic cadit. hoc fit in Exemplum nostrum, ut et nos habemus Exemplum, qui labimur, ut certe labimur, et praesertim in angustia, ut luceat inestimabilis bonitas dei, parati ad remittendum, recipiendum, tantum ne addamus hoc pessimum operculum: Negare etc. Sic fecit Saul: Ille etiam peccaverat, sed fuisset condonabile, sed etc. Imo dicebat: 'obedivi voci' etc., wolt noch recht dazu haben. Das kan v⌊nser h⌊err Gott nicht leiden, paratus quidem remittere, sed iis, qui agnoscunt et sentiunt peccatum, illisque proponitur misericordia infinita, ne desperent, sed ut hab⌊eant accursum ad deum, qui promisit remis⌊sionem peccatorum. Sed David ex ista historia factus doctior ex seipso: Sum talis herbula, qui sic institui ceremo⌊nias, sic laudavi deum et tot opera, leges, instituta, psalmos feci, Sic rexi ecclesiam

1. Sam. 15, 24

---

3 labimur (2.) *o*  4 *über* remittendum *steht* miserendum  5 *über* etc. *steht* et non poenitere velle  *zu* 5 Saul *r*  6 dicebat *o*  *zu* 6 peccatum cognitum defensum *r*  9 sed *o*  11 *über* Sum *steht* ego  *über* ceremo⌊nias *steht* divinas  12 feci⟨t⟩ rexi⟨t⟩

Dr] possit, et tamen vir tantus prolabitur non in unum leve peccatum, sed in monstra plurium peccatorum simul, et, quod periculosissimum est, prolabitur in impoenitentiam et altam securitatem, adeo ut, si Nathan non venisset, David forte peccasset in Spiritum sanctum.

Quod igitur tantus vir, repletus Spiritu sancto, summis bonis operibus, divina sapientia et prae aliis insigni prophetiae dono illustris tam foede labitur, nobis in exemplum fit, ut habeamus consolationem, cum praeoccupati peccatis labimur aut conscientiae tanguntur sensu irae et iudicii Dei. Hic enim in luculentissimo exemplo lucet bonitas et misericordia Dei, parati ad remittenda peccata et iustificandos nos, tantum non addamus hoc operculum, ut negemus nos peccasse. Sicut Saulis historia ostendit, qui etsi peccarat contra vocem Domini, tamen id condonatum esset, nisi addidisset peccati defensionem et dixisset: 'Implevi verbum Domini', 1. Samuel. 15. Idem cum secundo admoneretur, pertinaciter negat: 'Imo', inquit, 'audivi vocem Domini et ambulavi in via, per quam misit me Dominus'. Audit igitur ex Samuele tristem sententiam: 'Pro eo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te quoque Dominus, ne sis Rex', quasi diceret: Paratus quidem est Dominus remittere peccata, sed his, qui peccata sua agnoscunt et tamen non desperant, sed credunt patere recursum ad illum Deum, qui promisit poenitentibus remissionem peccatorum etc.

1. Sam. 15, 20 ff.

Ergo, etsi Psalmus loquitur de tota natura peccati et fonte, non tamen excludimus historiam, quam ostendit titulus, nempe adulterium et caedem Uriae. Nam in his suis peccatis videt David ceu in speculo totius naturae impuritatem, ut cogitet: Ecce ego, qui sic administravi Rempublicam, qui institui Ecclesiam et cultum Dei, qui 'in intellectu manuum mearum deduxi eos',

Hs] et politiam. — wo kompt das vber mich? Ibi ex isto facto coepit agnoscere ipsum totum peccatum. Si kan einen ſolchen fall thun tantus vir sicq[ue] potest labi et multis modis e coelo in infernum, ergo nihil est boni in homine. Ergo scientia in posterum, scire, simpliciter nihil esse in nobis quam peccatum, [Bl. 30 b] Ut non dicas: Est aliquid d[ictum, sed: natum ex patre et matre secundum carnem. Et ex ista nativitate nihil est boni. Peccatum est duplex: quod potest homo cognoscere, praesertim habens legem; ille dicere potest: qui adulterium committit, est peccator; qui dixerit verba impudica, q[ui cogitat, est peccator. Sic ipsi inspiciunt peccatum: Natura, dicunt, est quidem vitiata, sed integra sunt naturalia. Ista doctrina pervastavit totum papatum. Imo diabolis tradunt. Ideo fingunt in natura nihil mali, dicunt naturalem voluntatem bonam et intel[lectum verum et ille potest se naturaliter conformare dictamini rectae rationis, i. e. voluntas est bona, intel[lectus

3 *hinter* in *(1.) nochmals* in *am Zeilenanfang* 4 homine *o* *zu 6/7* Duplex peccatum *r* 8 comittit *o* 9 cogitat *mit Strich zu* adulterium *Z. 8 gezogen* 10 *über* sed integra *steht* tamen pura (fuerunt) *zu 10* Naturalia integra *r* 11 *über* diabolis tradunt *steht* integra naturalia tribuunt etiam lapsis 12 *über* naturalem *steht die Ziffer* 2 bonam *mit Strich zu* et *(2.) gezogen* *über* intel[lectum *steht* 1 *über* verum *steht* 3 13 rationis *mit Strich zu* integra *Z. 10 gezogen* bona] bonus

Dr] Ps. 78, 72 Psal. 77., quomodo in tantam foeditatem, in tot ac tanta peccata prolapsus sum? Ex uno igitur peccato venit in cognitionem totius peccati, quasi diceret: Si ego, tantus vir, sic quasi de coelo in infernum usque prolapsus sum, an non magnum mihi et aliis hic lapsus documentum est, nihil boni esse in carne mea? Magna itaque sapientia est, scire, nos nihil esse quam peccatum, ne sic leviter de peccato sentiamus, sicut Papae doctores, qui definiunt, peccatum esse dictum, factum aut cogitatum contra legem Dei. Quin tu sic defini secundum hunc Psalmum, Peccatum esse hoc totum, quod est natum ex patre et matre, antequam homo possit per aetatem aliquid dicere, facere aut cogitare, Ex hac autem ceu radice nihil boni coram Deo enasci posse. Hinc nascitur divisio peccati. Nam tota natura primum per peccatum corrupta et aeternae morti subiecta est. Deinde alia ceu species peccati est, quod homo habens legem potest agnoscere, cum scilicet furta, adulteria, caedes etc. committuntur. De hoc posteriore genere etiam civilia iura loquuntur, quanquam minus accurate.

Quod igitur Scholastici dicunt, Naturalia esse integra, magna ea blasphemia est, quanquam illa adhuc maior est, quod etiam de Daemonibus idem iudicant. Si enim naturalia essent integra, quid opus esset Christo? Deinde si homo naturaliter habet bonam voluntatem, si habet intellectum verum, cui se voluntas, ut ipsi loquuntur, naturaliter potest conformare, quid tandem illud est, quod in Paradyso per peccatum amissum, per solum filium Dei restitui necesse fuit? Et tamen sententiam hanc quidam, ut videntur,

Hs] purus, sed per malitiam aliquando cogitat aliud quam verum. Ad quid opus gratia et s⌊piritu s⌊ancto? Non est necessarius. Homo potest ex naturalib⌊us puris intell⌊igere, quoad substantiam facti implere Omnia, sed non voluntate, etc. Sed oportet habeat etc. Homo in se integer, sunt naturalia bona, sed non habet vestitum, quia deus imposuit ultra decalogum exactionem, ut fiat decalogus in gratia. Ignoraverunt rationem peccati, gratiae etc. 'Dicentes Röm. 1, 22
se esse sapientes', Ro. 1. Haec dico, ut habeatis, quo contraria cum contrariis conferantur. Contra dicimus: Naturalia sunt corrupta. Adam habuit rectam voluntatem, erat laetus, confidebat in deum etc. Sic Eva. Administrabat terrena etiam in fide et laude dei. Da waren ſie recht. Creavit deus hominem rectum etc. Sed ubi peccasset, corrupta est voluntas et omnia Naturalia, et credo, quod corrupti etiam sint sensus naturales et corpus

*1 über* per malitiam *steht* depravat suum actum *über* quam *steht* quod est rectum *über* verum *steht* sic culpam dant maliciae hominum *zu 1 vor* Ad *steht* Si hoc *vor der Zeile r* *3 über* quoad substantiam facti *steht* non sum assecutus *über* Omnia *steht* legem *über* voluntate *steht* quoad intentionem praecipientis *6 hinter* etc. *ist* ideo talia tam absurda docuerunt *vom Rande eingewiesen* *7* quo] q° *vor der Zeile* *8* conferantur *c aus* conferenda *zu 8* Naturalia corrupta *r* *9 über* rectam voluntatem *steht* vera, pura naturalia *über* erat laetus *steht* vere lib⌊enter cog⌊itabat, loquebatur de deo *10 über* Creavit *steht* Das hies *11 über* voluntas *steht* ratio *12* sint *o*

Dr] Magistri Theologi nostra aetate defendunt, quod naturalia sint integra, id est, quod voluntas sit bona; etsi aliquando per maliciam vult aut cogitat aliud, quam quod rectum et bonum est, tribuunt id maliciae hominum, non simpliciter voluntati, sicut in se est. Contra has periculosas opiniones muniendus est animus, ne cognitio gratiae obscuretur, quam impossibile est manere sanam et integram, si ad hunc modum de natura hominis sentiamus. Iam illud quoque nullo modo tolerari in Ecclesia potest, quod docent Scholastici, hominem posse facere legem quoad substantiam facti, sed non quoad intentionem praecipientis; nam secundum intentionem praecipientis requiri non solum opus, sed habitum in corde, qui vocatur gratia, Perinde ac si dicam, eum, qui manibus ac pedibus valet, recte posse obire suum munus, sed id impediri eo, quod non simul indutus sit nigra aut candida toga. Plane ad hunc modum dicunt, Deum exigere aliquid ultra Decalogum nec contentum esse, si quis Decalogum impleat, sed requirere etiam habitum. Haec portenta omnia inde enata sunt, quod, quid peccatum sit, non recte norunt. Recitantur autem a me eo consilio, ut videamus, quantum inter nostram sanam et illam prodigiosam ac mendacem doctrinam Papae intersit.

Nos enim sic dicimus, Naturalia esse extreme corrupta. Nam Adam, cum esset conditus, habuit rectam voluntatem et intellectum, integre audiebat, videbat, integre curabat terrena in laude et fide Dei, sed per lapsum postea corrupta est voluntas, intellectus et omnia naturalia, ita ut homo non amplius

Hs] vitiatum in ipsis sensibus, sanguine, nervis. vidit Adam ante lapsum fortius. Ideo non dicitur Integer, quia homo amisit rectum iudicium, bonam voluntatem erga deum, nihil recte statuit de deo, sed omnia perverse. Quando in tenta⌊tione sumus, fingit cor nostrum deum iratum, statuit Iudicem, tyrannum, persecutorem; quando est laetus et in peccatis, persequitur verbum, statuunt Impii Pap⌊am erga deum, bonam voluntatem: Ego induor hac veste, sic oro, comedo, hoc placet deo. [Bl. 31[a]] Quid hoc etc.? Indicia sunt diabol⌊i. Ibi naturalia erga deum plane corrupta, deus enim non est iratus peccatoribus, si se agnoscunt. Non acceptat cultus a nobis fictos. Das heiſt naturaliter peccare. Postea fit in carnalib⌊us. Amor est caecus, quando adulter insanit in adult⌊erio, vadit in securitatem contemptu dei, verbi et legis et facit alind iudicium quam est. Si qui est territus, ghet hin in falso iudicio, Carthus⌊ianus ſol ſich furchten fur ſeinem orden, et adorat ut deum. Et nos, qui debemus erigi, timemus ut Iudicem, Nos, qui renati, accepimus primitias spiritus. Ergo naturalia sunt vere corrupta, Nisi velis referre ad Civilia,

1 *über* ipsis *steht* istis   *hinter* vidit *ist* audivit et gustus fuit fortis *vom Rande eingewiesen*   Adam ante lapsum *o*   *über* fortius *steht* clarius, ſcherffer   2 *über* iudicium *steht* de deo   *zu 2 zwischen* Integer *und* quia *ist mit Strich vom Rande eingewiesen:* Sic etiam omnia: ut sensus corporaliter *[darüber* corporales*]* in peccato, sic etiam voluntas; drumb naturalia non sunt amplius integra   4 *über* tenta⌊tione *steht* terrorib⌊us   fingit[1] deum[3] cor[2]   iratum *o*   5 *über* persecutorem *steht* implacabilem tyrannum et Iud⌊icem   *über* persequitur verbum *steht* ut hodie Episcopi et impii tyranni   6 *über* Pap⌊am *steht* fingunt sibi   erga *o*   deum *c aus* deus   7 *über* Indicia *steht* certis⌊sima   8 *über* corrupta *steht* perverso indicio   9 *über* cultus *steht* electicios   *zu 10* Amor *r*   14 *über* erigi *steht* coram deo propicio   15 spiritus *mit Strich zu* timemus *Z. 14 gezogen*   *zu 15* Naturalia corrupta *r*

Dr] sit integer, sed incurvatus per peccatum, ut qui amisit iudicium rectum coram Deo et omnia perverse statuit contra voluntatem et legem Dei, qui non amplius cognoscit Deum nec amat, sed fugit et metuit ac statuit eum non Deum, hoc est, misericordem et bonum esse, sed iudicem et tyrannum. Ex illa amissione noticiae Dei nascuntur alia peccata infinita, quod homines, cum res secundae sunt, secure peccant, Sicut adversarii nostri, qui persequuntur verbum fiducia suae potentiae. Deinde credunt Deum ea esse voluntate, ut ipsi sua diligentia et devotione eum possint demereri et sibi reconciliare. Hinc nata sunt Monasteria, Regulae, Cuculli, Funes, Missae, peregrinationes et similes stulti cultus, quos natura destituta cognitione Dei sibi contra et praeter verbum finxit. Haec an non certissima sunt indicia, naturalia (quod ad Deum et Dei cultum pertinet) esse corruptissima? Sic in veteri testamento idem comprobant varii Idolorum cultus, contemptus Prophetarum et verbi Dei et similia peccata, quae Deus per Prophetas in ingrato populo damnat.

Hs] quanquam et ibi non.[1] Iurista nescit in lege aequitatem invenire. Sic medicus. In politia etiam difficile est, invenire medium, etiam in politicis. Vera ratio p[eccatoris est haec, quod simpliciter sumus aversi a deo, ratio excaeceata, quicquid cogitat de deo, est idolum. Voluntas non est recte affecta erga deum et homines. Pha[risaeus: 'Non sum sicut'. Ro[manus Luk. 18, 11 magnas res gessit, das iſt auch corruptio. Nulla bona voluntas erga sapientiam, iustitiam, omnia incurvata, ich ſuch an Gott, an allen creaturn, quod mihi placet. Tum vitant vitia, stulti in contraria currunt, fugit is voluptatem et currit in gloriam. Nostrum peccatum heiſt: 'Ego in peccatis conceptus', peccatum est voluntatis aversio, corruptio omnium virium hominis intrinsecus et extrinsecus, quod nulla pars hominis suum officium facit; Est deum non cognoscere, non recte iudicare de eo esseque corpus plenum concupiscentiis,

———

1 non *mit Strich zu* vere corrupta *S. 324, 15 gezogen* *zu* 5 Luc. 18. *r* 8 placet *c aus* displicent *zu 10* Peccatum *r* 11 deum *c aus* deus

[1]) *Erg.* integra.

Dr] Sed ne in civilibus quidem possumus pronunciare naturalia esse integra. Videmus enim, quantus sit legum contemptus praecipientium recta et quanta dissolutio disciplinae, propter quam Leges et Magistratus divinitus constituti sunt. Sic Medicus saepe decipitur in miscendis pharmacis et nonnunquam per imperitiam occidit decumbentem. Quin ipsum oculorum lumen, aures et alia organa omnia conceperunt vicium ex peccato neque ita sunt sana et integra, sicut in Adamo ante peccatum fuerunt. Haec sensuum corruptio manifesta est, quid in spiritualibus esse putas?

Sumus igitur per peccatum simpliciter aversi a Deo, ita ut nihil de Deo recte sentiamus, sed simpliciter sentimus de ipso sicut de Idolo. Cicero et alii in Republica magni viri, si res spectes, egregie functi sunt suo munere, sed si evolvas animos, videbis eos non alia re ad id excitatos quam studio gloriae, sicut testatur gnome illa celebris: Mentem tu sola peruris, gloria.[1] Haec vero an non etiam manifesta nota est amissae noticiae Dei, cui per obedientiam servire debebamus, non nostram quaerere gloriam. Nunc autem diversum fit, quod non Dei gloriam, sed nostram ipsorum gloriam quaerimus in Deo et omnibus creaturis. Sic illi ipsi, quorum insignis continentia et sobrietas fuit, gloriam praecipuum habuere scopum, quem spectarent, non voluntatem Dei.

Ergo peccatum nostrum est, quod in peccatis nati sumus et concepti. Hoc didicit David experientia propria. Ideo sic definit, ut significet peccatum esse corruptionem omnium virium, interiorum et exteriorum, adeo ut nullum

———

[1]) Valerius Flaccus, Argonauticon 1, 76.

Hs] 1. Moſe 2,17 ira, et postea inquietudo cordis, morbi, mors et infinitae corporis morbi. Das iſt: 'Quaecunque die peccaveris, morte morieris.' Hoc novimus nos, ratio et gentes non. Est caecitas, nihil potest statuere nec de deo, verbo, vita, morte, quid oculus, manus etc., quia nescit esse creaturam dei et corruptam peccato et poena. Non ergo solum propheta tractat suum exemplum, sed ultra hoc tradit doctrinam religionis spiritualis, ut agnoscamus vera cognitione deum, peccatum, nosipsos, gratiam, poenitentiam, iustificationem, [Bl. 31b] ut sit generalis instructio Totius populi dei; spiritus sanctus loquitur in Davide, erudiens nos ad cognitionem nostri et dei, hoc utrumque tractat magnifice. Si cognitio dei iſt nicht dabey, sequitur desperatio. Es gilt nicht diſputirn. 'Agnosco' significat proprie: 'fůlen'. Non ut inspicias peccatum, quod fecisti, sed das es einen truckt et faus ex oculis nicht thun; sed 'cognoscere' est se cognoscere peccatorem. Iurista non disputat de homine, Theologia etiam non disputat de homine, an magnus, parvus habeat corpus, sed erudit eum, ut sciat, quis sit ipse, cognoscere se peccatorem et cognoscere peccatum, ut non kunen entlauffen. Hoc facit desperationem, quando sentio rationem,

1 *über* morbi *(2.) steht* infirmitates 2 iſt(s) morte *unten* nos *über* (hoc) *zu* 2 Gen. 3. *r* 4 *über* corruptam *steht* naturam 10 *über* sequitur *steht* tum *zu* 11 'Agnoscere' *r* 12 es *o* *zu* 13ff. Quomodo Theologia de homine disputet *r*

Dr] membrum officium suum ita nunc faciat, sicut in Paradyso ante peccatum, Sed discessimus a Deo, pleni conscientia mala, morbis et morti obnoxii, sicut poenae verba ostendunt: 'Quacunque die comederis de hoc ligno, morte
1. Moſe 2,17 morieris.' Discimus autem haec ex solo verbo. Gentes verbo destitutae, etsi in mediis his malis iacerent, non tamen ea recte intellexerunt. Nam mortem iudicarunt necessitatem aliquam naturalem, non peccati poenam esse. Sic de tota hominis natura non possunt iudicare, quia fontem non norunt, unde hae calamitates in humanum genus promanarunt.

De hac peccati et totius naturae cognitione Psalmus docet, et non tractat solum exemplum (pro quo tamen gratias agimus Scholis, quod id nobis reliquerunt), sed complectitur totam doctrinam religionis spiritualis, de noticia Dei, item de noticia nostrae naturae, peccati, gratiae etc. Quare sentiamus hunc Psalmum esse generalem doctrinam totius populi Dei, ab initio, quo factus est, usque in hunc diem, qua David, seu potius Spiritus sanctus in Davide, nos erudit ad cognitionem Dei et nostri. Magnifice autem utrumque tradit, Nam et egregie primo peccatum et deinde cognitionem gratiae, sine qua desperatio accidit, ostendit.

Porro haec cognitio peccati non est speculatio aliqua seu cogitatio, quam animus sibi fingit, sed est verus sensus, vera experientia et gravissi-
V. 5 mum certamen cordis, sicut testatur, cum dicit: 'Iniquitatem meam cognosco', hoc est, sentio, experior. Id enim Hebraica vox proprie significat, non

Hs] voluntatem, verba, opera nihil valere coram deo. et redigor in nihilum; non est vnter halden, quoad iustitiam. sic desperat peccator. Ibi ultra hanc cognitionem peccati opponit deus cognitionem gratiae et iusticiae. Ibi erigitur cor iterum et incipit etiam sentire: si etiam peccator, in deum fido, qui non mentitur. 'Ipse iustus', Ro. 3. Deus vult meros peccatores. Si est Rom. 3, 26
iustificans, ſo mus iusticia bey yhm ſein, ut iustificet impios. Arg[umentum] varie potest narrari: Cognitio peccati, peccatoris Theologice, Iusti, Iusticiae theologice. Non disput[amus] de deo, sed de homine peccatore vel reo, morti et peccato subiecto, — non sedente in maiestate, sed iusticia dei vel iustificante deo.

[11. Iunii.] Cognitio dei et hominis est sapientia divina et proprie theologica, Et ita cognitio dei et hominis, ut referatur tandem ad deum iustificantem

2 peccator *o* *zu* 2/3 Cognitio < Peccati Gratiae *r* 4 in deum *o* *zu* 5 Ro. 3. *r* 6 yhm *o* 9 non *mit Strich zu* deo *Z.* 8 *gezogen* 12 cognitio *o* *über* iustificantem *steht* salvatorem

Dr] significat, sicut Papa docuit, colligere se, quid feceris, quid obmiseris, sed sentire et experiri intolerabile onus irae Dei. Et cognitio peccati est ipse sensus peccati. Et homo peccator est, qui conscientia premitur et anxius haeret, nesciens quo se vertat.

Non igitur agimus hic de cognitione hominis Philosophica, quae definit hominem esse animal rationale etc. Physica haec sunt et non Theologica. Sic Iurecconsultus loquitur de homine possessore et domino suarum rerum, Medicus loquitur de homine sano et aegro, Theologus autem disputat de homine PECCATORE. Haec hominis substantia est in Theologia et hoc a Theologo agitur, ut hanc suam naturam peccatis corruptam homo sentiat. Id cum fit, sequitur desperatio, quae in infernum deiicit. Quid enim homo in conspectu iusti Dei faciat, qui scit totam naturam peccato oppressam esse nec quicquam relictum esse, quo possit niti, sed simpliciter in nihilum iusticiae esse redactum? Haec cum in animo sic sentiuntur, tunc debet sequi altera pars cognitionis, quae quoque non speculativa, sed tota practica et sensitiva esse debet, ut homo discat et audiat, quid sit gratia, quid iustificatio, quod Dei sit de homine sic ad infernum lapso consilium, quod scilicet per Christum statuerit hominem restituere etc. Hic iterum erigitur animus deiectus et secundum hanc gratiae doctrinam cum gaudio statuit: Si sum peccator in me, in Christo non sum peccator, qui nobis factus est iusticia, sed sum iustus et iustificatus per iustum et iustificantem Christum, qui ideo iustificans est et dicitur, quod ad peccatores pertinet et peccatoribus missus est etc. Hae sunt istae duae Theologicae cognitiones, quas David in hoc Psalmo tradit, ut sit argumentum Psalmi de cognitione hominis Theologica et de cognitione Dei etiam Theologica, Ne quis de Maiestate cogitet, quid

Hs] et hominem peccatorem, ut proprie sit subiectum Theologiae homo reus et perditus et deus iustificans vel salvator. quicquid extra istud argumentum vel subiectum quaeritur, hoc plane est error et vanitas in Theologia, quia non expectamus in sacris literis possessiones, sanitates corporum vel politicarum rerum, quae omnia tradita sunt in manus nostras et creata. Sed ubi Adam factus dominus, possessor rerum Et Medicus et Iurista, et lapsus suasu diaboli in peccatum et mortem, da ghet Theologia an et revocat hominem e lapsu et potestate diaboli etc. Ideo Theologia non pertinet ad
1. Moſe 1,28 hanc vitam, sed est alterius vitae, quam habet Adam. 'Dominamini' etc., 'subiicite eam' etc., das ghet ad hanc vitam. [Bl. 32a] Huc pertinet generatio et proles, sed theologia agit de deo salvante et homine sic lapso etc. Ergo necessarium est, hominem cognoscere se et sentire experientia, quod talis sit, i. e. perditus, reus in peccatis simpliciter. Et non solum hoc debet, quod sit sub potestate diaboli et reus eternae mortis, sed quod etiam deus sit

*zu 1/2* Cognitio < hominis / dei *r* *zu 3/4* Subiectum Theologiae *r* *4 über* non *steht* nos *4/5 über* politicarum *steht* oeco[nomicarum *5 unter* rerum *steht* hominum *über* creata *steht* per 1. Genesin *zu 7* De quib[us reb[us Theologia doceat *r* *9* quam *mit Strich zu* vitam *gezogen* *11* theologia agit *o* *12* est *o* *13* solum *o* debet *o*

Dr] fecerit Deus et quam potens sit, Item ne quis cogitet de homine suarum rerum domino, sicut Iureconsultus, aut de homine aegro, sicut Medicus, sed de homine peccante. Nam Theologiae proprium subiectum est homo peccati reus ac perditus et Deus iustificans ac salvator hominis peccatoris. Quicquid extra hoc subiectum in Theologia quaeritur aut disputatur, est error et venenum. Nam huc omnis Scriptura spectat, ut Dei benignitatem nobis commendet, qui hoc agit per filium suum, ut naturam in peccatum et damnationem prolapsam iusticiae et vitae restituat. Hic nihil agitur de hac corporali vita, qui victus, quae operae sint suscipiendae, quomodo regenda familia, quomodo colenda terra etc. Haec ante hominem in Paradyso creata sunt et hominum
1. Moſe 1,28 in manus data, cum diceret Deus: 'Dominamini piscibus maris et volatilibus coeli.' Sed agitur hic de futura et aeterna vita, de Deo iustificante, reparante ac vivificante et de homine a iusticia et vita prolapso in peccatum et aeternam mortem. Qui hunc scopum sequitur in lectione sacrarum literarum, ille cum fructu sacra leget.

Ergo necessaria haec Theologica cognitio est, ut homo se cognoscat, hoc est, ut sciat, sentiat et experiatur, quod sit reus peccati et addictus morti, Deinde etiam, ut contrarium sciat et experiatur, quod Deus sit iustificator et redemptor talis hominis, qui sic se cognoscit. Aliorum hominum curam, qui peccata sua non cognoscunt, relinquamus Iureconsultis, Medicis, parentibus, hi enim alio modo de homine disputant quam Theologus. Nunc ad Psalmum venio.

Hs] redemptor suus. Qui sic agnoscunt peccata, etc.; qui non sic, Istos religamus ad Iuristas, ad parentes etc.

Quando audis, Prophetam David[em loqui cum deo sic: 'Miserere' etc., V. 3 et nullam fieri ab eo mentionem de Christo, ne putes David[em Mahometistam, Epicureum, gentilem; observa, quod loquatur cum deo non ut homines idola[trae, sectae etc., sed loquitur cum deo patrum suorum, cum deo promissore, das Christus mit drinnen ſey, quia non habuit deum, ut fingunt eum hypocritae, Mahometistae etc., qui speculationibus suis ascendunt in coelum et speculantur de deo creatore etc. Cum isto deo ſey vnuerborren[1]; qui vult salvus fieri, relinquat deum in Maiestate, quia iste et humana creatura sunt inimici. Sed illum deum apprehendas, quem David, qui est vestitus suis promissionib[us, ut Christus adsit, qui ad Adam dicit: 'Ponam inimicicias', 1. Moſe 3, 15

---

*1* etc. *o und mit Strich zu* non *S. 328, 13 gezogen* *3* ¶ Quando David *o* *4* ab eo *o* *zu 4 ff.* David, quamquam nullam mentionem faciat de Christo, tamen non loquitur cum deo ut Mahometista etc. *r* *6* loquitur *o* cum *(2.) o* *8* etc. *o* suis *unten zu 11* Quomodo deus sit apprehendendus *r* *12* inimicicias *o*

[1]) *Häufige Nebenform für* unverworren *(sprachl. Wechsel von* b *und* w*) = verschont.*

Dr] I.

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, Et secundum multitudinem miserationum tuarum iniquitates meas dele. V. 3

Hic initio admonendi estis, quia Deum nominat et nullam Christi mentionem facit, ne putetis Davidem sicut Machometistam aliquem aut alium quendam gentilem hominem de Deo loqui. Loquitur enim David cum Deo patrum suorum seu cum Deo promissore. Quia Populus Israel non habuit Deum absolute speculatum, ut sic dicam, sicut imperitum monachorum genus speculationibus suis ascendit in coelum et de Deo absolute cogitat. Hunc Deum absolutum debent omnes fugere, qui non volunt perire, quia humana natura et Deus absolutus (docendi causa hac appellatione nota utimur) ſunt inter se infestissimi inimici, nec potest fieri, quin a tanta Maiestate humana infirmitas opprimatur, sicut scriptura aliquoties admonet. Quare nemo intelligat Davidem loqui cum Deo absoluto, sed loquitur cum Deo vestito et induto verbo et promissionibus suis, ne excludatur a nomine Dei Christus, de quo a Deo est facta promissio ad Adamum et alios Patriarchas. Hunc Deum non nudum, sed vestitum et revelatum verbo suo necesse est nos apprehendere, alioqui certa desperatio nos opprimet. Et est perpetuo faciendum hoc discrimen inter Prophetas loquentes cum Deo et gentes. Gentes enim loquuntur cum Deo extra verbum et promissiones, secundum cogitationes cordis sui, Prophetae autem loquuntur cum Deo induto et revelato promissionibus et verbo suo. Hic Deus tam clementi specie et, ut sic dicam, tam

H] 'et ipsum' etc. Den Gott mus man haben, Ne sit nudus deus da cum nudo homine. Cum Papa et Maho[mete est praesumptio, donec ad mortis horam, da ghet desperatio er[1] nach. Discrimen fac cum prophetis loquentib[us cum deo et aliis loquentib[us extra istas promissiones. Non scimus alium deum quam istum, qui vestitus est suis promissionib[us. Si mecum loquitur in
2. Moſe 20, 18 sua maiestate, lauff ich, ut Iudei. Sed quando Induitur voce humana et attemperat se nostro captui, possum accedere. Sed Satan satagit, ut opponat nos in occursum maiestatis. Sic eum apprehendere est, quod David loquitur cum deo patrum suorum sive cuius promissiones novit. Si etiam Mahometista dicit: 'Miserere' etc., et Monachus, Si hereticus, ſo gilts nicht, quia non apprehendit deum velatum vel indutum larva vel persona nobis attemperata, sed in sua absoluta maiestate; da folget hals ſtortzen[2], Casus Luciferi et desperationes sempiternae. [Bl. 32b] Ergo David non loquitur in ventum nec caeteri prophetae, sed haben ſich an die promissiones gehalten Adae et Abrahae. Videtis etiam contrariam sap[ientiam, laut ebenteurlich[3], quando

---

*zu 1/2* Deus < nudus / vestitus etc. *r*  *3* er nach *o*  Discrimen *oder* Distinctionem *über* Discrimen *steht* max[imum  *4* promissiones *c aus* promissionib[us  *6 über* Iudei *steht* Exo. 19.  *8 über* quod *steht* ut  *9* deo *o*  suorum *o*  *10* ſo gilts nicht *steht vor* Si hereticus, *aber dahinter eingewiesen*  *12* hals ſtortzen *ist hinter die Zeile an den Rand geschrieben*

[1]) = *her.*  [2]) = *stürtzen, den Hals brechen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 45, 496, 7.*  [3]) = *sonderbar.*

---

Dr] iucunda larva indutus, nempe promissionibus suis, potest apprehendi et cum gaudio ac fiducia a nobis conspici, ubi econtra Deus absolutus est ceu ahaeneus murus, in quem non possumus impingere sine nostro exitio. Ideo Sathan hoc dies noctesque satagit, ut nos ponat in occursum nudi Dei, ut obliti promissionum et beneficentiae in Christo ostensae cogitemus de Deo ac iudicio Dei. Id cum fit, periimus illico, prolapsi in desperationem.

Hoc modo David cum Deo absoluto non loquitur, sed loquitur cum Deo patrum suorum, hoc est, cum Deo, cuius promissiones novit et cuius misericordiam ac gratiam sensit. Si igitur Turca, Hypocrita aut Monachus aliquis dicat: 'Miserere mei, Deus', perinde est ac si nihil dicat, quia Deum, quem nominat, non apprachendit velatum tali persona seu specie, quae nobis attemperata est, sed apprehendit et invadit Deum in sua absoluta potestate,
Luk. 10, 18 ubi necessario sequitur desperatio et Luciferi casus ex coelo ad inferos. Haec igitur causa est, cur Prophetae sic innixi sint promissionibus Dei in orationibus suis, quia promissiones includunt Christum et faciunt Deum non iudicem aut hostem nostrum, sed benignum et faventem Deum, qui damnatos vult restituere vitae et salvare.

Hoc primo monendum esse duxi propter alios Prophetarum locos. Deinde etiam illud considerandum est, quomodo conveniat, quod dicit:

Hs] dicit: 'Miserere' etc., si spectemus personas, inter quas res geritur: deus.
peccator, quia deus odit peccat[um. Ioh. 9. Sic in decalog[o clare: 'Zelotes' etc., Joh. 9, 31 2. Mose 20, 5
'Visitans' etc. Et per 5 libros Mosy est dimidium comminationum contra
malos, oppressores, dicit se 'vindicem', 'Iudicem pupillorum et patrem vidua- Ps. 68, 6
rum.' sensum autem naturae non possumus eradicare et opinionem hanc: Tu
es peccator et deus est iustus, ergo odit te. Sic etiam Sancti patres et
quotquot fuerunt scribentes in psal[mos, hoc vocabulum: 'deus est iustus'
applicaverunt ad Iusticiam vindicantem, non iustificantem. Ideo semper
terreor hodie propter habitum, quem contraxi ex eorum frequenti lectione.
Quando audio veritatem, Iusticiam dei, vix possum istas amaritudines vin-
cere etc. Augus[tinus, Ieronymus semper ista vocabula 'Iustus, verax deus'
haben hin gezogen[1]: 'Ego sum Zelotes' et alii. fugit natura, quando audit
'deum iustum', et ipse sum peccator et peccatum diligo. Ideo laut[2] iste psalmus,

*zu* 2 Ioan. 9. *und* Deus, Peccator *r*   *zu* 6 Deus < Iustus / Verax *r*   9 *über* hodie *steht* et adhuc   11 *über* etc. *steht* Imo   12 haben] habens   gezogen *mit Strich zu* Zelotes *gezogen*   Zelotes] Zelotens   et *o*   13 sum *o*

[1]) = *darauf bezogen.*   [2]) = *lautet, klingt.*

Dr] 'Miserere mei.' Hic enim si personas spectes, Deum et peccatorem Davidem,
inter quas res agitur, apparebit summa dissimilitudo et contradictio immu-
tabilis. An non enim hic totius naturae sensus, an non hoc omnium hominum
iudicium est, quod Deus peccatum odit? Sicut Ioannis nono caecus dicit:
'Scimus, quod peccatores Deus non audit, eos autem audit, qui eum colunt Joh. 9, 31
et faciunt voluntatem eius.' Item in Decalogo est: 'Ego sum Deus zelotes.' 2. Mose 20, 5
Quin per totum Mosen fere nihil est, nisi merae comminationes contra malos
et inobedientes. Et convenit cum lege Mosi sensus naturae, quem nullo
modo possumus exuere. Sic enim omnes homines iudicant: Tu es peccator,
Deus autem est iustus, ergo te odit, er- [Bg. C] go infliget poenas, ergo te non
audiet. Hanc consequentiam tota natura impossibile est ut negare possit.
Hinc sancti Patres, qui in Psalmos scripserunt, fere exposuerunt 'Iustus
Deus' pro eo, quod iuste vindicat ac punit, non pro eo quod iustificat. Inde
mihi accidit iuveni, ut hanc appellationem Dei odissem et ex illa hexei[1] seu
habitu adhuc hodie quasi cohorresco, cum audio Deum iustum dici. Tanta
est vis impiae doctrinae, si ea animi in prima aetate imbuantur, et tamen
veteres Doctores fere omnes sic exponunt. Sed si Deus sic iustus est, ut
puniat iuste seu pro merito, quis potest subsistere in huius iusti Dei con-
spectu? Siquidem omnes sumus peccatores et afferimus ad Deum iustam
poenarum infligendarum causam. Procul hinc cum tali iusticia et tali iusto
Deo, quia nos omnes sicut 'ignis consumens' vorabit. Quia autem Christum 5. Mose 4, 24

[1]) = ἕξει

Hs] quasi decalogus praecise sit contrarius: Deus mandat, ne sis peccator sed Iustus, Et is dicit: 'Miserere'. Qualis concordia? Deum appellat, qui est Iustus, verax, Zelotes et non potest ferre peccatum. Quis: 'Mei'? infra. Ideo novissima sapientia, quae contrahit deum et peccatorem, hostem peccati et eum, qui amat peccatum. — quomodo concordat? Das iſt sapientia supra decalogum, si bene inspiciatur. Ideo est sapientia spiritualis; qui hunc versiculum potest canere, ille novit.

'Meus': quis est? David peccator, qui ceciderat in adul⌊terio et totus est in peccatis. Natura dicit: non audeo levare oculos ad coelum, terreor a facie dei, quia est amans iusticiae et odiens iniusticiae; quid faciam? Numquid orabo? tum dicit: Ego quaeram consilia mea, consolationes. Ego volo orationem differre, elevationem mentis, primum cog⌊itabo de peccato expurgando et reddam me dignum, donec possim dicere: 'Miserere mei'. [Bl. 33[a]] Sic facit natura. Et cogitatio est pernitiosa et adest praesumptio statim.
𝔅. 7 Sive purgavero, sive non, infra: 'sum in peccatis natus'. Oportet aliud con-

2 *über* is *steht* peccator 4 *über* novissima *steht* nova, imo 5 eum *o* 11 tum dicit *mit Strich zu* Natura *Z. 9 gezogen* 14 est *o* *über* adest *steht* (statim) 15 *über* sive non *steht* nihil effecero

Dr] Salvatorem Deus misit, profecto non hoc modo iustus vult esse, ut puniat pro merito, sed vult iustus esse et dici, ut agnoscentes peccata iustificet et eorum misereatur.

Quod igitur David peccator dicit: 'Miserere mei, Deus', perinde sonat, ac si loquatur contra Decalogum, in quo Deus mandat, ne sis peccator, et minatur peccatoribus poenas. Quomodo enim convenit inter peccatorem et Deum, qui est iustus, verax, inimicus et hostis peccatorum, qui sua natura non
𝔅. 5 potest ferre peccata? et tamen David, qui infra dicit: 'Agnosco iniquitatem meam', Item: 'Peccatum meum coram me est semper'. Hic David, inquam, Deum appellat et dicit: 'Miserere mei.' Hoc vero est coniungere duo incompatibilia, ut loquuntur. Ergo statim initio ostendit David eam artem et sapientiam, quae est supra sapientiam Decalogi et vere coelestis sapientia, quam neque lex docet nec ratio sine Spiritu sancto cogitare aut intelligere potest.

Nam natura in universum hoc statuit et secum dicit: Non audeo elevare oculos ad coelum, sed terreor conspectu Dei, utrunque enim scio, me peccatorem esse et Deum peccata odisse. Nunquid igitur orabo? Hic vero incipit certamen difficillimum. Nam aut animus in se propter peccati conscientiam confusus statuit orationem differendam, donec aliquam in se inveniat (ut sic dicam) dignitatem, aut circumspicit humana consilia et Sophisticas consolationes, ut prius cogitet de satisfactione, ut possit cum aliqua fiducia propriae dignitatis accedere et dicere: 'Miserere mei, Deus.' Haec perpetua nostrae naturae est sententia, sed longe perniciosissima est.

Hs] silium habeam et remedium; est infernale, non velle ante currere ad deum, nisi sensero me purum a peccatis. Ideo muſs ich das medium treffen, ut dicam: In medio mari peccatorum volo currere. Sol ich nicht eher 'Miserere mei' ſprechen, Jch ſey denn from, tum non opus habebo 'Miserere'. Sed ut publicanus faciebat, ita etc. Ista praedico, sed quando ad experientiam Luk. 18, 13 ventum, nescio. Si ſol nicht beten, quam sensero me rein, tum nunquam etc. Ideo magſt mich hören in mediis peccatis, distingue sic: Deus odit peccatores et amat iustos; Inter peccatores non sentientes et sentientes; horum orationes non vult, quia peccator non sentiens est mortuus, non cogitat neque de se nec deo, vadit in sua praesumptione ut Monachus et wil per opera sua primum se purgare. Ad peccatorem non sentientem zihe hin [1] alle dicta irae: 'Zelotes', vindicem, iniquitatem etc. Er meint eos, qui oderunt,

---

*1* habeam *o* *über* est *steht* hoc *über* infernale *steht* pestifeferum *[so]* *4 über* 'Miserere' *steht* et unquam dicam *5* faciebat, ita etc. *unten* *8* Inter *mit Strich zu* distingue *Z. 7 gezogen* et sentientes *o* horum *mit Strich zu* non sentientes *gezogen* zu *8/9* Peccator < Sensitivus / Insensitivus *r* *12 über* dicta irae *steht* et exempla

1) *vgl. S. 331, 12.*

Dr] Nam animi eriguntur in fiduciam propriae iusticiae et statuunt Deum posse placari nostris operibus. Haec blasphema praesumptio est propriorum meritorum contra meritum Christi. Deinde, quia in peccatis nati sumus, sequitur nunquam nos oraturos esse, si non prius sumus oraturi, quam sentiamus nos ab omnibus peccatis puros esse.

Ergo excutienda haec blasphema cogitatio est et in ipsis peccatis seu, ut significantius dicam, in ipso mari peccatorum hoc medio utendum est, quo hic David utitur, ne oratio differatur. Quorsum enim attinet verbum miserendi, si isti, qui orant, mundi sunt et misericordia non opus habent? Sed, ut dixi, acerrimum hoc certamen est, posse animum in ipso peccatorum sensu excitare, ut clamet ad Deum: 'Miserere mei.' Aliquoties meo exemplo didici, qui haec doceo et aliis praecipio, Omnium fere operum difficillimum esse orare. Quare non profiteor me artificem huius operis, Hoc autem confiteor, saepe in maximis periculis me admodum frigide haec verba pronuntiasse: 'Miserere mei, Deus', quod mea offendebar indignitate, et tamen vicit tandem Spiritus sanctus, qui suggessit: qualis qualis es, certe orandum est. Deus enim non propter tuam dignitatem sed propter suam misericordiam orari vult et exaudire.

Ut igitur haec recte intelligantur, Deum odisse peccatores et amare iustos, Distinctio facienda est inter peccatorem sentientem peccata et peccatorem non sentientem peccata sua. Orationem peccatoris non sentientis peccata sua Deus non vult, quia hoc ipsum, quod orat, non intelligit nec vult. Sic monachus, qui in superstitione sua vivit, saepe canit et murmurat: 'Miserere mei, Deus', Sed quia in fiducia propriae iusticiae vivit et

Hs] qui praefracta fronte hin durch ghen et oderunt verbum Et persequuntur. Hue omnia Exempla et dicta irae weiſe hin, Sodoma et Gom|orrha hat er mit helliſ|chen feuer, quia ita oportet istas duras frontes conterere tonitru et horrendis exemplis. Deus odit peccatores hin weg. Sed peccator sentiens is est, qui sentit iram et terretur a facie dei et Exemplis Sod|omae: Quando venit is terror et Iudicat deus, irascitur, non audeo orare etc. Ibi ghet die gulden kunſt[1] an: Deus, quando irascitur peccatoribus, tum irascitur duris et
Pſ. 147, 11 insensatis. Sed sentientib|us peccatum heiſt der text ſo: 'Beneplacitum est' etc. Quando sentio me peccatorem et terreor, tum effectum satis per legem, per terrorem et fulmina et tonitrua irae dei. Iam heiſt: beneplacitum est domino,

*1* praefracta *c aus* perfracta *über* praefracta *steht* pertricta ghen *o* *2* Sodoma⟨rum⟩ *5 über* Exemplis *steht* irae, ut *7 über* an *steht* ut cog|item *8* der *o* *10* est domino *unten*

[1]) *das Schwierigste, Wichtigste: vgl. Z. 36 f. und Unsre Ausg. Bd. 31¹, 560, 27.*

Dr] immundiciem cordis non sentit, tantum syllabas recitat, rem ipsam nec intelligit nec optat. Ad haec addit contraria orationi suae: Petit ignosci, petit misericordiam, et interim ipse iam hoc iam alio modo quaerit expiationem peccati et satisfactionem. Hoc vero an non est palam Deo illudere? perinde ac si quis mendicus clamosus importunis vocibus instat pro stipe et, cum eam aliquis offerat, ipse suas opes, hoc est, mendicitatem suam iactet et manifeste ostendat, se non indigere stipe. Sic inimici Euangelii verba numerant, rem autem non modo non intelligunt, sed re ipsa contrarium faciunt, dum varios cultus suscipiunt, dum quaerunt remissionem peccatorum impiis Missis, peregrinationibus, invocationibus Sanctorum etc. Tales peccatores, qui peccatores sunt et tamen non sentiunt se esse peccatores, sed praefracta fronte perrumpunt, se iustificant, verbum Dei persequuntur etc., Tales, inquam, procul arcendi sunt ab omni misericordia et irae dicta eis proponenda, quibus Deus non misericordiam, sed aeternas minatur poenas,
2. Moſe 20, 5 Sicut est sententia primi praecepti: 'Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in tertiam et quartam generationem.' Proponenda etiam sunt exempla irae, interitus Sodomorum, Diluvii super omnem carnem effusio, direptio populi sancti et si qua alia horribilia spectra iudicii et irae Dei in scripturis extant, ut deducantur insensati et impoenitentes peccatores ad cognitionem sui et serio incipiant implorare misericordiam. Hi enim sunt, de quibus dicitur: Deus peccatores odit, Deus peccatores non audit etc. Alii peccatores sunt, qui sentiunt sua peccata et iram Dei ac terrentur a facie Dei. Hi arripiunt contra se comminationes in verbo Dei propositas et ex horribilibus irae divinae exemplis ita deiiciuntur animo, ut propter peccata easdem poenas ipsi quoque timeant. In his terroribus cum animus malleo legis et iudicii Dei sic quasi contritus est, tum vero locus, tempus et occasio est huius divinae sapientiae arripiendae, ut cor se erigat et certo hoc statuat,

Hs] Ut infra: 'Sacrificia dei: spiritus', das ſind die rechten, koſtlichſten hertze und V. 19
die lieben zapplichen wurmlein, Ut de David[e] dicitur, qui fuit 'als ein arms 2. Sam. 23, 8
holz wurmlein', qui tot exemplis, flagellis dei ſo wurd gemacht: [Bl. 33ᵇ] quando vnſern herr Gott nur ein ſpruch hort reden, terrebatur. qui sentiunt vim legis et suum peccatum. Illis dicendum, ut non amplius iudicent secundum naturam, alioqui ducit te ad desperationem. Si venis ad Pap[am], Minoritam, Mahometistam, non etc., quia iudicat secundum naturae iudicium, quod est: Ego sentio me peccatorem et terreor, Et ista horrenda exempla occidunt me. Et deus iustus, ego peccator, — quia iudico secundum quod sentio. Ibi pars theologiae impleta: si 10000 mundi, gebs einer vmb 1 ſtund, ibi enim mors eterna. Ibi distingue de peccatore: aut est sensitivus, aut insensitivus; omnia, quae de ira dei dicuntur, pertinent ad irrationales et incorporeos. Et wider vmb: Deus non odit peccatores sentientes, sed maxime diligit, est eius acceptissimum sacrificium; ergo discendum, quando natura nobis suggerit, minime orandum, sed fugiendum, formidandum, non levandos

1 Sacrificia ⟨deum⟩ 2 de *o* armš *am Rand vor der Zeile* 4 terreba⟨n⟩tur 6 te *o* ad *(1.) o* 10 vmb *über* ⟨drub⟩ *zu 11 12* Peccator < Sensitivus / Insensitivus *r* 12 dicuntur *o*

Dr] Deum, cum irascitur peccatoribus, irasci iis tantum, qui duri et insensati sunt. Qui autem sentiunt molem peccatorum suorum, de iis dictum esse:
'Beneplacitum est Domino super timentes eum.' Tum enim per legem satis Pſ. 147, 11
effectum est et debent cessare fulmina illa irati Dei ac lucere illa misericordiae lumina, in verbo Dei proposita, quod 'beneplacitum sit Domino super
timentes eum', quod 'Deus cor contritum et humiliatum non despiciat', quod V. 19
sint 'aures eius apertae et oculi eius intenti in pauperem', ut eum de stercore Pſ. 34, 16
erigat, ut 'foveat lychnum fumantem, ut quassatam arundinem iterum con- Jeſ. 42, 3
glutinet' etc. Hi enim sunt iste 'tenerrimus vermiculus' (sicut translatio 2 Sam. 23, 8
Hieronymi habet 2. Reg. 23. de Davide, quanquam in Hebraeo non est) et mollissimus flos, qui ad levem auralam comminationis divinae commovetur ac trepidat, ubi illi alteri insensati peccatores in maximis procellis ceu montes ferrei stant immoti ad omnem poenitentiae praedicationem. Quare hoc unum in istis pavoribus conscientiarum agendum est, ne sic territi animi iudicent secundum naturam et sensum suum, quia abriperentur in desperationem. Sed sicut diversorum morborum natura inter se diversa remedia sunt, ita hi
territi verbis gratiae erigendi sunt, sicut illi rigidi sunt concutiendi 'ferreo Pſ. 2, 9
sceptro.' Papa cum suis Doctoribus nihil sani potest in talibus periculis conscientiarum consulere, sicut meo exemplo expertus sum. Omnes enim iudicant secundum naturam, quae dicit: Sum peccator, Deus autem iustus est, ergo eadem me poena manet, quae alios peccatores. Hic natura resistit nec potest in illis nebulis irae divinae radios misericordiae intueri.

Hs] oculos esse, desperandum, deum hostem, tum tempus: Non sic, frater; Er
Pſ. 147, 11 heiſt nicht 'Zelotes', sed 'Beneplacitum'. Hoc vult is propheta etiam docere.
Et haec est huius prophetae theologia. Reimts ſluchs zw hauff [1], videlicet se
et deum, qui irascitur peccatoribus, et se, qui meruit iram; sed talis est
mons, qui non statim superatur; wers verſuchen ſol, der wirds wol gwar.
Sunt multi, qui intelligunt 'Miserere' usque ad 'Mei', quia ibi pugnant dicens
et deus. 'Mei' et deus non concordant. Hoc exemplum discendum nobis.
Quando recte inspicis 'Mei', ſo heiſts peccatorem, ut sequentia verba indicant.
Ergo quando venit hora tribulationis, ut nubes. quae volunt compescere os,
Luc. 18, 39 ne oremus, magis clamemus, Ut 'Caecus, quem turba praeteriens increpabat,
ut taceret.' Sic natura est turba et nubes cogitationum: Quare vis orare?
nescis, quis sis? et quis deus? Et sic diabolus multas orationes impedit.
Sed wenn ich noch ſo boſe wer, — quia sentio me terreri, Ideo volo orare
et per vim hin durch dringen. qui hanc artem etc., nosset orare. Novi, quid
mihi contigerit. [Bl. 34[a]] Ich hab vber 100 mal angefangen zw beten et da
von muſſen lauffen. Ego sum peccator, ergo ſo mus ich nicht betten; sed

*1* Er *o* *zu 2* ps. 147. *r* *3* videlicet *über* (statim) *5* qui *bis* superatur *o* *zu 6 zu* pugnant *ist* quid impediat orationem *vom Rande eingewiesen* *8 über* peccatorem *steht* et magnum ut *c aus* quia *zu 8* 'mei' *r* *9* os *o* *10 über* praeteriens *steht* praecedens et sequens *zu 10* Luc. 18. *r* *10/11* increpabat, ut *vor der Zeile am Rande* *11* Quare ⟨si⟩ *12* sic] [c] *o* *13* ⟨sed⟩ quia *15* Ich *vor der Zeile am Rande* *16* ich *o*

[1]) = *bringt in Einklang.*

Dr] Sed hic vera Theologia nostra venit et docet, Cum animi sic sunt
territi, tum unam Theologiae partem completam esse, quae lege et minis
legis utitur, ut peccator se incipiat cognoscere et exuat securitatem, in qua
omnes, ante hanc irae revelationem, naturaliter vivimus; Neque hic resisten-
dum esse, sed debere nos progredi ad alteram Theologiae partem cognos-
1. Petri 5, 5 cendam, in qua tota Theologiae cognitio impletur, quod Deus 'humilibus dat
gratiam'. Pertinere minas illas et horribilia exempla ad induratos et securos
5. Moſe 4, 24 peccatores, his 'Deum esse zelotem et ignem consumentem', Sed illos contritos
Joh. 10, 12 et pavidos esse populum gratiae, cuius vulnera alligare et sanare velit 'pastor
bonus, qui animam suam ponit pro ovibus'. Ergo non debere tales obsequi
cogitationibus cordis sui, quae propter peccata suadent non esse orandum,
non esse sperandam gratiam, sed cum Davide animo confidenti clamandum
esse: 'Miserere mei, Deus', propterea quod tales sint Deo beneplacitum.
Haec huius Psalmi Theologia est ignota scholis Papistarum. Nam hic
Davidem vide, bene aperto ore in haec verba erumpentem: 'Miserere mei,
Deus', et sic coniungentem res sua natura dissimillimas, Deum et se pecca-
torem, iustum et iniustum. Ingentem autem illum montem irae divinae, qui
ita disiungit Deum et Davidem, transcendit fiducia misericordiae et se cum

Hs] per Inversionem Retho[ricam: Si sum peccator, ergo maxime orandum. Sic
in tentatione corporis. Cum es pollutus et sordidus, quid faciendum?
Expectes, donec ira, libido abierit? non, sed eo ipso momento, quo sentis
te vexari etc., statim 'in cubiculum eas' etc. Ideo nunc oro, quia sum pec- Matth. 6, 6
cator. Sed si debet, gewinnt diabo[lus etc. Tu es in passionib[us irae,
diffidentiae, tristiciae, libidinis, — expecta etc.! Das iſt Satan, adiutus
nostra sapientia, natura, religione, quae nobis innata, et Soph[istica et theo-
[logia scholastica et idolatria da zu. Sed si sentis te peccatorem, tum
max[ime debes orare. Petrus in navi: 'Exi a me, domine, quia' etc. Was Luc. 5, 8
war das fur ein nar, Vult dominum fugere, quia est peccator. Grego[rius
opt[ime locutus in omnib[us suis libris: Si sentis te etc., plus orato. Ante
fuit fugiendum et repellendus dominus, Sed ubi in peccatis fui, etc. Pul-
cherrimo exemplo et ipsa doctrina Davidis ſluchs er aus geſarn: 'Miserere'.
Sed quod audet orare et quod 'Mei' audet deum vocare, hoc facit fiducia
tuae promissi[onis, qui promisisti peccatoribus sensitivis re[missionem pec-

2 es⟨1⟩   *zu 9* Luc. 5. *r*   *zu 10* Gregorius *r*   *14* audet *(1.)*] audes

Dr] Deo coniungit. Hoc vero est, quod addit Theologia nostra ad legem. Nam
appellare Deum et dicere: 'Miserere' non magni laboris est, sed addere
particulam 'Mei', id vero est, quod omni studio inculcatur in Euangelio, et
tamen experimur, quam aegre a nobis praestari possit. Nam hoc 'Mei' fere
omnes orationes nostras impedit, cum contra deberet unica et summa orandi
causa et occasio esse.

Ergo primo exemplum discendum est, ut recte intueamur pronomen 'Mei'
et statuamus id significare peccatorem, sicut postea manifeste exponit, cum
dicit: 'In peccatis conceptus sum'; fatetur enim ibi hunc 'Mei' esse maximum V. 7
peccatorem. Ergo nos quoque hoc discamus, ut illae turbae cogitationum,
quae nos volunt compescere, nos magis excitent ad clamorem. Sicut de
coeco legimus in Euangelio, qui 'increpatus magis clamabat'. Experimur Luc. 18, 39
enim in nobis hanc cogitationum quasi turbam, obiurgantem nos: Quare vis
orare? nescis, quid tu sis et quid sit Deus? Haec cogitationum turba valde
molesta est spiritui et plurimos impedit. Sed contemnenda est et ob eam
ipsam causam est orandum, quae videtur nos ab oratione revocare, ut vi
quadam per illam turbam ad Christum perrumpamus et rogemus misericordiam.
Hoc qui faciunt, illi recte orant. Sed profecto magna contentione spiritus
opus est. Nam propria experientia didici, his cogitationibus saepissime
orationem mihi excussam esse. Dei tamen gratia ad eam cognitionem per-
veni, ut Sathanae 'telis' suis me oppugnanti non cederem sed, erepta vi Eph. 6, 16
spiritus, arma in ipsum hostem converterem et dicerem: Tu ideo ab oratione
deterres, quia sum peccator. Sed ego ob hanc unam causam mihi potissimum
orandum esse video, quia sum maximus peccator et opus habeo misericordia.

Hs] catorum, qui velis mittere tuum filium ad redimendum sensitivos etc., i. e. qui vere sunt peccatores in suis oculis, qui seipsos sentiunt. Illi sequuntur David⌊em et dicunt: 'Mi⌊serere'. Ego tentatus ab ira, superbia, carne. Sed natura in contrarium etc. Nemo potest eloqui, experientia ibi est necessaria. Sed qui uber den berg kompt[1], vicit. Quando homo est in peccatis, ineptus est ad orandum, sed tum maxime est necessarium. Si 'mei' Röm. 8, 26 nobis in oculis ligt et impedit, 'spiritus sanctus gemitib⌊us intercedit inenarrab⌊ilibus', Pau⌊lus. Sed erupiendum ad cogitationes Christianas et cogite-

*zu 1/2* Sensitivi peccatores *r*   *5 über* Quando *steht* sic   *zu 7* Ro. 8. *r*

[1]) *Sprichw., s. Unsre Ausg. Bd. 46, 79, 8; Bd. 40*[1]*, 18, 34.*

Dr] Idem faciendum est in ipso aestu tentationum, cum animi aut libidinis aut vindictae cogitationibus tentantur. Ibi si quis ad orationem hortetur, statim obiicit animus impuritatem, quasi in istis sordibus cogitationum orationi non possit esse locus. Hic contra urge, nullo modo expectandum finem tentationis, donec libidinis aut alterius vicii cogitationes animo penitus effluant, Sed in eo ipso momento, quo tentationem sentis esse validissimam et te ad Matth. 6, 6 orandum imparatissimum, 'secede in locum solum' et ora Dominicam precationem aut quidquid tandem potes dicere contra Sathanam et tentationem eius. Tunc senties tentationem mitigari ac Sathanam terga vertere. Quod si quis orationem existimat differendam, donec animus purus fiat ab impuris cogitationibus, is nihil aliud facit, quam ut Sathanam alioqui plus satis potentem adiuvet sua sapientia et virtute. Haec vero gentilis religio et Sophistica est, imo Sathanae doctrina. Contra quam exemplum et doctrina huius Psalmi tenenda est, in qua videmus, Davidem in ipso totius suae impuritatis conspectu et in singulari carnis peccato non a Deo fugere, sicut Luk. 5, 8 Petrus stulte dicebat in navi: 'Domine, exi a me, quia peccator sum', sed cum fiducia misericordiae prorumpit in orationem et dicit: Domine, si sum peccator, sicut sum, miserere mei. Quia enim vere sentiunt nostra corda peccatum, ideo magis debemus per orationem ad Deum accedere. Antea erat fugiendum, antea erat metuendus Deus, cum periculum esset, ne laberemur in peccatum. Post lapsum debet sperari venia et peti, non debet resisti in cogitationibus irae et timoris. Nunc Sathan hoc agit, ut iste ordo pervertatur, ut in peccatis patrandis simus securi et sine timore Dei et ut, postquam patrata sunt, maneamus in timore, sine spe et fiducia misericordiae.

Sed Davidem, ut dixi, vide diserte confugientem ad misericordiam et dicentem: 'Miserere mei, Deus', quasi diceret: Scio me esse malum et peccatorem, te autem esse iustum; quod igitur me erigo et orare audeo, hoc totum facio fiducia verbi et promissionum tuarum, quia scio te non esse Deum Mahometistarum aut monachorum, sed Deum patrum nostrorum, qui promisisti te redempturum peccatores, non quidem simpliciter peccatores, sed

Hs] mus: Deus misericors pater, qui promis[it gratiam; sum peccator, ideo, quia sentio me ineptum, nolo differre, sum nimium aptus, quia sum maximus peccator. scientia theologica: sensitivis peccatorib[us audendum. Et componenda ista 2: 'Mis[erere' et 'Mei'; las 'Miserere' klingen et kere dich aus 'Mei' nicht, [Bl. 34b] wo aber nicht, ſo ſchmeckt weder 'Miserere' noch 'pater noster' etc. Quod ſollen da hin erbeiten, ut simus absq[ue peccatis, nihil; quanq[uam ab actualibus liberi, tamen odium, displicentia, dei contemptus etc. Ergo semper orandum, quia semper sumus peccatores. Sic etiam Christiani affecti. Vivacissimum suspirium ghet toto tempore vitae etc.: Ich woll doch

1 ideo vor der Zeile am Rande    zu 3 Scientia Theologica r    5 noch o

Dr] peccatores sensitivos, qui norunt et sentiunt se esse peccatores etc. Ergo nos quoque audeamus dicere: 'Miserere mei, Deus', sum peccator, tentatus a carne, sanguine, ira, odio, Sed spes est in misericordia et bonitate tua, quam promisisti 'sitientibus iustitiam' etc. Non possunt haec satis apte dici, Matth. 5, 6 sed necesse est accedere experientiam propriam, ea docet, quam magnus labor sit, superare istum quasi montem propriae indignitatis et peccatorum, qui inter nos oraturos et Deum est. Etsi autem hic maxime sentitur infirmitas fidei, tamen etiam haec consolatio nobis tenenda est, quod non soli dicimus: 'Miserere mei, Deus', sed idem nobiscum dicit et orat spiritus in corde nostro, 'gemitibus inenarrabilibus'. Hos gemitus sicut nos neque Röm. 8, 26 videmus neque plene intelligimus, ita clarissime videt et plenissime intelligit Deus, qui etiam spiritus est. Fiducia igitur huius interpellatoris etiam in media contentione certaminis seu tentationum debemus Sathanae resistere et dicere: Si sum peccator, quid tum? Deus est misericors. Si sum propter peccata ad orandum ineptus, bene est, nolo fieri aptior; nam, proh dolor, plus satis ad orandum aptus sum, quia nimium sum peccator.

Haec huius loci doctrina est, quod audendum est sensitivis peccatoribus (ut sic appellem docendi causa), et quod Deus iustus et homo peccator sunt conciliandi, ne sic in peccatis Deum metuamus, quin cum Davide canamus: 'Miserere.' Ne autem pronomen 'Mei' aut nomen 'Deus' nos impediat, quin in medio horum ponamus verbum 'Miserere', per quod Deus et homo peccator conciliantur. Hoc nisi fiat, non solum hunc Psalmum nunquam recte canere, sed ne Orationem Dominicam unquam recte orare poterimus, quia hoc minus in hac vita futurum est, ut simul ab omnibus peccatis simus puri. Nam etsi actualia, ut vocant, desint, quod perrarum est, tamen non deerit Originale peccatum. Quia autem semper sumus in peccatis, ergo semper quoque orandum est, sicut revera Christianorum corda omni momento orant, cum vident omni momento suam indignitatem et cupiunt eam condonari. Haec perpetua Christiani cordis suspiria cogitationibus, nonnunquam etiam negociis perturbantur et teguntur, ne ea semper videamus.

Hs] gern from ſein. Hanc naturam vincere, iſt Theologica virtus. Vber dein peccatum ſprich ein 'Mise[re]re' druber Est comprehensa et conclusa vita nostra in complexum et sinum dei. Vnſer leben ſol heiſſen: 'Miserere', quia sumus 'Mei' i. e. peccatores. Ergo Christianus discat, quod sua vita sit coram deo mera gratia. Volumus decalogum gern halten cum bona distinctione, quendam per verum gemitum, quibusdam primitiis spiritus in corde. Caro et omnia[1], ſollen wir heiſſen peccatores. Alioqui decalogus pugnat
V. 18 cum istis.[2] Ideo audies, quomodo propheta wird rumpeln[3] cum sacrificiis, quia ſol heiſſen: Divina misericordia sum iustus, habeo patrem, qui amat

---

*1* ſein *o* *5* deo ⟨est⟩ *6* quendam] queda\ *7 über* Caro *steht* lib[er]um arb[i]trium *8* istis *mit Strich zu* Caro *Z. 7 gezogen* *9 über* heiſſen *steht* 'Miserere' et

[1]) *Erg.* manent. [2]) *Zum Sinn vgl. hier unten Z. 22 ff.* [3]) = *poltern, strafen; s. Unsre Ausg. Bd. 47, 100, 17.*

Dr] Vere igitur. Theologica virtus est, hoc modo oratione obruere peccatum et, cum sentimus nostram infirmitatem, confugere ad Canticum hoc: 'Miserere mei, Deus.'

Sed postquam diximus, quomodo conciliandi sint Deus iustus et homo peccator, etiam hoc monendum est, ut recte consideremus verbum 'Miserere'. Nam id si diligentius evolverimus, necesse est, ut statuamus omnem nostram vitam conclusam et positam esse in sinu misericordiae Dei. Quia enim nos omnes sumus 'Mei', hoc est, peccatores, manifeste et necessaria consequentia sequitur, quidquid sumus et vivimus, hoc totum esse merae gratiae, non iusticiae aut meriti nostri. Quid igitur? inquies. An non Decalogus praestari debet? Si autem praestatur, an non ea iusticia est? Respondeo: Volumus Decalogum praestare et servare, sed cum larga, hoc est, vere Euangelica dispensatione seu distinctione, quia accepimus tantum primitias spiritus et gemitus spiritus in corde manent. Item caro nostra cum suis libidinibus et concupiscentiis, hoc est, tota arbor cum fructibus, etiam manet. Haec causa est, cur Decalogus nunquam possit plene praestari. Alioqui, si Decalogus posset praestari integer, quid opus esset iusticia illa, quam David per verbum 'Miserere' petit, hoc est, quid opus esset imputatione? Nunc, cum etiam in Sanctis remaneant peccati reliquiae, nondum plane mortificatae, utrunque fit, ut per spiritum inhabitantem peccato resistamus et obediamus Decalogo, et tamen per carnem et Sathanam in peccatum impulsi speremus remissionem peccatorum. Sic obedientia erat in lege sacrificare, et tamen
V. 18 infra dicet Propheta: 'Sacrificium et holocausta noluisti', sic enim erant sacrificia, ne tamen tolleretur misericordia. Ad eundem modum facimus legem per Spiritum sanctum, et tamen manet verbum 'Miserere', hoc est, nos manemus peccatores et opus habemus gratuita remissione peccatorum per Christi meritum. Ergo misericordia est tota nostra vita in mortem usque,

Hs] peccatores sensitivos. Et quicquid percipio ex isto etc., das haben ſie gelernet, quod in vita heiſts 'Miserere', quia est peccatrix. Hoc concludit totus versus 'Mise⌊rere', vide, quam taceat ſeiner Iusticiae, operum. Num non multa fecit? Pha⌊risaeus: 'Non sum' etc. Ey, ein fromer man. 'Secun- Luc. 18, 11
dum magnam misericordiam tuam': Hic nihil est operum. Non secundum opera mea, es wer[1] lecherlich, cucullum, virginitatem, paupertatem. Ey, wie ſols klingen! aut ſo: redde mihi secundum puritatem manuum coronam iusticiae, secundum meum Monachatum, ut Exemplum de fratre Regis Angliae: Redde mihi, quod debes. Er iſt gefarn etc. Servavi, quod iussisti, redde, quod promisisti. Es heiſt: Non redde mihi, sed: 'Domine, quis' etc., 'si Ps. 130, 3
iniquitates observa⌊veris'? Et: 'Ne intres' etc. Ps. 143, 2

'Dele': Zerreis das regiſter. Ich werde nunquam kein antwort kunen geben, quod sinistrum oculum servavit; dedit linguam: 'Mis⌊erere'. quare?, peccasti, deb⌊uisti dare fructus. [Bl. 35a] 'secundum misericordiam' etc. Ibi vides veram theologiam. Non solum drehet ſich a iusticia propria, sed etiam

zu 4 Luc. 18. *r*  zu 4/5 'Secundum *bis* tuam' *r*  6 *über* opera mea *steht* meritum condigni, congrui  cucullum *mit Strich zu* congrui *über* opera mea *Z. 6 gezogen*  7 aut *über* (sed)  *zu 8 vor* de *steht* loquitur, dicitur *vor der Zeile am Rande*  *über* fratre Regis Angliae *steht* qui factus est monachus  *10* promis(s)isti  *12* das *o*  *zu 12* 'Dele' *r*  *zu 14/15* Vera Theologia *r*

1) = *wäre.*

Dr] et tamen Christiani praestant obedientiam legis, sed imperfectam propter peccatum inhabitans in nobis. Quare hoc quoque discamus, ut verbum 'Miserere' bene extendamus, non tantum ad actualia peccata, sed ad omnia beneficia Dei, quod sumus iusti alieno merito, quod habemus Deum patrem, quod Deus pater amat peccatores sensitivos, in summa, quod omnis nostra vita est misericordia, quia tota nostra vita est peccatum nec potest opponi iudicio aut irae Dei.

Ideo non tantum dicit David: 'Miserere mei, Deus', sed addit: 'Secundum magnam misericordiam tuam', ac simpliciter tacet omne meritum et omnem iusticiam operum. Non dicit, sicut ille in Euangelio: 'Bis ieiuno in Luc. 18, 12
Sabbatho.' Non dicit: Miserere mei secundum meritum condigni aut congrui, quid enim haec ad misericordiam? Monachorum, non Davidis sunt ista, iactare meritum et alia, sicut de cuiusdam Regis fratre narratur, qui in extremo vitae articulo dixit ad Deum: Serva mihi, quod promisisti, quia reddidi tibi, quod iussisti. Hanc vocem nolim meam esse in articulo mortis, diversum enim dicendum est: 'Ne intres in iudicium, Domine, cum servo Ps. 143, 2
tuo'; Item: 'Dele iniquitatem meam.' Quod enim possumus iactare meritum huius levissimi, ut videtur, beneficii, quod oculum sanum servavit Deus? David tacet iusticiam ac meritum suum et vult secundum magnam misericordiam Deum agere. Hoc modo non solum ex iusticia propria, sed etiam

Hs] ab ira dei. Sic amovere sensum irae ad insensatos peccatores. Et nullum aliud obiectum statuit quam faventem, gaudentem super me deum. Ibi non potest manere tristitia; si adest, devorabitur. Si enim cogito: favet tibi deus, est misericors, vult bene facere, Est inclinatus tibi ut pater, non econtra, hoc spectrum est vivificum et consolatorium. Das thut er hie. Et vbers 'Mei', peccator, qui sentit iram dei, ſol er ſo fortem distinctionem machen inter peccatorem et propicium deum. Das iſt non theologia rationis, sed supernaturalis, quod peccator nihil videat quam misericordiam, et tamen ibi sentit iram dei, quia, si non sentiret, Non diceret: 'Miserere'; ergo significat se sub ira et dignum ira, et tamen sic pugnat, ut abigat spectaculum irae et misericordiae apprehendat. Das iſt Theologia. Ista non traduntur nisi in sacris literis et est spiritus sancti doctrina, verba sunt pure, caste posita simplicissimeque dicta, sed habent marcks et bein etc. Discendum ex hoc versu, ut distinguas inter peccatum et peccatum, peccatorem et peccatorem et deum et deum. Iratum deum ad insensatos dirigamus. Si quis dicit: Ultra meum cogitare nihil sequitur.[1] Sicut cogitas, ita fit. Si credis deum iratum, est. Si potes credere, quod ei 'Beneplacitum' etc., tum habes; si in

6 iram dei *unten* er *o* zu 7/8 Theologia supernaturalis *r* 11 apprehendat *o* zu 11 Theologia *r* 12 verba *o*

[1]) *Erg.* est falsum

Dr] ex ira Dei se evolvit neque sibi aliud proponit spectrum quam Deum misericordem, gaudentem et ridentem. Statuit enim Deum habere magnam misericordiam, propter quam nihil aliud velit nec cogitet quam ignoscere et benefacere.

Hoc spectrum Dei faventis et miserentis est vivificum spectrum, quo operit pronomen 'Mei' et reiicit iram in angulum ac dicit: Deus favet. Haec non est rationis Theologia, quae in peccatis suadet desperationem. Sed David sentit peccatum ac iram Dei, et tamen dicit: 'Miserere mei, Deus.' Hanc doctrinam ratio nescit, sed sacrae literae tradunt, sicut in hoc primo huius Psalmi versu videtis. Sunt enim singula verba pure et caste posita, Sed sunt verba Spiritus, habentia vitam, ex quibus spirituales discunt distinguere inter peccatorem et peccatorem, inter Deum et Deum, et discunt etiam conciliare cum homine peccatore iram Dei seu iratum Deum.

Sed inquies: Haec non sic fiunt propterea, quod ego sic tuo verbo edoctus ista mecum ita cogitare disco, imo statuendum est, quod, sicut credis, sic etiam tibi fiet, quia haec fides non est ex tuo iudicio sumpta, sed hausta
Pſ. 147, 11 ex verbo Dei. Si igitur potest hoc appraehendere et statuere, 'Deo esse beneplacitum super timentes eum', tunc revera ita tibi continget. Si non appraehendis, non es sub beneplacito, sed sub ira, secundum Christi dictum:
Matth. 8, 13 'Sicut credis, ita fiet tibi.' At cogitatio de ira Dei per se quidem falsa est,

Hs] infidelitate manes, habes desperationem. Ideo sequitur effectus maxime ad cogitationes nostras. Sicut de deo cogito, ita fit mihi. Si ista cogitatio de irato deo est falsa, et tamen fit, quanquam falsa. Si econtra, est opinio vera et fit. Ideo non dicendum: Ich mag gedencken, sed nihil sequitur. Non scriptura sic dicit, ergo sequitur 'Benepl⌊acitum', revera ergo sic est et veritas Pſ. 147, 11 ipsa. Si hostem, tyrannum, Iudicem cogitas, haſtus auch, sed falso, intelligentia erronea est et conscientia et diabolica idolatria. Vero deo servitur sic: quando timeo et sensitivus peccator sum, debeo apprehendere misericordem deum. Etcontra, [Bl. 35^b] tum non colitur deus verus.

17. Iunii. A⌊udistis heri etc. Non reiicimus historiam et exemplum Davidis, cum peccasset adulteriis et blasphemiis et homicidiis, quia expedit talia Exempla habere in Ecclesia propter peccatores, ne desperent, sed certi sint, quod deus non derelinquat in perditionem peccatores et 'non velit mortem Heſ. 33, 1 pecca⌊torum, sed conversionem et vitam'; quia, nisi talia Exempla extarent, esset vehementer infirma fides. Et maxime luctandum sine istis Exemplis, si solum fidendum et solis promissionib⌊us adherendum. Sed non solum videndum privati hominis Exemplum, Sed psalmus est generalis doctrina, quae pertinet ad omnem hominem nullo excepto. Paulus ad Roma⌊nos

1 effectus *o*  2 Si *c aus* quod  *zu 5* ps. 147. *r*  *13* velit[2] non[1]  *16* solis *bis* adherendum *vom Rande eingewiesen*  *17 über* psalmus *steht* iste  *18 über* Paulus *steht* Sicut etiam

Dr] quia Deus promittit misericordiam, et tamen talis falsa cogitatio fit vera propterea, quia tu veram esse statuis. Contra illa altera cogitatio, quod Deus faveat peccatoribus sentientibus peccata sua, simpliciter vera est et manet, ergo non est, quod cogites, non sic futurum propterea, quod tu sic credis. Quin hoc statue, quod res per se certa et vera magis certa et vera fit te sic credente, Sicut econtra, Si credas Deum iratum esse, certo habiturus es eum iratum et hostem, sed diabolica, idolatrica et perversa cogitatione, quia Deo sic servitur, si eum timeas et apprachendas Christum, obiectum misericordiae. Haec est vera Theologia de vero Deo et vero Dei cultu. Falsa Theologia est, Deum esse iratum agnoscentibus [Bg. D] peccata sua. Talis enim Deus nec in coelo nec usquam est, sed est Idolum perversi cordis, quia verus Deus dicit: 'Nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur Heſ. 33, 11 et vivat.' Hoc etiam praesenti Davidis exemplo et oratione comprobatur. Et principio admonuimus, non tantum exemplum Davidis hic considerandum esse, sed Psalmum transferendum in generalem doctrinam, quae pertineat simpliciter ad omnes homines, nullo excepto, Sicut Epistola ad Romanos generaliter citat sententiam: 'Omnis homo mendax', Item: 'Conclusit Deus Röm. 3, 4 Röm. 11, 32 omnes sub peccatum, ut omnium misereretur.' Ad hunc modum de Davide diximus, quod non solum suum peccatum, sed totius generis humani mortem

Hs] Röm. 3, 4 disputat: 'Sit deus verax, omnis homo mendax', 'Omnia sub peccatum' etc.,
Röm. 11, 32 'ut omnium misereatur'. David hat myher auff einen biſſen geſaſſet [1] quam suam historiam, sed Totius generis humani vitam, seu potius mortem, propter se non cecinit nec fecit hunc psalmum nec indiguit.

'Et secundum multi|tudinem': videtur esse repetitio seu potius amplificatio. Prius rogaverat avertens oculos a sua conscientia et a peccatis et apprehendens deum proponentem gratiam et misericordiam. hoc non posset, nisi adiutus spiritu sic apprehenderet promissiones gratiae et sciret reliquam
Pſ. 130, 4 remissionem pec|catorum pro peccatorib|us poenitentib|us, Ut ps. 130: 'quia apud te propiciatio est', etc. Non in coenobium vadit, sed in verum locum et prospectum misericordiae. Non est ista scientia nata ex suo corde, dictamine rectae rationis, non potest homo statuere seu definire deum misericordem, praesertim peccatoribus provocantibus eum ad iram. Ratio: Tu peccasti, ergo deus iratus est, conscientia non potest se erigere in eam lucem, quod reliqua sit remissio pec|catorum, favor et gratia pro peccatoribus se
1. Moſe 3, 15 agnoscentibus. In decalogo Et in prima promis|sione ad Adam: 'semen
2. Moſe 20, 6 mulieris' etc.; 'Ero misericors' etc. Quoties terremur, vexamur, avertamus

*1* deus verax *o, darüber die Ziffer* 1 *über* omnis *steht* 2 *2* omnium misereatur *o* hat *unten* *3* mortem *mit Strich zu* geſaſſet *Z. 2 gezogen* *4* hunc psalmum *o* *über* indiguit *steht* quia tentatio war fur ober *7* proponentem] ppotꝫ, *darüber* promitteutem *9* (pro) poenitentib|us *zu 9* Ps. 130, *r* *10* propiciatio est' etc. *r* vadit *o* *11* ista scientia *o* *11/12 über* dictamine *steht* non ex *12* non *c aus* nol seu *o* *13 über* Ratio *steht* statuit sic *17* mulieris *unten* 'Ero misericors' *mit Strich zu* decalogo *Z. 16 gezogen*

[1]) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 46, 650, 3.*

Dr] et vitam complectatur. Ergo Deus omnibus hominibus talis Deus est, qualis Davidi fuit, hoc est, ignoscens peccata et misericors in omnes, qui misericordiam rogant et peccata sua agnoscunt.

Huc pertinet, quod repetitione seu potius amplificatione hac uti voluit, ut addat: 'Et secundum multitudinem miserationum tuarum iniquitatem meam dele.' Rogavit antea, ut Deus per misericordiam avertat oculos a suis peccatis, hoc versu idem agit, et quidem maiore contentione ac spiritu. Apprachendit enim Deum promissorem et toto intuitu cordis vertitur in misericordiam, quod non posset, nisi adiutus spiritu Deum promittentem apprachendisset et sciret apud Deum reliquam esse spem remissionis peccatorum
Pſ. 130, 4 pro peccatoribus, Sicut in alio Psalmo dicit: 'Apud te propiciatio est, ut timearis.' Non quaerit satisfactionem, non angulum, in quo se praeparet ad gratiam, sed recto cursu tendit ad conspectum Dei et ad misericordiam, quae est ei nota non ex suo corde, non ex dictamine rectae rationis (quia ratio in peccatis fugit a Deo nec se potest attollere conscientia in eam lucem, ut credat reliquam esse misericordiam, gratiam, favorem apud Deum pro peccatoribus). Sed misericordia est ei nota ex promissionibus, quas ubique

Hs] oculos, extinguamus sensum cordis de peccatis Et nos immergamus in istum sinum gratiae, nihil dubitantes, sed existentes certissimi, quod Ibi sit reliqua misericordia erga miseros pecca⌊tores Et mors eterna pro induratis et insensatis. Das iſt Theologia vera nostra.

'רב': gros et viel. [Bl. 36a] 'רב': ein gros et viel volcks, est idem apud Eb⌊raeos. Dixerat prius: 'secundum misericordiam'. Iam dicit: 'secundum magnitudinem, multitudinem miserationum tuarum dele'. Ebraei habent hic suam grammaticam.

Chesed: proprie 'beneficium', Ut Pau⌊lus interpre⌊tatur ad Timo⌊theum, ubi dicit de servis, 1. Timo. 6., quod 'participes beneficii' in omnibus donis, 1. Tim. 6, 2
quae in Christo et per Christum accepimus; germanice: 'wolthat'. 'Miseri- Hoſ. 6, 6
cordiam volo', i. e. ut agnoscatis vos invicem fratres. 'Misera⌊tio', 'rechem': Das iſt proprie ad af⌊fectum: ignoscere, induere remittentem animum nec volentem respicere, ulcisci peccatum. Alterum benefacere, alterum ignoscere. 'Miserebor, cui' etc. Oportet ista duo habeamus, ut largiatur deus re⌊mis- 2. Moſe 33, 19
sionem pec⌊catorum; hoc facit per misericordiam et s⌊piritum sanctum, Ut

---

*1* sensum[2] extinguamus[1] cordis[3]  *2 über* dubitantes *steht* de misericordia dei  quod *c aus* qui  *5* רב *(1.) über* ⟨Roc⟩  רב *(2.) über* ⟨Roch⟩  idem *mit Strichen zu* gros *und* viel *gezogen*  *6* dicit *o*  *zu 9* חסד *r*  *zu 10:* 1. Timo. 6. *r*  *11* germanice *o*  *12* volo *o*  *zu 12* רחמ *r*  *15 über* 'Miserebor, cui' *steht* in Exodo  *16* misericordiam *über* ⟨r⌊emissionem p⌊eccatorum⟩

Dr] videt sparsas etiam in legem et Decalogum. Etsi enim ibi Deus minatur peccatoribus, tamen retinet nomen Misericordis Dei. Idem testantur promissiones ad Adamum, Abrahamum etc. Idem nobis in nostris tentationibus est praestandum, ut, quoties mordemur et vexamur in conscientia propter peccata, simpliciter sensum avertamus a peccato et involvamus nos in sinum Dei, qui dicitur Gratia et Misericordia, nihil dubitantes, quin gratia et misericordia velit uti erga miseros et afflictos peccatores, sicut erga induratos peccatores vult uti ira et iudicio. Haec est vera Theologia, quam etiam hic Psalmi versus manifeste ostendit, cum inquit: 'Secundum multitudinem misericordiarum tuarum iniquitatem meam dele.'

Vocabulo רב utuntur in quantitate discreta et continua, sicut in Germanico quoque dicimus: 'groß gelt' pro multa et numerosa pecunia. Deinde vocabulum חסד etiam notum est; Paulus saepe beneficium seu εὐεργεσίαν vertit, ut 1. Tim. 6., ubi servis loquitur, quod debeant colere heros suos, addit 1. Tim. 6, 2
causam: 'quia', inquit, 'sunt participes beneficii Euangelii'. Nonnunquam etiam 'dilectionem' vertit. Interpres Graecus 'Misericordiam' fecit, sicut in illo loco Oseae: 'Misericordiam volo et non sacrificium', hoc est, ut diligatis Hoſ. 6, 6

---

*27* רוב *im Urdruck*

Hs] ignoscat, wolle ſie[1] nicht rechen[2], quia alioqui non est medium extinguendi peccatum, non per cilicia, Ieiunia, nullius hominis opem, vires, nec angeli, daemonis, sed unica salus extinguendi peccati et pacandae conscientiae fugere ad misericordiam et miserationes dei, quaerere apud deum beneficium et ignoscentiam, ut non inspiciam, qualis bube fuerim et adhuc sim. Quando hoc non faceret deus, i. e. non praetenderet suam misericordiam et ſehe durch die finger[3], non digni, ut largiretur nobis vitam ad 1 horam post. Si sensero peccatum et tamen sperare debeo in sua misericordia et miseratio[n]e, das iſt ſchwer. Si cogitationes hae in nobis sunt: Ego peccavi, ergo eternae mortis reus etc., Conscientia non potest constituere peccatorem coram deo favente, ignoscente et condonante peccata et quae fiunt, — hoc s[piritus] sancti donum. Natura vel induratur in peccatis vel desperat illis, utrunque non recht. 'Multae' sunt tuae misericordiae, magnae sunt etiam. Sunt

6 et ⟨etc.⟩ ſehe⟨t⟩ 7 post⟨quam⟩ Si *vor der Zeile am Rande* 8 et *bis* debeo *o* 13 tuae *über* duae

[1]) *Nämlich die Sünde.* [2]) *= anrechnen.* [3]) *Sprichw., s. Unsre Ausg. Bd. 31¹, 190, 9.*

Dr] mutuo, ut benefaciatis aliis; et sic hoc loco vertit: 'Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.' Alterum vocabulum רחם significat: clementem animum induere, non velle respicere peccatum alterius, sed ignoscere, indulgere etc., sicut in illo loco: 'Miserebor, cui misereor', hoc est, ignoscam, condonabo peccatum. Inde venit nomen רחמים, quod noster vertit 'miserationem'. Haec est Hebraea Grammatica, cuius admonendi sunt imperitiores. Vide autem iam, quam belle haec duo David coniungat, ut primum Deus misereatur, hoc est, gratis nobis immeritis benefaciat, Deinde ut largiatur remissionem peccatorum, quam fide accipimus per Spiritum sanctum et promissiones, quia, nisi gratis ignoscat Deus, nulla satisfactio, nullum remedium reliquum est nobis. Non per ieiunia nostra, non per alia opera, non per angelos nec ullam aliam creaturam salus, sed unica salus est confugere ad misericordiam Dei, quaerere apud Deum beneficium et ignoscentiam, ne respiciat ad nostra peccata et transgressiones, sed ut conniveat et secundum misericordiam et miserationes suas nobiscum agat. Hoc enim nisi faciat Deus, non sumus digni, quibus ad unam horam vitam proroget, quibus det unam buccellam panis etc.

(margin, beside "cere, indulgere etc."): 2. Mose 33, 19

Sed hic quoque experimur, summae artis et difficilimum esse, sic coniungere illa duo et in misericordiam Dei et miserationes tantum oculos intendere. Neque enim haec verba domi nostrae nascuntur, sed per Spiritum sanctum afferuntur de coelo. Contra hae spinae nascuntur in cordibus nostris: Ego sum peccator, Deus est iustus et iratus mihi peccatori. Has spinas conscientia non potest evellere, non potest peccatorem constituere coram Deo favente et ignoscente, Spiritus sancti hoc est donum, non nostri

Hs] quidem peccata, non nego, male vixi, vivo, vivam. Si volo me cum peccatis meis coram te statuere, tum cor dicet: Deus est inimicus tuus, vult te occidere et perdere. Confiteor igitur peccatum, quod magnum, multum etc.,
— Alibi: 'Multum est enim' etc., — et quod tua misericordia et ignoscentia Pſ. 25, 11
sit maior. Plus peccati remissum quam etc., Et 'deus maior'. Iustitia 1. Joh. 3, 20
divina maior quam peccatum, et misericordia et ignoscentia. quia 'secundum' etc. Sic etiam ira. Misericordia super pecca⌊tum, sic ira super pec⌊catum.

[Bl. 36b] Nihil deo cum sanctis. Sanctus homo est terminus fictus, i. e. homo deus, homo lapis, truncus, arbor. Istas veteres cogitationes omnes imbibimus a iuventute de Sancto Iero⌊nymo, Petro et Paulo etc. Volo eos vocare Sanctos, sed non sanctos homines, sed prorsus sanctitate aliena. sancti-

zu 4 Ps. 25. r    5 Plus[1] remissum[3] peccati[2] *über* deus maior *steht* Ioan.    *zu* 9 Sanctus homo *r*

Dr] arbitrii aut virium nostrarum. Nam cum absque Spiritu Dei est, aut indurantur corda in peccatis, aut desperant. utrunque autem est contra Dei voluntatem. Ideo David ex Spiritu sancto per medium inter hanc Sathanicam scillam et charibdim navigat et proiicit se securum in amplissimam et infinitam illam misericordiam Dei et dicit: Multae ac magnae sunt miserationes tuae, Domine. ego autem sum peccator, qui male vixi, male vivo et, dum vivo, male vivam. Iam igitur, si me volo coram te statuere, necesse est, ut alias cogitationes afferam, quam cor meum mihi subiicit. Confiteor
igitur peccatum meum coram te, 'multum est enim' (sicut in 32. Psalmo dicit). Pſ. 25, 11
Sed sic confiteor peccatum, quod simul etiam confiteor tuam misericordiam et miserationes tuas immenso maiores peccato meo, Item tuam iusticiam, qua peccatores iustificas, infinitis modis ampliorem, quam ut desperare debeam, sicut dicit: 'Secundum multitudinem miserationum tuarum.' Quia autem dicit magnam multitudinem esse miserationum, simpliciter negat et nescit omnem tum suam tum aliorum sanctitatem. Quid enim potest esse coniunctionis multitudini miserationum cum humana sanctitate? Si igitur est miseratio sic multa, nulla est sanctitas apud nos, et vere fictus terminus est, dicere hominem sanctum, sicut fictus terminus est, Deum esse lapsum in peccatum, quia hoc nusquam est in rerum natura.

Quare isti nimis alti et inveterati errores ac falsae opiniones abiiciendae sunt, cum vocamus monachorum more sanctum Hieronymum, sanctum
Paulum etc., quia in se peccatores sunt et solus Deus est sanctus, sicut Jeſ. 6, 3
Ecclesia canit. Quos autem nos sanctos appellamus, ii sunt sanctificati aliena sanctitate, per Christum, quae est sanctitas gratuitae misericordiae. In hac

32 nimis *B. Der Urdruck hat* minus

Hs] ficatos Christi. Petrus hat nicht mher fromkeit quam ego. Sic sumus una massa peccatrix. Sed non perpetravi peccatum Petri, Ego autem alia peccata, quamquam non phanaticus Paulus, tamen in corde est praesumptio, blasphemia, negatio, persecutio dei. In hominib⌊us non est
Pſ. 14, 2 f. videre Sanctum, 'Despexit de celo' etc., 'Non est unus'. Hi vero sunt Sancti, quando efficiuntur ex peccatoribus insensatis sensati, quando agnoscunt se et deum, quod sentiunt se peccatores et malum coram deo omne etc.; Et plena fiducia in sinum quiescere, qui dicitur: 'In multitudinem miserationum' etc. Ideo enim misit suum filium, ut istam doctrinam revelaret. Magna et multa sunt peccata quidem, sed maior misericordia et plures miserationes quam omnium omnia peccata. Ideo omnes ho⌊mines hunc versum una voce canant, se peccatores et istum etc. Das iſt verum sacrificium nostri peccati et mortificationis et laus divinae misericordiae.

---

*3 über* peccata *steht* maiora *zu 5* Ps. 14. *r* *8 über* omne *steht* nostrum *11* ho⌊mines *o* *zu 13* Sacrificium *r*

Dr] sanctitate convenit tota Ecclesia fidelium, et est nulla differentia. Sicut enim Petrus sanctus est, sic ego sum sanctus. Sicut autem ego sum sanctus,
Luk. 23, 40 ff. sic latro a dexteris Christi sanctus est. Nec impedit, quod Petrus et Paulus maiora fecerunt, quam ego aut tu, utrinque enim nostra natura sumus peccatores et opus habemus misericordia ac miserationibus. Et si Apostoli minus externorum peccatorum habuerunt, tamen saepe in cordibus senserunt praesumptionem, saepe fastidium, saepe desperationis cogitationes, saepe negationes Dei et similes humanae imbecillitatis defectus, adeo, ut in homine
Pſ. 14, 2 f. nihil sancti, nihil boni videas, sicut Psalmus dicit: 'Prospexit Deus de coelo super filios hominum, et non erat, qui bonum faceret, ne unus quidem.' Quod si inter filios hominum non sunt boni, ubi igitur possunt esse alibi? Ergo taceamus de sanctitate et sanctis, Sanctificatos autem scimus eos esse, qui ex peccatoribus insensatis fiunt peccatores sensati, qui non praesumunt de sua iusticia, quae nulla est, sed incipiunt habere illuminatum cor, ut agnoscant se et Deum, quod coram Deo malum sit, quicquid est nostrum, et condonetur gratuita condonatione miserationum. In hunc sinum opus est ut nos et omnes sancti nos recipiamus, aut necesse est nos damnari. Ideo autem misit Deus filium suum, ut has miserationes mundo revelaret et istam doctrinam, quam humana corda et ratio nescit, invulgaret. Ac David eam hic nobis proponit, dum confitetur peccata et tamen misericordiam confitetur esse maiorem.

Ergo omnes homines hunc versum canant cum Davide et agnoscant se esse peccatores, Deum autem esse iustum, id est, misericordem. Haec confessio est sacrificium acceptum et gratum Deo, ad quod nos David invitat. Vult enim hanc esse communem totius orbis doctrinam, ut, cum Diabolus

Hs] Hoc vult docere propheta totum orbem terrarum, ut sic etc. in tentatione. existente mundo, ut relinquat diabolum cum sua accusatione: concedo, sum multus et magnus peccator et sentio; quid inde? Non desperabo, Opponenda misericordia et miseratio omnibus. Ex ista cognitione patres facti Sancti et 'reddidit eos iustos' etc. Sed wir muſſen vnſer peccatum nicht gering machen, Jeſ. 53, 11
quia non parva misericordia et miseratio; res est seria etc.: qui extenuat peccatum, etiam gratiam etc. dei extenuat. quia tanta est gratia. quantum p[eccatum, et remis[sio. Correlativa: si peccatum mach gros, mus ich misericordiam noch groſſer machen. Si klein, tum vilescit misericordia etc.

'Dele Iniqui[tates': 'Chirographum delens' etc., Pau|lus ad Eph. Petit Kol. 2, 14 Eph. 2, 14 f.
transgressiones suas propheta deleri. Significat Pau[lus scripta peccata in chirog[rapho quodam in corde. Nostra conscientia scripsit istud chiro|graphum, lex hat dincken[1] et ſeddern dazu geben. [Bl. 37[a]] Sic optat deleri pec-

---

4 patres *o* 5 *über* reddidit *steht* ista cognitio *über* wir *[undeutlich geschrieben]* *steht* nos 6 etc. (serium) 10 delens' etc. *unten* *über* Pau|lus *steht* hoc vocabulo usus est *zu* 10 Ephe. 2. *r*

[1]) = *Tinte. S. DWtb. Dinte (Luther nicht geläufig).*

---

Dr] vel conscientia nos accusat propter peccata, nos quidem libere peccatum confiteamur, quod simus in multis et magnis peccatis, sed non ideo desperemus, quia, et si peccata nostra multa et magna sunt, tamen hic docemur, misericordiam Dei etiam multam et magnam esse. Hac ratione se defenderunt contra Sathanam omnes sancti, ut, quanquam essent peccatores, tamen hac cognitione sunt sanctificati, secundum Esa.: 'Noticia Christi iustificabit Jeſ. 53, 11
multos.'

Nos cum semel haec audivimus, putamus facilia esse et statim disci. Sed profecto hoc opus, hic labor est, ut aliquo modo haec teneamus in tentatione. Neque enim de lana caprina lis est[1], agitur periculum aeternae mortis et dimicamus de salute animarum nostrarum. Deinde experimur non solum conscientiam reclamantem, sed etiam Sathanam inspirantem cogitationes mortis propter peccata, quorum nobis sumus conscii. Ergo dicere se peccatorem esse et tamen non desperare, omnino divina virtus est. Ad eam autem non pervenimus hoc modo, si, quemadmodum adversarii nostri, peccatum extenuemus. Sed hoc faciendum est, ut, sicut peccatum sua natura maximum et gravissimum est, ita etiam gratiam seu misericordiam immensam et inexhaustam esse credamus, sicut David pleno ore hoc iactat: 'Secundum multitudinem miserationum tuarum iniquitatem meam dele.'

Atque huc etiam facit ipsum vocabulum Delendi, quo Propheta hic utitur, et Paulus Coloss. 2.: 'Delens chirographum, quod adversus me erat', Kol. 2, 14

---

[1]) *Horaz, Epist. 1, 18, 18; s. Unsre Ausg. Bd. 40[1]. 192, 7; Bd. 38, 593, 17.*

Hs] cata et memoriam peccatorum in conspectu dei et corde suo. Aboletur
peccatum, quo ad remis|sionem et culpam, sed non ut nihil remaneat et ut
nihil cogitem, alioqui oblivio gratiae et remissionis peccat|orum. Sic Pet|rus:
2. Petri 1, 9 'obliviscuntur remis|sionis peccatorum veterum' et gratiae sibi collatae et
fahren zw et recedunt a gratia. Hoc fit per istam ingratitudinem. Ut
hodie tam securi, ut nihil gratitudinis, nulla revere|ntia Euangelii, sed
contemptus.

V. 4 'Multum lava me': Petierat primo versu gratiam, remis|sionem pec|ca-
torum vel indulgentiam, ut deus velit mihi et omnib|us hominibus esse
favens; et ut possit esse favens, ignoscat peccata et respiciat suam miseri-
cordiam, non respiciat nos nec peccata nostra. 1. pars gratiae habere
faventem et benefacientem deum, quod simus in sinu misericordiae et

*zu 1/2* Quomodo peccatum deleatur *r* *6 über* securi *steht* homines nulla *o*
*11* respicia(n)t

Dr] Item Petrus Acto. 3.: 'Poenitentiam agite et convertimini, ut deleantur vestra
Apg. 3, 19 peccata.' Significat enim verbum Delendi peccata in nostra conscientia scripta
esse calamo legis, ac optat Propheta, Sicut aboletur scriptura in tabella
aliqua, ut sic etiam oboleatur memoria peccati in corde suo et oculis Dei,
sic tamen, ne pereat gratia aut gratitudo, quia culpa sic condonatur, ne
2. Petri 1, 9 tamen obliviscamur gratiae, sicut Petrus dicit de illis, 'qui obliviscuntur
remissionem veterum peccatorum' et cumulant per incredulitatem et ingrati-
tudinem nova peccata. Sicut videmus hodie mundum plenum esse contemptus
Euangelii et omnis generis licentiae. In talibus peccatum non deletur, sed
altius insculpitur. Ergo utrumque complectitur David, ut peccatum aboleatur
et detur Spiritus sanctus, per quem peccato possit resistere. Quia autem
tantum petit deletionem, manifestum est, quomodo fiamus iusti, scilicet mera
imputatione iusticiae, cum per gratiam peccata deleantur et nos propter
Christum accipimur in gratiam. Sed confer huc Sophistarum et Scholasti-
corum somnia, tunc videbis, quam inepte de remissione peccatorum et iusticia
docuerint.

## II.

V. 4 Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me.

Hactenus petiit gratiam et remissionem peccatorum vel indulgentiam, ut velit Deus ipsi et nobis omnibus favere, ignoscere peccatum et delere secundum suam misericordiam. Haec enim prima pars est seu primus gradus post agnitionem peccati, accipere gratiam, habere faventem et benefacientem Deum, ut simus in gremio misericordiae Dei et habeamus fiduciam in illas certas promissiones nobis de gratia Dei donatas. Has promissiones sicut nos in Baptismo habemus, ita habuerunt ipsi in Christo promisso. In hoc

Hs] hab⌊eamus fiduciam in promiss⌊iones certas nobis gratia sua donatas, ut nos habemus in baptis⌊mo, sacramento altaris et Euangelio; ipsi suas habuerunt. Iſt noch eins: oportet ʻme lavesʼ et mundes: Fatetur propheta post remissum peccatum adhuc remanere peccatum. Prima divisio fuit illa: peccatum sensibile et peccatum insensibile. hypocrita est induratus, iustificat se operib⌊us suis et nihil scit de peccato, contemptum dei non videt. Peccatum sensibile duobus modis condonatur: 1. per remiss⌊ionem peccatorum, per misericordiam, miserationes dei, ut nobis velit bene deus, non deserere, quantumcunque simus peccato⌊res, sed etiam velit residuum peccatum indulgere et ůber ſehen. Er mus gnedig ſein per suam misericordiam, non respicere meritum. 2.: Herr Gott, non satis est remissum esse peccatum; vellem, quod totum abolitum, mortuum et sepultum etc. Aug⌊ustinus: peccatum transit reatu, manet actu. Res ipsa, quae vere peccatum est, quae toleratur a deo, manet quidem, sed per misericordiam iſt yhm der kopff ab, est quasi decollatum, tollitur ei vita, —
ʻIpsum semenʼ etc., ut Textus dicit, — per remissum peccatum, non potest 1. Moſe 3, 15
mordere, accusare, deum Iratum reddere etc., quae est max⌊ima vis peccati etc.

---

*3 über* oportet *steht* o deus *4 über* peccatum *(1.) steht* 1 adhuc *mit 2 darüber vor* propheta *Z. 3* *zu 4* Reliquiae peccati in piis *r* *zu 4/5* Peccatum < sensibile Insensibile *r* *7* modis *o* *8 über* non *steht* velit *11* esse *o* *zu 12* Augustinus *r* *zu 15* Gene. 3. *r* *16* Iratum ⟨etc.⟩

Dr] versu autem, ubi rogat se a peccato ablui, proponit nobis aliam peccati distinctionem, quam supra ostendimus. Nam supra divisimus peccatum in peccatum sensibile (ut sic dicam) et non sensibile, sicut duo genera peccatorum fecimus, peccatores sensatos et insensatos, seu veros peccatores et sanctos sive hypocritas, qui indurati et securi peccatum suum non sentiunt. Hic ostendit illud sensibile peccatum etiam duplex esse seu duplici modo tractari. Est enim peccatum remissum per gratiam, et est peccatum reliquum in carne. Peccatum per gratiam remissum est, quod Deus propter Christum non velit nos deserere, quantumcunque simus peccatores, sed quod velit misericorditer indulgere nobis, qui peccato perditi et corrupti sumus. Hoc peccatum per gratiam remissum non satis est, nam per infirmitatem subinde in peccata relabimur. Vellemus igitur non solum peccatum remitti, sed totum aboleri. Nam peccatum, sicut Augustinus loquitur, actu manet, reatu autem transit[1], hoc est, Res ipsa, quae vere peccatum est et remissa est ac a Deo toleratur, ea manet in carne reliqua nec dum plane mortua est, nisi quod
per Christum, sicut in Genesi dicitur, ʻcaput serpentis contritumʼ est, lingua 1. Moſe 3, 15
tamen adhuc micat et cauda minatur ictum. Nam peccatum, quia gratia et misericordia Dei super nos regnat, non potest nos damnare, non potest Deum

---

[1]) *De nupt. et concup. lib. 1 c. 26, Migne 44, 430.*

Hs] Quando non terret coram deo, sed affectum erga deum patrem. — Tamen manet corpus peccati, die ſchlang iſt noch da, manet adhuc imperfecta scientia Christi et socordia verbi. [Bl. 37[b]] Istae feces, seminaria peccati wolt er auch gern auſrotten; et labor Christianorum: sunt baptisati, deus non vult meminisse peccatorum ipsorum, debent esse deleta quo ad culpam peccati, non vim peccati. Vis peccati est accusare, occidere, damnare, mordere conscientiam diu nocte, non relinquit obiicere infernum, furores, iras dei.
1. Kor. 15, 56 Das iſt vis peccati, ut Paulus: 'Virtus peccati'. Nullus Christianus habet peccatum et omnis habet peccatum. Peccatum est duplex apud Christianos: Remissum peccatum et lavandum. Est remissum, non est accusans peccatum,
Röm. 7, 23 sed suppullulans. Ro. 7. Vult fructus producere priores ante Christum, ubi eramus superbi, ignorantes gratiae dei. Sic istae reliquiae peccati, quae post baptismum manent. Sic solicitant, pugnant, 'militant' in carne, ut ingrati

2 *über* die ſchlang *bis* da *steht* caput est contritum *zu* 2 Corpus peccati *r* 3 et *unten* peccati *o* 5 culpam *über* vim *zu* 6 Vis peccati *r* 9 *über* omnis *steht* Christianus *zu* 10 Peccatum < Remissum / Lavandum *r* 11 *über* Christum *steht* cognitum *zu* 11 Ro. 7. *r* 11/12 ubi eramus *o*

Dr] nobis iratum reddere, et tamen in iustificatis reliquiae peccati manent, ut concupiscentia et alia vicia, Quae ceu feces reliquas sive seminaria Propheta in se intuetur et, sicut supra pro remissione universaliter rogavit, ita hic orat pro istarum reliquiarum expurgatione seu extirpatione.

Haec igitur secunda pars petitionis est, quae, ut dixi, nobis secundam distinctionem peccati ostendit, quod Deus vult peccata delere, quo ad remissionem culpae et ad ipsam vim peccati, non quo ad rem seu naturam peccati. Nam vis peccati est accusare, damnare, mordere, laedere, non relinquere pacem cordi, obiicere iratum Deum, infernum etc. Haec vis peccati per misericordiam gratuitam tollitur, et tamen manent verae huius veneni reliquiae. Ergo utrunque verum est, Quod nullus Christianus habet peccatum et Quod omnis Christianus habet peccatum. Hinc nascitur illa distinctio, quod apud Christianos duplex est peccatum: Peccatum remissum et peccatum reliquum, quod extirpandum et abluendum est. Peccatum remissum est, quod fiducia misericordiae contritum est, ne damnet, ne accuset, et tamen propter hanc
Röm. 7, 23 carnem adhuc pullulat et 'militat in carne nostra', ut efficiat similes fructus prioribus, ut simus securi, ingrati, ignorantes Dei, sicut prius fuimus. Hi sunt conatus reliquiarum peccati in nobis, quos etiam sentiunt sancti, sed per Spiritum sanctum eis non indulgent.

Ergo Christianus, postquam fide iustus est seu remissionem peccatorum accepit, non debet sic securus esse, quasi plane ab omnibus peccatis purus sit, sed tum demum ei perpetua haec incumbit lucta cum reliquiis peccati, a quibus Propheta hic cupit ablui. Est quidem iustus et sanctus aliena seu

Hs] fiamus acceptae gratiae, ut reddamur Tales, quales prius fuimus, vel 'septeies deteriores'. Luk. 11, 26 Ideo ubi accepisti re[missionem peccatorum, noli esse securus. Es iustus, sanctus extrinsece. Misericordia et miseratione es iustus. Das iſt nicht meus habitus vel qualitas cordis mei, sed extrinsecum quoddam, scilicet misericordia divina, quod scimus peccatum nostrum remissum et quod vivimus in suis misericordiis et miserationibus multis et magnis. Das iſt mher gratuitus favor et indulgentia, Ut si princeps alicui scelerato inciperet favere gratuito, ignoscit scelus, sinit sontem vivere, ostendit se clementem. Postea indiget sons, ut vestiatur, extrahatur ex carcere, ut geb yhm gut et gelt etc. Sic, ubi liberi misericordia dei, oportet deus det spiritum, donum in cor, qui purget reliquum peccati, quod nobis molestum est. Pau[lus ad Galatas: 'Spiritus concupiscit'. Nos Christiani ghen, quasi merus spiritus etc. Gal. 5, 17

3 Das *mit Strich zu* Misericordia *gezogen*   *zu 5,6* Quomodo fiamus iusti *r*   *8* sontem *o*   *9* sons *o*   ut *(2.) o*   *11 über* qui *steht* spiritus   *12 über* etc. *steht* essemus *zu 12* Gal. 5. *r*

Dr] extrinseca sanctitate, ut sic docendi causa appellem, hoc est, est iustus misericordia et gratia Dei. Haec misericordia et gratia non est aliquid humanum, non est habitus quidam aut qualitas in corde, sed est divinum beneficium, quod nobis donatur per illam cognitionem Euangelii propriam, quod scimus seu credimus peccatum nostrum nobis per Christi gratiam et meritum remissum esse et quod speramus propter Christum in misericordiam et miserationes multas et magnas, sicut Propheta hic dicit. Haec autem iusticia an non aliena iusticia est, quae tota consistit in alterius indulgentia et merum donum est Dei miserentis et propter Christum faventis?

Hoc in similitudine clarum fit. Si quis in aula alicuius Principis capitale supplicium sit meritus, hunc si ex gratia dimittat Princeps, an non dices ei culpam remissam non proprio merito, sed gratuito beneficio clementis Principis? Meritum enim nihil est quam supplicium mortis. Sed tali non satis est, commissam culpam condonari, vincula solvenda, praebendae vestes, aliquid prae manu etiam dandum est, unde utatur. Idem nobiscum quoque accidit in negocio iustificationis. Nam cum per misericordiam sumus liberi a culpa, tum etiam dono Spiritus sancti opus est, qui expurget in nobis reliquum peccati aut saltem nos adiuvet, ne succumbamus peccato et concupiscentiis carnis, sicut Paulus dicit: 'Mortificantes spiritu facta carnis.' Röm. 8, 13 Iam hoc nobiscum accidit, quod in ea securitate vivimus plerique, ac si toti essemus spiritus et plane nihil carnis esset reliquum. Quare discendum est, carnem manere reliquam et spiritus hoc esse officium, ut pugnet contra carnem, ne caro ea perficiat, quae concupiscit.

Ergo Christianus non est formaliter iustus, non est iustus secundum substantiam aut qualitatem (docendi causa hisce vocabulis utor), sed est iustus

Hs] et non haberemus carnem repugnantem, et tamen hic dicit Paulus, quod caro efficit, ne possimus praestare, quod vellemus. Ideo Christianus non est sanctus intrinsece et formaliter. Nec Sanctitas est in praedicamento substantiae sed relationis, est gratuita misericordia, simpliciter per Confessionem et ag⌊noscentiam, quod praedicaret deum misericordem peccatoribus. Ergo inquit: 'Lava me', sum ledig, non accusat me peccatum, non terret, sed molestat, vexat. [Bl. 38ᵃ] Impedit, ne credam tam fortiter, ne tam purus contra libidinem, ut non tam ardenter diligam, plena caro fecibus Et reliquiis peccati, nisi pugnaverimus. Timendum, ne in peiorem vitam etc. Vidistis, quam gschwind Zing⌊lius et alii zu rucke gefallen etc. Statim putant se vorasse s⌊piritum sanctum[1], quasi ratio eorum non possit falli, non vident, se habere carnalem sapientiam et diabolicam, et schliessen hin ac merus spiritus etc. Ideo timet ille bonus vir. Video, quid meinung: Remissi⌊one liberati a culpa, accusatione, nullum ius habet lex terrendi etc. gaudeo, sed in misericordia dei, non operib⌊us etc. Nunc restat, ut pugnem; da igitur

*zu 2/3* Quomodo Christianus sit sanctus *r* 3 Nec *c aus* Sed Sanctitas non est praedicamento] p̄ᵗᵒ 6 *über* ledig *steht* frey 8 ut *mit Strich zu* Impedit *Z. 7 gezogen* *zu 10* Cing⌊lius *r*

1) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 18, 152, 12.*

Dr] secundum praedicamentum ad aliquid, nempe respectu divinae gratiae tantum et remissionis peccatorum gratuitae, quae contingit agnoscentibus peccatum et credentibus, quod Deus faveat et ignoscat propter Christum pro peccatis nostris traditum et a nobis creditum. Hanc iusticiam postquam fide consecuti sumus, tunc necesse est hoc balneo seu lotione hac, de qua Psalmus dicit. Nam peccatum non quidem amplius damnat, sed tamen remanet, vexat et moleste impedit, ne sic rapiamur amore erga Deum, ne sic pleno corde credamus, sicut aut per spiritum vellemus aut Deus exigit, ne sic simus casti, placidi, benefici etc., sed omnia quasi membra suis viciis laborant contra legem Dei. Hic nisi magno conatu nos opposuerimus et pugnaverimus, tunc periculum est, ne ista vicia grandescant et nos retrahant in veterem impietatem. Sicut plurima exempla nostrorum hominum docent, qui nunc audito Euangelio longe sunt peiores quam antea. Sicut etiam sectarum exempla testantur, sic enim securi sunt, ac si non possit eos sua ratio fallere, ac si sint sine carne. Illas diabolicas cogitationes, quas afferunt ad verbum Dei, admirantur et vulgant quasi oracula. Hoc cum fit, nullus remedio locus est reliquus.

Contra hanc securitatem prodest orationem Davidis bene considerare, in qua, postquam remissionem peccatorum quoad culpam rogavit et in misericordia Dei laetatur, etiam hoc petit, quod restat, ut lavetur ab iniquitatibus,

19 nostris traditum *fehlt in A und B; ergänzt nach der Erl. Ausg.*

Hs] virtutem, spiritum, donum, ut intus in corde meo vivat et purget peccatum,
reliquias et remissum. Pau⌊lus ad Ro⌊manos: sumus renati, sed nondum Röm. 6, 3f.
sepulti, der alte Adam iſt noch nicht begraben, Serpenti iſt caput conculcatum,
sed corpus iſt noch da. Pau⌊lus: 'Haec est volunt⌈as dei, sanctificatio' etc., 1. Theſſ. 4, 3
ut indies magis 'sanctificemini' et 'inquinamenta' spiritus et carnis, in se et 2. Kor. 7, 1
aliis Christianis fatentur inquinamenta etc. Die hohen opiniones, haereses,
die klüglingl⌊e inquinantur spiritum, polluunt fidem et concipiunt opiniones
simillimas fidei, et tamen sunt diabolicae; 'qui videntur sibi sapere' in Röm. 1, 22
verbo, etc. Illum nequam mortificemus in corde nostro Et purissime adhereamus Christi doctrinae. Cito dictum, haerendum soli gratiae dei, sed haſt noch ein Zeit dran zw arbeiten, quia inquina⌊menta spiritus ſind da, quia Satan non cessat et ratio minime vult regi secundum purum verbum dei. Hinc invidiae, ut videmus in sectis, qui discesserunt a nobis. Papistae nobis inimici, sed Sch⌈wermeri sunt vol Teufel. Ista inquina⌊menta spiritus non vident, sed putant se obseq⌊uium praestare etc. Sed nos cogitemus, ut

1 ut *mit Strich zu* spiritum *gezogen* *zu* 2 Ro. 6. *r* 3 begraben] begragen *zu* 4: 1. Thes. 4. *r* *zu* 5: 2. Cor. 7. *r* *zu* 5 Inquinamenta < Carnis / Spiritus *r* 6 fatentur *o* 9 *über* purissime *steht* ut

Dr] ut donetur sibi Spiritus sanctus, virtus et Domini illud, quod intus in corde vivat et expurget reliquum peccati, quod per baptismum coepit sepeliri, sed nondum plane sepultum est. Atque haec est vita Christiana, sicut egregie
describitur ad Coloss. 3., ut 'quaeramus ea, quae sursum sunt, tanquam Kol. 3, 1
mortui mundo et quorum vita in Christo abscondita sit', Et 2. Corin. 7.: 2. Kor. 7, 1
'Ut mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus'. Significat enim restare in se et omnibus Christianis huiusmodi inquinamenta spiritus: hoc est, malas opiniones de Deo, et carnis: hoc est, viciosas cupiditates, et hoc nostri laboris et studii esse debere, ut adiuti spiritu ea expurgemus. Qui autem sibi toti sancti et sine viciis esse videntur, hi inquinantur spiritu ac amittunt fidem et concipiunt opiniones fidei quidem simillimas, sed a diabolo immissas, quibus paulatim securi a verbo in impietatem abducuntur.

Cito igitur dixeris: Credo in Christum, sed res plenissimi laboris est, ut haec fides in corde fixa et certa sit ac maneat, quia inquinamentum spiritus adest et nec ratio nostra nec Sathan cessant, qui hoc agunt coniunctis viribus, ut omisso verbo propriis opinionibus nos gubernemus. Hinc oriuntur sectae et haereses, quae acerbissimo odio nos oderunt, et tamen hoc suum odium non putant peccatum esse, sed zelum interpretantur. Igitur non expurgant, non abluunt peccatum hoc, sed augent quotidie. Nos autem curemus, ut quotidie lavemur, ut de die in diem fiamus puriores, ut novus

16 Domini] *vielleicht Druckfehler für* donum, *so in der Erl. Ausg.*

Hs] 2. Kor. 4, 16 quotidie lavemur, ut ista spiritualia vitia cum corporalibus 'corrumpantur', 2. Cor. 4., Non solum corporaliter ad mortem, sed etiam spiritualiter ad sanctificationem. Da dient zu Crux et spiritus Rottenses, tyranni, carceres, pericula, ut caro dometur, [Bl. 38^b] s[piritus s[anctus cum suis donis habitet 2. Kor. 10, 4 ff. in cordibus nostris, superet, 2. Cor. X.; et post s[piritus sanctus iste exercet corpus nostrum ad laborandum, orandum, das heiſt, quod s[piritus sanctus exerceat cor et animam, ut fiat sanctior et sanctior. Christiani sunt peccat[ores, quia, ubi sanctificatio, ibi est prophanatio; quod sanctum, non opus, ut sanctificetur. Si ergo Christianus vult mundari, habet sordes, est immundus. Soph[istae ista duo non possunt concordare. Non cogitant aliter de iusticia, quam quod sit habitus in corde; quando ille aderit, tum totus homo est Sanctus. Sic fingunt Pau[lum, quasi nihil fuerit in eo purgandum, fingunt Christianos in corde et spiritu sanctificatos. Si etiam audiunt aliter praedicare, wird ratio

*zu 1/2:* 2. Cor. 4. *r* 5 superet *c aus* superat 2. *c aus* 1. *zu 5:* 2. Cor. X. *r* 6/7 *über* s[piritus sanctus exerceat *steht* Pau[lus et prophe[ta 9 ⟨ergo⟩ habet *zu 10* Iusticia *r*

Dr] homo resurgat et vetus corrumpatur quotidie, non solum ad mortem, sed etiam ad sanctificationem.

Ad hanc Christianorum quasi palaestram faciunt, quod non solum variis calamitatibus corporalibus Ecclesiam Deus premi sinit, sed quod etiam haereses et sectas permittit excitari, ut exerceatur ad retinendum verbum et fidem et expurgandas illas reliquias peccati. Nam ideo datur Spiritus sanctus credentibus, ut cum larvis sapientiae nostrae in cordibus nostris pugnet, quae se attollunt adversus iusticiam Dei, deinde ut nos excitet ad orandum, ad praestanda officia humanitatis omnibus, maxime autem fratribus, et ut sic animus et corpus exerceatur et de die in diem fiamus sanctiores.

Manifesta igitur haec confessio est, quod Christiani sint peccatores. Nam ubi requiritur lotio, ibi significatur inquinamentum et sordes. Sed nostri Sophistae quia tantum Philosophicam iusticiam intelligunt seu qualitatem in mente, non possunt hanc discordantiam concordare. Ponunt iusticiam ceu qualitatem in corde, ea cum adest, sentiunt totum hominem esse sanctum in spiritu et carne. Cum igitur audiunt Paulum esse electum et tamen esse pecca[Bg. E]torem propter reliquias peccati haerentis in natura, putant se Chymeram aliquam audire, quae nusquam sit in tota natura. Damnant igitur nos pro haereticis et minantur incendia. Sed respondeant nobis ad hunc Psalmum tam nobilem et notum vulgo, quid causae sit, cur David post misericordiam et miserationes, hoc est, post iustificationem, petat hoc quoque, ut mundetur? Nam David habens remissionem peccatorum et existens in gratia, quem nullum peccatum accusat nec damnat, tamen adhuc est immundus et habet adhuc immundum peccatum, cui nihil deest, cur non vere

Hs] tol et toricht et sunt in alieno mundo et clamant: ignis! haeretice! Ideo oportet dilig[enter statuere: propheta orat post remissum peccatum, ubi habet misericordias et miserationes, mundari: quem nullum peccatum accusat, terret, contristat, Ille est immundus propter peccatum, ergo Christianus habet vere peccatum mundandum et purgandum. Res seria est, quae agitur. Magnum peccatum est, quia magnum donum, quod datur ad purgandum.

'Multum': ſeer, quia, quanquam est remissum peccatum, tamen peccatum in se, magnae sordes et immundicia. Si vilescit reliquum peccatum, vilescit purgator et s[piritus sanctus.

'Amplius': fort, yhmer mher et mher, halt an mit waſſchen, hodie gebadt, cras etc. Sic quotidie pugnandum, adimendum aliquid inquinamentis spiritus et carnis, ut hilarior reddaris contra terrores legis, dominus, fiat dominus legis, et d[ic: tace, bestia, Noli imer accusare, quia habeo dominum gratiosum. Nullus prophetarum, Apostolorum hoc scit, omnes hic sunt discipuli, discunt de die in diem et petunt amplius lavari. Gratiam iam habemus per Christum revelatum. Ipsi in promiss[ionibus futuris, quae faciunt deum placatum, ut peccatum non accuset. Ibi conscientia libera et reducta in securitatem, hilaritatem. [Bl. 39[a]] Da folgt s[piritus sanctus cum

---

*3* ⟨bis petit: 'munda'⟩ mundari *9 über* s[piritus sanctus *steht* donum purgandi *10 über* 'Amplius' *steht* 'lava me' *13* dominum *c aus* dominus *14* gratiosum *c aus* gratiosus *16* quae *mit Strich zu* Gratiam *Z. 15 gezogen* *18* ⟨hylaritatem⟩ securitatem

Dr] peccatum sit, quam quod non potest eum damnare. Ergo David iustus et iustificatus adhuc habet peccatum et pro parte adhuc est iniustus. Ideo orat donum maximum Spiritus sancti ad has sordes expurgandas. Ac sane donum hoc satis probat, non esse ludum aut iocum hanc ablutionem. Nam hoc etiam cavendum est, ne illas peccati reliquias extenuemus. Si enim eas extenues, vilescet etiam purgator et donum purgandi, Spiritus sanctus scilicet. Et Propheta diserte illas reliquias vocat peccatum et iniquitatem, quanquam non est id peccatum, quod antea fuit, quia 'caput eius est contusum' per
remissionem peccatorum. Ideo non simpliciter dicit Propheta: 'Lava me', 1. Moſe 3, 15
sed: 'Amplius' seu multum lava me, hodie, cras et ita deinceps per omnem vitam, ab inquinamentis corporis et spiritus, ut de die in diem fiam fortior et certior contra terrores legis, donec fiam dominus legis et peccati, per plerophoriam tuae misericordiae etc. Haec est doctrina huius Psalmi et perpetua nostra schola, in qua nunquam perfecti Magistri evademus. Non nos, non Apostoli, non Prophetae, Omnes enim hic manemus discipuli et omnes petimus, dum vivimus, amplius lavari.

Haec sunt duae partes iustificationis. Prior est gratia per Christum revelata, quod per Christum habeamus placatum Deum, ut peccatum amplius non possit nos accusare, sed conscientia fiducia misericordiae Dei sit reducta

Hs| suis donis, qui illuminat contra inquinamenta spiritus, ut defendamur ab opinionib|us diabolicis, quibus seducit orbem terrarum et innocentes, et ut cognitio crescat Christi. Sic alia dona largitur castitatis, obedientiae, patientiae etc., ut corpus nostrum humilietur et frangantur eius motus. Si non, fit **einer** securus, adulter, avarus, seditiosus. was ſchads? Si Zinglii opinio tam bona ut haec, Ibi dominatur caro etc. Das heiſt lavare multum et mundari a peccato, heiſts[1] noch peccatum et iniquitatem, Sed non ut ante, quia caput contritum et contusum per remis|sionem pec|catorum et misericordiam et miserationem.

V. 5 'Quoni|am': dicet, warumb er ſo geſchrien habe.

18. Junii. Aud|istis duobus versib|us istis postulasse David|em gratiam et re|missionem peccati, deinde donum mundificans feces et reliquias peccati. Ista duo absolvunt perfecte Sanctum et iustum coram deo, sine omnibus nostris operib|us et satisfactione, quam hactenus etc.

Iam sequitur causa, quare sic peccata distinguenda In peccata sensibilia et insensibilia. Si est ulla causa impetrandae gratiae et consequendae remis|sionis pec|catorum, tum illa est sola, ut agnoscamus peccatum. Nec ex nostris virib|us hoc, sed ex benevolentia dei, qui hoc promisit pecca-

3 largitur *o*  5 *über* Si *steht* quid?

[1]) *Als Subjekt erg.* propheta.

Dr| in securitatem. Posterior est donatio Spiritus sancti cum donis suis, qui illuminat contra inquinamenta spiritus et carnis, ut defendamur ab opinionibus diabolicis, quibus orbem terrarum seducit, ut vera cognitio Dei in diem crescat, Item alia dona, castitas, obedientia, patientia, ut corpus nostrum et concupiscentiae frangantur, ne eis obediamus. Qui hoc donum non habent aut eo non sic utuntur, sed aut in carnis sordes aut spiritus labuntur, ut sine discrimine dogmata omnia probent, apud hos dominatur caro nec norunt tales, quid sit hoc Spiritus sancti balneum, quod David hic petit.

## III.

V. 5 Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper.

Audivimus duos versus Psalmi, in quibus David postulavit primo gratiam et remissionem peccatorum, deinde etiam donum purificans et mundificans feces seu reliquias peccati. Nam haec duo absolvunt perfecte iustum et sanctum coram Deo, sine omnibus nostris praeparationibus et satisfactionibus et sine ista ficticia poenitentia, quam hactenus docuimus in populo et Papistae adhuc docent, Quia tantum una iustificationis causa est, scilicet meritum Christi seu gratuita misericordia, quam corda, Spiritu sancto accensa, fide apprachendunt. Quod si quis vult, numeret agnitionem peccati tanquam

Hs] toribus sensatis, quod velit eis misereri. Alioqui de natura peccati loquendo, si etiam dicat: 'Coram me est semper peccatum', videtur peccatum secundum omnem legem; tamen deus sic ordinavit, ut hi, qui agnoscunt peccatum, timorem, desperationem, horrorem, ut velit eos sperare, et promittit eis gratuito re⌊missionem pecca⌊torum. Ideo ex parte nostra nihil est salutis. Nec agnoscitur peccatum nisi ex tali promissione. Causa, quare petat misericordiam: quia est locus misericordiae, hoc est, qui sentit despera⌊tionem: obruit me peccatum, non solum adulterii, sed universale. Wenn v⌊nser h⌊err G⌊ott da nicht hülffet et esset expectanda nostra satisfactio, fieret desperatio. Sicut semper adhuc experimur: q⌊uidquid fecimus, semper eadem mansit territa con⌊scientia. Egred⌊ere Romam etc., non est invenire pacem. Ideo donum s⌊piritus sancti, agnoscere deum, qui desperatis conscientiis promittat et iub⌊eat impl⌊orare veniam. [Bl. 39b] Iam est locus promis⌊sionis tuae apud te. Ideo causa est petendi veniam, quia sentio peccatum.

Dr] causam secundam seu, ut eruditi loquuntur, causam sine qua non[1], quia sic est causa, ut tamen tota res pendeat ex misericordia Dei seu ex promissione, quod scilicet Deus promisit, se velle illorum misereri, qui agnoscunt sua peccata et iusticiam sitiunt. Alioqui si de natura peccati loquaris, etiam peccatori sensitivo, ut supra appellavimus, nihil aliud debetur secundum omnem legem et naturam, quam poena et indignatio summa. Quod autem tales poenam et iram effugiunt, hoc totum est misericordiae Dei, qui promisit, se eos, qui sentiunt peccata et horrores iudicii divini, velle refocillare gratuito remittendo peccatum. Nihil igitur est, quod possit quoquo modo allegari pro merito, quia nec agnoscere peccatum aliquid est, nisi quantum promissio divina facit. Nam cum peccatum per Spiritum sanctum arguitur ac revelatur, ut David non adulterium tantum, sed universaliter totam naturam peccato deformatam penitus animo intueatur, tunc, si nihil quam nostra satisfactio expectanda esset, opprimeretur David metu iudicii Dei et desperatione, sicut nostra experientia saepe edocti sumus. In monasteriis proponebantur satisfactiones et accurata peccatorum confessio, sed non ideo in tranquillo erat conscientia. Suadebatur cucullus, sed iidem in cucullo durabant animi dolores, quos antea eramus passi, nec proderat iterum abiicere cucullum. Hoc autem experimur, Dei benignitate, praesentissimum et certissimum remedium esse, nosse seu credere, quod Deus territis peccato suo velit ignoscere et quod iubeat sperare tales remissionem peccatorum. Hunc promissionis locum ostendit David suo exemplo, sibi causam esse implorandae misericordiae et doni, quo purificetur. Quare rationalis particula, qua hic utitur, non ponitur, quasi cognitio peccati sit prima causa, quae mereatur remissionem peccatorum. Peccatum enim est peccatum et meretur poenam sua natura, sive agnoscas,

---

[1]) *Hierauf bezieht sich die Besorgnis Melanchthons, Unsre Einleitung oben S. 189.*

Hs] 'Novi': in Eb[raeo est amplum vocabulum. Non est simpliciter 'cog-
noscere', sed: er erferts, fults. Deus non curat, non promovet superbos etc.,
Pſ. 1, 6 non 'novit'. Iam est tempus miserendi et iuvandi, quia factus sum ex
insensato peccatore sensatus, sentio mortem; nisi assit cogitatio divina, tum
5. Moſe 9, 5 sequitur necessario desperatio. Ipsi didicerunt locos in Mose: 'Non propter
Pſ. 68, 6 tuas iusticias, sed' etc. 'Ego sum pater orpha[norum', deus humilium, afflic-
torum, pauperum, qui se agnoscunt peccatores. Sicut ostendit in pulcher[rimo
Jona 3, 10 Exemplo Ninivitarum etc., ubi agnoverunt etc. Ahab minabatur deus exitum
1. Kön. 21, 29 et Toti familiae: 'Audisti, Elia', etc., 'Vidisti Achab?' Ista serio patres et
prophetae legerunt. Moses accusat populum durae cervicis. Caeteri, qui
3. Moſe 19, 14 fuerunt contriti spiritu, illos voluit. Sic inquit: 'Timete me', ut magis
1. Moſe 24, 6 speretis. Placet Similitudo devotariorum. 'Non debes accipere superiorem

---

*zu 1/2* Cognoscere *r* *3 über* non 'novit' *steht* citatus est locus ex scrip[turis sum *o* *5 über* Ipsi *steht* prophetae *zu 5 ff.* Diligentia patrum in legendis scripturis *r* *6 über* pater orpha[norum' *steht* 'Iudex viduarum' *8* deus *o* *zu 8* Ninivitarum exemplum *r* *zu 8* Ahab *r* *9 über* Vidisti *steht* Reg. 21. *r* *9/10* patres et prophetae *o*

Dr] sive non agnoscas. Sed agnitio peccati est correquisitum quoddam, quod Deus vult agnoscentibus peccata ignoscere, non agnoscentibus non vult ignoscere. Haec promissio sola causa est et prima, media et ultima causa, hoc est, totum est in iustificatione. Ad hanc promissionem David intuetur, cum dicit: 'Quoniam iniquitatem meam cognosco', quasi dicat: Non allego tanquam meritum aliquod, quod peccatum meum cognosco, sed quia tu promisisti gratiam agnoscentibus peccatum, Ideo coram te profiteor, me peccatum meum agnoscere etc.

Vocabulum 'Nosse' in Hebraeo longe significantius est quam in aliis
linguis. Significat enim sentire et experiri aliquid, quale sit secundum suam
1. Moſe 4, 1 naturam. Sic de Adam dicit Scriptura: 'Cognovit uxorem suam', hoc est,
Pſ. 1, 6 expertus est et sensit. Sic: non 'novit' Deus superbos, hoc est, non curat, non promovet eos etc. Eodem modo hic ponitur: 'Quoniam peccatum meum cognosco', quasi dicat: In eum locum veni, ut tempus sit miserendi et iuvandi, sum enim factus ex insensato peccatore peccator sentiens, qui nunc peccatum et iudicium Dei cognosco, hoc est, vere sentio. Porro hic sensus est ipsissima mors naturae, nisi per spiritum sanctum subiiciantur cogitationes pacis et cognitio misericordiae Dei, quod Deus tales peccatores non velit perdere. Hic opus est sententiis, quas sine dubio meditatissimas habuere sancti Patres, quod dicit Dominus in Deuteronomio, quanquam ibi
5. Moſe 9, 5 de corporali beneficio loquitur: 'Non propter iusticias tuas et aequitatem
Jeſ. 43, 25 cordis tui possidebis terram gentium' etc. Item: 'Ego Dominus, qui deleo
Heſ. 33, 11 iniquitatem tuam'. Item: 'Nolo mortem peccatoris' etc. Hic exemplis opus
est, quod Deus, cum Ninivitae poenitentiam agerent, hoc est, cum agnito

Hs] et inferiorem pro pignore molam' etc. Allegorice, quod timor, lex, cognitio
peccati iſt der superior lapis, der rumpelt [1], Inferior stat confidenter et sustinet
tumultum et vim, et sic inter istos duos lapides teritur frumentum. Sic
deus non vult, ut sit in corde nostro trepidatio mera, das wer nur superior
lapis. Sed vult etiam inferiorem etc. 'Et sperantib[us super misericordia Pſ. 147, 11
eius.' Iam te rogavi misericordiam, qui sentio peccatum meum. Quid ad
me, quod sentis peccata tua? habeas tibi, comedes fructum operum tuorum,
lex occidit latronem, suspendit furem. Sed hic alius Iudex. Iste satis habet
poenarum, cum cor fuerit contristatum, afflictum; satis est, radicem cordis
humiliatum. Peccatum tam contristat, quod te laetum faciebat etc. Odit
peccatores deus, qui non agnoscunt, sentiunt, sed praesumunt et volunt
iustificare: hypocritas, superbos, die ruchloſen etiam odit ut p[eccatores, sed

*1 über* pro pignore molam *steht* sententia est, ne cogatur egere *zu 1* Allegoria de mola etc. *r* *2 über* rumpelt *steht* ac velit destruere totam domum *5 über* sperantib[us *steht* 'in eis, qui sperant *zu 5* Ps. 147. *r* *8 über* Iste *steht* iudex *12 über* hypocritas *steht* ut

[1]) = *der obere Mühlstein, der sich geräuschvoll dreht.*

Dr] peccato humiliarentur, retractat sententiam suam et dicit: Non perdam eos: Jona 3, 10
Item, quod Achab, cui minatus erat interitum familiae, ignoscit et dicit ad
Prophetam: 'Vidistine Achab humiliatum?' Ex his historiis nascitur illa 1. Kön. 21, 29
Theologica noticia Dei, quod Deus sit Deus humilium, afflictorum et pauperum, qui se agnoscunt, quod sint peccatores, et sic timent Deum, ut tamen
magis sperent in misericordiam eius. Huiusmodi sententiae et exempla sancti
Patres in lege sine dubio habuerunt notissimas et carrissimas.

Nostri Devotarii satis bonum simile ex Mose usurparunt, ubi iubet 5. Moſe 24, 6
'pignoris loco non simul inferiorem et superiorem molam accipiendam esse',
ne de victu periclitetur debitor. Hoc eo accommodarunt, quod Deus nolit
nihil quam iram sentiri, sed quod velit sensum irae misceri cum sensu
gratiae, secundum sententiam: 'Beneplacitum est Domino super timentes eum Pſ. 147, 11
et super eos, qui sperant super misericordia eius.' Ad hunc modum David
quoque petit sibi ignosci, 'Quia', inquit, 'agnosco iniquitatem meam'. Quid
hoc ad me? Deus potest dicere: si agnoscis peccatum et ideo ex corde
doles, habeas fructum operum tuorum. Ad hunc modum responderet lex et
sineret hominem in illo sensu peccati ita perire. Nam iudex sic solet, cum
confessione culpae poenam coniungit. Sed Deus non vult esse iudex, ideo
legem sustulit praedicatione Euangelii, in quo testatur, sibi satis esse poenae,
si cor sit afflictum et desperatum, quod antea in peccatis securum erat, Non
quod meritum aliquod sit, agnoscere peccatum, sed quia ipse promisit se
agnoscentibus ignoscere velle et tantum se irasci istis peccatoribus, qui non
sentiunt peccata sua, sed aut praesumunt de viribus suis et volunt iustificari
proprio merito, aut secure peccant secundum concupiscentiam carnis, sine

Hs] isti volunt, quod lib⌊erum arb⌊itrium aliquid sit. Sed petit hic veniam causa nulla alia: sum ein elender, betrubter ſunder. Mendicus quid meretur? etc. [Bl. 40ᵃ] non allegat meritum, sed suam paupertatem erga divitem. Da iſt mera afflictio, miseria; quod ergo iuvatur, est bonitas patrisfa⌊milias, et ibi necessitas, miseria, habuit[1] ius non dandi. Sic hic: 'Quia peccatum coram', ligt mir auff dem hals, kans nicht los werden. Psalmus debet intelligi de universali peccato, non solum de adulterio Davidis, sed Monachatus, Meſs gebet et orationes, — perdite vixi, ſo ſols heiſſen; quicquid facio et feci, das iſt mit trecke verſigelt.[2] Si non accipis psalmum universaliter, non wirds hin durch reiſſen.[3] Sadoletus hat auch druber geſchrieben. Nihil potest dici coherenter, nisi accipias peccatorem universalem et peccatum suam totam Pſ. 130, 3 Pſ. 143, 2 vitam cum suis iusticiis. 'Domine, quis etc., si observaveris' etc. 'Non

3 *über* meritum *steht* dignitatem    7 de *o*    10 hat *o*    *zu* 10 Sadoletus *r*

[1]) *Als Subjekt erg.* paterfamilias. [2]) *D. i. erfolglos; s. Unsre Ausg. Bd. 26, 281, 15; Bd. 49, 169, 37.* [3]) *= damit nichts erreichen; s. Unsre Ausg. Bd. 38, 197, 12.*

Dr] timore Dei. Sed hi crassi peccatores illis adhuc meliores sunt, qui duplici operculo peccatum suum tegunt, quod et fidunt suis viribus et misericordiam repudiant.

Longe aliud David hic facit, qui petit veniam, sed nullam aliam ob causam, quam quod est peccator et videt suam infirmitatem, sicut mendicus aliquis, qui accedit ad divitem aliquem, de quo opinionem liberalitatis concepit. Is dives, si quid dat mendico, non dat meriti alicuius causa, quid enim meretur, qui inopiam suam deplorat? sed dat ex sua quadam liberalitate, misericordia adductus.

'Et peccatum meum coram me est semper', hoc est, incumbit cervicibus meis, premit me, non possum eo plene liberari. Sed hic cavete, ne intelligatis eum loqui de actuali peccato, sed totam vitam, cum omnibus et sanctissimis iusticiis suis propriis, in conspectu Propheta habet et sentit se istis omnibus nihil iuvari, nisi accedat misericordia. Sicut de Bernhardo, admirandae sanctitatis viro, narrant, eum hanc quasi ultimam vocem aedidisse: Perdite vixi. Hoc vere est peccatum in conspectu esse, non unum aut alterum malefactum, sed totam naturam et universale peccatum, cum omnibus viribus, cum iusticia et sapientia carnis omni, quod haec omnia in iudicio Dei nihil sint et Bernhardus cum Davide, David cum omnibus sanctis dicat: 'Ne intres, Domine, in iudicium cum servo tuo.' Sadoletus de actuali peccato accipit, sed non potuit alia ratione clarius ostendere summam verae Theologiae inscitiam. Neque enim posita haec sunt in eleganti oratione, sed in usu et experientia, quam Davidis et aliorum sanctorum illustria in sacris literis exempla ostendunt, quorum Sadoletus nihil intelligit. Ego autem ideo

34 inscitiam] iusticiam *im Urdruck und B; Richtigstellung nach Erl. Ausg.*

Hs] intres cum servo', sed mane in tuis promissionib⌊us, quod velis propicius esse agnoscentibus peccata. Semper inculco, ut memineritis, ut, si quando consolandae con⌊scientiae vel sentientes, etc.: tum videbitis, quam res diffi-cil⌊is. Sic enim p⌊eccatum urget, ut homo non audeat cap⌊ut erigere, quia tota natura pugnat contra nos, et consequentia: Peccasti, ergo deus odit. Est vera in foro, In Iure civili, in rebus humanis: pec⌊casti, ergo cesar occ⌊idet. Sed in theo⌊logia: sentio peccatum et peccavi. Confide, quia v⌊ult tales, qui sentiunt p⌊eccatum, quia alias neminem salvaret. Nec Pet⌊rus, Pau⌊lus, ullus propheta peccatorem vocat, qui agnoscit, premitur tristitia, timore mortis, desp⌊eratione, sensu irae d⌊ei, hor⌊ribilis iudicii, inferni; cum hoc loquitur: Hunc debetis consolari, non levib⌊us verbis, satisf⌊actionibus futuris, vig⌊iliis Relig⌊iosorum, sed promis⌊sionibus d⌊ei: Ego sum deus pau-perum, Nolo mortem, Non est deus furoris, irae, sed gratiae, — tunc cessa-bunt vanae fiduciae peregrinationis, votorum. Causam habetis: quia ideo peto re⌊missionem pec⌊catorum, quia trick[1] mich et 'coram', i. e. kan ſie nicht

*1* intres *o* cum *fehlt* *11* satiff⌊ *15* peto ⟨peto⟩

[1]) = *drückt.*

Dr] diligentius haec inculco, quia expertus sum, quam difficulter persuadeantur iis, qui in Scholastica illa Theologia educati sunt, et opus habeamus hac cognitione non solum pro nobis, sed etiam cum alii consolandi sunt in simili sensu peccati. Quando enim sic in conspectu est peccatum, tunc animus non audet se erigere, sed sibi perpetuo hanc Cantilenam occinit: Peccator es, igitur odit te Deus. Haec consequentia vera est in natura, in iure civili et foro et omnibus humanis rebus Ibi sane maneat haec conse-quentia vera, ut dicas: Peccator es in hoc et hoc peccato, igitur te odit Caesar, Iudex etc. Hoc autem ceu Sathanae venenum et pestilentissimam pestem caveas, ne hanc cousequentiam ex foro etiam ad tribunal Christi transferas. Ibi enim non sequitur: Peccator es, ergo Deus te odit. Sed hoc sequitur: Peccator es, ergo confide, quia tales peccatores, qui peccata sua sentiunt, vult Deus. Alioqui nemo hominum salvaretur, non Apostoli, non
Prophetae, quia 'omnia conclusit Deus sub peccatum, sed ideo, ut omnium Röm. 11, 32
misereretur'. Si igitur agnoscis te habere peccatum, si tremis, si vexaris sensu irae Dei, horrore iudicii Dei et inferni, confide, tu enim es, cum quo Deus vult loqui, cui Deus vult misericordiam suam ostendere et quem vult salvare, quia sic sonant promissiones eius, quod sit Deus pauperum, qui non vult mortem peccatoris; neque enim est Deus furoris, sed gratiae et pacis, igitur vult, ut peccator convertatur et vivat. Hae consolationes non sunt levia verba, quae decretis patrum aut ingressura religionis (ut vocant) nituntur, sed nituntur promissionibus divinis et omnipotenti verbo Dei, ideo etiam corda eriguntur et consolationem firmam ac certam sentiunt.

Hs] los werden; Ut verum: pacem non habet, vigilans, dormiens, edens. Sic premitur peccato, lege, mus terreri. [Bl. 40b] Sed quia sentio peccatum, eluctandum et dicendum: 'Miserere', iam hilff, est tuum tempus, operatio divina, quae est tales pec⌊catores consolari. Si deus nicht mher kund[1] quam wurgen et todten betrubt⌊e corda, — hoc novit diab⌊olus etiam. Sed iusti-f⌊icare pec⌊catorem; iusti⌊ficare diab⌊olus, l⌊ex non potest. Sed perdet insensatos pec⌊catores, donec venerunt ad sensum peccati. Das iſt causa, quare oraverit ita. Das ſol wol vor an ghen. Si esset hysteron[2]: 'Miserere mei', quia peccavi. Es leit aber nicht macht dran.[3]

V. 6 'Tibi soli', 'mundus sis, cum iudicareris': Ille est unus, quasi max⌊imus scrupulus in hoc psalmo, imo toto psal⌊terio et scrip⌊tura. Ego sepe gezogen.[4] Psalmus loquitur in persona omnium S⌊anctorum, qui etiam nihil fecerunt etc.

---

*1* habet *c aus* habens *7* quare *o* *zu 10* 'Tibi soli peccavi' *r* *11* tota *[auf* scrip⌊tura *bezüglich]* gezogen *c aus* z⌊ogen

1) = *könnte.* 2) = *ὕστερον.* 3) = *kommt nichts darauf an.* 4) *Vielleicht = hin und her erwogen, nach Unsrer Ausg. Bd. 37, 635, 12 eher = zitiert: vgl. auch Unsre Ausg. Bd. 46, 94, 6.*

Dr] Sic David hanc causam affert, cur petat misericordiam, 'quia', inquit, 'Peccatum meum coram me est semper', hoc est, Peccatum meum me urget, non admittet quietem ullam, non pacem, non vino, non pane, non somno sensus irae et mortis excutitur. In tali periculo nullum remedium aliud reliquum est, quam ut animus contra hunc sensum eluctetur et dicat: 'Miserere mei, Deus.' Hoc enim tuum tempus, tempus est, quod requirit divinam operationem et opem, qua peccatorem iuves et consoleris. Quid enim esset, Deum esse, si nihil sciret quam occidere et terrere? Haec Sathan solet facere, item peccatum et mea ipsius conscientia. Deum autem esse, est aliquid supra haec posse et facere, scilicet, ut in talibus periculis consoletur, erigat et vivificet, ut declaret se plus scire et posse, quam Sathan, lex et ego scimus et possumus. Si igitur lex cor durum terruit et flagellavit, donec perduceret in sensum peccati, veniat etiam Christus secundum promissionem suam et iterum sic territum consoletur et erigat. Nos autem eas consolationes fide accipiamus et non fiamus increduli divinae revelationi. Iam sequitur:

IIII.

V. 6 Tibi soli peccavi et malum coram te feci,

V.

Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris.

Hic versus a variis est varie tractatus, et semper sic iudicatum est, hunc unicum scrupulum in hoc Psalmo difficillimum esse. Quia autem Paulus
Röm. 3, 4 in Epistola ad Romanos eum citavit, factum est, ut numeraretur inter diffi-

Hs] Ex lapsu eruditus David, et cog⌊itavit: Si tantus S⌊anctus, cum institui cultum religionis, administravi divinitus istum pop⌊ulum, et tantum peccatorum in me, tantum maliciae carnis, ut istum occid⌊am, auferam huic uxorem et blas⌊phemem, kans morgen wol wider thun. Sic forte ex casu suo venerit in suam veram cog⌊nitionem. Sic Pau⌊lus: 'qui stat.' Ille heri, etc. Hodie 1. Kor. 10, 12 castus, cras adulter. Es iſt boſe habe mit vns[1], sumus mere nihil. Ideo kans wol komen. Si iste fructulus in me, tum nihil boni in me, ne radix, rinden etc. Sic accipe etiam hic generale p⌊eccatum: 'Tibi', 'Peccatum fec⌊i' etc. 'Peccatum meum ag⌊nosco', i. e. merck, quod coram te nihil sim quam peccator.

'Malum': i. e. ich lebe fur dir, tibi soli pecco, malum facio, Ut non de actuali intel⌊ligas, sed de universali: non possum iactare iusticiam. Ideo coram te nihil quam peccator et malus, tumb.[2] Coram te pecco et malum

2 cultum *fehlt* 3 uxore *[schnelle Schreibung]* 5 etc. *c aus* ⟨ille⟩ 6 boſe] bloſe

[1]) = *wir sind nicht beim Guten festzuhalten, vgl. DWtb. Habe 1); oder = sind nichts wert ebenda 4.* [2]) = *nichts nütze; vgl. Unsre Ausg. Bd.* $31^{1}$*, 347, 20.*

Dr] ciliores totius scripturae locos. Etsi igitur libenter aliis relinquo, ut abundent suo sensu, tamen bona spes me tenet, nihil nos a sententia vera et germana aberraturos esse. Hoc autem imprimis lectorem volo monitum, ut retineat hoc, quod in principio Psalmi monuimus, quod scilicet David loquitur in persona omnium sanctorum, non solum in sua persona seu in persona adulteri, Quanquam non negem potuisse fieri, ut per occasionem hic lapsus eum duceret in cognitionem sui et totius humanae naturae, ut sic cogitaret: Ecce ego, tam sanctus Rex, qui tanto studio et in legem et cultum Dei sancte servandum incubui, tam sum per innatam carni maliciam et peccatum oppressus et victus, ut innocentem hominem caedi obiecerim et per adulterium eripuerim coniugem. An non hoc evidens argumentum est, naturam gravius peccato infectam et corruptam, quam unquam potui suspicari? Qui heri castus eram, hodie sum adulter, qui heri habebam innocentes manus a sanguine, iam sum vir sanguinum. Et ad hunc modum potest fieri, ut hunc generalem totius peccati sensum ex illo lapsu adulterii et homicidii acceperit et inde concluserit, neque arborem nec fructus humanae naturae bonos esse, sed omnia peccato ita deformata ac perdita, ut nihil sani in tota natura sit reliquum. Hoc primum volo admonitum lectorem, si modo sanam huius loci sententiam expetit.

Secundo etiam Grammatica explicanda est, quae aliquid obscuritatis habet. Nam quod Interpres reddidit per praeteritum, praesens esse debet: 'Tibi soli pecco', hoc est, agnosco me coram te nihil esse quam peccatorem. Item: 'Malum coram te facio semper', hoc est, tota vita mea est mala et perdita propter peccatum. Non possum iactare coram te meritum aut iusticiam, sed sum totus malus et coram te meum hoc nomen est, quod 'malum facio',

Hs] facio. Si in iudicium mecum intrares, ſo ſind ſichs, quod peccavi, pecco et
in infinitum etc. Das 'Soli' verirt einen wol: nemo vidit. Sed loquitur de
Röm. 3, 23 iustificando peccatorem. Crassis⌊sime sic facerem: 'Wir ſind alzumal coram
te peccatores'. Et velim istam exclusivam [1] in universalem. [Bl. 41 a] Ut in
Joh. 1, 9 Ioh. 1. cap.: 'Illuminat omnem hominem' etc. Studio allegavit [2] hunc versum,
Röm. 3, 4 f. quia vidit mundum non. 'Numquid dicunt: Peccavit d⌊eo, ut fieret?' Sic
etiam Pau⌊lus, sed dicit contrarium, quod 'omnes ho⌊mines peccaverunt',
nullus iustus. Ipse est solus. Tu solus es iustus, nemo kan helffen quam tu.
P⌊aulus macht recht universalem draus: Omnes sumus condemnati, ut insti-
ficeris. Es bleibt nicht in opere nostro, sed confessione, Ut tum dico: o deus,
confiteor meum p⌊eccatum et durch et durch tumb [3], ut tum sis iustus et
iustificans, — quia illa pugna est perpetua cum superbis, qui nolunt esse
pec⌊catores et quod pharisaica iustitia sit damnata. Papa, quod vota sint
peccata; Iuristae, quod eorum iura nihil. Da heiſt ſo: 'Soli tibi.' Omnes

2 Das *o* 5 'Illuminat *bis* etc. *o* 11 ut *c aus* et

[1]) *Erg.* sententiam explicare. [2]) *Nämlich Paulus.* [3]) *S. 365, 13.*

Dr] quod peccavi, quod pecco, quod peccaturus sum in infinitum. Ad hunc modum mutatio temporis praeteriti in praesens abducit nos ab actuali peccato in peccatum universale. Sadoletus, sicut bene imperitus Theologus et tamen vir eloquentia magnus, varie se torquet et sic transformat sententiam, ut ne divinare possis, quid velit. Particulam 'Soli' exponit, quod nemo id peccatum viderit nisi Deus.[1] Sed quis non videt, quam ea sententia inepta sit?

Nos igitur hic primum Grammaticam restituimus, quod praeterita illa sint reddenda in praesenti; deinde particula 'Soli' adverbialiter ponenda est, ut sit propria et germana atque etiam simplicissima sententia: Tibi solum vel tantum pecco. Coram te nihil sum nisi peccator. Coram tuo iudicio non meritum, non iusticiam aliquam iacto, sed agnosco me peccatorem et imploro misericordiam tuam, ut sit conversa universalis, quae est apud
Joh. 1, 9 Ioannem primo: 'Qui illuminat omnem hominem.' Ibi enim totam humanam naturam peccato excaecatam dicit. Hanc sententiam huius loci Paulus quoque comprobat in Romanis, qui studio hanc sententiam videtur citasse, ut ostenderet, quomodo intelligenda esset. Nam in eo ipso loco ponit hanc
Röm. 3, 4 universalem: 'Omnis homo est mendax, ut ipse sit solus verus.' Ad eum modum particula 'Ut' hic quoque exponenda est. Neque enim hoc vult, Dei Iusticiam augeri nostris peccatis, sicut Paulum calumniabantur homines profani, sed simplicissime dicit: Ego tantum coram te pecco, ego tantum coram te malum facio, ut constet verum esse, quod tu solus sis iustus et iustificans peccatores, qui solus a peccato liberas, non imputando ea iis, qui in tuam misericordiam confidunt.

[1]) *Interpretatio in Ps. Miserere, Haganoae 1526, Bl. b 2 b sq.*

Hs] peccavimus, tu solus es iustus, ergo confitemur nos pec⌊catores, ut tu solus sis iustus. 'Tibi soli' wil ich totum versum ynn ein ander hengen. Ipse solus Iustus, mundus, ceteri omnes iniqui, ut P⌊aulus rectis⌊sime tractavit. Ego confiteor me peccasse et quod coram te sim peccator, ut tu solus sis iustus. Audit sibi simpliciter iustitiam. Si assero mihi peccatum, tum oportet mihi negare iustitiam. Das wollen die 2 versus haben. Sententia: Non ideo glorificatur deus, quia nos peccavimus. Sed omnis homo, mundus debet esse reus, ut solus deus intelligatur iustus et iustificans. Das man hin ein reis[1] in misterium verbi, ut possit praedicari iustitia dei solius et sola. Sic ghes[2] ſein her, quod deus solus invenitur iustus et nos omnes peccat⌊ores. Si hoc, ergo non aliunde, ratione alia iustificamur nisi per iustificantem, qui solus est iustus, cum nos omnes confitemur peccata.

'Ut per hoc iustificeris': per hoc, 'in omnibus tuis sermonib⌊us'. Derogat simpliciter, q⌊uicquid est iustitiae extra deum, q⌊uicquid fert omnes

3 iniqui⟨t⟩

1) = *durchdringe.* 2) *geht es, d. i. paßt es schön hiezu; vgl. oben S. 235, 3; Unsre Ausg. Bd. 49, 329, 37.*

Dr] Hanc sententiam Paulus clare ostendit in iis, quae proxime huius loci citationem praecedunt. Quare particula 'Ut' non est operis nostri, ut importet causam, sed est tantum nostrae confessionis, quod haec duo confitemur, Omnes homines esse mendaces seu peccatores, ut constet, solum Deum esse iustum et iustificare impium, qui est ex fide in Christum Ihesum.

Nam haec perpetua cum superbis iusticiariis pugna est, quod non volunt esse peccatores nec possunt ferre, si quis ipsorum pharisaicam iusticiam damnet. Hoc autem quid aliud est, quam negare, quod solus Deus sit iustus? David autem propria experientia edoctus non iusticiam, non sanctitatem aliquam aut meritum suum praedicat, sed contrarium dicit: Confiteor me esse peccatorem, neque aliud natura mea et vires meae per se possunt, cum dono et spiritu tuo destituor, quam ut peccem. Hoc confiteor de me et de tota natura seu de omnibus hominibus, ut tu solus sis iustus, ut nemo aliam iusticiam quam tuam norit, quaerat et comparet etc.

Ad hunc modum huius versus haec certa et germana sententia est, quod David intuens in totam naturam sibi et omnibus hominibus propriam iusticiam adimit et generali confessione nihil quam peccatum sibi allegat et vendicat, ut Deo relinquatur iste titulus plenus et integer, quod sit solus iustus. Non igitur efficitur ex hac sententia, quod blasphemi inferunt: Si Deus iustificatur ex nostro peccato, ergo magis peccabimus, Sed hoc sequitur, quod totus mundus sit reus peccati et, quia solus Deus iustus est, non posse mundum a peccato liberari ullis suis conatibus, studiis aut operibus, sed eam gloriam iusticiae soli Deo relictam esse, qui est iustus et iustificat impium per fidem in Christum. Ergo omnes, qui hanc naturae suae infoelicitatem

Hs] rationes vivendi, politias etc., Scilicet damnatur Iurista cum suis sanctis⌊simis leg⌊ibus, monachis, ceremoniis, Maritus. [Bl. 41[b]] Illam puto simpliciorem sententiam. Qui sunt ergo hi sermones?

8. Iulii. | 'Tibi soli' cepimus tractare. Sum oblitus[1], q⌊uicquid dictum est, quid tractaverim. haec erat prima sententia, quod p⌊eccatum hoc loco non possit intelligi de actuali p⌊eccato. ideo frustra lab⌊orat, qui interpre⌊tatur de casu, quo peccavit David homicidio et adul⌊terio; qui casus fuit f⌊ructus istius perpetui peccati, in quo nati vivimus et morienur. hoc primum. Secundo: non posse hunc versum intelligi grammatice, sicut verba illa sonant,
Röm. 3, 4. Ut Pau⌊lus etiam Ro. 3. tangit: 'Tibi peccavi, ut iusti⌊ficeris', quasi deus iustificari non possit, nisi nos peccemus, quae est absurd⌊a sententia, quia non agitur hic historice de p⌊eccato, sed theologice, spiritualiter de probando,

2 ce⌊⌊oniis    9 illa] ilł    sonant] sonat    12 spiritnaliter *c aus* d⌊e

[1]) *Wegen der langen Unterbrechung der Vorlesung.*

Dr] sentiunt et vident, non debent aliam formam aut viam iusticiae quaerere, quam per eum, qui solus est iustus. Constituuntur igitur hic illae duae principales totius scripturae sententiae, Primo, quod tota natura peccato damnata et perdita sit nec possit suis viribus aut studiis ex hac calamitate et morte emergere, Altera, quod Deus solus sit iustus. Qui ergo a peccato volunt liberari, hi per confessionem peccati debent ad iustum Deum confugere et misericordiam eius exemplo Davidis implorare. Apparet igitur Psalmum hunc pulcherrimum Spiritus sancti monumentum esse, relictum in Ecclesia ad nos de maximis et gravissimis rebus docendos, quas prior aetas neque intelligere nec sane docere potuit, quod a verbo ad humana somnia discessere, Nos autem ex verbo iudicare et docere alios oportet. Id autem manifeste arguit solum Deum esse iustum. Ergo non Politica, non Oeconomica iusticia nos liberabit neque ullae ceremoniae, sed, sive sit aliquis iustus princeps, sive iustus maritus, quod ad administrationem externam attinet, tamen coram Deo necesse est eum dicere: 'Tibi soli peccavi' etc., 'tu solus es iustus.' Sed haec mox pluribus disputabimus.

Mihi quidem tantum videtur in hoc versu positum esse, ut etsi eum iam breviter et fortasse crassius exposuerim, tamen propter eos, qui novi ad hanc doctrinam veniunt neque statim ista possunt capere, volo paulo copiosius ea repetere, quae dixi.

Hanc posuimus primam sententiam, quod Propheta non possit intelligi de actuali peccato. Quare Sadoletus et alii frustra laborant, qui eum interpretantur de adulterio, quod fuit ceu fructus illius perpetui et una nobiscum nati peccati, in quo vivimus et morimur.

24/25 Oeconomica *B*; Oecumenica *im Urdruck*

Hs] iudicando, iusti⌊ficando. haec est hic quiescere, ut homo sit iudicandus peccator et ut deus sit iudi⌊candus iustus vel non, qui non hoc faciunt, laborant. P⌊aulus: 'si mendacium, peccemus' etc. istam histo⌊ricam cog⌊itationem oportet Röm. 3, 7 f. excludere ex animo, sed iusti⌊tiam. Ego pronuncior, quia ratio hoc p⌊eccatum non compreh⌊endit, ideo ubi audit haec verba, subirascitur, quia non sentit nisi opus et f⌊ructum et civilia p⌊eccata. Cum ergo hoc p⌊eccatum incognitum t⌊oto orb⌊i ter⌊rarum, necesse revelari per l⌊egem et promis⌊sionem, quae utraq⌊ue arg⌊uit peccata, quae nos non intel⌊ligimus, credimus peccata esse. Das heiſt v⌊erbo divino declarari peccatum et solo verbo divino revelatur. Ar⌊istoteles non docet de isto p⌊eccato: 'Tibi soli', Tu solus es iustus et omnes ho⌊mines pec⌊catores, sed per verbum. Ipsi luctantur omnes, quod volunt; i. e. tibi soli tribuo iustitiam, mihi et o⌊mni ho⌊mini peccatum, sic, quod apud me non sit iust⌊itia sed apud te, et hoc informatus tua l⌊ege et verbo, alias non. D⌊icit hoc verbum: 'Tibi soli.' Solus s⌊piritus s⌊anctus; qui credit huic verbo, omnes nos esse sub p⌊eccato. Nam credo, inquit, te 'veracem', melius me nosti quam ego me. Ego mihi volo discredere, tibi adherere. Röm. 3, 4

2 laborant] laborat    8 nos *o*

Dr] Secundo etiam hoc monui, neque historice nec [Bg. F] grammatice, sicut verba sonant, hunc versum intelligi debere, quasi Deus non possit iustificari, nisi peccemus. Non enim agitur hic de peccato metaphysice nec historice, sed Theologice et in spiritu agitur de illa cognitione, ut pronunciemus et iudicemus nos esse peccatores, Deum autem esse iustum. Qui ad hunc modum sententiam hanc non tractant, ii laborant, sicut Paulus ostendit, in Röm. 3, 7 f. absurda et blasphema quaestione. Sectantur enim metaphysicam sententiam, et Theologicam negligunt, aut in eo errant, ut peccatum non intelligant nisi fructum peccati seu actualia et civilia peccata, atque ideo in hypocriticam opinionem propriae iusticiae delabuntur.

Iam cum haec quoque peccati pars sit, quod peccatum in natura absconditum manet nec potest totum plene cognosci, necesse fuit id divinitus revelari. Fit autem haec peccati revelatio per legem et per Euangelion seu promissionem. Nam utraque doctrina arguit peccata, quae nos neque intelligimus nec credimus nec sentimus esse peccata, nisi cum admonemur verbo Dei. Ideo Propheta diserte addit hanc particulam: 'Ut iustificeris in sermonibus tuis', quasi dicat: Omnes sumus peccatores, Tu autem es iustus, sicut verbum tuum pronunciat. Tibi igitur tribuo iusticiam, mihi autem et omnibus hominibus tribuo peccatum, ita ut apud me non sit iusticia, sed apud te solum. Facio autem hoc informatus sermonibus tuis et verbo tuo. Nam si absque verbo essem, non possem habere hanc cognitionem, ut sic de me et omnibus hominibus pronunciarem. Qui enim verbo non credit, is

37 essem] esset *im Urdruck und B; Besserung nach der Erl. Ausg.*

Hs] 'Ut iustus': i. e. pronuncieris et glorificeris per hoc ind⌊icium contra
Pſ. 32, 5 me, quod solus iustus. Sic in ps. 32.: 'Dixi: confit⌊ebor, et tu remis⌊isti.' **Es leit als am**[1] credere, iudicare, credere hoc p⌊eccatum. Declaratur totus mundus sub p⌊eccato, Ut totum praecep⌊tum primum.

[Bl. 42a] Promittit salutem, adiutorium ex morte et omnia v⌊erba vel legis vel promis⌊sionis arguunt p⌊er consequentiam nos pec⌊catores. Sequitur, si deus v⌊ult me salvare a morte et promittit v⌊itam, ergo sub morte, ergo
Röm. 6, 23 sub p⌊eccato, quia 'mors stip⌊endia'. Animalib⌊us etiam, quae moriuntur, non promittitur vita, non fit verbum dei ad ea, nobis autem fit promis⌊sio de redimendo a morte, peccatis. Sic bestiae non sunt sub peccato, sed sub morte et manent sub ea. ergo debet Theologice intel⌊ligi de arguendo, pro-

5 omnia omnia

1) = *es kommt alles an auf das.*

Dr] neque Deum solum iustum, nec sese tantum peccatorem esse confitebitur. Credo igitur verbo tuo et sic statuo, te melius nosse meam et omnium hominum naturam, quam nos, et secundum verbum pronuncio, nos esse peccatores et, quod ad naturam nostram attinet, peccatores manere, ut tu sis iustus et ut iustificeris ac glorificeris per hanc confessionem, quae me peccatorem, te autem iustum et sanctum esse statuit.

Pſ. 32, 5 Eodem modo Spiritus sanctus loquitur in Psalmo 31.: 'Dixi: confitebor adversus me iniusticiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei.' Ergo haec confessio sive cognitio ad remissionem peccatorum est necessaria, ut credamus et confiteamur nos peccatores esse et totum mundum esse sub ira Dei. Sic primum praeceptum per ipsam promissionem peccatum arguit. Nam quod Deus promittit: 'Ego sum Dominus Deus tuus', hoc est, Ego sum, per quem tibi veniet salus contra mortem et peccatum, hoc ipsum arguit hanc totam naturam morti et peccato obnoxiam esse. Quorsum enim pertineret alioqui promittere, se nobis Deum fore? Sic verbum Dei, hoc est, tam lex quam Euangelion seu promissio, clara et certa consequentia arguit nos esse peccatores et sola gratia servari. Si enim Deus promittit vitam, sequitur nos sub morte esse. Si promittit remissionem peccatorum, sequitur
Röm. 6, 23 nos sub peccatis esse et teneri. Iam 'stipendium peccati mors est'. Ad hunc modum tum comminationes tum promissiones omnes idem ostendunt. Neque enim sunt factae bestiis, quae in morte manent, sed ad nos homines divina vox facta est et promissio salutis contra mortem, peccatum et infernum.

Haec dixi pluribus, ut appareat hanc sententiam non Methaphysicam, sed Theologicam esse de arguendo peccato per verbum, sicut Paulus clare
Röm. 7, 7 dicit: 'Peccatum non noram nisi per legem.' Non quod peccatum non habuerit aut in mundo non fuerit, sed quod peccatum nescierit. Ergo non

23 tuus *in den Berichtigungen von B;* totus *im Urdruck und im Text von B*

Hs] bando p[eccato. Peccatum quidem est in mundo et mors, sed natura[lis
homo nescit mortem, p[eccatum, Pau[lus ad Ro[manos. Non est disputandum Röm. 7, 7
de essentia peccati. Sed quando vox dei venit et dicit: Tu es propter hoc
p[eccatum in morte, sub ira dei, Ibi incipit lis totius mundi cum deo. An
deus **recht dran thu**, quod ac[cuset nos pec[catores. Tot[us mundus dicit et
blas[phemat: tu mentiris. Integra sunt naturalia, homo habet rectum rationis
lumen, potest dictare recte. **Das heiſt** negare p[eccatum, hoc, quod divinitus
revelatum, et non solum negare, quod ceci et impii, sed etiam ipsum declarantem; non solum agnoscentem, sed pronunciantem nos pec[catores negare
et blas[phemare et statuere in faciem dei: Non est verum. Sic Scholast[ici
directe in faciem blas[phemant deum. Sic etiam ego, quia ratio hu[mana
non amisit lucem, superior portio est inexting[uibilis lux, quae nunquam
delebitur. Civiliter **mags war ſein.** Sed in vero peccato ag[itur se nosse

9 sed o

Dr] de essentia peccati seu Metaphysico peccato agit, sed de cognito peccato, quod intelligitur ac sentitur, quando scilicet vox Dei venit et sermones Dei, qui in cor nostrum sonant: tu es peccator, tu es sub ira Dei et morte. Hoc cum fit, tum demum incipit pugna illa, in qua David se fatetur victum succubuisse, in qua pugna litigat humana natura cum Deo, an hoc verbum verum sit, quod pronunciat omnes homines sub peccato esse, Deum autem solum esse iustum. Nam natura huic sententiae reclamat nec statim assentitur, quod omnia sua opera in iudicio Dei sint mala et peccatum, sicut Scholastici acerrime hanc sententiam defendunt, hominem habere rectum lumen rationis et naturalia integra. Hoc autem est non solum negare peccatum, quod divinitus revelatum est, sed etiam negare ipsum Deum esse solum iustum, qui nos pronunciat esse peccatores.

In hac contradictione perpetua vivit totus Papatus et omnes Scholae Sophistarum. Nolunt agnoscere, se nihil nisi peccatores esse, sed contendunt, rationem habere suum lumen integrum et, si quid vicii sit in natura, inferiorem tantum portionem corruptam esse, eam trahi libidine et concupiscentia, sed superiorem portionem habere inextinguibilem et puram lucem. Hoc si quis de civilibus actionibus affirmaret, aliquo modo verum esset, sed non simpliciter; nam in illis quoque sentimus, quantum per peccatum ademptum sit naturae. Sed cum de cognitione Dei et peccati seu humanae naturae agitur, nihil minus verum est. Ergo relinquitur, solius divinae revelationis esse per verbum, cognoscere, quod simus peccatores et quod Deus sit iustus.

Cum autem verbo sic revelantur peccata, tunc duo hominum genera diversa se aperiunt. Alii iustificant Deum et ei arguenti peccatum humili confessione assentiuntur, Alii Deum arguentem damnant et mendacii arguunt. Atque haec maior mundi pars est, damnantium et persequentium hoc verbum, quo arguuntur peccata. Neque vero hoc de Turcis tantum et Iudaeis

Hs] peccatorem, non quia se iustificat, sed solum verbum. Diversi ho⌊mines: unus iustificat deum, alius damnat, i. e. maior pars damnant verba divina et incip⌊iunt cum eo contend⌊ere: sic nos pos⌊se ex nostra vol⌊untate eligere aliquod b⌊onum op⌊us, quod necessario placet; deus secundum h⌊umanam Regulam: quando homo in se, tum infallibiliter placet deo. **Das heiſt** se statuere in locum dei, se iustificare, dicere se iustum: habemus b⌊onam
Joh. 9, 41 vol⌊untatem, deus contra non. 'Si ceci', Ioh. 9. Tota scrip⌊tura: 'Non
Röm. 3, 11 f. intel⌊ligens', Ro. 3., 'usque ad unum, declina⌊verunt'; non solum significat lib⌊idinem etc., sed declinare a deo. Non intel⌊ligunt deum. [Bl. 42b] Sic ratio et vol⌊untas sunt ambo exce⌊catae, non requi⌊runt deum. Et hoc tamen non vult videri. Ergo bona pars, quae non contendit cum deo, credit: si etiam non comprehendo ratione mea talem pec⌊catorem, tamen credo creatori,
Röm. 9, 20 f. qui scit, quale 'lutum' fuerim; 'figmentum' novit, an olla habeat rimam? sed

5 infallibiliter] infallabiliter    8 usque *c aus* quisque

Dr] intelligi velim, qui manifesto odio doctrinae Christianae accensi sunt, sed facit id Papa quoque cum sua Ecclesia. Quid enim aliud est, cum dicunt, se posse ex dictamine rectae rationis eligere et facere bonum, quam negare, naturam peccato corruptam esse? Deinde nota est illa vulgaris sententia Scholarum: Quando homo facit, quod est in se, tunc Deus infallibiliter dat gratiam. Hoc an non est arguere Deum mendacii, dicentem in verbo suo:
Röm. 3, 12 'Omnes peccaverunt, Non est qui faciat bonum, ne unus quidem, Omnes declinaverunt et inutiles facti sunt' etc.? Non enim arguit tantum illam foedam libidinem, concupiscentiam, avariciam etc., Sed maiora arguit, declinationem scilicet a Deo, quod natura tota non requirit, non curat Deum, quod est sine fide in calamitatibus, sine timore in rebus secundis etc. Haec probant rationem humanam una cum voluntate esse excaecatam et aversam a bono et vero. Quia autem nos haec docemus et defendimus, ideo damnamur ceu haeretici et rapimur ad supplicia. Atque hoc est, quod Psalmus hic dicit, Deum non iustificari ab impiis in sermonibus suis, sed argui et damnari.

Discamus igitur, peccatum esse, ad hunc modum cum Deo litigare et eum in verbo suo arguere. Quare hoc potius faciendum est, ut, etiamsi non intelligamus ista plene, tamen credamus ei, qui nos creavit, pronuncianti de
Röm. 9, 20 f. nobis. Ille enim scit, quale 'figmentum' seu 'lutum' simus, nos non scimus. Nam sicut vas figuli, quod rimam ex collisione aut alia occasione duxit, nescit se habere rimam, figulus autem scit et videt, ad eum modum nos quoque nostra vicia non novimus plene. Quare confiteamur nostram infirmitatem et dicamus cum reverentia: O Domine, sum ego lutum tuum, tu autem formator et figulus meus. Quia igitur pronuncias me esse peccatorem, assentior verbo tuo et libens agnosco et confiteor hanc impietatem latentem in carne mea et tota natura, ut tu glorificeris, ego autem confundar,

Hs] figulus novit differentiam, quod ista integra etc. Tu dicis me pec⌊catorem ex promis⌊sionibus tuis, quod indigeam tua salute, ergo credo me damnatum. Das iſt: 'Tibi soli', i. e. tu solus iustus, verax; quod arguis me pec⌊catorem, recte facis. Ideo ut iustificeris tu et ego confundar Damnatus, tibi iustitia, vita, omnia b⌊ona, nobis mors. Per quam Reg⌊ulam? per promissiones et leg⌊es divinas, Non per humanam Reg⌊ulam, i. e. 'ut hab⌊eas veritatem in sermonib⌊us tuis'.

'Et vincas': Hoc addit ad conculcandos nos, quia illud iudicium, quo iudic⌊at nos omnes pec⌊catores, patitur instantiam. Pap⌊a, T⌊urca, Iudei impugnant et nos intra nos, 'militamus' intra nos ipsos, Ro. 7., quod deus Röm. 7, 23 iudicatur et damnatur, quod tamen per leg⌊em et promis⌊siones damnat et iudicat. Et in nobis renati et qui intus in spiritu dicimus: 'tibi soli pec⌊cavi', tamen wollen semper V⌊nſern H⌊errn G⌊ott lugen ſtraffen. Ego non possum istam blas⌊phemiam ex c⌊arne mea bringen, quia nondum mortificasti. Non v⌊olo ante confid⌊ere, invocare, dilig⌊ere, laud⌊are, nisi venero puris manib⌊us et sensero me plane sine peccato. Sed ipse: non es sanus, habes adhuc

Dr] ut tu sis iustus et vita, ego autem cum omnibus aliis hominibus peccatum et mors, ut tu sis summum bonum, ego autem cum omnibus hominibus extremum malum. Hoc agnosco et confiteor, edoctus sic per promissiones tuas et legem tuam, non per rationem meam, quae libenter hanc impietatem tegeret aut ornaret etiam. Sed plus mihi in eo est positum, ut tua gloria crescat. Et qui ad hunc modum confitetur peccatum, is hunc versum cum sano intellectu orat: 'Tibi soli peccavi et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis.'

'Et vincas, cum iudicaris.' Hanc particulam addidit nobis ad consolationem. Nam illud iudicium divinum, quo omnes pronunciamur peccatores et Deus solus iustus, patitur instantiam et rebellionem, ut sic dicam, a maiore parte totius mundi, sicut supra de Turca, Iudaeis, etiam Papistis ostendimus. Quin intra nos ipsos quoque pugnamus contra hoc iudicium Dei, quod in sermonibus suis, hoc est, tam per promissiones quam legem, nos peccati arguit. Nam etiam in sanctis manet sensus huius blasphemiae, quod saepe indigne ferunt, omnia sua culpari. Deinde etiam hic sensus in sanctis est, quod tum demum sibi videntur diligentius oraturi, credituri plenius et laudaturi Deum, si viderent se puris manibus et sensibus esse et carere omni peccato, atque hoc non est hominem esse, sed Deum seu Angelum. Ita luctatur contra Dei iudicium peccatum, quod latet etiam in sanctis. Etsi enim spiritus verbo regitur et ei acquiescit, tamen fatetur Paulus 'aliam legem Röm. 7, 23 esse in carne sua, quae contra spiritum et verbum pugnat'. Hanc contradictionem perpetuam etiam sancti in se animadvertunt et vident, quid mirum

39 mirum *in den Berichtigungen von B:* nimirum *im Urdruck und im Text von B*

Hs] c⌈arnem, non quaerit, quae dei, pugnat contra tuum spiritum, et militat in nobis, sic odium, blasp⌈hemia, negatio gratiae et promis⌊sionis, etiam in nobis, qui sumus valde spi⌈rituales, qui resistimus huic pugnae. Quid cum D. Eck, qui nihil; qui pugnant cum deo plenis verb⌊is et iudicant deum: Num omnia peccata: orare, vigil⌊are, missas, — hereticus! Nos, qui hanc confes⌈sionem: V. 4 'amp⌊lius' et d⌊icimus: 'Tibi soli', haben den forteil: impugnantur quidem, sed deus pater, f⌊ilius, s⌊piritus s⌊anctus wird hie ſelber kezer geſcholten, [Bl. 43ᵃ] quia v⌈erbum, lex, promis⌈sio non sunt nostra, sed dei; ergo ubi damnatur, damnatur qui dat. Ergo deus est hodie hereticus Pap⌈ae. Est diabolus nocentis⌈simus, pestis iustis, S⌊anctis, monachis et ipse diab⌈olus est nostrae carni, sap⌊ientiae, rationi, quae wil vor rein ſein et offerre domino ein reinen heilig⌈en, ut veniens dicat ad me: Bone vir, D⌊octor M⌊artine. Das ſind amaris⌊simae bla⌊sphemiae, hor⌈ribiles res vmb ein impium ho⌈minem et deus non sine causa praefert meret⌈ricem et lat⌊ronem istis impiis Sanctis, quia isti humiliantur in crassis p⌈eccatis. Illi vero contendunt cum deo,

5 peccata *c aus* d⌊icis

Dr] est, si etiam illi contradicant, qui verbum oderunt et nituntur Ordinibus et Missis suis?

Quare nos, qui hanc confessionem amplectimur, hanc consolationem et ceu praerogativam habemus, quod, etsi impugnamur a contradictoribus, tamen non succumbemus. Nam non impugnamur soli, solis non contradicitur, sed impugnatur ipse Dominus noster Ihesus Christus et contradicitur verbo, hoc est, promissionibus et legi divinae. Igitur eventus erit optatus secundum particulam hanc: 'Ut vincas, cum iudicaris.' Sic ipse Dominus noster Christus cogitur Papae esse haereticus. Ipse Deus noster, promittens remissionem peccatorum gratuitam per Christum, damnatur a iustis monachis et sanctis hypocritis ceu nocentissima pestis. Ratio et sapientia carnis nostrae damnat sapientiam verbi Dei. Sed spera eventum optatum, et non ideo in tanta contradicentium multitudine desponde animum. Ipse Dominus vincet in nobis et in verbo suo blasphema ora nolentium agnoscere immundiciem suam et conantium afferre ad Christum propriam iusticiam.

Haec opinio propriae insticiae est acerbissima blasphemia contra Deum. Matth. 21, 31 Quare nemo cogitet sine causa a Christo dictum esse: 'Meretrices et publicani praecedent vos in regno Dei.' Hi enim, quia in crassis peccatis vivunt, humiliantur et agnoscunt se esse peccatores, Isti autem in singulas horas nova certamina cum Deo instituunt, quibus gratiam impugnant et se defendunt. Hic si essemus soli, fortasse cogeremur cedere furori mundi et hypocritarum, Sed hic audimus consolationem, Deum in sermonibus suis damnari, non in nostris sermonibus et operibus. Sic Pontifex me excommunicavit et damnavit, non ideo, quod sim infirmus et peccator, nam peccata mea posset ferre, sicut fert suorum fornicationes, adulteria et nefandas libidinum species;

Hs] blas⌊phemant et impugnant eius g⌊ratiam. Si nos essemus, qui impugnamur, cogeremur cadere, sed pulch⌊rum: 'in sermonibus' etc., non in operibus et sermonib⌊us meis. ego damnor, Non quod adulter, avarus, posset ferre[1]; sed quod praedicamus Omnes ser⌊mones, omnes reg⌊ulas impias, quia manarunt ex ceca ratione et perversa. Sed wird, ut: 'vinces.' Luctantur, damnant, exig⌊unt, sunt gegen nos: hereticus, diab⌊oli Apostolus Luther⌊us, nihil pestil⌊entius venit in orb⌊em ter⌊rarum hac doct⌊rina, quia perturbat omnia, quia damnat sap⌊ientiam, leges Civiles etc.! Hoc mundus, Sat⌊an ferre non potest. Sed 'vincet'; ideo consola⌊tur. 'In sermonib⌊us': er wird das wort erhalten; antequam deus sua verba relinq⌊ueret, er wirde ehr[2] ſein kron dran ſetzen; non curat T⌊eufel, Cesar⌊em, Papam, Mo⌊nachos et pfa⌊ffen. Si volunt suscipere, bene; si non, müſſen laſſen bleiben, quia 'vincet.' Haec verba spiritus. Ista applicanda ad nostram consol⌊ationem, quia ratio hu⌊mana et vol⌊untas eadem est, maneat tamen spiritus et mens integra, quod credat se pec⌊catorem, deum iustificatorem; non not, quod deum secundum c⌊arnem negamus,

*10* sua(s)

1) *Zum Sinn vgl. im Druck S. 374, Z. 38ff.* 2) = *eher.*

Dr] Hoc autem damnat, propter hoc me et alios fratres excommunicat, quod docemus sermones Dei, quibus arguuntur peccata et caecitas Papatus. Sed ne nos ipsi quidem hoc possemus, nisi essemus ita edocti sermonibus Dei. Si igitur accusamur et damnamur tanquam haeretici, si nostra doctrina iudicatur esse noxia propterea, quod damnat sapientiam humanam et studia, quae nos ad placandum Deum suscipimus, item si oriuntur malae pugnae et perturbationes, habemus hic consolationem, quod ipse vincet, quia non nos soli, sed ipsius sermones petuntur et damnantur. Igitur eos defendet et tuebitur contra adversarios; dat quidem verbum, ut doceat et salvet, sed si id nolunt accipere, non ideo conculcari sinit verbum, sed potius conculcat hostes verbi, sicut res ipsa ostendit.

Haec consolatio, quam textus praesens nobis ostendit in contradictione, quae fit per excommunicationem et persecutionem falsae Ecclesiae et tyrannorum, etiam ad animum nostrum est transferenda. Sicut enim paulo ante dixi, etiam in carne nostra manet talis contradictio seu lis contra Deum et sermones eius. Hoc cum experimur, non debemus animo deiici, maneat tantum spiritus integer et credat ac confiteatur se esse peccatorem; et si tum nonnunquam blasphemiae tales contra iudicium Dei sentiuntur, tamen fiet, ut spiritus vincat, sicut Deus, qui largitur spiritum, in tali iudicio vincit. Sed victoria haec etiam in spiritu intelligenda est; re enim contrarium sentitur et videtur Deus cum spiritu nostro vinci, caro autem et mundus vincere. Nam videmus, quod totus fere mundus nos damnat. Qui autem sermonibus Dei assentiuntur, paucissimi sunt. Deinde etiam in nobis et sanctis caro sic tumultuatur, ut quasi exstinguat spiritum. Sed esto fortis

Hs] indicamus. Sed sicut deus triump⌊hat et vincit suos blas⌊phematores, captivatores, sic hic, sed in spiritu; quia deus videtur victus, et spiritus in nobis videtur victus. Ideo iudica secundum v⌊erbum divinum. T⌊eufel, mundus damnat nos et videmur prostrati, c⌊aro, iustitia nostra tumultuatur et quasi exting⌊uit spiritum. Sed spiritu crede te pec⌊catorem, et talem, quem deus velit iustif⌊icare et habere pro filio, modo fateatur [Bl. 43ᵇ] se perditum. Hac confes⌊sione glorif⌊icas deum, et te econtra[1]: hic tempus mihi iustificandi. Sed si sic: Non vnrecht, quod Monachus, etc. — Nonne mag⌊na convocatio hu⌊manae crea⌊turae, quod luctatur cum suo creatore? Has g⌊ratias refert, quod persequimur oblatam g⌊ratiam, r⌊emissionem p⌊eccatorum, vitam ae⌊ternam; et favorem, quo vult nos complecti, execramur ut venenum diab⌊oli et v⌊olumus eum extinguere. Si in nostra potesta, crearemu deum illum, q⌊ui d⌊iceret: Tu ieiunasti, legisti; propter hoc nunquam tui oblivis⌊car. Phari⌊saei Israel fecerunt talem deum, sic hodie, i. e. talem volumus deum, qui resp⌊iciat nostra opera; g⌊ratia et r⌊emissio peccatorum wird nicht draus. Libenter volo remunerare opera, sed ubi iustificati g⌊ratia mea; da wol⌊len wir nicht hin.[2] Pium cor dicit: 'Tibi soli', i. e. ut decla-

7 glorif⌊icas *c aus* glorias 13 *über* legisti *steht* scrip⌊turam

[1]) *Erg.* deus glorificabit; *das Folgende sind Worte Gottes.* [2]) = *davor scheuen wir zurück; vgl. Unsre Ausg. Bd. 47, 642, 3.*

Dr] contra haec pericula et crede te esse peccatorem, quem Deus velit pro filio habere, si confitearis te esse perditum. Nam hac confessione, qua te confundis et tua vulnera Medico aperis, Deum glorificas et provocas ad proprie divinum opus, ut, tanquam medicus, sanet aegrotam tuam mentem.

Econtra qui hoc non faciunt, sed sibi vendicant aliquam iusticiae laudem, hi luctantur cum Creatore suo et blasphemant ac negant eum, dicunt eum esse mendacem et persequuntur eius gratiam et favorem, quo nos amplecti vult, imo ipsam vitam aeternam persequuntur et ex Deo diabolum faciunt. Tanta impietatis humanae est foeditas, cum non acquiescimus verbo. Sed hanc etiam pii nonnunquam sentiunt, cum a verbo et hac confessione discesserunt. Quoties enim accidit, ut, si in manu mea esset, alium Deum crearem, qui ad me diceret: Ecce in tanta fidelitate docuisti, tanta assiduitate orasti, tanta cura plantasti vineam meam etc., eris igitur mihi propter hanc tuam diligentiam gratior. Talem Deum, qui operibus nostris concilietur, natura libenter haberet, qui autem gratis ignoscat, eum repudiat. Sicut exemplum adversariorum nostrorum testatur, qui nihil minus ferre possunt, quam quod dicimus remissionem peccatorum seu misericordiam sola fide accipi. Sic filii Israel Deum remuneratorem operum quaerebant, gratis autem ignoscentem et accusantem peccata persequebantur. Vult autem Deus secundum verbum suum egregie remunerari opera, sed hoc vult, ut praecedat, ut confiteamur nos esse peccatores et fidamus ipsius misericordiae.

Hs] reris et confes|sione celebreris per confes|sionem solus iustus. Alterum genus pugnant contra deum: sermo tuus non est verus, — quia ideo excecati, quod vol|untas in aversa[1] tota. Sic doc|uerunt Theol|ogi omnes, omnes Mona|chi in hac veritate: aliquid luminis in volun|tate, huic si obediero et secutus dictamen rationis. Sic fa|ciunt cum deo nundinam iustitiam: Si dederis, dabo. Scotus: Si homo potest dilig|ere creaturam, potest etiam deum dilig|ere super omnia; Si dil|igere possum oculum, pulchram puel|lam, — et non vident ceci, quod hom|ines non diligant crea|turam. Nemo adhuc, qui dilex|it aurum ut aurum; iſt lib|ido da; dil|igere creaturam ut creaturam, est etiam dil|igere creatorem.

'Vincas': Non displicet mihi abusus interp|retis, 'mundum' esse; 'Zadka'[2]: 'ut probus sis', i. e. quam cito, modo pronuncias pec|catores, mox sequitur, ut iudiceris; vocatur diabolicum; qui foedant sic verbum et dicunt non 'mundum', muſſen unter ghen. Sic: 'In quo mundabit' probum Jes. 33, 8

7 puel|lam *mit Strich zu* deum *Z. 6 gezogen* 9 lib(e da) *11* ut *o* *13 über* 'mundum' *steht* probum

1) *Erg.* parte. 2) = צִדְקָה.

Dr] Sic sunt duo genera hominum, quorum alii confitentur cum Davide, Deum esse iustum, veracem et sanctum solum, Alii sunt impii et gigantum exemplo θεομαχοῦσι dicentes: Verbum tuum non est verum, nos non sumus caeci, est in nobis adhuc aliquid luminis erga Deum, cui si obediero, ero in gratia. Hoc est ex Deo mercatorem facere et ad eum dicere: Si dederis, dabo. Atque in hac sententia omnes Scholastici Doctores consentiunt. Notum est, quid Scotus dicat: Si homo potest diligere, quod minus bonum est, potest etiam diligere, quod est maius bonum. At homo creaturam diligit, ergo multo magis diligat Creatorem super omnia. Theologica profecto consequentia et digna Doctore tenebrarum in Ecclesia. Non videt, quod homo, cum creaturam maxime diligit, eam minime diligit sicut creaturam. Quis enim unquam fuit, qui puellam, qui aurum ut puellam et aurum diligeret? Nam dilectio haec libidine et avaricia viciata est neque unquam in hac carne potest esse perfecte pura. Huius generis innumerae aliae sententiae in recentioribus extant, quae ostendunt hoc certamen, quod humana ratio contra sermones Dei exercet. Porro nihil hic dicimus de Oeconomica et Politica iusticia. Nam etiam illa stante, quam potest esse, perfectissima, tamen manet sententia haec: Tibi tantum pecco et malum coram te facio.

Quod ad Hebraeam Grammaticam attinet, verbum, quod Interpres reddidit: 'Ut vincas', proprie significat: 'Ut purus seu mundus sis', quasi dicat: Quando pronuncias homines esse peccatores, tunc mox sequitur, quod iudicaris et damnaris; neque enim hoc iudicium tuum ratio ferre potest, ideo haeresin et diaboli dogmata appellat. Sed quid fit? Ipsi te damnant

30 esse] esset *AB; Besserung nach der Erl. Ausg.*

Hs] deus; probus vel mundus. Defecerunt mundiciae patrum, die welt iſt yhe lenger yhe[1], i. e. sanctitates, integ|ritas, candor patrum iam diu desiit. Tu eris integer, probus et invenieris, das du 'recht' heiſt, et econtra; qui volunt te reddere improbum, econtra.

[Bl. 44[a]] Haec vera sententia. Catechresis in hoc versu. Dicunt auch ad Conso|lationem, et saepe usus contra diab|olum, quando terret et vexat Off. 12, 10 con|scientia vel lex, quia in Apo., quod diab|olus non cessat. Veri Christiani, qui iusti et sentiunt peccata, illi max|ime torq|uentur peccatis, con|scientia: Hoc non fecisti! Ibi wirff dich herumb[2] per istum tex|tum. Quid perturb|as, Sat|an, con|scientiam? Num tibi peccavi? Quid tibi debeo, cur fatigas con|scientiam, quasi esses deus? Esto, quod peccavi, tamen tibi non. Si pec|cavi, tum pec|cavi illi deo, qui est iustus et probus. Esto, quod pec|cavi, — quid ad te? Si pec|cavi, non diab|olo, con|scientiae, legi, peccato,

1 mundiciae] mdiciae

[1]) *Erg. ärger; sprw.; vgl. Unsre Ausg. Bd. 33, 666, 30.* [2]) *= suche die Oberhand zu gewinnen; vgl. die ähnliche Stelle Unsrer Ausg. Bd. 31*[1]*, 307, 11 (Bild vom Ringer).*

Dr] et conspurcant sententiis suis, tu tamen manes purus, mundus et iustus, isti autem deprachenduntur esse impuri, et sic Hebraice sonat textus, mihi tamen non displicet Interpretis sententia. Nam clarius ostendit hanc contradictionem et eventum, neque etiam a sententia abludit. Nam cum ponitur haec sententia: Tu inveniris integer seu purus, belle sequitur antithesis: Ergo isti, qui damnant iudicium sermonum tuorum, sunt impuri et corrupti. Hoc autem est, quod Deus vincit, non illi, qui Deum arguunt.

Haec huius versus propria et germana sententia est, Sed etiam Catachresin, qua quidam hic utuntur, ostendemus, ut ubique satisfaciamus auditori. Etsi enim non quidem propria sententia est, tamen neque impia est et est plena consolationis, qua ego saepe apud alios et etiam in propriis periculis usus sum. Est autem eiusmodi: Cum Sathan vexat conscientiam Off. 12, 10 per legem, sicut in Apocalypsi est, quod 'accuset sanctos die ac noctu in conspectu Dei', tunc utile est, se opponere Sathanae et dicere: Quid ad te? tamen non peccavi tibi, sed Deo meo. Non sum tuus peccator, quid igitur iuris tibi in me est? Si igitur peccavi et est vere peccatum, quod accusas (quia Sathan nonnunquam vanis peccatis terret animos), Deo peccavi, qui est misericors et longanimis, non peccavi tibi, non legi, non conscientiae, nulli homini, Angelo nulli, sed soli Deo. Deus autem non est diabolus, non est devorator aut carnifex, qualis tu es, qui terres et intentas mortem, sed est misericors super peccatores, est integer et incorruptus, pius et iustus; tali Deo peccavi, non peccavi tyranno aut homicidae. Igitur tibi, qui tyrannus et homicida es, non est ius aliquod in me; Deo ius est, qui est benignus et clemens, Ideo confitentibus peccatum ignoscit. Illis tantum suc-

Hs] homini, ang|elo, sed soli deo. qui non diab|olus, 'devorator': est misericors, 1. Petri 5, 8
iustus et probus, integer et incorruptus, is non vorat pec|catores. Der hat
recht zu mir[1]; si fateor, tum nihil facit. sed tantum iis, qui negant se pec|ca-
tores. i. e. eum iustum, probum. incorruptum negant. Das iſt per Catechresin,
valet contra 'ignita tela', quia accusatio diab|oli non fit tantum, ut p|eccatum Eph. 6, 16
sentiam, sed ut morsu con|scientiae et inquietudine p|eccati: ut oblivis|car,
quod deus iustus et probus, et clam abripere ad satisfaciendum pro pec-
cato. Das iſt finalis causa. Qui potest vero d|icere: Quid mordes, quid
tu? non sum tua crea|tura nec tu deus meus. Si est peccatum, ut tu cavil-
laris, pec|cavi deo etc. Qui dicit se peccasse soli deo, habet iam iustificantem
peccatorem; ergo est iustus hoc ipso, quo dicit: 'Tibi soli', quia gloriari deum
est opus iusti|tiae: vel incepimus. Impius non tribuit sibi p|eccatum et deo
iustitiam.

---

*1 über* homini *steht* ty|ranno. 'homicidae' *[Joh. 8, 44]*   *4* Cat⟨h⟩echresin   *11* iustus *c aus* iustum

[1]) = *hat Rechtsansprüche (auf Gesetzeserfüllung) mir gegenüber.*

Dr] censet, illis tantum minatur. qui suam immundiciem nolunt agnoscere et negant eum esse iustum in sermonibus suis.

Haec est pia sententia et bona consolatio contra diaboli spicula exercentis conscientiam, sed est Catachresis, nam germanam sententiam supra ostendimus. Hoc autem Sathan in consilio habet, dum sic vexat mentes obiiciendo peccata et impuritatem nostram et urgendo ad perpetuam mundiciem. ut faciat nos huius sententiae oblivisci, quod solus Deus sit iustus et sanctus, et clam a sensu peccati rapiat ad satisfactiones et fiduciam nostrorum operum. Quare huic malo recte occurritur hoc modo, quo dixi, ut cum fiducia in Dei misericordiam te Sathanae opponas et dicas: Obmitte me, non sum tua creatura. Si igitur peccavi, non peccavi tibi, sed Deo meo, qui est iustus et multae misericordiae. Qui ad hunc modum confitetur se soli Deo peccasse, is habet Deum iustificantem. Quia enim Deum glorificat illa confessione. quod sit solus iustus. Deus non potest non vicissim eum glorificare iustificando. Faciunt igitur hoc pii tantum, qui coeperunt renasci, impii non faciunt.

## VI.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, Et in peccatis V. 7
concepit me mater mea.

Pulcherrimo ordine progreditur Propheta in doctrina poenitentiae, imo petit misericordiam et subiicit causam: quia sum peccator et agnosco peccatum meum. ut scilicet tu iustus sis et nos omnes confundamur. Addit huius noticiae causam sermones Dei. nam per verbum revelatur peccatum. Quae autem iam sequuntur, sic cohaerent cum superioribus, ut ea illustriora

H₅] V. 7 'Ecce enim in iniq⌊uitatibus': Das heiſt dem vas den boden auſge⌊ſchlagen.[1] Er helt ein k⌊lein proces[2]: P⌊eccatum meum ag⌊nosco, et contra. Per quid ag⌊nosco? per verbum, ideo agnosco, ut tu iusti⌊ficeris et omnes econtra.
Röm. 3, 4 'Sit homo mendax'. quare non deb⌊eo credere. conf⌊idere minime; credo, quod 'concip⌊iebar' et quod 'mater'. Das iſt fundamentum, quare debemus confiteri deo nostrum p⌊eccatum, quod decla⌊rat per suam l⌊egem et promis⌊sionem. ratio: quia sic mali sumus. Non posset fortiorem rationem dare. [Bl. 44ᵇ] Non dicit: occidi Uriam, feci multa mala, sed haurit totam naturam uno verbo: 'Concep⌊tus.' Ibi non opera, sed natura massa carnis, unde formatus ex parentib⌊us; ista est vitio corrup⌊ta, est lutum damnabile, thon, ex quo non b⌊ona olla, hand und har nicht gut[3] etc. Ipsa conceptio, augmentatio, nutritio in matris utero corrup⌊ta: antequam nascimur, sumus homines, sumus pec⌊catores. Ipsam concep⌊tionem et ante nativitatem, nutritionem omnia dicit in peccatis facta. Non de peccato parentum coniugali, Non

2 quid (?) 8 tota

[1]) *Sprw., s. Unsre Ausg. Bd. 31¹, 512. 11 u. ö.* [2]) = *Prozession, Reihe; vgl. S. 379, 37* pulcherrimo ordine. [3]) = *ganz schlecht; s. Unsre Ausg. Bd. 38, 215, 10.*

Dr] reddant. Nam causam peccati ostendit et quasi fundamenta totius negocii aperit, cur sic confiteatur peccatum et misericordiam imploret. 'quia', inquit 'In iniquitatibus conceptus sum.' Quid possit dici clarius aut significantius? Non dicit: Occidi Uriam, Non dicit: Commisi adulterium, sed totam humanam naturam ceu uno fasce complexus addit: 'In peccatis conceptus sum.' Non enim de operibus quibusdam, sed de materia simpliciter loquitur et dicit: Semen humanum, massa illa, ex qua formatus sum, tota est vicio seu peccato corrupta. Materia ipsa est viciata, lutum illud, ut sic dicam, ex quo hoc vasculum fingi coepit, damnabile est. Quid vis amplius? talis sum ego, tales sunt omnes homines. Ipsa conceptio, ipsa augmentatio foetus in utero, antequam nascimur et homines esse incipimus, est peccatum.

Porro non loquitur de peccato coniugali seu parentum, quod parentes accuset peccati, de se dicit: 'Ego in peccatis conceptus sum'. non dicit: mater mea peccavit, cum conciperet me. neque dicit: Ego peccavi, cum conciperer, sed de ipso rudi semine loquitur et pronunciat id peccato plenum et massam perditionis esse, ut sit vera et germana sententia: Sum peccator, non quia adulterium commisi, non quia Uriam obieci caedi, sed ideo adulterium, ideo caedem commisi, quia sum peccator natus, imo conceptus et formatus in utero. Sic nos non ideo sumus peccatores, quod iam hoc iam illud peccatum designamus. Sed ideo ista designantur a nobis, quia antea sumus peccatores. Hoc est, arbor viciosa et viciosum semen etiam fructum viciosum afferunt. Nec potest ex radice mala aliud quam mala arbor enasci.

[Bg. G] Sed quaerat aliquis: Cur est institutum coniugium? Cur benedixit Deus coniugio? Cur ipsam prolem numerat inter benedictiones,

Hs] v⌊ult accusare suos parentes nec de parentib⌊us loquitur, Non dicit: Mater mea pec⌊cavit, sed: ego. Nec ego peccavi in concipiendo, sed massa sum perditionis a principio mei, ipsum rude semen, ex quo me formasti, est plenum. pec⌊catores sumus, t⌊otum genus hu⌊manum, non quia occidimus, furati, sed ideo ista facimus, quia sumus pec⌊catores; ideo blasphemo etc., quia prius natus peccator, ideo talia fiunt per me pec⌊catorem. Arbor, vitiosum semen, fert vitiosum f⌊ructum. Sic nobiscum: ex ipsa Concep⌊tione, nativitate in utero sumus coniecti in p⌊eccatum. Quare deus sic benedixit ventri: 'Cresci⌊te et multi⌊plicamini'? est mandatum d⌊ei. Constituit con- 1. Moſe 1 28 iug⌊ium, quare ergo sic creat vitiatam massam? non ideo cessat etc. Ipse sic vult. Non ideo nachleſt suas crea⌊turas, q⌊uamquam vitiatae. Si est aliqua leprosa caro, non ideo cessare debet etc. Si non tam bene videmus ut Adam, quia credo, quod ante peccatum fuit acutis⌊simus, Non cessat a creando et multipli⌊cando. Coniugium non ideo damnatur, quia habet suam bened⌊ictionem. Est quidem pater et mater carne viciata, foeda lib⌊idine, Ignorantia et contemptu dei. Das iſt ingenitum vicium naturae et ex ista carne nascitur, secundum spiritum non generamur sed ex concupiscentia et postea secundum libidinem; ibi non cognitio dei. Ibi non damnatur con-

9 Cresci⌊te] Cresce    16 Ignorantia *c aus* et

Dr] cum massa illa, ex qua foetus fit, sit tota perdita et viciata? Respondeo: Quanquam non cogatur nobis Deus rationem reddere, tamen potest non incommode haec ratio dici, Deum non ideo velle creaturam suam interire, quod peccato viciata sit. Num enim ideo totum corpus abiicitur, quod caro leprosa est? Num ideo non dabit homini nato oculos, quia oculi nunc minus acres sunt, quam Adae in Paradyso fuere? Neque enim dubium est, quin natura singulorum membrorum corporis longe praestantior fuerit ante peccatum, quam nunc est, postquam peccato corrupta et viciata est. Sicut igitur non ademit naturae oculos, sicut non ademit alia membra nunc vicio languentia, ita etiam non ademit multiplicationem seu procreationem. Caeterum quicquid de coniugibus sit, non est hic locus ea de re dicere. Nam coniugium est res bona et licita et a Deo instituta. Neque tamen ideo negatur, patrem et matrem habere carnem corruptam et ipsum semen non solum libidine foeda, sed etiam contemptu et odio Dei plenum esse. Sic non negatur etiam peccatum, quod in procreando est. Quantillum enim ibi nostra natura bestiis praestat, cum nulla noticia Dei, nulla fides in eo opere sit, sed tantum ex ratione dictante, quod haec nostra uxor sit, et ex concupiscentia ad procreationem proruimus? Tolerat autem Deus hanc viciosam generationem propter conditionem suam nec vult tollere ob hoc vicium creaturam, sed dissimulat vicium naturale, sicut in politia dissimulat vicia Politica. Quis enim non videt varios morbos et vicia varia legum et politiae?

Hs] ingium, sed propter corruptum vicium in parentib⌊us non tollitur benedictio. Dissimulant istud vitium naturale. Sic iusticia, pol⌊itia est impia et in se ipsa corrupta, quam habet Tur⌊ca [Bl. 45ᵃ] (Non omnia fiunt iusta, etiam in legib⌊us multae corruptiones), quo ad deum, sed propter pacem pol⌊iticam, ut crescant Reg⌊na etc. Propter ista omnia videt per dig⌊itos[1] et tolerat pol⌊itias impias et leges, ut stet pol⌊itica pax. **Wenn ein weiſer Juriſt her kompt** et v⌊ult d⌊icere, quod multum vicium sit in legibus, **das iſt h⌊ans worſt**[2], qui turbabit pacem et ord⌊inem d⌊ei, qua voluit colere provincias, Et

Matth. 7, 3 tum plus laboravit in conservandis legib⌊us quam pace, **das heiſt** 'festucam ex ocul⌊o'. q⌊uanquam sit coniugium vitiosum coram deo, tamen deus sic dicit: Velim **wol zu reiſſen**, sed potius volo tolerare vitiatum coniugium, potius etc. Sic Iurist⌊a: conservetur primum pax, ut guber⌊nentur Civitates. Si qua tum legis quaedam vitiosa, tolerentur, quam quod perturbetur pax. Ideo non damnandum coniug⌊ium propter vitium, ut alia res, sed spectandus finis. Ut in leg⌊ibus est conservatio pacis. **Ob** efficiens causa **ſey** corrupta, —

4 *über* propter pacem *steht* etiam in se    15 corrupta] corruptus

[1]) *Sprichw.; s. S. 346, 7.*    [2]) *= ein Narr; s. z. B. Unsre Ausg. Bd. 36, 88, 29; 637, 6.*

Dr] Quae enim Respublica est, in qua etiam qui iustissime omnia ordinant et exequuntur, non saepe iniusta sanciant et admittant? sicut proverbium testatur, Summum ius esse summam iniuriam.[1] Neque hoc hominum tantum vicium est, sed ipsae leges quoque non carent viciis, etiam cum sunt aequissimae. Ideo opus habent aequo moderatore, qui eas aut laxet aut contrahat pro opportunitate negociorum. Tolerat tamen Deus vicia ista, ut saltem aliqua politiae forma constet, ut educetur soboles, colatur terra, ut commutentur officia et merces etc. Nam vicia omnia ex rebus et legibus auferre est ipsas politias et leges tollere. Tanto quorundam Iureconsultorum maior insania est, cum primum ad Respublicas et aulas veniunt, volentium omnia resecare ad vivum et conantium Arithmeticam aequalitatem in omnibus constituere. Hoc qui faciunt, pacem turbant. Sed cur non etiam istam pulcherrimam ordinationem procreandae sobolis tollunt, quae sine vicio non potest esse? Atqui prudens Magistratus plus in eo laborare debet, quomodo conservet pacem, quam quomodo corrigat leges. Nam qui hoc faciunt, illud

Matth. 7, 3 autem negligunt, vere 'trabem' negligunt et sunt curiosi de 'festuca'. Diversum aut videmus in Dei facto. Etsi enim videt coniugium viciatum esse libidine, tamen non ideo coniugium tollit, non ideo liberorum procreationem adimit. Mavult vicium tolerare, quam conditionem suam tollere. Sic etiam prudens Iureconsultus in politia hoc imprimis spectare debet, quomodo paci et communi hominum tranquillitati possit consuli, ut educatio et alia tum

[1]) *Sprichw.; s. Unsre Ausg. Bd. 37, 157, 18; Bd. 51, 204, 14.*

Hs] sed quare est uxor? finis optimus est benedictionis d⌊ei. transeant ceterae
causae vitiatae, serventur optimae. Ergo deus propter vitium parentum non
vult damnare coniug⌊ium propter b⌊onum, quod sequitur. Sed hic plane
(ad rem) indicat, quare simus peccatores, quia Ego, non mater, sum con-
cep⌊tus in iniquitatibus, mater mea gestavit me in utero in peccato, me in
peccatis. Ipsa portavit Embrionem in p⌊eccatis existentem. Ego non iam
disputo de vitio coniugii, sed f⌊ructu ventris. quaelibet mater nutrit impium
hominem, qui est simpliciter iam peccator, et nulla mater pium hominem
gestavit praeter Ih⌊esum. Iste locus in sac⌊ris l⌊iteris valde rarus.
Nescimus hunc l⌊ocum, nisi ex l⌊ege et promissionibus possimus Syllog⌊izare,
nos esse pec⌊catores. Nullus apostolorum tractavit praeter Pau⌊lum. Quare Röm. 5, 12
deus fecerit, das ghe ſein⌊en weg.[1] Sed puto, quod ista doct⌊rina manaverit
per patres ad patres. Mose: 'dicis', perdis, 'revertimini, filii.' V⌊erbum Pſ. 90, 3

5 peccato] pct 6 *über* Embrionem *steht* hominem

[1]) = *das lasse ich dahingestellt; s. Unsre Ausg. Tischr. 1, 436, 18.*

Dr] Politica tum Oeconomica officia conserventur. Quodsi qua occurrunt vicia,
ea negligenda sunt potius, quam ut iis motis publica pax perturbetur. Ergo
neque coniugia neque aliae res bonae propter certa quaedam vicia sunt
damnandae, sed respiciendum est ad causam finalem. Ea est in coniugio
procreatio sobolis, in politia est conservatio pacis. Quod si in politia causa
formalis (leges scilicet) viciosa est, si est viciosa causa efficiens, scilicet
tyrannis (nam sic iam appello), pronuncietur secundum potiorem causam,
nempe secundum causam finalem, caeterae negligantur. Sic in coniugio, si
causa efficiens, ipsi coniuges, mala est, si materia viciosa est, tolerentur hae
viciosae causae, ut servetur procreatio, pulcherrimum Dei opus et plenissimum
admirationis. Sed haec obiter diximus. Nunc redeo ad institutum.

Hic igitur versus Psalmi nos de causa peccati docet, quare simus
peccatores. Palam enim fatetur Propheta, se suo proprio, non parentum
tantum vicio, viciosum fuisse, dum gestaretur adhuc embrio in utero et dum
adhuc formaretur, ita ut mater sanguine suo in utero adhuc peccatorem
aluerit, antequam edidisset partum. Idem sentiendum est simpliciter de
omnibus, qui nascuntur et nati sunt et nascentur in hunc mundum, excepto
uno Christo. Nam quod Ioannes et alii in utero sanctificati sunt, non tamen Luk. 1, 15
hoc tollit, quod in peccatis non sint concepti, sicut etiam in adultis sancti-
ficatis spiritu et fide, caro tamen viciosa est.

Atque hic locus de peccato originis unus ex illis insignioribus locis
est, quos ratio nescit. Discitur autem, sicut alii, ex lege et promissionibus
Dei. Solus autem Paulus ex Apostolis est, qui hunc locum ex professo
magna gravitate tractavit. Forte autem ideo a reliquis Apostolis praeter- Röm. 5, 12
missus est, quod haec doctrina per manus quasi posteris tradita sit. Moses

Hs] significat nos coram deo esse ira et mortem ferre propter iram dei et quod
Pſ. 90, 8 nostra abscondita i. e. 'peccata ignota' sunt tibi valde nota et propter ista
1. Moſe 3, 6 occidis, et hinc peccata propter pomum in paradiso etc. Qualis ipse est secundum c⌊arnem, tales nos nascimur. In sac⌊ris l⌊iteris **iſts nicht** expressum.
1. Moſe 3, 15 1. Moſe 22, 18 Moses **hats recht verſtanden** et David. Mose: 'Et semen caput', [Bl. 45ᵇ] 'Et in semine'. Ex istis **geſpunnen.**[1] Ergo omnes maledicti sub capite diab⌊oli, regno, quod lucerna dei, ergo non est celestis lux, ibi rectitudo. Sed nusquam tam clare positum ut hoc loco. Ratio, quare nos deb⌊emus omnes fateri pec⌊catores et iustifi⌊care solum deum, et omnia studia. — quia totus mundus aliter sapit, nec Papa nec ego, q⌊uamquam diligentis⌊sime legi Bibl⌊ia. Audimus quidem de orig⌊inali p⌊eccato, Sed in bap⌊tismo **iſts hin weg.** d⌊icunt: si etiam homo non baptisatus, tamen habet bonam, iustam voluntatem. Sic de Ang⌊elis: decidentes de c⌊oelo amiserunt g⌊ratiam, vitam, iusticiam, et tamen habent integra naturalia. Iam velle, intelligere, **ſo wers recht**; sed velle, intel⌊ligere rectum. Manet vol⌊untas, intel⌊lectus, sap⌊ientia

*4* nos] non *9* omnia studia *mit Strich zu* omnes *gezogen* *11* Originale peccatum r

[1]) = *abgeleitet; s. Unsre Ausg. Bd. 38, 49, 21.*

Dr] quoque attingit hunc locum in sua oratione Psal. 91.: 'Posuisti iniquitates
Pſ. 90, 8 nostras in conspectu tuo.' Ibi enim non obscure significat, nos coram Deo esse in ira et ferre mortem propter iram Dei, quae inde excitatur, quod peccata nostra Deo nota sint. Horum peccatorum et irae Dei causa haec est, quod caro haec in Paradyso lapsu Adae viciata est, ut sit perverso timore et amore erga Deum et seipsum. Haec doctrina, sicut dixi, per manus tradita est posteris. Moses tamen et David etiam literis eam mandarunt, et post eos Apostolus Paulus. Sine dubio autem hanc sapientiam hauserunt ex primo praecepto et ex promissione Abrahamo facta et Adae. Ex his enim manifestum fit, quia benedictionem promittunt, hanc naturam esse sub maledictione et sub regno diaboli, in quo sunt tenebrae, odium Dei, diffidentia etc.

Continet igitur hic versiculus causam, cur nos omnes debeamus confiteri, quod simus peccatores ac omnia nostra studia coram Deo damnabilia, solus autem Deus sit iustus. Atque haec doctrina summe necessaria est in Ecclesia, neque Papa nec Turca eam credit. Nam hoc possum testari meo exemplo, me, cum multos annos Doctor Theologiae fuissem, hanc doctrinam nondum scivisse. Disputabant quidem de peccato Originis, sed dicebant in Baptismo sublatum esse et extra Baptismum in natura lumen esse reliquum, quod si quis sequatur, dari infallibiliter gratiam. Quin docebant in daemonibus quoque mansisse naturalia integra et tantum gratiam eos amisisse. Quis autem non videt, summe contraria haec esse, dicere, quod naturalia sint integra et naturam esse peccato corruptam? Voluntas

Hs] in impiis, Schw⌊ermeris, Turcis, das heiſſen naturalia, sed non bona, non intel⌊lectum illuminatum. Naturalia ſind in peccatis, totus in peccatis conceptus, natus et moriens.

9. Iulii. A⌊udistis istum locum de confes⌊sione istius originalis vel cognati nobiscum p⌊eccati, quod absconditum t⌊oti mundo et non revelatum nostris virib⌊us, specu⌊lationibus, sed potius obscuratur, defenditur. Ideo opus est verbo de c⌊oelo, quod declaret nobis, cui credentes fatemur sic habere rem, q⌊uanquam ratio pugnet cum natura in contrarium. Iste fere fuit locus difficil⌊is et obscu⌊rus in hoc psalmo et est principalis locus nostrae Theologiae, sine quo impossibile est, Sac⌊ram scrip⌊turam intelligere. Sequitur:

'Ecce veritatem dilexisti in abscondito': Latinus versus est confusus V. 8
in distinctione, non recte: 'Incerta' etc.[1] Est etiam Impia translatio vel generans impiam sententiam. Absit a Christianis, ut eorum doct⌊rina sit

[1]) *Siehe den Vulgatatext, unten im Druck Z. 31 f.*

Dr] est quidem res naturalis, sed ipsi non simpliciter de velle disputant, sed de velle bonum, idque vocant naturale. In eo error est. Manet voluntas in diabolo, manet in haereticis, hoc fateor esse naturale. Sed ea voluntas non est bona neque intellectus rectus aut illuminatus manet. Ergo si vere volumus de Naturalibus loqui secundum hunc Psalmum et secundum Spiritus sancti modum, tunc vocemus Naturalia hoc ipsum, quod in peccatis et morte sumus, quod corrupta et mala volumus, intelligimus et expetimus. Haec enim cum praesenti Psalmi loco conveniunt et ex eo probari possunt.

Haec satis sint de confessione peccati Originalis seu nobiscum nati, quod tamen toti mundo absconditum est nec revelatur viribus, rationibus aut speculationibus nostris, sed potius obscuratur, defenditur et excusatur. Ideo opus est verbo Dei de coelo, quo reveletur haec naturae immundicies seu vicium. Qui verbo credentes, confiteamur haec sic habere, etiamsi tota natura reclamet, sicut cogitur reclamare. Haec huius Psalmi, imo totius Scripturae seu Theologiae difficillima doctrina est, sine qua impossibile est Scripturam recte intelligi, sicut recentiorum somnia probant. Nunc sequitur:

## VII.

**Ecce enim veritatem dilexisti. Incerta et occulta sapientiae** V. 8
**tuae manifestasti mihi.**

Multis nominibus hoc loco Interpres, quisquis fuit, culpandus est. Nam praeterquam, quod membra versus inepte confudit, etiam impiam sententiam generat. Quid enim est, quod vertit: 'incertam sapientiam'? Absit enim a Christianis, absit a Doctore eorum, Spiritu sancto, ut incerta et

26 Qui *AB;* quin *Erl. Ausg.; vielleicht besser:* Cui, *vgl. Hs oben Z. 7.*

Hs] incerta, cum apud eos deb⌊eat esse certiss⌊ima persuasio verit⌊atis et infallibilis lux. Non magis pugnat scrip⌊tura quam contra incertitudinem etc.

'Ecce veritatem diligis in occulto, sapientiam in abscondito doce me': Hactenus audistis ipsam summam doctrinae, rem, quae fuit huiusmodi, ut agnoscatis nos totos in p⌊eccatis natos, viventes et mo⌊rientes, et iustificetis dei gratiam, qui per hoc glorificatur, dum nos confundimur hoc cap⌊ite doct⌊rinae. Iam incipit confutationem, contra omnia contraria huius doct⌊rinae, primum genere, [Bl. 46ª] deinde specie contra l⌊egem Mosi. Observandum etiam est, in hoc psalmo prophetam loqui de deo f⌊iliorum Israel. Nos hactenus deprivati, pes⌊sime confir⌊mati, qui putabamus, ista verba dicta confuse ad deum, sicut T⌊urca de deo loquitur. Omnia scrip⌊turae verba fluunt a deo revelato, quem possis palpare certo loco, verbis hab⌊ere alligatum. Sic deus f⌊iliorum Is⌊rael fuit in T⌊emplo Ierus⌊alem, promis⌊sionibus, Signis certis fuit, Sicut non constituimus vanum, nudum deum, qui cog⌊itationibus nostris etc., Sed in certis. Iudei relinquentes deum, qui se certis verbis, signis, loco, ibant alius in vallem, etc., et finxerunt et vagati sunt post suas incertas relig⌊iones. Ideo hec dico, quia hec habent magnam vim ad intel-

2 ⟨Nihil⟩ Non  7 contra *fehlt*  17 magnam] magnum

Dr] Bl. 2, 2 dubia doceat. Nam hic, si usquam alibi, debet esse plena 'πληροφορία', certissima persuasio seu veritas et infallibilis lux, qua Deus per verbum et Spiritum suum munit, confirmat et certissimas reddit conscientias nostras. Quare abiiciamus istam 'incertam sapientiam', quam imperitus Interpres significat, et quaeramus tum verba tum sententiam hujus loci propriam.

Hactenus audivimus summam doctrinae Christianae, ut scilicet agnoscamus nos totos esse in peccato positos, imo esse peccatum etiam tum, cum concipimur et formamur in utero matris. Qui igitur ad hunc modum agnoscunt suam impuritatem et reiiciunt se in misericordiam, hos consequi misericordiam ideo, quia Deus hac confessione glorificatur et promisit confidentibus in se veniam. Post hanc doctrinam sic absolutam nunc per anthitesin confutationem instituit, qua eos confutat, qui huic doctrinae contraria aut docent aut faciunt.

Observandum autem hic quoque est, quod supra monui, Prophetam non loqui de Deo absoluto, sed de Deo filiorum Israel, qui se certo verbo, miraculis certis, etiam loco certo in Hierusalem revelarat et cuius promissiones patribus factae extabant. Hic Deus non est vagus Deus, sicut Turcae Deum colunt, sed est Deus revelatus et, ut sic dicam, sigillatus, qui certo loco, verbo et signis certis se ipsum circumscripsit, ut agnosci et apprachendi possit, ne vagentur studia pietatis, sicut apud Iudaeos, qui relicto templo et verbo deligebant sibi montana et lucos et tamen volebant videri, quod Deo praestarent cultum. De tali Deo non loquitur David, et operae

Hs] ⌊ligendam scrip⌊turam S⌊anctam, quia loqui⌊tur de deo promissore et se signis exter⌊nis et locis se ostendentem, ille includit Christi promissorem. Sic Christus non excluditur. Si ille incerte cog⌊itaret de deo coeli et ter⌊rae, exclu⌊deret Christum, Sicut T⌊urca disputat de deo et habet vagas cog⌊itationes de incerto deo, Ut Papa et omnes sectarii. Ideo videndum, ne amittendus Christus prae nimia relig⌊ione.

Dicit ergo: 'Ecce, veritatem diligis': Incipit g⌊eneralem illam confutationem, quasi fingat opponentem. Num dicis de his, qui iusti? Num solus sapis? Ut hodie Pap⌊a: Nostri p⌊atres num omnes erra⌊verunt? omnes ne damnati? et incipit contentio de vocabulo Ecclesiae: non tam fortiter pro ulla re certat quam pro Tit⌊ulo ecclesiae, quia affert secum iudicium super omnes doct⌊rinas et veritatis et salutis. Ideo non tam doct⌊rinae repug⌊nant quam huic rei, quod velint dici Ecclesia. Nolunt errasse. Si irrepserunt multa scandala, abusus, tamen sumus pop⌊ulus dei! Sic Iudei fecerunt et Tur⌊cae. Quotquot volunt salvi fieri, volunt habere nomen pop⌊uli dei, Ecclesiae, et T⌊urcae max⌊ime. Illi colunt deum, quid dicis ad Illos? Ut P⌊aulus de pha⌊risaeis: laborant di⌊es et noctes, 'habent Röm. 10, 2

5 videndum *o* ne *c aus* non 17 laborant] laborat

Dr] precium est id observare, sed loquitur de Deo certo vel promissore, qui se revelavit verbo et promissionibus et signis externis. Talis Deus includit Christum futurum, quia non simpliciter seu absolute Deum intelligit David, sed talem Deum intelligit, qui per filium secundum promissiones patribus factas salvaturus sit mundum. Multum igitur interest inter Davidem, cum de Deo loquitur, et inter Turcam, Iudaeum aut Papistam. Hi enim de Deo vago loquuntur et agunt, quia hos suscipiunt cultus, qui sunt sine verbo Dei, nec haerent in externis signis, quibus se Deus in Christo revelavit. Hoc autem est plane amisisse Christum. Ego autem ideo haec admoneo saepius, ne prae nimia religione Christum amittamus, extra quem non est alius Deus colendus aut quaerendus.

Instituit igitur Propheta hic generalem confutationem, quasi habeat in conspectu aliquem, qui contra doctrinam iam traditam haec obiiciat: In genere damnas omnes, cum tamen constet multos bonos et sanctos esse, quorum vita et mores integri et sine querela sunt. Num solus tu sapis? Sicut nobis hodie obiiciunt in simili argumento: Num soli vos estis Ecclesia? Num soli habetis Scripturam? Omnis enim contentio est de nomine Ecclesiae. Id nomen quia affert secum iudicium de religione, de salute et vita aeterna, ideo furiose pro eo adversarii dimicant. Non volunt videri, quod errarint aut impia docuerint. Et quanquam negare non possint manifestos abusus, qui paulatim invaluerunt, tamen non ideo volunt de Ecclesiae nomine cedere. Sic Turca pertinaciter retinet hoc nomen, quod colat verum Deum. Sic Synagoga. Sic nostri adversarii etiam vi et armis hoc defendunt, obiiciunt

Hs] Zelum d⌊ei' et legis et student pervenire ad promis⌊siones patrum multis ceremo⌊niis, elee⌊mosynis, pietatib⌊us. T⌊urca habet multas orationes, Monachi asperum vestitum, escam. [Bl. 46b] Omnes perditi? **Wird nicht anders draus.** Quid de Carth⌊usianis, Iudeis, qui summa relig⌊ione se macerant? Et si hodie induerem cappam, plures convertere⌊m quam mea doct⌊rina, quia Mundus v⌊ult decipi et converti mendacio, quia hoc spectat: Ille vestitur grisea tunica et **ſihet ſauer.** Mag⌊istratus nihil est, fidelis mater fa⌊milias nihil est. **Das iſt** ratio huma⌊na, hanc rel⌊igionem mundi amplectitur, se diversum ostentare quam communis vita. **Das iſt** religio mundi et sap⌊ientia: Ne videatur maritus esse, femina, ancil⌊la, sed ire in ang⌊ulum et mir⌊ari contra mundum totum, et tamen velle sapientiorem omnibus. **Das ſind** Monach⌊i, Pap⌊istae et Tur⌊cae. Turcae non edif⌊icant, ergo sunt Sancti, et A multis abstinent quam Christiani, ergo sancti. Num illi omnes cum suis studiis peribunt? omnes; quia 'deus es, qui odisti mendacium'[1] etc. Q⌊uicquid est religionum praeter hanc unam, extra confes⌊sionem p⌊eccatorum

*zu 3 vor* Omnes *steht* Num *vor der Zeile am Rande* *13* A *c aus* sunt *14* odisti] odis

[1]) *Luther zitiert hier den Text; vgl. im Druck unten S. 389, 21 f.*

Dr] cultus suos et gloriantur, sicut Paulus de Iudaeis dicit, 'se habere zelum'
Röm. 10, 2
et studere vigiliis, eleemosynis, sacrificiis, orationibus, caeremoniis, asperitate victus et aliis pervenire ad promissiones patribus factas. Haec, inquam (obiiciunt nobis), an non sancta et bona sunt? Cur igitur dicis omnes esse peccatores? Cur omnes pronuncias damnationi esse obnoxios?

Respondet igitur in hoc versu fides et Spiritus sanctus, hanc esse sapientiam mundi, non esse sapientiam Dei, Ideo nihilominus veram manere hanc Universalem, Omnes esse peccatores. Mundus enim sic iudicat, esse sanctitatem, si sordide vestias, si duro victu affligas corpus et te maceres, si angulum aliquem quaeras semotum a frequentia hominum et turbulentis negociis atque ibi aliquid insolitum instituas. Haec mendacia et fucatam hanc sanctimoniam intelligit caro et admiratur. Ideo fit etiam, ut aspera vita et insolitis moribus longe citius homines capiantur quam sana doctrina et verbo. Coram mundo enim nihil sanctum est, nisi quod quam longissime a communi consuetudine vitae discedit. Hinc coelibatus, hinc monasteria, hinc monstrosa illa vestitus et victus ratio. Hinc innumerae aliae stulticiae profluxerunt, non apud nos solum, sed et apud Iudaeos olim et hodie apud Turcas, qui prodigiosissima quaeque comminiscuntur et faciunt, ut singularem opinionem sanctitatis apud suos colligant. Quanquam nihil opus est a Turcis petere exempla. Cucullatum monachum inspice et recte excute, ibi et miraberis et ridebis ea, postquam de vera et Christiana sanctitate recte eruditus es, quae adversarii nostri magnis titulis ornant et praedicant, imo

Hs] et glorificationem dei, q⌊uicquid praeterea geritur, est hypocrisis. Ergo 'veritas' accipe pro sua tota latitu⌊dine, Non veritatem in verbis, sed omnia, quae in nobis, quae vivimus, dicimus, cog⌊itamus, sunt vera solida, non fallacia, quibus non solum non fallamus mundum, sed nec nos. Politica veritas, quod aliquis vir Civilis, qui sit fucate, re vera ein ſchalck, qui est malo ingenio, Tere⌊ntius. Das iſt politica, ut sic vivas, ut sentis, ut Pompo⌊nius, Aristides, Soc⌊rates, Catho, qui das ding mit ernſt gemeint, remp⌊ublicam, Catil⌊ina falso; qui sine fraude prospicere reip⌊ublicae, das iſt veritas politica Aristotelis. Apud gentes etiam reperiri b⌊onus, fidelis mercator, qui non ho⌊mines betreugt. V⌊nſer h⌊err G⌊ott hat an der veritate nicht gnug; requirit eam, sed tamen non integra. Est altior quam; mundus ignorat, quae est 've⌊ritas in abscondito'. Politica praestatur ab hominibus, aut si non, iudicatur et docetur, ut Ar⌊istoteles, Cicero. Et totus mundus quaeritur, quod mundus sit in mendacio et fraude; illam potest ratio humana intel⌊ligere, [Bl. 47a] sed hanc non capit, quae est 'veritas in abscondito, myste⌊rio'.

4 non (2.) *fehlt*   8 prospicere] perspicere

Dr] propter quae coniugia et civilia officia negligunt tanquam impedimenta suae sanctimoniae. Hi igitur sunt, qui, cum audiunt Universalem hanc, quod omnes sint peccatores, plenis buccis obiiciunt vitam et observantias suas: Num, inquiunt, omnes nos damnabis? Num nos obiicies omnes Sathanae?

Ita, inquit Propheta, damno omnes vos cum omni vestra sapientia, cum sanctitate et iusticia vestra omni, Quia tu es Deus, 'qui diligis seu exigis absconditam veritatem'. Ita enim sonant verba in Hebraeo: Non diligis mendacium, hypocrisim et fucum. Ergo vocabulum veritatis simpliciter praecidit et damnat, quidquid praesumitur extra hanc doctrinam, item quidquid operum et iusticiae esse potest apud Turcas, Iudaeos, Papistas extra verbum Dei, istas omnes iusticias et sanctitatem istam simpliciter vocat mendacium, quod non solum non diligat, verum etiam summe oderit et execretur Deus. Neque enim vocabulum Veritas ad verba tantum referendum est, sed in genere ad omnem vitam, ut, quicquid dicimus, cogitamus, vivimus et sumus, sit certum et verax, quo non solum non fallatur mundus, sed ne nos quoque.

In mundo quoque est veritas politica, quae verbis et vita praestatur. Sed ea eiusmodi est, ut multa habeat admixta vicia. Sic Pomponius Atticus, Aristides, Socrates fuere homines veraces et sine fuco. Sic multi inter gentes fuere veri coniuges, qui fidem datam uxoribus egregie praestiterunt. Sic invenias alicubi mercatorem veracem. Hanc politicam veritatem Deus requirit et quotidiana exempla ostendunt, non impune esse, si quis aliquid contra civilem veritatem faciat. Sed neque pura est haec veritas, si spectes iudicium Dei, haerent enim in ea multa foeda vicia, et Deus longe maiorem

Hs] Maho⌊met, pono casum, quod verax politice, tamen omnia, quae egit, fuerunt Phil. 3, 6 'mendacium'. Ego scio, quod fui veraciter Monach⌊us, ut P⌊aulus: 'sine culpa in lege', war mein g⌊antzer ernſt, irascebar et indig⌊nabar, si transg⌊redi videbam ordinem. Pono, quod sim tam verax aliquis, tamen mea veri⌊tas hypo⌊crisis fuit; latebat, tamen me non potui indicare, donec revelabatur illa veritas, quae 'in abscondito', da zu v⌊nſer h⌊err G⌊ott luſt zu hat.

'Diligis': provocat hoc vocabulo odium. Alii Sancti, qui incedunt in Zelo legis dei laudabiles et sperant se diligere deum et obseq⌊ui deo etc., Illi habent hanc fid⌊uciam max⌊imam, se diligi a deo. Putant suas rel⌊igiones esse delitias dei. Ideo Emph⌊asis in vocabulo: 'Dilig⌊is', q⌊uasi d⌊icat per Anth⌊ithesin: quam exec⌊raris, quam divino odio odis istos super⌊bos S⌊anctos, qui incedunt in relig⌊ione ficticia et iustitia civili, quia iam scio, quod tibi max⌊ime displicet. Fortis⌊sima confutatio, simul tamen doct⌊rina et eruditio. Nostra consolatio, qui habemus veritatem, qui docemus, fatemur totos p⌊eccatores natos, viventes in p⌊eccato. Non possumus statuere, quod deus nos

4 veri⌊tas *o*   9 a *fehlt*

Dr] veritatem requirit; ideo addit: 'Tu diligis eam veritatem, quae in abscondito est', quasi dicat: Veritas politica, quae in mundo est, potest praestari et intelligitur saltem ab hominibus. Ideo Aristides, Pomponius magni nominis fuere inter suos. Econtra audimus quotidianas querelas de perfidia, mendaciis et fraudibus, quibus homines inter se utuntur. Sed illa veritas, quam Deus diligit, ea non est ita exposita oculis, sed est in abscondito et latet. Ergo Machomet, etsi politice fuisset verus, tamen coram Deo fuit mendax. Ego etsi vere et sine fuco monachus fui (pono enim me saepe in exemplum, sicut Phil. 3, 5 Paulus se vere Pharisaeum fuisse scribit), tamen coram Deo fui mendax propter superstitionem et hypocrisin, quam non videbam, latebat enim abscondita sub specie sanctitatis (sicut etiam veritas abscondita latet), donec per verbum argueretur, et revelaretur veritas haec abscondita.

Ad tales respicit Propheta, cum dicit: 'Diligis veritatem in abscondito', quasi dicat: Illi alii fucati sancti, qui incedunt in zelo legis irrepraehensibiles et sperant se diligi, qui pro iusticiis suis parati sunt mori et putant se ac studia sua esse Deo in deliciis, hi sunt, quos extreme odisti divino et insuperabili odio, quia tu tantum diligis absconditam veritatem, istos hypocritas et superbos sanctos, qui incedunt in religione ficta, non diligis. Ad hunc modum cum confutatione doctrinam et consolationem David coniungit. Nam nos, qui veritatem Dei gratia habemus et confitemur nos esse peccatores, Deum autem iustum esse, non possumus ita plene statuere nos a Deo diligi, sicut isti in mendaciis positi statuunt et pleno ore iactant se diligi. Imo cum videmus multitudinem impiorum ita praefractam esse et sic praesumere de iusticiis suis et Dei dilectione, saepe deiicimur animo. Sed hoc facien-

Hs] dilig⌊it. Et quando vid⌊emus impios tam securos, gaudentes in sua iniustitia, terremur, ut posset quis d⌊icere: es[1] ſey falſch. Ipsos contemnere videmus peccatum. Tu odis fucatos istos tam in doct⌊rina quam vita quam relig⌊ione quam pietate. Eorum veritas summum mendacium, relig⌊io impietas. Sed Nos sentimus p⌊eccatum, illi non, ideo non terrentur, non habent af⌊flictam con⌊scientiam. Ego, qui sentio, vexor et deum me odisse.[2] Et tamen res veris⌊sima, quod confitentes p⌊eccata deus dil⌊igit, quia ibi confes⌊sio et fides verbi, quo declaramur peccatores, i. e. veram illam cog⌊noscimus doctrinam, scilicet qua docemus conf⌊iteri coram te simpliciter peccatores, hoc placet tibi. Sed natura Abhorret dicere. [Bl. 47b] Si merum p⌊eccatum, tum deus deiiciet me ad inferos! Non veraces pec⌊catores perdit, sed qui pugnant contra hanc cog⌊nitionem, quia deus est, qui promisit filium missurum contriturum caput, vult nos salvos fieri a p⌊eccatis. Ideo requiritur, ut ag⌊noscas te damnatum et morti ae⌊ternae addictum. Das heiſt 'ver⌊itas in abscondito', theologica, non politica, quam nemo scit deo valde gratam. Sic in alio psalmo: 'Dilexisti iustitiam et perdes omnes, Non volens' etc. Impius: 'Gott ſey Pſ. 5, 5. 7 Luk. 18, 11 f.

4 Sed *c aus* Si 6 odisse] odire 15 gratam] grata

1) *Nämlich unsere Lehre.* 2) *Erg.* puto.

Dr] dum erat potius, ut lacticias et triumphos istos contemneremus et statueremus, eos esse ceu stercora in oculis Dei et abominationem, quia Deus fucum tam in doctrina quam vita odit. Ergo hypocritarum pietas est summa impietas, eorum veritas est summum mendacium. Contra, qui sentiunt infirmitatem suam et agnoscunt peccatum, hi sunt in veritate. Cur igitur pavent? Cur non confidunt, cum hic audiunt dici: Tu Deus es, qui diligis veritatem absconditam? Utrunque igitur perverso modo fit: Fucati sancti praesumunt de dilectione, cum sint in odio, Econtra, qui in veritate sunt, qui credunt et confitentur, secundum quod audiunt in verbo Dei, quod scilicet sint peccatores a tempore conceptionis et quod solus Deus iustus sit, hi de dilectione dubitant et metuunt iram, quia natura aliter non potest cogitare, cum videt peccatum suum, quam quod Deus peccatores oderit. Haec est sapientia nostra. Sed David aliam sapientiam docet, coelestem nempe, quod Deus peccatores veros non abiicere, sed diligere velit, Econtra, qui hanc confessionem impugnant et nolunt esse peccatores, eos mendaces esse et Deum odisse eos. Nam cur paveat peccator aut cur iram metuat, cum Deus miserit filium suum, ut pro peccatis satisfaceret? Non igitur de iusticia nobiscum vult disceptare, sed hoc requirit, ut agnoscamus nos esse peccatores. Haec agnitio seu confessio est veritas, non Philosophica, quam audit et videt ratio, sed Theologica et abscondita, quam tantum videt et audit spiritus. Igitur Deus veritatem hanc diligit. contra, quicquid non est in hac veritate, hoc odit, sicut alibi dicit: 'Non volens iniquitatem tu es, Deus'. Pharisaeus igitur, Pſ. 5, 5

Hs] gelobt, toties ieiuno' etc., ergo sum pius, non peccator. Tu es, quem deus
abominatur, quia deest tibi 'veritas in abscondito'; concedo eam tibi in
publico, sed nihil ad hanc. Idem est, quod sequitur:
'In obscuro sapientiam doce me.' Est eadem sententia. Ad h⌊unc
Röm. 1, 25 1. Kor. 2, 8 versum allusit, quando dicit de 'veritate dei'. Item 1. Cor. 2.: 'In abscon-
dito, quam nullus principum', Imo sap⌊ientia mundi est inimica huic, non
Matth. 11, 25 potest ei subiici. Sic Christus Matth. 11.: 'Revelasti, Abscondisti a sap⌊ienti-
bus.' Claris⌊sime habes differentiam. Non dicit: 'abscondisti hoc a stultis',
sed: 'a sap⌊ientibus et intel⌊ligentibus.' Et Pau⌊lus non dicit, quod inanes
non intel⌊lexerint hanc sapientiam, sed 'principes mundi', apud quos est
sap⌊ientia, si non in personis, tamen in consil⌊iis, quia debent imperare. Isti
omnes sap⌊ientes, q⌊uicquid est lucis, nihil intel⌊ligunt de hac sap⌊ientia.
Ideo dicitur 'sap⌊ientia in myste⌊rio abscondita', quae non revelata sap⌊ienti-
bus; nobis revelata per s⌊piritum s⌊anctum, ut sciremus. Et hoc experientia,
quare damnant nos hereticos etc. Ipsi hanc sap⌊ientiam non vident, quia
est in abscondito. Oportet nos esse patientes hanc sapientiam stultis⌊simam
hominum, quia diab⌊olus excecavit eos, Ut Iudei non pot⌊uerunt videre
2. Mose 34, 30 Sir. 28, 2 Mose⌊n. Ipsi habent locos Eccl. 55.: 'Remittite et' etc.; quae sonant de
o⌊peribus nostris, colligunt, sed nesciunt, quid b⌊onum opus et quomodo

4 *über* obscuro *steht* tate *[d. h. es ist zu lesen:* obscuritate*]* 5 *hinter* allusit *nochmals* ad hunc versum *zu 14/15* D⌊ux G⌊eorgius *r*

Dr] Luk. 18, 11 f. cum ieiunia et virtutes suas commemorat atque ideo se Deo placere statuit,
fallitur, quia Deus diligit veritatem in abscondito. Etsi igitur Politica veritas
adest, tamen nisi accedat haec Theologica, nihil nisi odium et ira Dei
relinquitur.

'Incerta et occulta sapientiae tuae' etc. Tu sic redde: 'In obscuro vel
absconditam sapientiam doce me'. Est autem eadem sententia cum superiore,
sapientia enim et veritas sunt idem, sicut Paulus quoque eadem significatione
Röm. 1, 25 utraque utitur: 'Detinentes veritatem Dei in mendacio', Rom. 1., et in
1. Kor. 2, 8 Corinthiis: 'Sapientia in mysterio abscondita', hoc est, quam nullus cognovit,
cui ratio non potest assentiri ac subiici, sicut Christus dicit Matth. 11.:
Matth. 11, 25 'Abscondisti ea a sapientibus et revelasti parvulis'. Non vocat absconditam
a stultis et simplicibus, sed a principibus mundi, ab optimis et sapientissimis,
ut nihil de hac sapientia intelligant. Ergo manifesta causa est, cur tum
veritatem tum sapientiam absconditam vocet, nam experientia id satis docet.
Cur enim Principes mundi, cur Pontifex et Episcopi Euangelion nostrum perse-
quuntur, nisi quod est abscondita doctrina haec, quam non possunt videre
1. Mose 34, 30 et ferre? Sicut Iudaei faciem Mosi radiantem ferre non poterant. Postea
hebetes suos oculos in Scripturam coniiciunt et colligunt mutilas ac non
Sir. 28, 2 sane intellectas sententias: 'Remittite, et remittetur vobis', 'Deus creavit

Hs] fiunt, [Bl. 48a] tanquam insip[ientes, et excecant et indurant se iis locis. 'sap[ientia' et 'veritas' idem, quod cognosco deum et meipsum. quomodo? ut auditum, quod deus promisit se redempturum omnes, qui sentiunt se pec[catores erga se, et quod nulla salus nisi dicendo cum p[ropheta: 'Tibi pec[cavi, ag[nosco peccatum meum, in peccatis natus', Et tu istis pec[catoribus promittis salutem et gratiam. Ista est sap[ientia abscondita et ita, ut, si praedicetur, Inculcetur, tamen abscondita, quia ratio hu[mana **kan nicht hin**[1] **an komen**, ut dicat se peccare in omnibus, quae facit. Tamen sum consul, praedicator, — Num omnia errонea? Deus non tam crudelis, ut sineret nos errare, T[urca. Oportet illa etiam bona esse! Veracia sunt, bono Zelo facta, sed non secundum 'sap[ientiam', hoc, quod b[onum coram hominibus, malum et er[roneum coram deo. Est sap[ientia in aperto et publico. Sic ego et nos, cum audimus viventes in carne, Non possum d[icere: Ego scio, quod diligis me et letaris super me, quoties hoc dica[s. etiamsi sensero peccatum, tamen scio te optime favere, quia tu diligis eos pec[catores, qui metuunt et

5 natus] natis *[Endung ist veranlaßt durch* peccatis*]* 6 promittis] promittitis

[1]) *S. oben S. 376, 17.*

Dr] hominem rectum et reliquit eum in manu consilii sui'. Huiusmodi sententias stulte urgent et insipientiam suam toti mundo testatam faciunt.

Haec igitur est veritas, haec est sapientia, quod cognosco Deum et me, quod Deus promiserit se redempturum omnes, qui sentiunt se peccatores esse, et quod nulla sit salus, nisi dicamus cum Propheta: 'Tibi soli peccavi et malum coram te feci, In peccatis conceptus sum' etc., hoc est, nisi statuamus damnatum et malum esse, quicquid ratio et voluntas est in homine. Atque haec sapientia et veritas est in occulto seu abscondita, quia, etiam cum docetur, tamen non creditur nec capitur a mundo, imo nos ipsi saepe contra hanc sapientiam pugnamus nec possumus in totum abiicere fiduciam nostrorum operum, sed sentimus, Etiamsi saepe erremus et labamur, tamen nos non errare in omnibus coram Deo. Alius se putat reprachensione carere, quia sit bonus maritus, alius, quia sine dolo in contractibus agat omnia. Turca etsi dubitare cogatur de sua religione, tamen Deum non putat tam esse crudelem, qui omnes alios perdat et nos Christianos solos faciat sapere, praesertim cum ipsi, quod ad externos mores attinet, satis [Bg. It] aspere vivant. Haec bono zelo dicuntur et cogitantur, sed sunt veritates in publico, in abscondito autem sunt mendacia. Tolerat autem Deus hanc politicam veritatem et etiam ornat praemiis propter publicam pacem, quia alioqui haec societás et vita non posset consistere, et tamen coram Deo ac in iudicio Dei haec politica veritas nos non sublevat sed oportet adesse veritatem et sapientiam illam occultam, ut confiteamur nos esse peccatores et tamen erigamus nos iterum, cum mors, conscientia et sagittae diaboli sentiuntur, et dicamus: 'Tu diligis veritatem in occulto', hoc est, diligis confitentes peccata

[Hs] Matth. 9, 12 f. sentiunt peccatum, quia illis salutem et v⌊itam e⌊ternam promisit: 'Sanis non opus medico, Iustis non opus poenitentia, sed econtra.' Ideo nos ipsi non credimus. Ideo manet sap⌊ientia in abscondito coram t⌊oto mundo, etiam in nostra c⌊arne; ratio **wird t⌊oll** et **toricht**[1] **druber**. Si caro non Röm. 7, 23 resisteret huic sap⌊ientiae, essemus in celo et paradiso, sed 'c⌊aro militat, cap⌊tivat' in sap⌊ientia carnis: Deus Oec⌊onomum non exaud⌊it, est tyrannus pec⌊catoribus. Sic ratio et con⌊scientia, inde fit turba⌊tio et inquietudo animi.

Est etiam confutatio et eadem sententia, quod ceterae sap⌊ientiae sint sap⌊ientiae, sed in pub⌊lico, fucata, impia coram deo, et eo max⌊ime, quod addit sibi fid⌊uciam et credit se placere ista sap⌊ientia. [Bl. 48ᵇ] Papa bene rexit, redegit rusticos et princi⌊pes in ord⌊inem et tremefacere potuit orbem ter⌊rarum una schedula, — sapientis⌊simum regnum, Ratio cogitur tremere et revereri maximo consilio constitutum. Sed si talis Monachis est sapientia, sed coram deo est diab⌊oli mot⌊us, quia sperant se h⌊abere sap⌊ientiam, placere deo. Extra hanc veritatem, quam confes⌊sionem et sap⌊ientiam[2], qua tu[3] solus sapiens, q⌊uicquid docetur, vivitur, est damnatum, quia tu non

8 *über* ceterae *steht* relig⌊iones 10 *nach* placere *nochmals* se 16 sapiens] sapies

[1]) = *verrückt, wütend.* [2]) *Erg.* nos dicimus. [3]) *Nämlich Gott.*

[Dr] et credentes promissionibus tuis, quod talibus velis esse misericors. Atque etiam in hac parte est sapientia et veritas illa occulta, quod animi non possunt se erigere, ut in peccatis suis credant se diligi. Ad hunc modum et nostra conscientia et mundus arguunt, hanc sapientiam in utranque partem valde absconditam esse. Nisi enim etiam in credentibus ratio huic sapientiae resisteret, nihil obstaret, quin haec vita nobis Paradysus esset, plena gaudio et leticia. Sed caro etiam in sanctis manet caro et reclamat spiritui et verbo ac sentit Deum peccatores non solum non audire, sed etiam odisse. Haec Röm. 7, 23 est sapientia carnis, ut saepe iam dixi, 'militans' contra hanc absconditam sapientiam spiritus.

Est igitur hic versus confutatio quaedam, quod caeterae quidem sapientiae et veritates in mundo sint manifestae et publicae ac coram mundo fuco suo vendibiles, sed coram Deo impiae et mendaces et stultae, maxime si fiducia aliqua accedat, Hanc autem solam et veram veritatem esse, sed absconditam, confiteri, quod solus sit Deus iustus et nos peccatores et quod peccatores agnoscentes suam miseriam et confidentes misericordiae non velit abiicere pro merito, sed ex gratia salvare. Extra hanc veritatem quicquid docetur, creditur, vivitur et geritur tanquam ad salutem aeternam meritorium aut promotorium, ut sic dicam, est damnatum, quia Deus tantum diligit sapientiam absconditam et coelestem. Sic enim dixi textum reddendum esse, ut non sit 'incerta' sapientia nostra, sed certissima, et tamen mystica seu in mysterio abscondita, quam ratio non intelligit, nisi a Spiritu

Hs] diligis an den euſerlich⌊en iustitia, sap⌊ientia, sed in veritate abscondita et sap⌊ientia oc⌊culta. Ideo ſols nicht heiſſen 'incerta', sed certissima sap⌊ientia est, quam ratio h⌊umana non capit, quia omnes sap⌊ientiae humanae sunt incertae. Mundus est 'procella fervens maris', ut Esa. Leges hodie valent, Jeſ. 57, 20 cras non, mutantur mores. Sic sap⌊ientia mundi. Nostra est certa, quia est extra mundum, sed coram deo certa, stabilis et firma. — Quare iam incipit petere? vertit totum psalmum in preces. Nisi iam haberet, non posset petere. Qui potest plena f⌊iducia dicere: 'Tibi' etc., 'in absconditо', habet fidem, quia sunt verba fidei et istius Confes⌊sionis. mundus audivit se natum in orig⌊inali p⌊eccato, sed non credit, alioqui desperaret, quia ratio: si, ergo non spes salutis. Ideo recta sap⌊ientia in abscondito. Natura pii plus sentit irae, iudicii quam redemptionis etc., Impius fere nihil irae, sed favorem. Monach⌊us iactat suam gloriam simillimam Christi. Ideo pius, cum ceperit apprehendere hanc sap⌊ientiam, non potest cessare a precib⌊us. Zach⌊arias: Sach. 12, 10 'precum'. Si credit se pecc⌊atorem et deum iustif⌊icatorem, tum sentit p⌊ec-

5 certa] incerta   8 absconditо] abscondita   *10* si *mit Strich zu* orig⌊inali *gezogen*

Dr] sancto illustretur. Ad hanc sapientiam si mundi sapientias conferas, videbis eas incertas et fluctuantes esse instar maris. Quid enim in mundo stabile aut firmum est? Nostra autem sapientia ideo stabilis est, quia est extra mundum in Deo posita et verbo eius.

Sed hic id quoque monendum est, alteram huius versus particulam esse ceu precatiunculam. Nascitur autem inde quaestio: Cum hanc absconditam sapientiam iam ante habeat, cur eam petat. Nam qui potest canere: 'Tibi solum pecco, tu autem solus iustus es', iste profecto hanc mundo V. 6 absconditam sapientiam iam habet et novit, non solum quod ad cognitionem peccati attinet, sed etiam quod attinet ad cognitionem gratiae, nam alioqui desperaret. Cur petit igitur? Cur dicit: tu absconditam sapientiam mihi notam facies, cum iam antea eam habeat notam? Respondeo: Pius plus peccati quam gratiae, plus irae quam favoris, plus iudicii quam redemptionis sentit. Contra impius fere nihil irae sentit, sed sic est securus, ac si nulla usquam ira, nullus usquam vindex iusticiae Deus esset. Hoc autem in illis maxime accidit, qui aliquam religionis speciem sequuntur, sicut Franciscani impie gloriantur suam religionem vitae Christi similimam esse, ideo in ista securitate nihil orant. Econtra pius, quanto sentit magis suam infirmitatem, tanto in oratione magis est assiduus. Ingreditur enim simul cum ista sapientia continua oratio. Quia enim sensus peccati non cessat, ideo etiam gemitus et oratio non cessat, qua petitur perfectio huius sapientiae. Haec oratio non est 'Battologia', sed ardens desyderium contra illam pugnam carnis, quam Matth. 6, 7 sentimus, ut, sicut abundat sensus peccati, ita etiam abundet sensus gratiae et consolatio spiritus. Ideo etiam in Zacharia coniungitur 'spiritus gratiae et Sach. 12, 10

Hs] catum et non cessat gemitib[us. Primitias habet etc. Non tantum habeo,
Matth. 6, 7 quantum vellem. Ideo ista cog[itatio **bringt** orationem **mit**, illam veram, non
'Multilo[quium', [Bl. 49ª] ut potest **man an ſtaunen**, Scilicet: velim lib[enter
credere ex corde, utinam nulla in me pugna carnis! donec sentimus p[eccati
morsum, non cessat gemitus. Et haec ratio, quare pii semper loq[uantur, quasi
non hab[erent gratiam. Et sunt verba non pec[catoris sed Sanctis[simi viri,
quia ag[noscit p[eccatum suum. Veraces S[ancti, qui habent veritatem in
Luk. 18, 13 abscondito, sic loq[uuntur: 'Propicius mihi pec[catori.' Et nisi haberent iam
propicium deum et r[emissionem p[eccatorum, non possent hec verba dicere,
Luk. 18, 12 sed sicut pha[risaeus: 'Ieiuno bis.' Hoc ideo dico, ut non relinquatur scru-
pulus, quare ille petat, quasi impius possit impetrare, sed pius, qui **hat**
gustum huius doct[rinae; iste provocat maiorem sitim, mundus, c[aro, dia-
Röm. 8, 26 b[olus resistit. Ideo manet ibi 'gemitus' cordis, quem nullus homo potest
'exprimere'. Maior ille gemitus etc. Coepi gustare illam sap[ientiam, da, ut
Phil. 3, 12 **feſt 'ergreiffe'**. Ibi vides eum confiteri istam maliciam c[arnis. Mundus non
sentit etc. In aliis videt omnia, impietatem etc. Sed cum seipso habet
**auch zuthun**, quod non potest credere.

V. 9 'Asperges': Confutavit hoc genere q[uidquid rel[igionis, sap[ientiae
extra Christum. Iam ad spiritualia it et **greifft dem Moſe yhn den bard.**[1]
4 Moſe 19, 9 Numeri, Ubi mandatum occidi vacca[m rufa[m et eius cineres colligi, qui

2 vellem *c aus* vellet 3 ut *vor der Zeile* 12 gustum *c aus* gustus 20 vac-
ca[m] vaca

[1]) *Sprichw.,* = *rügt, korrigiert; vgl. Unsre Ausg. Bd. 17, 390, 18.*

Dr] precum'. Pii enim semper loquuntur, quasi sint peccatores, sicut sunt etiam,
sed quia in veritate sunt, diliguntur a Deo et sunt in gratia. Hic autem
sensus gratiae quia infirmior est propter carnem, ideo etiam cum habent
remissionem peccatorum, tamen remissionem peccatorum orant et gemunt.
Luk. 18, 11 Contra securi peccatores dicunt: 'Ago tibi gratias, quod non sum sicut
caeteri', sicut ille apud Lucam.

Haec est causa, cur pius petat gratiam, qui iam coepit esse pius et
habet gustum huius doctrinae. Hic gustus provocat maiorem sitim, nam
animi nondum acquiescunt in primiciis spiritus, sed libenter haberent pleni-
Phil. 3, 12 tudinem, sicut Paulus dicit: 'Nondum apprachendi necdum perfectus sum,
sed sector, si apprachendam, sicut apprachensus sum', Philipp. 3. Ad hunc
modum David hic etiam facit, quasi dicat: Scio te diligere istam veritatem,
quam in me coepisti, fac modo, ut certius apprachendam et ne dubitem.
Confitetur enim maliciam carnis nostrae, quod, etiamsi mundus cum molestiis
et occupationibus suis non esset, tamen nos ipsi nobis adversamur et pugna-
mus contra hanc sapientiam. Nec vult caro nostra id credere et ei assentiri,
quod docemus et dicimus.

Hs] cinis immersus aquae, — erat benedicta, quae reservabatur apud sacerdotes;
et Pap[istae hinc; haec fuit Iudeis necessaria. Ubi, quotiescunque pollutus, 4. Moſe 19, 12
spergebat se ista aqua. Sic nos fecimus mit quot[idianis pec[catis. In Exo. 2. Moſe 24, 8
mit dem sanguine. 'Si vitulae sanguis', In Eb[raeos. In Iudais[mo nhemen Hebr. 9, 13
ſie hyso[pum cum lana et omnia utensilia spargebant. Das wird er hie her
ziehen et wird dem legi in das maul greiffen[1] et significare, quae legis fuerit
aspersio.

[Bl. 49b] 16. Iulii.] A[udistis prox[imo versu, quomodo spiritus d[ei damnet
in universum omnes iusti[tiarios, sapientes, veritates et stult[itias; unam
illam veritatem, quae est in abscondito, et sap[ientiam, quae est in myst[erio.
Sic tractandum est p[eccatum, ut non quaeratur remedium nec pax con[scientiae
ullius speciei, generis. 'Neq[ue ex vol[untate c[arnis' etc. Q[uidquid poterit Joh. 1, 13
vir, sua S[anctitas, sap[ientia nihil ad rem, quia ipse dilig[it sap[ientiam in
abscon[dito, abscondita univer[sa sap[ientia, intellectus. Iam descendit in
par[tem, ad iustitiam illam S[pecialem, quae est legis d[ivinae. Illam etiam
refutamus sicut illam generalem insticiam quantumcunque. Mera toni[trua,
quae absterre[re debent a insticia Monach[orum et fanati[corum hominum, ut
Sac[ramentariorum et Anab[aptistarum.

'Asperges' etc. Ich weis wol, qui rein ſol werden et nive albior: si
tu me asperseris. Nota est hist[oria in lege M[osi de aspersione, Exo. 15., 2. Moſe 29, 21

8 dammet] dã t    11 abscondita] absconsa

[1]) Vgl. S. 396, 19.

Dr]

## VIII.

**Asperges me, Domine, Hysopo, et mundabor; Lavabis me, et super nivem dealbabor.** V. 9

Hactenus in genere damnavit Propheta omnes insticias, sapientias et
veritates et praetulit illam unicam veritatem, quae est in abscondito, seu
sapientiam, quae est in mysterio, quae confitetur peccata et sperat miseri-
cordiam Dei iustificantis peccatores, sicut Iohan. 1. eadem sententia est:
'Quotquot eum receperunt, his dedit potestatem filios Dei fieri, his qui Joh. 1, 12f.
credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, non ex voluntate carnis,
non ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.' Ibi in universum damnat,
quicquid ratio et quicquid vir, hoc est, quicquid omnes homines sua natura
et viribus suis, sine spiritu sancto praestare possunt, et relinquit tantum
fiduciam in nomine Ihesu. Huic generali confutationi iam subiicit confuta-
tionem specialem insticiarum legis seu Mosi, quod aspersiones Mosaicae nihil
sint nec Moses recte aspergat eos, quos vult sanctificare, sed alia longe
potiore aspersione opus esse.

Habuit lex varias aspersiones, quae fiebant cum Hysopo et lana, sicut
notum est ex Exodo, ubi Sacerdos et omnia utensilia sacra aspersione quasi 2. Moſe 29, 21
consecrabantur. Eius consecrationis haec fuit causa, ut non solum dicata

Hs] Ubi M⌊oses aspergebat vestes, vasa et lib⌊rum legis cum taber⌊naculo, et erat ibi aspersorium, hysopus, lana, coc⌊co involutus. Das hies sanctificare taber⌊naculum, significabat sanctif⌊icationem istorum vasorum et libri et receptionem in sanctimoniam dei, ut essent sine propha⌊natione, q⌊uidquid praeterea ipsi sparg⌊erent, sacrificarent in montib⌊us, vallib⌊us, erant o⌊mnia prophana. hoc 1 tab⌊ernaculum erat S⌊anctitatis istius, vasa s⌊ancta et consecrata, quia mandatum dei: consecra! ideo deb⌊ebant habere tantum ista sacra, et nulla; fuit ein pulchra maiestas, colere istum taber⌊naculum, vasa propter mandatum dei, ut nulli liceret limo etc.; etiam Reges non ausi attingere;
2. Kön. 15, 4 f. Az⌊aria percussus lepra. Et tamen hic dicit, quod non sanctificaverint etc. Aspergebatur etiam cinere rufae vaccae, quae fuit, ut apud nos, ut aqua bene⌊dictionis, per quam delerentur p⌊eccata venialia et post contritionem et Confe⌊ssionem reatus mort⌊alis pec⌊cati. Aquam consecrari non est malum, sed eis trib⌊uere, quod deus non trib⌊uit suis sanctif⌊icationibus, hoc est
1. Tim. 4, 5 impium. P⌊aulus commendat: 'Sanctificatur' etc., etiam uxor et coniug⌊ium, p⌊anis et vinum, vestis, corpus sanctif⌊icatur, sed non ibi r⌊emissio p⌊eccatorum. Si comed⌊itis et bib⌊itis, post benedicite, non r⌊emissionem p⌊eccatorum accipis etc. Ideo tribuere r⌊emissionem p⌊eccatorum, si asperseris te aqua, hoc est additum diab⌊olicum. Alioqui [Bl. 50ª] non impugnaremus. Quare non trib⌊uere placet in papa⌊tu, Si d⌊ivina consecratio, quae mandata

*10* ⟨Erat⟩ Et

Dr] sacris usibus in profanos usus non converterentur, sed ut populus sciret, in tabernaculo omnia sancta et consecrata esse atque ideo alia sacrorum loca omnia prophana duceret et fugeret. Haec consecratio vasorum praecipua causa fuit, quae apud Simias nostras, hoc est, Papam Mosi exemplo consecrantem templa et vasa nullum plane locum habet, praeter hoc, quod stulta imitatione, non ex certo Dei verbo instituta est.

4. Mose 19, 9 Aliud aspersionis genus est Num. 19. 'ex cinere vaccae ruffae', quam vocarunt 'aquam expiationis'. Unde Simiae nostrae aquam benedictam in Ecclesiam invexerunt, quam ceu alterum Baptismum commendarunt hominibus ac tribuerunt ei vim aliquam ad peccata venialia abluenda et fugandum daemonem. Inde mille superstitionum formae enatae sunt, quas delirae aniculae confinxere. Etsi autem creaturam benedicere simpliciter malum non
1. Tim. 4, 5 est, 'sanctificantur enim omnia verbo' et sanctis omnia sunt sanctificata, tamen ea insignis impietas est, tribuere sic sanctificatis creaturis, ut aquae, sali etc., aliquam iustificationem. Quia, si illa in lege divinitus mandata consecratio non habebat fiduciam aliquam remissionis peccatorum aut conscientiae consolationem, sed tantum erat ritus ad externam sanctificationem institutus, ut esset differentia inter vasa sancta et profana, quid tribuemus Papistarum consecrationibus sine verbo, sine causa omni confictis? Istius populi religio

Hs] Mos⌊i, non potuit re⌊missionem dare p⌊eccatorum, sed tantum erant ritus, quos
servabant ad purg⌊ationem exteriorem, ut esset differentia inter sacra vasa
et propha⌊na et persona⌊s, Nisi, ubi casus necessitatis, ut David comedebat etc. 1. Sam. 21, 7
Das ſind ceremoniae geweſt exter⌊ne pop⌊ulum sanctificandum. Tollit hic
uni⌊versum sacerdotium cum suis ritib⌊us, consecrationibus et negat eos
posse consecrari. Et het verdint, ut eum occid⌊erent, quia insaniebat iste
pop⌊ulus in istis consec⌊rationibus, ut nos in nostra opera. 'Tollite sacrificia Jeſ. 1, 13
vestra' etc. Et vol⌊unt per ea purgare peccata. In hoc non erant ordinata,
et ipsi wollen ſo haben. 'In sacri⌊ficiis', ps. 50., was ghet mich euer Reuchern[1]? Pſ. 50, 8
Posui ista in discretionem omnium g⌊entium etc. Et inter vos discrevi levitas
et laicos etc. Est adhuc alia sanctificatio, quae dicitur: 'In semine tuo' etc. 1. Moſe 3, 15
'Ipse portabit', Esa. 53; 'semen mulieris' in fut⌊urum Christum promiss⌊io. Jeſ. 53, 4

8 ea⟨m⟩ *11/12 eine Klammer am Rande, zu* promiss⌊io *Z. 12 gezogen* 12 ⟨p⟩ in

[1]) *Erg.* an.

Dr] tota divina voce erat conclusa ad tabernaculum, in quo propiciatorium fuit.
Ibi habebant certum testimonium verbi, Deum accepturum sacra et auditurum
preces eorum. Ad hunc locum magis commendandum hominibus et ad
abducendos animos ab idololatria, quam committebant, qui alio in loco sacra
faciebant et aliis utensilibus sacrorum utebantur, tum templum tum vasa
templi divino mandato iubebatur Moses consecrare. Novi Testamenti alia
longe conditio est. 'Non enim in isto monte tantum', sed in omni loco colitur
et 'adoratur Deus in spiritu'. Deinde sacrificia omnia consummata sunt uno Joh 4, 21. 24
sacrificio Christi. Nec nos in coena sacrificium, sed memoriam sacrificii per
Christum facti retinemus et, quod tum Christus sacrificavit, nos secundum
ipsius verbum non sacrificamus iterum, sed distribuimus fidelibus. Igitur
tum templa tum vasa non sunt consecranda, siquidem non solum non habemus
verbum Dei, quo hoc iubeamur, sed ne causa quidem est, quae in lege fuit.
Loquitur igitur Psalmus in genere de lotionibus et mundationibus
Mosaicis et simpliciter negat eas valere ad iustificandum, Sed requirit aliam
mundificationem, quae non fit Hysopo et aqua expiationis, sed per misericordiam Dei ignoscentis peccata. Haec doctrina sine dubio plurimos offendit,
nam Prophetarum conciones clare ostendunt, quanta insania sacrificandi
agitati sint, quod volebant per ea expiare peccata. Hinc etiam vigentibus
adhuc sacris ex mandato Dei, tamen acerrimae Prophetarum conciones contra
sacrificia fiebant, in quibus Deus manifeste dicit, se illa sacra, quae instituerat,
non velle, sicut Esa. 1. et Psa. 50. cernitur, quia non erant hoc consilio a Jeſ. 1, 13 Pſ. 50, 8
Deo instituta, ut per ea peccata tollerentur, hoc enim unius perfecti et consummati sacrificii Christi fuit, sed primum pertinebant ad hunc populum
discernendum ab omnibus aliis gentibus, ut constaret de populo, ex quo

Hs] Interim, dum hab⌊ebant hec promissa de Christo, deb⌊ebant sic exter⌊ne vivere et habere quasdam notas, quibus scirent se observare deb⌊ere ista et exp⌊ectare Christum, sed non fecerunt. Ideo p⌊ropheta pet⌊it asper⌊sionem ab ipso deo et lotionem ab ipso. Respond⌊erunt Levita, sacer⌊dos: Quid, d⌊omine Rex, petitis? Num non hab⌊etis sang⌊uinem. hys⌊opum? Damnatis illa? Omnia inutilia, polluta, inquit. Si vel⌊itis animam et cor cum istis lavare, — vasa et corpora lavate, ad con⌊scientiam, puritatem cordis nihil est. Item expecto aliam ablutionem. Ergo David hic manifest⌊us hereticus, blas⌊phemus et sacrilegus in S⌊anctam leg⌊em M⌊osi, Ut ipsi puta⌊verunt, quia usi lege ad pla⌊candum deum, abluendum p⌊eccatum. non, quia ista ablutio eis promissa in Christo. Christus semper fuit remissor p⌊eccatorum, quam praeteritorum, praesentium et fut⌊urorum; qui credimus in

5 hys⌊opum] hyp⌊ *[Schreibfehler: die Hand war an das häufige* hyp⌊ocritae *und dergl. gewöhnt]* 7 lavare *c aus* p⌊

Dr] nasciturus erat Christus, Deinde profuit ista exercicia sic instituta esse, ne sibi fingerent proprios cultus; ita enim est haec natura, non potest esse sine cultu Dei. Cum igitur non habet verbum, ea comminiscitur, quae tum gentilium tum Papae exempla ostendunt. Iudaei igitur, cum in templo, divinitus ad sacra destinato, sacrificarent, norant se externum cultum Deo secundum verbum suum praestitisse. Sed externus cultus non prodest ad salutem. Restabat igitur verus et certus cultus interior, scilicet fides in futurum Christum seu in semen benedictum: hic cultus erat et Deo gratissimus et ad salutem necessarius. Iam maior pars hoc cultu neglecto sacrificiis volebat salvari. Contra hos Prophetae clamabant et cultum externum sine interno damnabant, ut docerent, primo credendum esse in benedictum semen, deinde etiam illa externa exercicia legalis cultus praestanda esse. Ideo Propheta his obmissis, imo abiectis aspersionibus legis aliam aspersionem et Hysopum alium petit a Domino. Hic sine dubio audivit ab aliis: Domine Rex, quid petitis? vultis ablui et mundari? Cur non utimini lotionibus a Mose praescriptis? Num eas contemnitis ceu inutiles? Cur igitur divinitus sunt praeceptae? Non enim Mosi sed Domini mandatum est. Sed David palam ostendit lotiones illas inutiles et pollutas esse, si quis per eas animam seu cor velit purgare; posse mundari vestes, ut vivat populus in externa sanctimonia, sed ad puritatem cordis et bonam conscientiam alia aspersione opus esse.

Ergo haec manifesta est confutatio contra depravatores legis, qui lege volebant uti ad abluenda peccata, cum ea ablutio peccatorum promissa esset non in operibus legis, sed in semine benedicto, quod credentes expectabant.

17 divinitus *B und Erl. Ausg.*] dum intus *A*

Hs] praeteritum, habemus eundem, qui fut⌊urus, etiam in praesentem. Ergo faciatis arg⌊umentum ex hoc text⌊u, ut ad Eb.: 'Si sacrificium L⌊eviticum Hebr. 7, 11 valet, quare' David 'secundum ordinem Melch⌊isedech?' [Bl. 50ᵇ] Item si vale⌊ret cinis ovium, quid petit P⌊ropheta etc.? Ideo concludit universum ritum l⌊egis fuisse inutilem et pernitiosum, si vel⌊int mundare per hunc. Concedit eis aspersiones et lotiones, sed mundari per haec coram deo, ut me deus ſchoner halt quam nivem. Da ſcheiden ſich lex et E⌊uangelium. Lex praecipit, ut sit pop⌊ulus sacer suo deo. Sed coram se in spiritu, in inter⌊no tab⌊ernaculo, ubi deus est in propiciatorio, da kompt altus sacer⌊dos unus. Ibi tantum una oblatio, unus ingressus per 1 sacer⌊dotem. Concludit iste versus: Necesse est habere aliam asper⌊sionem ad mundiciem cordis, quam fuerunt omnes asper⌊siones, ritus vet⌊eris test⌊amenti. ergo vos Iudei legit⌊ime utamini vestris etc., vel exp⌊ectetis ruinam uni⌊versae relig⌊ionis vestrae. Si, adhuc accip⌊eremus, hodie permit⌊teremus. M⌊oses et David sint istis cere⌊moniis usi, nullo[1] ut per eas iustif⌊icarentur, sed ut significarent se in fide et

[1]) *Erg.* modo.

Dr] Nam peccatorum remissio omnibus seculis fuit eadem, 'Christus enim hodie Hebr. 13, 8 et heri'. Igitur illi fiducia Christi venturi, nos fiducia Christi exhibiti, passi et glorificati salvamur et remissionem peccatorum accipimus. Ergo idem argumentum hic indicat David, quod Epistola ad Hebraeos usurpat, cum sic disputat: 'Si sacerdotium Leviticum satis est ad remissionem peccatorum, Hebr. 7, 11 cur promittitur aliud sacerdotium, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech?' Ita hoc in loco, Si aspersio aquae expiationis valeret ad abluenda peccata, non peteret David aliam aspersionem. Quia autem petit aliam aspersionem et Hysopum alium, ergo sequitur universum cultum legis non solum inutilem, sed etiam perniciosum esse, si quis addat opinionem iusticiae. Relinquit igitur, ut laventur Iudaei secundum legem, sed legitime et quatenus lex permittit, ut scilicet populus sit sacer suo Deo sanctimonia externa, sed non coram Deo in spiritu; nam ad eam sanctimoniam spiritus, quae coram Deo sanctimonia est, opus est alia aspersione, quae non est ex sanguine vaccae aut aqua expiationis, sed ex sanguine Christi et fide in Christum.

In eo igitur posita sunt omnia, ut legitime utantur aspersione Iudaei aut expectent ruinam salutis et totius legis. Nam quod simpliciter ad opus attinet, posset servari adhuc aspersio illa Mosaica, si haec duo capita salva essent: Primum, ut crederetur in Christum iam exhibitum et non in Christum futurum, sicut sub lege; Nam pii in lege ideo aspergebantur, ut faterentur et testarentur se esse in fide verae aspersionis per Christum futurae; Secundum, si aspersioni illi non tribueretur iusticia, sed aspersi sentirent se non uno pilo meliores esse coram Deo post illam aspersionem, quam ante. His

Hs] iustif⌊icatione veri aspersoris, qui cum venerit, non curassent unum pilum legis nisi propter Cha⌊ritatem. Sic etiam hodie possem propter Iud⌊aeos, sed ista non servarem propter Christum propiciandum et ne pilo fio melior. Ideo ista rel⌊igio redacta in nihilum, quia non expectab⌊ant per hec Christum et iustitia propria, ideo muſts zu boden ghen, quia hilfft ad blasphemandum Christum et factum eius. Sed Gott: antequam meus Christus eradicetur, ehe muſts. ita periit lex non propter suum vitium sed populi. David distinxit hoc clare. Nulla iustitia l⌊egis, taceo omnium aliarum, etiam mei pop⌊uli; quamq⌊uam habet notas sanctimoniae, tamen iis omnibus aspersionib⌊us adimo iustif⌊icationem cordis; quaero nunc spiritus etc. Das iſt contra
1. Petri 1, 2 l⌊egem geredt. Pet⌊rus: Est 'aspersio sang⌊uinis Christi'. Quicunque audimus verbum dei, aspergimur sang⌊uine Christi, quia vox docentis Euangelium est aspersorium. Intingit suum verbum in sang⌊uinem Christi et sic spargit s⌊anguinem Christi per E⌊uangelium in totum mundum. Qui non credit, est quidem aspersus etc. Vox est humana, et tamen spargit etc. Sic aqua est aqua, et tamen lavor in sang⌊uine Christi, quia profertur verbum passionis Christi in baptizatum.

[Bl. 51 a] Ideo David istam petivit aspersi⌊onem, quam habemus impletam,
2. Sam. 12, 13 iste fut⌊uram, quia etiam audivit a Natan: 'Transtulit'. In promis⌊sione

4 non *fehlt* 10 spiritus *mit Strich zu* aspersionib⌊us *Z. 9 gezogen* 15 Vox *c aus* Sic

Dr] duobus salvis sine periculo posset aliquis aspergi. Sed Iudaei nostri in utroque peccant, et quod exspectant Christum, tanquam non sit exhibitus, et quod suis ritibus tribuunt iusticiam. Hoc autem est negare, Christum venisse in carnem, et blasphemare nostram coelestem iusticiam ex fide in Christum. Haec priusquam admittamus, patiemur potius Mosen cum omnibus suis ritibus et caeremoniis perire.

Observanda igitur est haec Davidis distinctio. Nam si illa iusticia, quae in lege divinitus fuit mandata, non iustificavit coram Deo, quid dicemus nos de politica iusticia? quid dicemus de aliis operibus et cultibus, quos sine Dei mandato suscipiunt homines, sicut totus Papatus est in
Kol. 2, 23 'ἐθελοθρησκίαις', ut Paulus appellat. Quaeramus igitur aspersionem spiritus
1. Petri 1, 2 et ablutionem interiorem, quam Petrus 1. Pet. I. vocat 'aspersionem sanguinis Christi,' quo omnes aspergimur, qui audimus et credimus Euangelion Christi. Nam os eius, qui docet Euangelion, est hysopus et aspersorium illud, quo doctrina Euangelii sanguine Christi tincta et consignata spargitur in Ecclesiam. Huic verbo qui non credunt, sunt quidem aspersi, ideo etiam sanguis Christi et verbum Christi eos iudicabit, sed incredulitas facit, quominus abluantur. Ad hanc aspersionem pertinent Sacramenta, Baptismus et Coena Domini, utrinque enim aspergimur sanguine Christi. Nam et in

Hs] fut⌊uri Christi pronunciata ei r⌊emissio p⌊eccatorum. Las mich aſpergiret werden Christi futuri, qui lavabit nos sang⌊uine proprio, ut audiam istud verbum et credam. Etsi impii verbum aud⌊iunt et non credunt, tamen nihilominus est verbum verum, nomen etc., habent 'asper⌊sionem sang⌊uinis' Ebr. 12, 24 in suam pernitiem etc., Sic Ep. ad Eb. Nostra lotio est aud⌊ire et cred⌊ere v⌊erbum gratiae per Christum med⌊iatorem, qui nos red⌊emit suo sang⌊uine. Das haben ſie ſo wol gehabt ut nos. Eadem esca, potus, aspersio, cibus, Nisi quod cred⌊imus venisse, illi expectab⌊ant. David simpliciter revocat ab o⌊mni iusti⌊tia, sive Civilib⌊us, Mos⌊aica, et relinquit nullam salutem, opus pla⌊candi deum. si debet placari, medium unicum: aspergi sang⌊uine Christi, baptizari in sang⌊uine Christi et absolvi per verba sang⌊uinis Christi. Quomodo? quia habuit eundem Christum morientem, resur⌊rectum, hab⌊uit in fut⌊uro, quem nos in praesente. Ideo hab⌊uit eandem fidem in Christo, ideo idem fecit Christus in ipsis quod in nobis. Sic vellem iustificari, scilicet verbo fidei. Hec sepe dico, — quia carnis tentatio, — ut simpliciter sciamus, coram deo nihil valere satisf⌊actionem,

---

*1* aſpergiret] aſpergirit *10* deum *c aus* deo

Dr] Baptismo baptizamur in mortem Christi et in Coena distribuitur Ecclesiae sanguis et corpus Christi. Sic in ministerio verbi audimus etiam hanc aspersionem, quod Christus satisfecerit pro peccatis mundi. Neque hic aliud restat, quam ut, sicut audimus haec in verbo et sicut in Symbolis fidei nostrae offeruntur et exhibentur nobis, ita firmiter credamus et erigamus fiducia huius aspersionis animos nostros.

Neque hic inter praesentem Ecclesiam fidelium et illos in lege aliud interest, quam quod isti hanc aspersionem futuram credebant nos credimus eam exhibitam et consummatam esse. Atque haec summa est huius versus, quod David primum illas legis mundationes abiicit tanquam inutiles ad iusticiam, Deinde petit aspergi verbo fidei de Christo venturo, qui aspersurus sit sanguine suo Ecclesiam suam. Hoc verbum orat, ut audire et credere possit, sicut sequentia clarius ostendent. Hac fide servati sunt sancti in veteri Testamento, sicut nos quoque servamur, quanquam nostra conditio longe melior est, quod haec in clara luce videmus. Nec tantum in verbo audimus, sed involuta symbolis accipimus, in Baptismo et Coena. Ideo Christus dicit: 'Multi Reges et Prophetae optarunt videre, quae vos videtis'. Matth. 13, 17 Eadem tamen fides utrinque est, qua salvamur nos et illi. Quare si quis interroget, quomodo David possit petere hanc aspersionem sanguinis Christi nondum impletam, facilis responsio est, Eandam aspersionem semper in mundo fuisse, qua credentes a peccatis sunt abluti, nempe aspersionem per sanguinem Christi; tantum esse differentiam temporis, quod ipsis futura, nobis exhibita et praeterita sit aspersio illa. Quam si qui per incredulitatem non accipiunt, non ea sanguinis Christi, sed incredulitatis culpa est.

Hs] opera, legem. Ego docere[1] possum, implere non, quia Civilis iustitia, l⌊ex Mo⌊saica impedit me et familiaritas carnis, quia video, quod omnes pec⌊catores civiliter puniuntur. Etiam in mea con⌊scientia adest etiam diab⌊olus, et succedunt impii doct⌊ores, qui eam confirmant opinionem. Qui sciret, non facile pallesceret, si obruerent cog⌊itationes de peccato. Ego peccavi; quid facies? Volo ire ad S. Iac⌊obum; — flucks in opus gefallen[2], quo volo deum placare etc. Vos incorrupti ab istis pes⌊simis op⌊inionibus, studete, ut servetis cor purum in hac doct⌊rina, Ut sciatis, ad pol⌊itiam et oeco⌊nomiam Mosen pertinere; [Bl. 51ᵇ]
Pſ. 110, 1 Röm. 10, 6 l⌊oquitur tamen, de quo: 'sede a dex⌊tera'; 'Nemo ascendit', hec est ablutio;
Matth. 17, 5 'hunc aud⌊ite'. Es hebt ſich an[3] a verbo: Iesus venit in mundum, Ipse tulit p⌊eccata omnium nostrum. Tum putatur, es ſey leicht, et quisque putat, se

2 familiaritas] fatas[4] 7 incorrupti] incorruptis

[1]) *Nämlich* fidem. [2]) = *sofort auf Werkheiligkeit geraten; vgl. Unsre Ausg. Bd. 50, 207, 27.* [3]) = *der Ausgangspunkt (für die neue Gewißheit) ist . . .; s. S. 405, 15; vgl. etwa Unsre Ausg. Bd. 45, 711, 23: 675, 35.* [4]) *Vgl. unten im Druck Z. 20.*

Dr] Haec doctrina facilis est, sed magni negocii est eam retinere et sic obfirmare animum, ut nullam satisfactionem, opus nullum, non legem, non iusticiam aliquam coram Deo valere statuas extra hanc unicam aspersionem; variis enim cogitationibus tentatur haec fides, nam et civilis iusticia non potest contemni prorsus ab humano animo, et lex Mosi, quia divinitus est praecepta, eam relinquit in animis opinionem, quod is non possit Deo displicere, qui eam iusticiam legis ad Deum affert. Deinde caro nostra et ratio nobis nimium familiaris est, ut libenter ei assentiamur. Videmus civiliter plecti facinorosos neque fere quenquam meritas poenas effugere, et credendum scilicet est, Deum, qui ista levia ita accurate iudicio suo persequitur in terra, non eadem severitate in nostra peccata animadversurum esse, sed gratis condonaturum. Huc accedit Sathan, singularis huius doctrinae hostis, et in hoc praecipue intentus, ut hanc doctrinam obruat. Difficile igitur est in eo manere fixum, quod iustificandi ratio in eo solum sit posita, ut audiamus verbum de aspersione illa et ei fide assentiamur. Nam caro in sensu peccati, sicut propter opus commissum dolet, ita etiam cogitat, quomodo alio opere id sarciat. Hanc naturam nostram etiam usus et consuetudo confirmavit. Nam ea doctrina et in Ecclesiis omnibus et in monasteriis maxime usurpata est, ut homines cogitarent de satisfactionibus pro peccatis. Tanto iuvenum hoc tempore melior conditio est, qui pravis istis opinionibus non ita sunt corrupti sicut nos, qui sub Papa viximus. Multo enim facilius hoc possunt capere, quod David hic docet, nempe satisfactiones pertinere ad Politiam et Oeconomiam, ne Mosen collocemus in coelum, sed relinquamus eum apud
Röm. 10, 6 f. Iudaeos suos in terra et in hac corporali vita. 'Unus enim est, qui ascendit ad coelos, qui etiam descendit, filius hominis et Dei, Christus Ihesus'. Hic
Matth. 17, 5 est, de quo habemus mandatum, ut 'eum audiamus'. Hic est, qui tulit peccata

Hs] posse credere, sed in terrorib⌊us diab⌊olus depravat omnes cog⌊itationes. Vidi aliquot viros, etiam ex nostris: in tempore tentationis sunt etc.; sed tempore pacis. Magnus doctor, qui hoc novit in tentatione. Timete et ne confidatis; statim scribitur et mandatur memoriae, sed res difficil⌊lima. Magni viri: Peccavi, ergo satisfaciam. Si vis, primum audi, quod Christus pro te peccata tulerit, p⌊eccata tua tum non portabis. Postea marter dich et thue whe corpori et sis satisfactor secundum carnem. Sic potes iudica⌊re in toto. Quid facit Turca suis lotionibus etc., studio purgandi p⌊eccati? Hoc est blas⌊phemare deum, negare Christum. Deus proposuit eum audiendum, laudandum, colendum. qui secus, offendit deum. Sic Pap⌊a et Monach⌊i hoc studium habent, deum respecturum eos: Vos multum orastis, Ago tibi g⌊ratias; quod non. Vade in infer⌊num, quia sic vixisti, ut blas⌊phemares meum filium, et rationem iustificationis, quam posui in filio, damnasti! Vos

---

*4* mandatur *c aus* mandant  *11* respecturum *c aus* respecturos

Dr] mundi. Haec una satisfactio, haec una ablutio seu aspersio est, qua salvamur; et principium salutis est, haec cum audis, non esse incredulum revelationi divinae, sed credere. Nam quod nova vita sequi debet, non pertinet id ad satisfactionem, sed ad debitum et obedientiam. Et quia eam Spiritus sanctus in nobis excitat, non potest statui ex ea meritum aliquod nostrum ad placandum Deum et expianda peccata, quae iam per Christum docentur expiata esse.

Sed, ut dixi, difficulter haec doctrina retinetur. Dum extra tentationem sumus, videtur esse facilis, sed cum tempus pacis abiit et sumus positi in cogitationibus irae Dei, tum experimur, quanti negocii sit, haec firmiter credere. Quare admoniti sint omnes, ne quid praesumant; doceri et audiri possunt haec et credi quoque, sed in tentatione etiam perdurare, hoc singulare Spiritus sancti donum est. Adeo proclive est labi in cogitationes huic doctrinae contrarias, de satisfactionibus et similibus Sathanae praestigiis. Quare cum auditis satisfactiones, de ea satisfactione tantum affirmate, quod vera sit, quae dicitur et est satisfactio fidei, quod scilicet Christus Ihesus portarit peccata tua. Hac satisfactione stante sola et purissima, sine ullo additamento tuarum satisfactionum, licet affligere carnem et mortificare, licet sedulo exercere charitatem, servire vocationi et omnia facere, quae ex verbo Dei possunt suscipi. Haec obedientia Deo grata et accepta est, quia fit debito fine, ut scilicet obediatur Deo, non ut instituatur satisfactio propria. Sed quid facit Monachus? quid Turca? quid Iudaeus? Suscipiunt varia opera, multa instituunt, quibus conantur servire Deo, sed eo animo et ea fiducia, ut expurgent peccatum et placent Deum. Hoc vero quid aliud est quam Christum negare, a Deo in hoc positum, ut satisfaceret pro nobis et nos pro ea satisfactione eum audiremus, laudaremus et coleremus fide? Hoc

Hs] discite, tum potestis. Irruunt quot⌊idie novae sectae, quibus conculcabant et obscurab⌊ant istam doct⌊rinam. Est quaerenda l⌊onge alia aspersio, quam possit ulla l⌊ex dare, quae est promis⌊sio. Extra omnem l⌊egem manet illa promis⌊sio d⌊ivina: Christus est pro vobis mortuus; non sunt l⌊egis, sed verba g⌊ratiae offerentis r⌊emissionem p⌊eccatorum. Aut est l⌊ex exigens, aut pro⌊missio donans, nullum medium. Si alterum, ibi pugna. Lex M⌊osaica, cessa! exactio, tu vis me cogere ad negandum sang⌊uinem, pas⌊sionem, aspersionem. Et dic: D⌊avidem non potuisse invenire asper⌊sionem, sed rogavit, ut daret aliam lotionem. Peto bal⌊neum pro emendatione conscientiae. Quare utitur verbo aspergendi, quando constat de re non est etc.? In Eb⌊raeo: 'absolves, expiabis hysopo' est metaph⌊ora vel alleg⌊oria; tota oratio fiebat per asper⌊sionem rufae vaccae vel per asper⌊sionem sacrif⌊icii,
2. Mose 24, 6 25. Exo. 'Expiare' alius gestus, 'hyso⌊po' significanter addit, quod voluerit legem **ruren**[1], ad differentiam Mos⌊aicae aspersionis. [Bl. 52a] tali hyso⌊po asperge, ut munder, lava, **mach mir ein bad**. Video multas lotiones in lege. significat[2] se petere[3] istas l⌊eges lavandi. Sed sic volo lavari, ut fiam albior.

9 lotionem *c aus nochmaligem* aliam 13 significanter] signater

1) = *berühren, treffen.* 2) *Nämlich David.* 3) = *er meine, wie* ruren *Z. 14; vgl. Z. 35 f.*

Dr] quia non faciunt isti satisfactores, sed ideo manent in monasteriis, ideo iusticias, ieiunia, preces suas retinent, quod sperant Deum respecturum eos, ideo audient sententiam patris, qua iubebit eos in infernum abiici cum ieiuniis et iustitiis suis, quibus nihil aliud fecerunt, quam ut filium Dei blasphemarent.

Ergo cum ad locum iusticiae coram Deo ventum est, ibi simpliciter omnis lex est abroganda tanquam inutilis, per quam iustificemur, et nihil admittendum est aliud quam lex spiritus seu promissio, quod Ihesus Christus est mortuus propter peccata nostra. Hoc est verbum gratiae et promissionis, quo non exigitur aliquid a nobis sicut in lege, sed offertur plenaria satisfactio per consummatam victimam Christum, quae victima Mosi et toti legi finem imposuit. [Bg. l] Ideo David imperfectam illam legis aspersionem tam libere abiicit et petit aspergi non per sacerdotem Leviticum, sed per ipsum redemptorem Deum, ut mundetur conscientia tali mundicie, quae nive sit purior.

Hoc etiam admonendum est, quod noster vertit: 'Asperges me Hysopo', in Hebraeo esse: 'Expiabis' vel 'absolves me'. Sed sententia manet eadem et potest tolerari verbum aspergendo, propterea quod expiatio fiebat per
4 Mose 19, 9 aspersionem aquae, cui adiunctus erat cinis vaccae ruffae. Haec aspersio quia hysopo fiebat, ideo hysopum David nominat, ut clarum sit se loqui contra legalem expiationem.

Sed hic oritur Theologica quaestio, quomodo possimus fieri 'puriores nive', cum tamen reliquiae peccati semper nobis adhaereant. Respondeo:

Hs] Altera quaestio: Tamen in nobis rel⌊iquiae p⌊eccati et nullus tam 'albus ut nix'. Sic responde: Nos dividimur in s⌊piritum et car⌊nem. Credens est purior quam nix in oc⌊ulis dei, non obstante, quod 'inquina⌊mentum s⌊piritus 2. Kor. 7, 1 et carnis', quo laboramus, ut ea lavemus; manet obs⌊cura cog⌊nitio, mur⌊murationes, odia contra deum, Carnis acidae scort⌊ationes. Da mit haben wir zu ſchaffen. Diab⌊olus et phanatici spiritus agunt, ut reddant, spiritus polluunt. Nos lab⌊oramus, ut servemus primitias istius puritatis. Etiamsi diab⌊olus perturb⌊at con⌊scientiam et Schwermeri doctrinam, Ibi d⌊icimus: Ego credo in Christum etc., iste, q⌊uamquam infirmus, in fide purus et albior quam nix. Etiam si non sim formaliter purus, tamen consecutus bap⌊tismum, verbum puris⌊simum, sang⌊uinem Christi, et Christus est puris⌊simus. Et sic vocor albior nive, non propter for⌊mam sed Christum, cuius est mundicies, quam consecutus sive bap⌊tismo, auditu verbi. med⌊iatoris sum, qui induit

2 responde] r—de

Dr] Saepe dixi hominem dividi in spiritum et carnem. Quod igitur attinet ad totum hominem, manent reliquiae peccati, seu, sicut Paulus appellat, 'inquina- 2. Kor. 7, 1 menta spiritus et carnis'. Spiritus inquinamenta sunt dubitatio de gratia, imperfecta fides, murmurationes contra Deum, impatientia, imperfecta cognitio voluntatis Dei etc. Carnis inquinamenta sunt adulteria, concupiscentiae, homicidia, iurgia etc. At inquinamenta spiritus per haereticos, inquinamenta carnis per reliqua scandala in mundo cumulantur, ut et spiritus et corpus polluatur. Propter haec inquinamenta igitur etsi nunquam simus ita puri et sancti, sicut nos esse conveniebat, tamen consecuti iam sumus baptismum, qui purissimus est, consecuti sumus verbum, quod purissimum est, consecuti sumus etiam in verbo et baptismo per fidem sanguinem Christi, qui profecto etiam est purissimus. Ergo secundum hanc puritatem, quam spiritu et fide habemus ex Christo et Sacramentis ab eo institutis, recte dicitur Christianus purior nive, imo purior sole et stellis, etiamsi adhaerescant illa inquinamenta spiritus et carnis; sunt enim tecta et obruta mundicie et puritate Christi, quam consequimur auditu verbi et fide.

Est autem diligenter notandum, quod haec puritas est aliena puritas. Christus enim sua iusticia nos ornat et vestit. Quodsi Christianum intuearis seclusa Christi iusticia et puritate, qualis in se sit, etiam cum est sanctissimus, tum invenies non solum mundiciem nullam, sed diabolicam, ut sic vocem, nigredinem. Porro quid Papa facit aliud in sua doctrina, quam ut separet nos a Christo, ut Baptismum, Auditum Euangelii seu promissiones Dei nobis adimat et nos relinquat solos? Hoc vero est omnem puritatem homini adimere et nihil relinquere nisi peccatum. Quando ergo dicunt: Peccatum semper haeret in homine, quomodo igitur potest ablui, ut sit nive candidior?, Responde: Homo considerandus est, non qualis in se est, sed qualis est in

Hs] nos suo candore et splend⌊ore, et sic fulgemus radiis domini nostri. Si soli, sumus diaboli. Ut diab⌊olus docuit, ut ſollen v⌊nſer k⌊raft zu hilff nhemen, separavit a Christo nos. Sic homo peccator, qui habet multas rel⌊iquias, pravas cup⌊iditates, — quomodo albior nive? Inspice eum non in sua persona, sed vide, quid ei dederit Christus, qui eum baptisavit suo sang⌊uine. Num Christi verbum, sang⌊uis non albior nive et purior sole? Quare filius in domo patris dicitur heres omnium bonorum et tamen regitur a famula? Si specto in infantulum, tum servus servorum; sed patris filium inspice. Sic non inspiciendum, ut c⌊arnem et sang⌊uinem habemus, sed induti omnib⌊us vestimentis domini nostri, in quo baptisati, in quo sumus sac⌊ri. Iam seipsum exponit.
V. 10 22. Iulii. [Bl. 52b] 'Auditui meo': Sic a principio huius psalmi aud⌊istis, quod non solum sit exemplum iusti⌊tiae in David nobis propositum, sed ipsa verba doct⌊rinae tradita et modus, quo fit iustificatio in cunctis hominibus. ipsa regula docetur, qua iusti fiant omnes pec⌊catores, quales simus omnes ho⌊mines. Confutavit praecedentibus vers⌊ibus omnes alias vias, quibus ho⌊mines conantur se reconcili⌊are per opera legis vel inventa opera. Ipse

Dr] Christo. Ibi invenies, quod credentes sunt abluti et mundificati sanguine Christi. Quis autem tam profanus est, ut neget sanguinem Christi esse mundissimum? Quid ergo causae est, cur dubitet fidelis homo de mundicie sua? an quia sentit adhuc reliquias peccati in se? At tota mundicia haec aliena esse debet, nempe Christi et sanguinis eius, non debet esse nostra, quam ipsi nobis circumdamus. An non in Oeconomia filius haeres est patris, qui tamen propter imbecillitatem gestatur, tractatur et regitur a servula? Hic si gestationem respicias, nonne filius, qui haeres est, servulae servus est, cui parere cogitur? et tamen non ideo desinit esse haeres, est enim ex patrefamilias natus, non est ex serva natus. Ad eundem modum de Christiano quoque iudicandum est et huc defigendi sunt oculi, qualis e Baptismo sit retractus, non qualis e parentibus sit natus. Nam regeneratio est potior prima nativitate, non enim est ex homine, sed ex Deo et promissione eius, quam fides nostra amplectitur, sicut Propheta iam latius ostendit.

V. 10 Auditui meo dabis gaudium et laeticiam, Et exultabunt ossa humiliata.

Non sine causa est, quod toties repeto, in hoc Psalmo non solum exemplum iustificationis in Davide experiri, sed ipsam veram doctrinam tradi, qua ratione et quo modo iustificatio fiat in omnibus hominibus, ut hic Psalmus sit ceu regula generalis, quomodo peccatores fiant iusti. Huius regulae partem proximi duo versiculi proposuerunt, in quibus confutavit universas alias vias, quibus nituntur homines se purgare a peccatis et se reconciliare cum Deo, vel per legis opera vel per alia electicia opera. Non solum enim requirit veritatem absconditam contra hypocrisin, sed etiam

Hs] dicit vero: 'Asperges' etc. Et: 'Diligis veritatem', nihil cum aliis viis. Es muſs zu ghen[1] cum verbo tuo. Iam se declarat. 'Auditui': sic asperge me, ut 'des aud⌊itui meo g⌊audium et let⌊itiam', ut mihi pax sit cordis per verbum gratiae. Emph⌊asis in verbo: Audire me fac gaudium et let⌊itiam. Ibi declarat claris⌊sime, quod r⌊emissio p⌊eccatorum et auditus consolationis fiat per verbum, auditum. Das ich mich zu tod marter cum monach⌊is, Carth⌊usianis, Turcis, abstinere usque ad effu⌊sum sang⌊uinem, nihil est. Opus est auditu, non opere nostro, Aspersione dei, non opere nostro. Foris potest fieri, ut secundum carnem possis te purg⌊are per opera. Ibi nulla alia ratio redimendi p⌊eccati et tran⌊quillandae con⌊scientiae nisi unica, quae vocatur 'auditus leticiae'. Ista v⌊erba per Emphasin signa contra diversas vias, quas inveniunt ho⌊mines; quando con⌊scientia perturbata, nihil minus facit, quam quod audiat, nec quaerit, sed eitel currere wird draus. Con⌊scientia est ſo klug ut Gans, qui vult effugere per volatum, et tamen currendo; quando lupus, vult currere.[2] Sic quando premimur ira et con⌊scientiae terrore, curri-

W. 8

*8* dei *c aus* et  *10* unica] unicus  quae] qui  *11* Emphasin] Emphasis  *13/14* Con⌊scientia *bis* ut *o*

[1]) = *vor sich gehen, d. i. man muß das Wort als Leitstern nehmen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 41, 523, 11.* [2]) *Sprichw., vgl. Wander Gans 87.*

Dr] aliam aspersionem requirit, quam lex habebat. Hoc ut clarius possit intelligi, addit: 'Auditui meo dabis gaudium', quasi dicat: Sic aspergas me, ut des auditui gaudium, id est, ut habeam pacem cordis per verbum gratiae. Porro Emphasis est in nomine 'Auditui', quanquam Hebraeus paulo aliter legit: 'Fac me audire gaudium'. Sed sententia utrinque est eadem. Hoc enim simpliciter vult, quod remissio peccatorum, quae sola gaudium affert, contingat per solum verbum seu solum auditum. Nam si te usque ad necem excarnifices, si sanguinem fundas, si, quicquid est homini possibile, promptissimo animo subeas et toleres, tamen nihil proficitur, sed solus auditus affert gaudium. Hic unicus modus est, quo cor in conspectu Dei pacatur. Alia omnia, quae suscipi possunt, relinquunt in animis dubitationem etc.

Signate igitur et per Emphasim haec omnia intelligenda sunt, nam ad confutationem supra institutam pertinent. Per Antithesin enim omnes diversas vias, quas homines perturbatis conscientiis ingrediuntur, damnat, quod, etsi specie insignes sint, tamen hoc gaudium non afferant, quod affert auditus. Idem enim accidit perturbatis conscientiis quod anseribus, quos cum persequuntur vultures, volatu conantur evadere, cum cursu id melius possint. Econtra cum infestant eos lupi, conantur evadere cursu, cum volatu id tuto possint. Ita homines, cum premuntur conscientiae, iam huc iam illuc cursitant, iam hoc iam aliud opus instituunt. Ita sibi ipsis tantum cumulant pericula et labores inutiles, cum hic unus verus et certus modus sit sanandae conscientiae, quem David hic aspersionem vocat, qua auditur et accipitur verbum.

Hs] mus, venimus, hoc et hoc. Sic totus mundus; nullus modus, nisi qui hic
describitur: 'Asperge, lava me, Auditum da.' Volumus placare active, das
passivum nolumus. Oportet exp⌊ectare, donec aud⌊imus verbum. Dicit
Matth. 9, 2 2. Sam. 12, 13 Paral⌊itico. Et David a Natan: 'Non morieris.' Das war auditus pacis,
r⌊emissio p⌊eccatorum. Inexperti ho⌊mines nihil possunt de hac re cog⌊itare,
ut Pap⌊a et alii, tum sunt in alieno mundo. In perturb⌊atione positus, in
sensu irae divinae, nihil remedii nisi b⌊onum verbum, sive inspiretur per
Hef. 33, 11 fratrem praesentem, sive incidat per praeteritum auditum: 'Nolo mortem',
Matth. 22, 33 'Vita in voluntate', 'Deus viventium'. [Bl. 53a] Den ſpruch mus einer konen,
sive per alienum ministerium sive per os s⌊piritus s⌊ancti, ut cor dicat: non
irascitur, 'deus non mort⌊uorum sed vivorum'. Nota, quoties fit commemoratio verbi, ut notes contra ph⌊anaticos spiritus. Verbum tam neces⌊sarium,
Matth. 11, 28 ut, si frater non adsit, qui suggerat, tamen spiritus s⌊anctus, ut: 'Venite ad.'

2 Asperge(re)   *zu 9/10* Verbum ex⌊ternum *r*   *13* non adsit *o*   ut *o*

Dr] Tota enim ratio iustificandi quoad nos passiva est. Nos autem, cum sumus
sanctissimi, volumus active iustificari, hoc est, nostris operibus, sed nihil hic
a nobis agi, nihil suscipi debet praeter hoc unum, ut adhibeamus aurem,
Pſ. 41, 2 sicut Psal. 45. etiam monet, et credamus ea, quae nobis dicuntur. Hic solus
auditus est auditus leticiae, et hoc solum est, quod nos facimus per Spiritum
sanctum in iustificationis causa. Sic Paralitico auditus laeticiae erat, cum
Matth. 9, 2 diceret Christus: 'Confide, fili, remissa tibi sunt peccata tua.' Sic Davidi
2. Sam. 12, 13 laeticia erat audire ex Nathan: 'Non morieris' etc.

Est igitur summa summarum: cum positus es in tristicia seu sensu
irae divinae, ne aliam medicinam quaeras, ne solacia alia admittas quam
verbum, sive per fratrem praesentem inspiretur, sive incidat monente spiritu
Hef. 33, 11 per verbum antea auditum, sicut sunt sententiae: 'Nolo mortem peccatoris,
sed ut magis convertatur et vivat', Item: 'Vita in voluntate eius', Item:
Matth. 22, 32 Joh. 3, 15 'Deus est Deus vivorum.' Item: 'Sic Deus dilexit mundum, ut daret unigenitum filium suum, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.' Hae sententiae et similes afferunt auditum laeticiae, sive per alienum os sive per Spiritum sanctum inspiratae. Sed haec quoque est abscondita veritas et sapientia, quam homines inexperti non possunt comprachendere. Ideo Papae Doctores longe alias afferunt rationes, quibus animis perturbatis medeantur.

Porro hic versus insigne testimonium est, quo ministerium verbi seu verbum vocale ornatur. Quia enim auditum laeticiae petit, manifeste significat verbum ad consolandos animos esse necessarium, sive id per fratrem afferatur, sive spiritus verbum olim auditum suggerat. Ergo pugnat hic versus primo contra omnes, qui oderunt aut negligunt verbum externum et rapiuntur suis ociosis et inanibus speculationibus. Deinde etiam contra eos pugnat, qui

Hs] Das vocale verbum mus dir. Iste versus pugnat, qui oderunt verbum exter⌊num, et contra eos, qui serio vellent satisfacere et in tent⌊atione currunt et operib⌊us volunt efficere, alii cogitationib⌊us. Non sic. Illi errant, qui operib⌊us et qui contemnunt verbum. Nos confes⌊sionem, Sac⌊ramenta sic tractamus, ut ipsum verbum urgeamus. In Confes⌊sione non resp⌊icimus contritionem, sed specta⌊mus verbum etc. Sic a nostris revocamus factis ad auditum. Sic in bap⌊tismo invenis Auditum leticiae, Sic in Confes⌊sione et Sac⌊ramento: 'Pro vobis traditur.' Sic ad consol⌊ationem d⌊ivinam revoca- Luk. 22, 19
mus. Caput confes⌊sionis, Sac⌊ramenti sit ipsa vox auditus. Papa obscu⌊rat absolutionem, verba in Sac⌊ramento. Et max⌊imum fuit, U⌊trum fuerit contritio sufficiens etc. Ab ista doct⌊rina sic sum vulneratus, ut non possim cor meum ad auditum. Si mihi expectandum, donec plane contritus, nunquam veniam ad celum. Consolabantur me, sed non putabam, quod credendum eis, quia nesciebam, Christi verbis confidendum. Semel audivi verbum a Pedagogo meo: Ach, quid facis? Ipse iussit sperare in se! Das war vox,

*10* absolutionem *über* ⟨Conf⌊essionem⟩ *12* mihi] me

Dr] perturbati angoribus animi verbum nolunt admittere, sed aut increduli sunt aut a verbo fugiunt ad opera, sicut illi ad cogitationes suas. Utrinque erratur, et cogitando et faciendo. Hoc autem uno non erratur, si audias.

Atque haec doctrina est, propter quam non solum nomen haereseos, sed etiam poenas sustinemus, quod scilicet omnia tribuimus auditui seu verbo seu fidei in verbum (sunt enim haec idem) et non nostris operibus. Quin in Sacramentorum usu et confessione docemus ad verbum potissimum respiciendum esse, ut omnia revocemus a nostris operibus in verbum. Nam in Baptismo est auditus gaudii, cum dicitur: Baptiso te in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. 'Qui crediderit et baptisatus fuerit, salvus erit.' In Mark. 16, 16
Coena est auditus gaudii, cum dicitur: 'Hoc est corpus meum, quod pro Luk. 22, 19
vobis traditur'. 'Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum.' In Confessione seu, ut rectius appellemus, in Absolutione et clavium usu est Auditus gaudii: Crede, remissa sunt tibi peccata tua per Christi mortem. Etsi igitur hortamur ad Sacramenta et ad absolutionem, tamen non docemus aliquid de dignitate nostri operis, quod ex opere operato valeat, sicut Papistae de Coena Domini seu suo sacrificio solent. Sed revocamus homines ad verbum, ut caput totius actionis sit ipsa vox Dei et ipse auditus.

Contra Papa obmisso verbo de forma et virtute sacramentorum disputat, Item de contritionibus et attritionibus. Hac doctrina sane ita sum ego in scholis corruptus, ut vix magno labore, Dei gratia, me ad solum Auditum gaudii potuerim convertere. Nam si expectandum eo usque est, donec sufficienter conteraris, nunquam pervenies ad Auditum gaudii. Id quod in

Hs] quae me moveb⌊at credere aliquantulum absolutionem. Per meritum D⌊omini N⌊ostri et omnium s⌊anctorum et meritum ordinis tui, — Putabam tantum esse ritum; sed quod deberem credere ex toto corde, hic fui oppressus aliis cog⌊itationibus, putabam, **ich muſt ſo viel leiden, ut v⌊nſerm h⌊errn G⌊ott bezalen.** Sic docemus: Doctrina Iustificationis hec est, quod iustificatio non donatur nisi credenti verbo. Quando audis absolutionem, distingue inter tuam contritionem, sine terram esse i. e. infimum; verbum absolutionis sit celum, ipsum deum. Sis certus, quod nihil valeat tua contritio; de absol⌊utione nihil dubites. Q⌊uod ille dix⌊it minister, hoc puta dictum divinitus.

[Bl. 53b] **Auff den** auditum **habenn ſie vns gezogen**[1], sed adigebant nos, ut 1. certi de contritione nostra, postea statuendum de verbo, quod verum, quasi operib⌊us possem certificare dei verbum. Eorum libri pleni istis abominationibus, ad certitudinem contritionis meae **haben ſie vns gewiſen**: Largimur indul⌊gentias omnibus contritis corde et confessis, Non: omnib⌊us credentibus Christo. hoc Christianum, non Papale. Ibi fit pax et con⌊scientia

12 pleni *fehlt*

[1]) = *verwiesen, hingeführt; s. Z. 13.*

Dr] monasterio magno cum dolore saepissime expertus sum, sequebar enim hanc doctrinam de contritionibus. Sed quanto conterebar magis, tanto dolores et conscientia insurgebat maior nec poteram admittere absolutionem et alias consolationes, quas afferebant ii, quibus confitebar. Sic enim cogitabam: Quis novit, an talibus consolationibus credendum sit? Postea casu accidebat, cum apud Praeceptorem[1] meum de his meis tentationibus, quas sane plurimas et propter aetatem patiebar, cum multis lachrimisquererer, ut is ad me diceret: Fili, quid facis? An nescis, quod ipse Dominus iussit nos sperare? Hoc uno verbo (IVSSIT) ita confirmabar, ut scirem Absolutioni credendum esse, quam saepe quidem antea audieram, sed stultis cogitationibus impeditus non putabam me verbo debere credere, sed audiebam, tanquam nihil ad me pertineret.

Quare meo exemplo et periculo moniti discite hanc doctrinam iustificationis, quam praesens versiculus ostendit, quod iusticia non contingat nisi ei, qui credit verbo, ut distinguatis inter verbum absolventis et vestrum propositum seu contritionem sicut inter coelum et terram. Nam contritio, etiam cum summa et perfectissima est, tamen respectu iusticiae est infimum quiddam, imo merum nihil, quo neque meremur aliquid nec satisfacimus. Quale enim meritum est agnoscere peccatum et de eo dolere? Quare procul a tua contritione averte oculos et in vocem fratris absolventis toto pectore intuere, ne dubites, quin illa vox fratris in Sacramento seu absolutione sit divinitus dicta ab ipso Deo Patre, Filio et Spiritu sancto, ut ita totus pendeas ab eo, quod audis, non ab eo, quod tu facis et cogitas. Diversum

[1]) *Dankbare Erinnerung Luthers an seinen Präzeptor im Kloster.*

Hs] tuta, quod d⌊ivina misericordia tam magna, ut etiam lib⌊enter et cum vol⌊untate largiatur r⌊emissionem p⌊eccatorum et g⌊ratiam. Ibi cor letatur, quod deus non spectat meam gratitudinem, sed suam g⌊ratiam, ad quam est ganz promptissimus. In neces⌊sitate mortis possem d⌊icere: Ego baptisatus, Accepi Sac⌊ramentum, accepi absolutionem. Et si steterit illa f⌊ides, vincet diab⌊olum, mortem et omnia mala. Acquiritur r⌊emissio p⌊eccatorum non per opus sed per auditum. Ipsi canunt hunc versum, sed ne guttam intel⌊ligunt. Letari in deo iſt, quod quis hab⌊eat certam fid⌊em et non fluct⌊uet con⌊scientia de r⌊emissione p⌊eccatorum, quod deus hab⌊eat leticiam an yhm. Donec cog⌊ito: quis scit, an r⌊emittantur p⌊eccata mihi? Sic mihi, cum omnes Mis⌊sas fecerim, vix⌊erim abstinentiss⌊ime usque ad mortem, — quis scit, an deus etc. Vos felicius auditis istam rem. Si mea praedicatio non satisfacit, furs der T⌊eufel hin[1], ubi vult. 'Super h⌊anc arenam non edifico'. Matth. 7, 26

*1* cum *o*

[1]) = *führe sie der T. hin, d. i. hole sie der T.*

Dr] Papa facit, adigit primo ad contritionem et ex contritione postea vult statuere, sitne verbum efficax an non, quasi promissio Dei non valeat per se, sed habeat opus accessione nostrorum meritorum, contritionum aut satisfactionum. Atque hanc doctrinam sic retinent, ut nos saniora docentes tanquam haereticos damnent et omni genere suppliciorum afficiant. Hinc in omnibus Bullis addita est haec clausula: Rite confitentibus et contritis, quasi certitudo absolutionis pendeat ex certitudine contritionis, cum tamen cor nunquam possit statuere, quando sit satis contritum. Has indulgentias etiam magno auro vendidit Pontificum avaricia. Sed, o Christe, aufer indulgentias istas et potius sine, ut nobis irati sint Pontifices, quam ut relinquentes certitudinem verbi tui nitamur contritionibus nostris, sicut ipsi docent. Certitudo enim omnis nobis in verbo tuo est posita, quo revelas totius orbis peccata tuo sacrificio, morte et resurrectione tua expiata et deleta esse. Hanc vocem cum audit cor, tum oritur gaudium, de quo David hic loquitur. Quomodo enim non gaudeat animus, cum audit tantam divinae misericordiae esse magnitudinem, ut cum voluptate largiatur gratiam et non spectet insufficientem contritionem, sed simpliciter suam misericordiam et nostram calamitatem consideret? Hunc auditum sequitur fiducia illa, ut dicamus: Sum baptizatus, Sumpsi corpus pro me in cruce traditum, Audivi Dei vocem ex ministro vel fratre, qua mihi annunciata est remissio peccatorum. Hac autem fiducia vincitur mors et omnia alia mala.

Libenter haec pluribus dico, ut sciatis formam remissionis peccatorum non esse per opera, sed per auditum. Canunt quidem et orant hunc Psalmum quotidie in templis Papistae, sed nemo est, qui intelligat, quid sit hoc gaudium, quo pii laetantur in Domino, nempe certa fiducia misericordiae Dei et conscientia non dubitans de remissione peccatorum. Haec fiducia

Hs] Ad me hoc pertinet: Deus dat mihi auditum et pronunciat mihi: Ego te
2. Moſe 23, 19 absolvo. Ego credo, quod sit verum. Ille 'non est mendax', qui vocatur deus. Si ego credo, werd ichs auch erhalten. Docet ergo psalmus nos veram rationem tranquillandi cordis, quae nulla alia quam audire verbum vel ex fratre vel ex praedicato auditu. q[uasi dicat: satis iam audivi Mosen, est ein boſer auditus, mortis, irae, iud[icii, desperationis, quas dat M[oses. Iam peto auditum g[ratiae, consolationis, let[iciae, E[uangelii, bap[tismi. 'Ossa, quae tu contrusti', das keins das ander tragen kan. [Bl. 54a] De his Rebus nihil intel[ligunt Pap[istae et Rottenses. Nunquam senserunt terrores, auditum mortis, desp[erationis. Ideo speculantur de g[ratia et iusticia, ut possunt, —
V. 10 rem veram non comprehendunt. 'Ossa con[trudisti', — quid sit, interrogavi multos in ord[ine meo, sed nihil intel[lexerunt. Quos habet robustos, fortius exercet, alios minus. Quisq[ue vim legis et terrorem mortis oportet sentiat,

3 werd] wird   13 *hinter* oportet *nochmals* quisq[ue

Dr] seu cognitio seu auditus ille si non adsit, nulla potest firma haberi consolatio. Nam hoc quoque propria experientia didici, quod post vigilias, studia, ieiunia, orationes et alia durissima exercicia, quibus monachus ego ad mortem usque me affligebam, tamen illa dubitatio relinquebatur in animo, ut cogitarem: quis scit, an Deo haec grata sint? Foelices igitur vos iuvenes, si modo grati fueritis Deo pro tanto dono, quod auditis iam sanam et veram rationem, qua pervenitur ad iusticiam, ut possitis dicere in cordibus vestris: Si non tantum oravi aut feci, quantum oportebat aut satis erat, quid ad me?
Matth. 7, 26 Non enim 'aedifico super hanc arenam'. Si non perfecte contrivi, quid ad me id quoque? Sed hoc ad me pertinet proprie et super hoc aedifico, quod Deus mihi loquitur per fratrem: Ego absolvo te in nomine et merito Christi. Hoc verbum credo esse verum, nec me fallet fides mea, est enim 'aedificata
Joh. 14, 6 supra petram sermonum Filii Dei', qui mentiri non potest, 'est enim veritas' etc. Ad hunc modum perfunduntur animi vero gaudio et vera laeticia Spiritus sancti, quae tota consistit in certitudine verbi seu in Auditu.

Sed hic quoque de Antithesi monendi estis. Videtur enim ad Mosen oblique respicere, cum dicit: 'Auditui meo dabis gaudium', quasi dicat: Iam
2. Moſe 4, 10 satis diu legem et Mosen audivi, 'qui habet gravem linguam', tolle a me hunc auditum, est enim auditus irae Dei et mortis aeternae. Quare peto auditum laeticiae, qui venit per verbum gratiae et remissionis peccatorum; tunc fiet, ut 'exultent ossa humiliata', hoc est, ossa per sensum peccati contrita et concussa, quem sensum lex Dei in animis efficit. Sed sicut gaudium, de quo supra dixit, Papae discipuli non intelligunt, ita neque hanc 'humiliationem ossium', quid sit, scire possunt. Nunquam enim audiverunt verba legis nec audiverunt auditum mortis et desperationis, sed sine experientia de his rebus disputant, sicut caecus de pictura; quare pertinet haec quoque cognitio ad illam 'absconditam sapientiam', de qua supra dixit.

Hs] sive in mortis hora, multi autem exp⌊eriuntur in vita. Verus sensus l⌊egis
et irae dei tam gravis, ut natura etc. Etiam literaliter ad sensum: 'ossa' etc.,
**das einem die heude ſincken** et **pein⌊e**, ut non **ghen** et **ſthen konnen**. In morte
**ſulen ſie ſein, das yhn die hend** et **bein verlamen**. Alia contritio, quam de
qua Pap⌊a, **da ich ſo ſitzen** etc., sed quando diab⌊oli sagittae et mundus,
fit angustius, quid ibi? Currendum ad S. Iacobum? Sed ut David: aud⌊itus.
'Transtulit' etc. Si hoc non venit, manent ossa contrita, desperatio, terror. 2. Sam 12, 13
Sed verbum divinae promis⌊sionis **mus da ſein**, auditus. Ideo dicitur deus
'mater et t⌊otius consolationis'. Omnis consol⌊atio in verbo, Extra verbum nihil 2. Kor 1, 3
omnino consol⌊atio. **Das iſt recht** aspergere r⌊emissione peccatorum, ut per
verbum consoletur et fa⌊ciat iucundam et letam con⌊scientiam. Hoc placet
deo, ut scriptum: 'Beneplacitum est deo' etc. Illa vox est auditus consol⌊a- Pſ. 147, 11
tionis, quod scio, deum velle, ut sperem, et iussit sub eter⌊no maled⌊icto.

7 contrita *zweimal geschrieben*

Dr] Nam ego saepe a multis in monasterio rogavi, ut mihi dicerent, quid essent
'humiliata ossa'. Sed quia experientiam talium tentationum non habuerant,
impossibile erat, ut de re ignota aliquid sani et certi dicerent. Non enim
omnes easdem tentationes patiuntur, sed dat Deus ista, secundum quod
singuli ea ferre possunt, et tamen necesse est hunc sensum legis et mortis
experiri omnes, uteunque alii plus, alii minus eam experiantur, quidam in
ultimo articulo vitae tandem eum sentiunt. Fit autem secundum literam
quoque, ut in isto sensu ossa humilientur, hoc est, ut robur corporis et
vires frangantur et mirabiliter affligantur, sicut in subitis periculis mortis,
item in aliis magnis doloribus experimur.

Sed haec ossium contritio longe alia contritio est quam Papae, qui
iubet, ut meditemur peccata commissa, postea imponit satisfactiones stul-
tissimas peregrinationum, ieiuniorum, eleemosynarum etc. Sed nisi ad veram
contritionem accedat hoc, quod Nathan Davidi dixit ('Transtulit Deus peccata 2. Sam. 12, 13
tua'), impossibile est, quin ossa maneant contrita. Nulla enim re potest
sanari hoc conscientiae vulnus quam verbo divinae promissionis, quod scilicet
credimus Deum nostrum esse 'patrem misericordiarum et omnis consolationis', 2. Kor. 1, 3
Item quod credimus, 'Esse Domino beneplacitum super timentes eum et Pſ. 147, 11
super eos, qui sperant in misericordia eius', quod scimus ipsum velle, ut
speremus, et, nisi speres, poenam aeternae damnationis subeundam esse.
Cur autem iuberet sperare, nisi vellet ignoscere? Cur obiiceret filium
unigenitum tam foedae morti, nisi vellet nos per fidem in ipsum salvari?
Haec atque huiusmodi alia dicta sunt ista vera 'aspersio' et pharmaca
praesentissima, quibus sanantur ossa humiliata et conscientia erigitur. Qui
autem dubitant de hac Dei voluntate et respiciunt in suam indignitatem,
quod sanctitate non Paulo, non Petro sint pares, hi nunquam possunt esse
quieto animo. Quare quicquid usquam iusticiarum seu peccatorum sive in

Hs] Ergo certis⌊sima eius vol⌊untas, quod lib⌊enter velit ignoscere. Mittit ideo filium in mundum, ut certi simus, ipsum velle s⌊ummo mandato, ut credamus eum esse consolatorem. Eo tempore mus das gefaſt[1] ſein, Non: Ja, wenn ich gelebt het ut Pet⌊rus, Pau⌊lus, — Da iſts verlorn. Werd hin, her[2], als auff ein hauff geſchmiſſen.[3] Ego indignus, qui r⌊emissionem p⌊eccatorum accipiam, sed deus non indignus, ut ei credam. Deus dignis⌊simus, cui credam, quod velit condonare peccata. quia ego sum turpis, ergo deus debet mentiri? Imo, ut deus maneat verax, ſo geb Gott, quod omnia p⌊eccata in mundo fecerim. [Bl. 54[b]] Sit plenus mundus pec⌊catorum, in carne mea, non ideo deus mendax. Ibi scrupulus: 'Tu contrivisti'. Observare debetis dil⌊igenter a prophetis, quod mala pronuncient ab ipso deo venire, q⌊uam-
Hiob 2, 3. 6 quam deus per se non fa⌊ciat, sed per media, ministros. Iob: 'Fecisti, ut spiritum affligerem', et tamen clara historia: 'serva animam' etc., quod diab⌊olus incenderit domum, oc⌊ulos, filios et afflix⌊erit con⌊scientiam. Ista omnia fiunt diab⌊oli operibus. Et tamen contradicit textus: 'Coegisti' etc.

9 feceri   13 Fecisti *o*

1) = *gefaßt, d. i. geregelt (für immer und alle Fälle angeordnet)? vgl. Unsre Ausg. Bd. 31[1], 200, 9; 241, 29.*   2) = *ob würdig oder nicht; vgl. Unsre Ausg. Bd. 34[1], 370, 13.*
3) = *gleich behandelt; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 264, 5.*

Dr] te sive in toto mundo est, hoc totum procul ex oculis atque animo eiice et dic: Etsi sum indignus, qui ista tanta beneficia, scilicet remissionem peccatorum et gratiam Dei, recipiam, tamen Deus non est indignus, ut ei credam, quod velit peccata remittere, sicut promisit in verbo suo. Nam haec Consequentia in Theologia non valet: Ego sum turpis peccator et malus, Ergo Deus dementitur, qui promisit peccatoribus remissionem peccatorum. Quin hanc Consequentiam facias, quam supra David fecit: Potius sum peccator, quam ut Deus sit mendax, quod autem misericordiam spero, hoc facio fiducia verbi sui, quod de Christo praedicatur etc.

Sed hic admonendus est lector de proprietate, quam habet Hebraeus, sic enim in Hebraeo legitur: 'Et exultabunt ossa, quae tu contrivisti'. Est autem hic magnus scrupulus, cur Prophetae singulari studio hoc observent, ut pronuncient mala ab ipso Deo venire, cum tamen verum sit, Deum per se mala non facere, sed uti mediis instrumentis. Nam sic in Hiob dicit
Hiob 2, 3 Dominus: 'Tu me coegisti, ut eum affligerem frustra', Hiob 2., cum tamen historia clare ostendat, diabolum incendisse domum, occidisse liberos, suasisse desperationem et murmur contra Deum. Haec, inquam, vere diaboli opera sunt, et tamen dicit Dominus: 'Ego afflixi eum'. Ad eundem modum dicit hic David quoque: Tu contrivisti ossa mea, cum tamen Deus nihil aliud fecerit, quam quod subtraxerit manum et spiritum suum et reliquerit Davidem exercendum ignitis telis Sathanae, quibus cor ita implevit tristicia et desperatione, quibus ita perturbavit et confudit mentem, ut nullus pateret exitus.

Hs] Diab|olus kompt vber vns, facit tristitias cordium, despe|rationem, ut ho|mines quaerant remedia et ut cadant in fucum et desperent. Deus facit per instrumentum. Sic lex est instru|mentum, deus utitur lege. Et Pau|lus facit eam personam contra deum. 'Victoriam', inquit P|aulus, 'dedit nobis' contra 1. Kor. 15, 57 legem, quae est quasi inimica dei. Deus dissimulat, donec per instrumenta humana nos humiliet, donec discamus sola misericordia confidere. Quare dicit, a se procedere mala? Ideo, ne alium deum fingas, — Sicut Manich|aeus, qui sic q|uaestionem divisit, ut poneret bonum et malum deum; ne planemus ad alium deum, ne in malis desperemus, sed in ipsis convertamur ad ipsum. Ut In Esa. sepe: 'Et non reversus'. Quando pavor venit, ſo lauff ich gwis Jeſ. 9, 12 ad alium deum. Exempli gratia: In terrore fingo mihi alium deum, iratum. Et non est, sed est 'pater consol|ationis', nisi quod suspendit eam. Ibi 2. Kor. 1, 3

1 *über* Diab|olus *steht* Deus subtrahit manum   5 *über* legem *steht* illa divexat nos *über* inimica *steht* illam destruxit Christus et triumphavit eam   6 humiliet *o* confidere *o*   9 ad (1.) *fehlt*   11 ad *c aus* al|ium

Dr] 'Est enim pater mendacii et homicida'. Tale instrumentum seu medium est Joh. 8, 44 lex quoque, per quam accusantur et damnantur peccata. Utitur autem his mediis Deus ideo, ut humiliet nos et eximat praesumptionem nostrorum operum, ut simpliciter discamus nos sola gratia et benignitate Dei vivere.

Sed respondeamus ad argumentum: cur ista tribuuntur Deo, cum ea proprie non faciat, sed utatur mediis suis, Sathan occidit, lex accusat, et tamen Deo utrumque tribuunt sacrae literae? Eius rei haec causa est, ut retineamur in articulo fidei nostrae, quod tantum sit unus Deus, ne cum Manicheis plures faciamus Deos. Hi enim ponebant duo Principia, quorum unum bonum, alterum malum esset. In bonis currebant ad bonum Deum, in malis ad malum Deum. Vult autem Deus nos tum in secundis tum in adversis rebus in se uno habere fiduciam, non vult nos inter eos esse, de quibus Esaias dicit: 'Non est populus conversus ad percutientem se'. Nam Jeſ. 9, 12 hoc solet natura nostra, in subitis terroribus et periculis a vero Deo avertitur, quia credit eum esse iratum, sicut Hiob: 'Es mihi factus in crudelem'. Hoc Hiob 30, 21 autem est alium fingere Deum et non manere in simplicitate fidei, quod sit unus Deus. Neque enim Deus est crudelis, sed est 'pater consolationis'. 2. Kor. 1, 3 Quia autem suspendit auxilium, ideo mox corda nostra ex Deo semper sui simili et constanti faciunt Idolum iratum. Hoc volunt Prophetae prohibere, cum uno ore dicunt: 'Ego Dominus, qui creo bonum et malum', Ne cogi- Spr. 16, 4 temus, cum Sol impeditur nubibus, omnino Solem e mundo sublatum aut ex lucido corpore atrum et obscurum factum esse, retinet enim Sol lumen

20 utrumque] utrinque *AB; Korrektur nach der Erl. Ausgabe*

Hs] statim idolum in con⌊scientia, Et tamen non est verus deus, sed quaedam nubes in c⌊orde meo, quod cog⌊ito deum iratum, cum deb⌊eam contrarium cog⌊itare. nihilominus percutiendo manes bonus largitor g⌊ratiae. velis gaudii gern. sed das iſt e⌊ine kunſt.

V. 11 'Averte faciem': Non loquitur de peccato adul⌊terii, quia klagt, quod de o⌊mnibus peccatis lib⌊enter velit liber esse. Est copia da, sed tamen valde utilis. Iusti, quando eis r⌊emissio p⌊eccatorum, non possunt satis habere pacis, quam vellent. Iste sensus pacis et auditus consol⌊atorius bleibt
Röm. 8, 23 mixtus in reliqui⌊is. Accepimus tamen primitias etc., Ut P⌊aulus: 'primitias s⌊piritus.' R⌊emissionem p⌊eccatorum ergreiff ich ſo egre, ut vix in sericeo filo etc., et tamen lib⌊enter velim habere abundantis⌊sime. nondum cepit haurire et inebriatur.

[Bl. 55[a]] Petit ergo incrementum istius gaudii: ut nihil sentiam tristiciae legis, ut nihil remaneat in me, quid me mordeat, contristet et pusil⌊animet erga te. Impetrabimus, sed in fine. Et tamen in hac vita crescit, Ut

1 verus] verum    8 bleibt *c aus* pleibt    14 contristet] constritet

Dr] suum, sed nubibus impedimur nos, ne id possimus videre. Sic Deus est bonus, iustus et misericors, etiam cum percutit. Qui hoc non credit, is discedit ab unitate fidei, quod sit unus Deus, et fingit sibi alium Deum, qui sui sit dissimilis, iam bonus, iam malus. Sed donum insigne Spiritus sancti est, credere Deum, cum mala immittit, esse propicium et misericordem.

## X.

V. 11 [Bg. K] Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.

Hic, ut videtis, iterum clarum facit, se non de peccato adulterii tantum loqui, dicit enim: 'Omnes meas iniquitates dele'. Ostendit autem nobis hic quoque singularem experientiam, quam in hoc certamine spirituali experiuntur sancti. Quando enim animus sensu peccati plene occupatus est, tunc ne iusti quidem satis pacis habere possunt, sed manet cum auditu laeticiae mixtus dolor, qui non patitur, ut tantum de auditu laeticiae sumant, quantum satis est. Primicias enim habent et tanquam guttulam extremi digiti, qua refrigerantur animi, plenitudinem gaudii non habent, sed pendent ceu ex tenui filo, ubi bene crasso fune opus erat ad sustinendam molem corporis. Sic sancti incipiunt tantum sentire hunc auditum, nondum hauserunt enim ad ebrietatem. Petit igitur David in hoc versiculo incrementum et perfectionem huius auditus, qui ita impleat animum hac cognitione misericordiae, ut nihil relinquatur, quod amplius perturbet.

Hac petitione etiam nobis per omnem vitam opus est, ut crescat de die in diem magis noticia haec et fiducia misericordiae, sicut Paulus et

Hs] Pe⌊trus: 'Crescite' etc. Sch⌊wermerus aliquis, quando audit sermonem 2. Petri 3, 18
primum a nobis, novit plus quam ego; Et nunquam gustavit unam guttulam, sed tantum audivit nova verba et fit Doctor et fert et incipit novam sectam, quia nondum in manum diab⌊oli.[1] Nobis discendum et petendum: 'Aditui meo', Et machs, das gar rein ſey, ne videas ullum p⌊eccatum, sed omnia deleta, sed sit pl⌊ena remis⌊sio, plenum g⌊audium, pax. Iustificationis locus est talis doct⌊rina, quae in hac vita non potest edisci; qui putat se aus=geleret, nunquam incepit. Doctor manet perpetuus discip⌊ulus, Iuris⌊ta non, nisi quod ein wenig weiter kompt quam nos. Diabolus non dormit, amittitur verbum consol⌊ationis, auditus leticiae. Et quo⌊niam versamur in peccatis et facile oblivis⌊cimur r⌊emissionis p⌊eccatorum, Ideo petimus, ut semper letificet, deleat et nunquam nos sinat tristes fieri de incremento

[1]) *D. h. weil er noch nicht in schwere Versuchungen gefallen ist; sonst, meint Luther, würde er nicht nach Neuem jagen, sondern sich einfach an das bewährte Gotteswort halten.*

Dr] Petrus hortantur ad hoc fidei incrementum. Videtis enim, quantum in eo periculi sit, si statim uno aut altero libello perlecto nobis persuadeamus, nos Theologiae Doctores esse. Ante oculos sectarum exempla sunt, qui, cum vix unam guttulam sanae doctrinae hausissent, tanquam Doctores orbis omnia impleruut falsis opinionibus de Baptismo, de Coena Domini, de Obedientia erga legem Dei, de Obedientia ergo Magistratum etc.; quia enim nunquam in his spiritus certaminibus versati sunt neque hanc doctrinam de fiducia misericordiae Dei appraehenderunt, facile fuit Satthanae eos subvertere pravis opinionibus. Quare nos his exemplis horribilibus moniti petamus cum Davide hanc gratiam augeri et dicamus: Averte, Domine, faciem tuam a peccatis nostris et omnes iniquitates nostras dele, ut sit plena pax et plenum gaudium nostrum.

Probat autem haec ipsa petitio Iustificationis locum talem esse, qui nunquam possit perdisci. Qui igitur sibi persuadent, quod eum plene norint, hos verissimum est nunquam cepisse, ut eum discerent. Quia enim quotidie nova certamina nunc a Sathana, nunc a carne nostra, nunc a mundo et conscientia nostra oriuntur, quibus ad desperationem, ad iram, ad libidinem et alia vicia rapimur, quomodo possibile est in tanta infirmitate nostra non saepe concidere nos aut saltem frangi? Deinde quot negocia vita haec nobis obiicit, quibus paulatim eo abducimur, ut obliviscamur huius gaudii? Quare summa necessitas est, petere, ut Deus nos semper hoc auditu laeticiae perfundere seu adspergere velit, ne obruamur iterum tristicia illa, quam sensus peccatorum affert.

Intelligo igitur hunc versiculum de incremento illius pacis et iusticiae, qua vincitur sensus irae Dei et peccati. Etsi enim iusti vere habent remissionem peccatorum, quia habent fiduciam misericordiae et sunt propter

Hs] cognitionis, let⌊iciae et pacis, quia iusti infestantur sepius, num ipsis
remissum peccatum. Max⌊ime est credere, quod respiciat nos contritos,
immerentes, Cum quot⌊idie facimus, omittimus, loquimur, facimus, cog⌊i-
Matth. 6, 12 tamus, quae non sunt bona, propter quae cogimur d⌊icere: 'Remitte'. Ideo
semper occasio tristiciae. Utcunque praedico de g⌊audio, tamen semper
redit: hoc et hoc fecisti. He procelle et sagitte non cessant, hoc manet in
mundo. Ad cognoscendum Christum perfecte: Ach, averte, i. e. q⌊uidquid
feci, facio et thun mocht, quia in multis of⌊ficiis, 'omnes', sed teck[1] vber her
V. 11 r⌊emissionem p⌊eccatorum, 'dele', ſchreibs nicht an[2], vergis, ne in despe⌊rationem
veniam et obliviscar tuae misericordiae. Sequitur iam donum post r⌊emis-
sionem pec⌊catorum.

1 cognitionis *c aus* cogis  infestantur *sehr eilig geschrieben*

[1]) = *decke.*  [2]) *Nämlich im Schuldbuch.*

Dr] Christum in gratia, tamen non cessant conscientiae morsus et reliquiae peccati, quibus infestantur. Haec igitur ingens Spiritus sancti virtus est, credere gratiae Dei et sperare Deum esse propicium et favere, nec potest fiducia haec retineri sine acerrimis certaminibus, quae in carne excitant tum quotidianae occasiones perturbationum ac tristiciae, tum nobiscum nata imbecillitas et diffidentia. Etsi enim hodie laeto sim animo ob hunc auditum laeticiae, tamen cras aliquid incidit, quo perturbor, cum aut in mentem venit, ea me fecisse, quae fugienda erant, aut obmisisse, quae praestanda erant. Hac procellae et fluctus hi nunquam cessant in animis. Advigilat autem Sathan quoque, cum corda nostra promissionibus Dei non bene munita esse sentit, ut alia spectra irae et perturbationum in nobis excitet, quibus corda ita liquescunt ceu sal coniectum in aquam. Quare necessaria haec precatio est, quod orat: 'Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele'. 'Omnes', inquit, tam praeteritas, quam praesentes, quam futuras, quotidie enim pecco, 'omnes, omnes dele', ne ruam in desperationem aut obliviscar misericordiae tuae. Hic iterum vides remissionem peccatorum non in eo esse, quid ego faciam, sed in eo, ut Deus per misericordiam deleat,
Kol. 2, 14 sicut Paulus de 'Chyrographo, qui contra nos est', etiam dicit.

## XI.

V. 12 Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Absolvimus principalem partem huius Psalmi, in quo praecipui nostrae religionis loci pertractati sunt, nempe quid sit Poenitentia, quid Peccatum,

16 accasiones *nach dem Druckfehlerverzeichnis von B; A:* orationes  29 contra *B;* intra *A*

Hs] 23. Iulii.] Absoluta est fere principalis huius psalmi pars, nempe de gratia,
In qua dil⌊igit nos. Docuit non solum exemplum, sed quae sit natura
peccati et cognitio gratiae et natura iustificationis. Quae sequuntur, pertinent
ad dona, Sicut scitis, nos habere hanc distinctionem ex S. P⌊aulo: [Bl. 55[b]]
'Aliud gratiam, donum', Ro. 5. G⌊ratia ad ipsum fa⌊vorem divinum, quo con- Röm. 5, 15
sol⌊atur nos et r⌊emittit nobis p⌊eccata nostra. Dilectio versatur in praedi-
camento relationis, q⌊uod minimae entitatis, tamen etc. Cum 'reputatur Röm. 4, 3
fides ad iusticiam', das iſt gratia, simpliciter ex promis⌊sione d⌊ei, sine
nostris meritis, imo econtra gratuito compl⌊et nos per cog⌊nitionem legis, ut
humiliati.

Nunc Ad dona: 'Cor mundum crea mihi, deus, intra me.' Istos 3 V. 12
versus simul Accipiamus, quia coherent. Disputatum a multis de istis 3
vers⌊ibus, quod ibi l⌊ocus repetitur, 'spiritus certus, rectus, principalis'. Item
an loquatur de spiritu efficiente, deo etc. Nos sinimus istam disput⌊ationem. Röm. 8, 9
Ioh.: 's⌊piritus s⌊anctus hab⌊itat in cordib⌊us nostris', scimus. 'Membra vestra', Röm. 6, 13
'Mansionem'. Deus non abit donatis suis donis et relinquit nos solos. Non Joh. 14, 23
fecit et abiit. Dixit ille philosophus: Non vadit dormitum, Sed creare est

zu 5 'Cor mundum' *r*    *11* Nunc *o*    *16* relinquit] relinquat

Dr] quid Gratia, quid Iustificatio, quae Iustificationis causae sint. Quae iam
sequuntur, meo iudicio pertinent ad dona spiritus, quae remissionem pecca-
torum sequuntur. Nam hanc distinctionem Paulus tradit, Aliud esse gratiam
et aliud esse donum. Gratia significat favorem, quo nos Deus complectitur,
remittens peccata et iustificans gratis per Christum. Pertinet autem ad
praedicamentum relationis, quod dixerunt Dialectici minimae entitatis et
maximae virtutis esse, Ne putetis esse qualitatem, sicut Sophistae somniarunt.
Pendet enim remissio peccatorum simpliciter ex promissione, quam fides
accipit, non ex nostris operibus aut meritis, sed ex eo, quod Deus gratuito
nos ad se revocat per compunctionem legis, ut agnoscamus eum largitorem
esse gratiae. Donum seu *χαρίσματα* sunt, quae a Deo reconciliato per
Christum post remissionem peccatorum credentibus donantur. Ad haec dona,
meo iudicio, proximi tres versiculi pertinent. Nam ego coniungendos esse
censeo, propterea, quod ter repetit nomen Spiritus: Spiritum rectum, sanctum
et principalem.

Obmitto autem istas inutiles Scholarum disputationes, loquaturne de
Spiritu efficiente seu persona divina, aut de dono spiritus. Quid enim ista
accurate disputata aedificant, cum habeamus clarum verbum Christi: 'Venie- Joh. 14, 23
mus ad eum et mansiones apud eum faciemus?' Habitat ergo verus Spiritus
in credentibus non tantum per dona, sed quoad substantiam suam. Neque
enim sic dat dona sua, ut ipse alibi sit aut dormiat, sed adest donis et
creaturae suae conservando, gubernando, addendo robur etc. Petit igitur

Hs] continuo conservare, fortificare. Sic s⌊piritus s⌊anctus adest praesens et operatur in nobis suum donum. Donum, quod ipse s⌊piritus s⌊anctus in nobis operatur. Postquam iam sum iustificatus, agnosco, per g⌊ratiam r⌊emissa mihi peccata sine meritis meis. Nunc opus, ut incipiam sentire, ut aliquo modo comprehendam. Ideo dicit: 'Cor mundum.' Ne putes significare subitaneum operari dei sed continuatum. Jmer new; perfice quod cepisti;
Matth. 10, 22 Confirma, quod. Non qui incepit, sed 'qui perseverarit'. Soph⌊istae sic rem gratiae tractant: putaverunt qualitatem latentem in corde, quam si quis hab⌊eret tanquam aliquam gemmam, resp⌊iceret eum deus etc. Non intelligentes. Si quis hab⌊et g⌊ratiam primam quanta est scintilla, per eam salvabitur. Gratia est continua operatio, qua exercitamur per spiritum facientes, loquentes placentia deo. Spiritus non res mort⌊ua sed vivax. Vita nostra, dum adest corpus, semper digerit, bibit, laborat, dormiendo somniat, Sic cor, pulsus, Crescit quot⌊idie. Sic s⌊piritus s⌊anctus non iacet quietus. Discas ista vocabula recte intel⌊ligere: 'Deus, crea in me purum cor.' Quid

2 suum] sua   6 subitaneum] subitaneam   continuatum] continuata   9 eum *o*
11 exercitamur *c aus* excitamur

Dr] Propheta, ut, postquam iustificatus est et remissionem peccatorum accepit, ut iste sensus misericordiae Dei altissime per Spiritum sanctum infigatur animo. Ideo his verbis utitur: 'Cor mundum crea in me, Deus.' Non enim loquitur de momentanea aliqua operatione, sed de continuatione coepti operis, quasi dicat: Tu coepisti in me opus tuum, quod fido misericordiae tuae. Iam igitur, quod coepisti, absolve. Confirma, Deus, quod operatus es in me.
Matth. 10, 22 Non enim qui coeperit, sed 'qui perseveraverit in finem, salvus erit'.

Sophistae nostri in eo errore sunt, ut somnient satis esse semel coepisse, sic enim docent, Gratiam esse qualitatem latentem in corde, quam si quis habeat tanquam gemmam inclusam in cor, eum respici a Deo, si cooperetur cum libero arbitrio, Item, Si quis habeat gratiam primam, etiam si vix scintilla sit, eum salvari.[1] Sed nos de gratia aliter docemus et credimus, nempe quod Gratia sit continua et perpetua operatio seu exercitatio, qua rapimur et agimur Spiritu Dei, ne simus increduli promissionibus eius et cogitemus atque operemur, quicquid Deo gratum est et placet. Spiritus enim est res viva, non mortua. Sicut autem vita nunquam ociosa est, sed semper, dum adest, agit aliquid, nam ne in somno quidem vita ociosa est, sed aut augentur corpora, ut in pueris, aut alia in anhelitu et pulsu vitae opera sentiuntur, sic Spiritus sanctus nunquam ociosus est in piis, semper aliquid agit, quod pertinet ad regnum Dei. Quare moneo, ut ista vocabula Theologica assuescatis recte intelligere, ne, cum auditis vocabulum Creandi,

[1]) *Thomas, Summa Pars II, Qu. 111 Art. 2. Vgl. Harnack, Dogmengesch.⁴ III, 621.*

Hs] hoc? Sind Emphases, Antith⌊eses. Obliquis o⌊culis in larvam insti⌊tiae videt. Video multum bap⌊tismum, institutiones legis, lavant caput, manus, Etiam in altarib⌊us, sacerdotal⌊ibus vestib⌊us. Ubi manet cor? Nitent gestimenta et fulget [Bl. 56ᵃ] corpus. Cor est plenum idolatria, vanis op⌊eribus religionis, non constans scientia de deo. Ideo Christus dixit: 'Beati mundo Matth. 5, 8
corde, quoniam' etc. Vere cor mundum, quod ag⌊noscit deum, qualis sit, et non hab⌊et phantas⌊ma de deo falsum. Est trahendum ad iudicium cordis, quae est in spi⌊ritualibus rebus. Cor polluitur per peccata 2. tab⌊ulae, sed has immundicies intelligit caro et ratio. Gentiles de istis vitiis scrip⌊serunt, die laſſen wir mit ghen.[1] Ista immundicies alia, quam ratio non intel⌊ligit. habere cor mundum ab omni cog⌊itatione falsa vel vana: Deum videre i. e. cognoscere ut matrem faventem, misericordem. quando irascitur, avertit faciem, tum asp⌊icere nihil nisi ira⌊m, — tum lex ghet an et diab⌊olus, tum non videtur deus, tum vanae cog⌊itationes de deo. 1. petitio: halte mich bey eim reinen hertzen, quod solum te vid⌊eat, quia sentit. qui vult deo credere,

3 sacerdotal⌊ibus] sacerdotabil⌊   6 sit *c aus* d⌊eus   8 in *fehlt*   14 petitio] pe°

[1]) = *wollen wir auch noch gelten lassen.*

Dr] cogitetis de uno aliquo momentaneo opere, sed de perpetua gubernatione, conservatione et augmento spiritualium actionum in corde fideli.

Observanda autem hic est Antithesis, quam Propheta ostendit in eo, quod mundum cor petit; respicit enim obliquis oculis ad illam larvam iusticiariorum, quasi dicat: Video multa baptismata in sacris et templo, item domi quoque, iam vestes, iam parietes, iam corpora tota abluuntur, sed ubi manet illa mundificatio cordis? Sunt enim corda polluta Idololatriis, vanis opinionibus de Deo, concupiscentia et aliis viciis, quae inde nascuntur, quod cognitionem Dei sanam non habent. Haec omnia belli isti balneatores negligunt et occupantur ea cura, ut corpora et vestes niteant. Sed, o Deus, munda tu cor meum, ut tuam voluntatem agnoscam qualis est, hoc est, bonam et propiciam, ut non phantasticis cogitationibus de Deo, abducar ad impias opiniones. Hoc est proprie mundum cor, de quo Christus quoque dicit Matth. 5.: 'Beati, qui sunt mundi corde', transferenda enim est haec Matth. 5, 8
cordis mundicia ad spirituales actiones. Etsi enim cor etiam polluitur libidinibus, ira, invidia et aliis viciis, tamen ea immundicies eiusmodi est, ut ratio et caro eam intelligat et damnet. Sic extant etiam inter gentes insignes conciones contra vicia, quibus profani homines turpiter indulgent. Sed Propheta orat contra immundiciem, quam ratio non intelligit, ut scilicet corda sint pura et munda a vanis et falsis opinionibus de Deo et sentiant Deum esse benignum, faventem et misericordem, qui 'non velit mortem peccatoris, Hes. 33, 11
sed ut convertatur et vivat'. Quando enim cor sentit Deum esse iratum, tunc statim sequitur idololatria, qua aut persuademus nobis Deum esse alium, quam natura est, et quaerimus alia remedia in verbo prohibita aut

Hs] Illud cor v⌊ult[1] reddere immundum, ut de deo aliter cogitet etc. Hoc faciet, quia non me nec patrem.[2] Ego iustificatus, r⌊emissionem, gratiam habens versor in periculis, ne rapiatur cor in aliam op⌊inionem de te. Iam ergo da donum, spiritum, qui purificet de die in diem, ut crescam in cog⌊nitione dei. Das iſt verum et purum cor, quod in o⌊mnibus suis operib⌊us, doctrinis, cog⌊itationibus scio omnia placere deo, — Vade, comede etc. et omnia vestimenta. Ego, quae placita ei, facio semper, da gehort kunſt zu; quando praedico, comedo, placere deo ut sacrificium; Si dormio, scribo librum, servio fratri, consolor. Sic cor est semper purum in vera cog⌊itatione et fid⌊ucia erga deum, quod nullum opus, quod non placeat, si non suo merito, sed propter max⌊imum donum fidei, qui.[3] Hoc est opus creationis, non humanum. Ipsi: oportet te prius purgare, antequam ad Sac⌊ramentum etc. Non mundum meis operib⌊us, sed est conservationis et creationis divinae, quia tot nebulis obvolventib⌊us Ego non possum conservare hoc c⌊or mundum. qui incip⌊it in rel⌊igione Christiana, iste ſult, wo es yhm felt[4], quod desit mundicia cordis et opus creatione et conservatione Dei. Idem, quod sequitur:

3 te *c aus* d⌊e  *11* Hoc ⟨opus⟩ cordis[5] est  *14* nebulis *c aus* nebulae

[1]) *Erg.* diabolus. [2]) *Erg.* cognosco. [3]) *Erg.* credimus in Christum, *vgl. im Druck Z. 31.* [4]) = *fehlt.* [5]) cordis *blieb irrtümlich stehen.*

Dr] plane desperamus. Contra has cordis pollutiones orat mundum cor, quod de Deo recte sentiat, quod Deum diligat tanquam salvatorem a peccatis et largitorem vitae, videt enim hoc periculum, quod, qui hanc cognitionem habent, tamen a Sathana varie solicitantur ad falsas opiniones de Deo.

Summa igitur haec est: Agnoscit Propheta gratiam, quod habeat remissionem peccatorum et faventem Deum. Orat igitur contra periculum, quod plerunque Sathan conatur excitare, ne transferatur in alias opiniones, sed ut haec cognitio benignitatis divinae quotidie magis ac magis crescat, ut in omnibus, quae facimus aut sustinemus, simus laeto animo et sciamus nos esse propter Christum in gratia et placere omnia, quae facimus, etiam illa, quod comedimus et bibimus pro necessitate corporis, quod facimus operas nostras, et ut cor sic maneat purum in perpetua et sana cognitione Dei et fiducia erga Deum per Christum ac statuat omnia nostra Deo placere, non propter meritum seu dignitatem aliquam nostram, sunt enim omnia polluta, sed propter donum fidei, quod credimus in Christum.

Neque autem est in potestate nostra, tale cor assumere, sed est creationis divinae, ideo vocabulo Creandi spiritus hic uti voluit, nam ea vana somnia sunt, quae de purgationibus cordis nugati sunt Scholastici. Sicut autem non est nostrarum virium, sed divinae creationis tale cor mundum, ita quoque non possumus hanc creationem conservare contra diabolum. Ideo videmus, quam saepe polluamur subitis perturbationibus ac tristicia etc.

Hs] 'In medio mei spiritum rectum innova.' [Bl. 56ᵇ] 'Spiritum': Cor, anima, spiritus. Nos: 'cor'; germanice latis⌊sime capitur. 'Spiritum' accipimus ipsum 'cor'. cupit, ut sit rectum, mundum. allein auff dich.[1] Item ut stabilias spiritum, ut feſte bleib an deiner glaube et gnaden.

'Nechona': non possumus ullo ger⌊manico vocabulo erreichen: solidum, plenum, certum, firmum, indubitatum. Nos 'gewiſſen' germanice reddidimus.[2] opponitur contra varietatem opinionum, i. e. qui cor stabilit contra dubia, contra varia dog⌊mata, quae diab⌊olus semper machinatur. Ut drauff bleib: Gott iſt mir gnedig, non diffido. Christus videtur idem vocare 'spiritum veritatis', Ut Joh. 14, 17 non fides sit, quae ſich ſtelt[3] et non est duranter. Ps. 8. 'stabilitum Pf. 8, 7 reg⌊num Sa⌊lomonis': iſt, wie es ſein ſol. Fruges in campo certe ſind, wie 1. Kön. 2, 12 ſie ſein ſollen. i. e. in certam, indubitatam fidem, quae non quolibet vento, sed fiat certa, persuasa. 'Persuasus sum', dicit Pau⌊lus. Ne faciat dub⌊ium Röm. 8, 38

2 *über* spiritus *steht* affectus, voluntas, intel⌊lectus 6 germanice reddidimus *o zu 7* 'Spiritus certus' *r* *zu 8* diabolus *nochmals vor der Zeile zur Sicherstellung der Abkürzung, die auch als* dial⌊ectica *angesehen werden könnte* 12 indubitatam] indubidadam

¹) *Gott ist angeredet.* ²) *Hinweis auf die Bibelrevisionskommission; vgl. Unsre Ausg. Bibel 3, 52, 24 [O. B].* ³) = *dafür ausgibt, verstellt; s. Z. 28* simulet.

Dr] Quare nunquam cessare debet haec precatio de creatione et etiam conservatione mundi cordis.

Quod sequitur: 'Et spiritum rectum innova in visceribus meis', quod ad sententiam attinet, idem est cum mundo corde. Germanis quoque fere idem est vocabulum Cordis cum eo, quod Hebraeus 'Spiritum' dicit. Nam quod Latine dicimus 'Animam, Intellectum, Voluntatem, Affectum', haec fere omnia Germani vocabulo Cordis reddunt. Sed Epitheton, quod hic Spiritui addit: נָכוֹן, significat proprie 'stabile, solidum, plenum, firmum, certum, indubitatem'. Nos post multas cogitationes desperavimus de hoc vocabulo significanter Germanice reddendo.[1] Caeterum perpetuo opponitur dubitationi et varietati opinionum. Proprie igitur est 'Spiritus certus seu rectus', qui cor stabilit contra dubia et varia dogmata, item contra diaboli suggestiones, conantis nos ab ea fide abducere, quod Deus non sit misericors et propicius. Ac videtur Christus idem vocare 'Spiritum veritatis', qui non Joh. 14, 17 simulet aliquid, quod non sit, sed certa faciat et doceat. Sic in libris Regum est de Salomone: 'Et stabilitum est regnum Salomonis,' hoc est, 'ratum 1. Kön. 2, 12 factum'. Sic dicunt 'fruges certas', quae secundum speciem suam certissimo modo proveniunt. Sic dicitur etiam 'Certus spiritus', hoc est, certa et indubitata fides, quae non vagetur opinionibus, sicut pueri solent sed quae crescat et fiat persuasissima, sicut etiam Paulus dicit: 'Persuasus et certus Röm. 8, 38 sum'. Nam cum de gratia et remissione peccatorum agitur, procul omnis

¹) *Vgl. die Psalmenrevision von 1531; vgl. oben Anm. 2.*

Hs] de auditu et gratia. Das iſt auch innovantis dei, non opus hu⌊manum. Das iſt contra iusticiam larvatam; quid lotio pedum, vasculorum? manet tamen cor immundum et spiritus incertus. Si diu in casti⌊tate, in fine est incertus. Ibi incipiendum, ut fiam 1. certus dedeo, ut hab⌊eam c⌊or mundum, ut nihil sciam quam de te, et certum spiritum, qui non variis cog⌊itationibus. Das iſt 1. opus s⌊piritus s⌊ancti in corde iustificati pec⌊catoris: certificare, stab⌊ilire cor, ne dubitet, et perseveret contra quascunque machinas hereticorum et cogitationes etc. 1. ut cor maneat cum ista doct⌊rina et halt feſt dran, i. e. ut deus exer⌊ceat nos quot⌊idianis tentationibus, donec crescamus. 'Veritatem facientes crescamus in illum', verascentes, das wir warhafftig
Eph. 4, 15 werden, Eph. 4. Multi inceperunt nobiscum, Iam pauci restant, quia non curaverunt mundum cor et certum spiritum, donec veniret diab⌊olus et tentaret superbia, quod velint sapere plus quam nos, deinde invidia contra nos.

Roga, ut constabiliaris, quia habes incitatores diab⌊olum, mundum,
V. 13 nequam spiritus. 2. opus s⌊piritus s⌊ancti est sanctificare: 'Ne proii⌊cias': [Bl. 57ᵃ] Videte, quam iste vir est demutig et timeat; est s⌊piritus s⌊ancti plenus et tamen metuit proiici, ne rursus peccet. 'Ne pro⌊iicias': las mich

5 sciam quam *o* 11 nobiscum ⟨pauci⟩ 12 veniret *c aus* veniant 14 constabiliaris] constabialieris

Dr] dubitatio eiicienda est. Est autem hoc non nostrarum virium, sed Dei creantis.

Pertinet autem haec particula quoque ad confutandam larvatam iusticiam illam operum, quae cor relinquit immundum et spiritum incertum. Nam monachus, qui multos annos singulari studio regulam suam servavit et omnia fecit, quae potuit, tamen certitudine hac caret. Ergo hoc primum est post hanc cognitionem misericordiae petendum, ut haec cognitio maneat certa, ut cor nihil dubitet de misericordia Dei, neque vagetur aliis et aliis cogitationibus, quas aut corda sibi fingunt aut impiae doctrinae serunt. Ad hoc donum necessaria est creatio et innovatio quae fit per continuum exercitium spiritualium certaminum seu tentationum. Nam exempla ante oculos sunt, quod multi nobiscum coeperunt, qui omnes incredibili applausu hanc doctrinam amplectebantur, sed paulatim postea aut in alias opiniones per sectas abducti aut in manifestum contemptum et odium Euangelii prolapsi sunt. Huius calamitatis non alia causa fuit, quam quod hunc certum spiritum non habuerunt. Sed, cum sibi viderentur pulchre eruditi in hac Theologia, per spiritum malum in eam superbiam abducti sunt, ut aut nova quaererent, aut per invidiam cogitarent de nobis opprimendis. Est igitur opus certitudine spiritus, non solum propter diabolum, sed etiam propter carnem

27 innovatio *im Druckfehlerverzeichnis von B; A:* invocatio

Hs] nicht ſincken, habeo carnem adherentem mihi, quae semper litatur contra spiritum. Ideo da g⌊ratiam, ne vincat caro, ne reversus cadam in adul⌊terium, blas⌊phemiam. Ich hab mich verbrand.[1] Wirff mich nicht, las mich˅nicht verſincken in p⌊eccatum, errorem, praesumptionem.

'Et aufer': i. e. da mihi perseverantiam, ut etiam corp⌊us meum sanctificem, ut crescat in me donum illud dei, sanctificatio. 1. 'Plerophoria', fieri Kol. 2, 2
certum in sensu suo. Deinde ut exerceamur ad sanctificandam 'c⌊arnem et concup⌊iscentiam', Ut Gal. 5. Ut caste vivat cum coniuge et fideliter erga Gal. 5, 24
domest⌊icos, suaviter erga vicinos Et quisq⌊ue amb⌊ulet in suis off⌊iciis semper magis patienter, charitative. Das heiſt sanctificare corpus nostrum: 1. cor sanctificat, pugnat contra dubitationes de deo, ut cor mundum et sanctum fiat, deinde progrediatur in corpus et expellat lib⌊idinem et discat sanctimoniam, charitatem, quae sunt postea virt⌊utes Christianae. Illum, qui

3 mich *o*

[1]) = *Schaden genommen, mich ins Unrecht gesetzt; vgl. Unsre Ausg. Tischr. 1, 494, 22; 2, 62, 20.*

Dr] nostram et mundum. Haec enim coniunctis quasi copiis hanc certitudinem doctrinae nobis extorquere volunt. Sed exteri omnia haec docent longe melius, quam a nobis dici possit.

## XII.

### Ne proiicias me a facie tua, Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. V. 13

Vide insignem humilitatem, quam anxie metuat ea pericula, quae iis imminent, qui iustificati sunt et remissionem peccatorum habent. Nam sine Spiritu sancto non posset haec orare, et tamen qui iam habet Spiritum sanctum, hoc petit et suspirat, ne proiiciatur, ne deseratur, ne peccet iterum et concidat, quasi dicat: Habeo carnem, quae luctatur contra spiritum. Ades igitur et me sustenta, ne denuo peccem, sicut antea peccavi, cum a te desertus essem. 'Ne sic me proiicias et Spiritum tuum sanctum ne auferas a me', hoc est, da perseverantiam, ut corpus in me sanctificetur. Nam sicut supra petivit Spiritum certum, hoc est, 'Plerophoriam', ut Paulus vocat, 'et plenam Kol. 2, 2
cognitionem misericordiae Dei, ita hic petit Spiritum sanctum non auferri nec proiici se, quod ego refero ad sanctificandam carnem, et ad mortificationem seu ad novam obedientiam, quae in iustificatis sequi debet, ut maritus caste vivat cum sua coniuge et suaviter cum vicinis, ut Magistratus diligenter faciat officium in administranda Republica, ne indulgeat peccatis subditorum etc. Notum enim est, quid nova obedientia in iustificatis secum afferat, ut cor quotidie crescat in spiritu sanctificante nos, ut, postquam pugnatum est contra reliquias pravarum opinionum de Deo et contra dubitationem,

30 proiici se *A; Druckfehlerverzeichnis von B:* proiici a se

Hs] habet omnia, clamare pro donis spiritus, quasi nulla haberet, — Soph⌊istae: David fuit carnalis, et tamen datur ei g⌊ratia et dona! Non nisi sanctificato. Röm. 8, 23 'Nos, qui primitias, gemimus' etc., baptisati ad iustitiam, cupimus illam consumari et mortem extirpari et vitam consumari. Sancti orant et primitiae s⌊piritus et quaerunt decimas spiritus. Cum ergo nondum recte purus, Matth. 18, 26 **lieber Her**, ne sinas me **folgen** mea consil⌊ia, sed ut premam ista. 'Patientiam redde', — statim ad conservum fit crudelis et etc. Ibi iterum significat, Röm. 1, 24 Non esse virtutis nostrae sanctificationem spiritus conservari. 'Demisit eos secundum sua studia.' Ibunt. Sic mecum non agite, quia hoc facto mox polluar spiritu et c⌊arne. Ibi confitetur aliquantulum, quod s⌊piritum s⌊anctum hab⌊et. Totum habet, sed non totaliter, i. e. **hats noch nicht gar ergriffen**, i. e. conserva in me spiritum, sanctitatem, ne ab inquinamentis inter et ex⌊tra, ut c⌊orpus meum sit dignum hab⌊itaculum tuum et membra etiam.

---

*9* Sic(ut) *11* ergriffen] ergreiffen

Dr] progrediatur spiritus etiam ad gubernationem actionum corporis, ut eiiciatur libido, assuescat animus ad patientiam et alias morales virtutes etc.

Homini in Sophistarum Theologia instituto absurdum videtur, quod tam sanctus Propheta clamat pro donis Spiritus sancti, ac si nulla haberet. Sed nos tum experientia tum talibus exemplis edocti scimus, quod nemo potest petere gratiam nisi iustificatus, item quod nemo possit petere dona Spiritus nisi sanctificatus, quia enim primitias Spiritus acceperunt tales, ideo cupiunt et aspirant ad decimas quoque accipiendas et, quia renati sunt ad vitam, ideo cupiunt mortem cum suis reliquiis plane abiicere ac sperant et quaerunt perfectionem, a qua experiuntur quotidie quam adhuc absunt longe. Ideo David orat, ne permittatur suis cogitationibus, sed ut servetur mundus corde et opere in oculis Dei. Facilis enim hic lapsus est, sicut ostendit Matth. 18, 23 ff. parabola servuli apud Lucam, qui in conspectu Domini sic humilis et pius erat, ut consequeretur remissionem omnium debitorum per misericordiam patrisfamilias, sed vix digressus ab hero, incidit in conservum et fit immitis homicida ac crudelis.

Sed hic iterum admoneo, quod supra. Quia enim David ista petit a Domino, ideo manifeste nobis ostendit, non esse nostris operis aut virium nostrarum conservare ista dona, sed esse nos positos in eo periculo, ne proiiciamur. Hoc proiici tum fit, cum Dominus nos relinquit nobis et sub- Röm. 1, 24 trahit spiritum suum, sicut Scriptura dicit: 'Dimisit eos in sua desyderia'. Hoc cum fit, statim concidimus. Nam aut cupiditatibus nostris indulgemus, sicut David in adulterio, aut in praesumptionem aut desperationem prolabimur. Ideo dicit: 'Ne me proiicias', hoc est, Ne deseras me Spiritu tuo sanctificante, nam, hoc cum fit, vere proiectus sum ac perii, 'Et Spiritum tuum sanctum ne auferas a me'. Fatetur enim Spiritum sanctum se habere,

Hs] [Bl. 57b] 3. s⌊piritus s⌊anctus debet etiam animare et confortare. 'Et V. 11 spiritu': i. e. spiritus t⌊uus principalis sustentet, Quando iustus et certus de r⌊emissione p⌊eccatorum et ambulo iam in sanctimonia, in obedientia et efficior quotidie magis temp⌊erans dono. Oportet accedat confessio, non satis ista sup⌊eriora, sed oportet illum iustificatorem, sanctif⌊icatorem confiteri. Redde tu me totum superbum et contemptorem omnium inimicitiarum diab⌊oli et mundi.

'letitia': i. e. audacia, constantia, fortitudo animi, ein trotziger g⌊eiſt, ein mutigs h⌊erz, ein furſtlicher.[1] Ut sit talis, qui nihil timeat, Ro. 8. Den mut Röm. 8, 31 meint er hie. Hilff, ut nomen tuum confitear, ne terrear a facie principum, regum, qui volunt cogere, ut taceamus etc. 'Cred⌊idi, et locutus.' Si novi Ps. 116, 10

1/2 *über* 'Et spiritu' *steht* 'redde' 5 sanctif⌊icatorem *c aus* con⌊fiteri *zu 10* 'Spiritus principalis' *r*

[1]) *S. unten S. 431, 15ff.*

Dr] sed nondum perfecte aut totum, sunt enim tantum primitiae Spiritus. Post hanc vitam autem fiet, ut plenitudinem Spiritus consequamur et fiamus, sicut ipse est. Sic coniungenda sunt haec duo, ut per Spiritum sanctum servemur ab omnibus inquinamentis, interius et exterius, spiritus et carnis, ut corda nostra fiant ceu purum habitaculum, ad quod non pateat 'reditus Luk. 11, 24 immundo spiritui', sicut Christus etiam docet in Euangelio. Iam sequitur de tertio dono spiritus.

## XIII.

## Redde mihi laeticiam salutaris tui, Et Spiritu principali confirma me. V. 11

Hoc iam tertium donum Spiritus sancti est, quod sibi petit conferri. Ac sane insignis est ordo, quem Propheta sequitur, quasi dicat: Sum iam iustus gratia Dei, quia sum certus de remissione peccatorum. Deinde sum etiam sanctificatus, ambulo enim in obedientia et sanctimonia praeceptorum Domini ac quotidie augescit hoc donum spiritus. Nunc tertium restat, ut accedat magnus et fortis animus, qui hunc iustificatorem et sanctificatorem confiteatur coram mundo et nullis periculis a confessione se sinat depelli. Ideo Germanice reddidimus hunc versum sic, ut appareat eum rogare 'laetum'[1] et contemptorem omnium periculorum animum. Nam 'laeticia' hic proprie significat constantiam seu animum imperterritum, qui non mundum, non Sathanam, non mortem denique metuat. Talem animum videmus in Paulo, cum laeto, exultanti et pleno spiritu dicit: 'Quis separabit nos a Röm. 8, 35 dilectione Dei?' Idem mihi David hoc loco videtur petere, ut libere confiteri possit Deum suum, contemptis omnibus periculis mundi.

[1]) *Siehe S. 425 Anm. 1.*

Hs] veritatem, non taceo eam sed fateor. Vos Sop⌊histae: male docuisti! Ideo
sequitur das 'humiliatus' auffs 'locutus' et 'lo⌊cutus' auffs 'credidi'. quia
Röm 3, 4 dicunt[1]: 'Omnis homo mendax', i. e. q⌊uidquid ho⌊mines aliter doc⌊uerint,
vixerint, est mere mendacium, et qui fidit, ad diabolum, q⌊uidqnid Papa prae-
dicavit, iſt erſtuncken et erlogen.[2] Quid mihi acerbis⌊sima et Sat⌊anica odia,
cedes[3], imo centum virorum, et persecutio. Sed quia 'Cred⌊idi, ideo loquor',
loquor, ideo etiam 'humiliatus'. Si credo, quod verum, ſo mus ichs reden et istam
salutem impertire aliis. Quandoquidem iam sum credens, habeo spiritum
rectum et vivo in sanctimonia spiritus et carnis, oportet conf⌊itear nomen
s⌊anctum tuum coram toto orb⌊e ter⌊rarum. Da wird mirs vbel druber ghen.
Prius verzagt, Da mihi letitiam de salute, auxilio tuo, quod velis mihi ad-
esse; spiritum, qui me trotzig mache auff dein hilffe: Das wil ich thun et
hunc lib⌊rum scribere, et si ſollen alle f⌊ürſten et Reg⌊es tol et toricht.[4] Da

6 persecutio *scheint* ꝑsecutio

[1]) *Erg. als Subjekt* sacrae literae. [2]) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 34*[1], *235, 9.*
[3]) = caedes. [4]) *Erg. drüber werden, d. i. vor Wut toben.*

Dr] Atque hunc ordinem etiam res ostendit, sicut alio in loco Propheta
Pſ. 116, 10 dicit: 'Credidi, propter quod et loquor.' Nam cognitionem veritatis statim
sequitur confessio, qua doctrinas diversas refutamus. Sed confessioni proxi-
Pſ. 44, 24 mum est, quod sequitur: 'Ego autem humiliatus sum nimis.' Quare
necessaria est confirmatio Spiritus principalis, ne in humiliatione ista conci-
damus animis, Sed magno spiritu omnia pericula contemnamus. Impossibile
enim est, ut mundus possit aequo animo ferre hanc generalem sententiam,
Röm. 3, 4 quod 'omnis homo sit mendax', maxime si mendacia dicas, quae ipsi pro
veritatibus et summo Dei cultu praedicant, sicut sunt totius Papatus doctrina
et vita. Hanc ceu blasphemiam Dei ferro et igni conantur extinguere. Igitur
non solum acerbissima odia, sed etiam caedes et supplicia crudelissima
propter confessionem hanc sustinemus. Sed quid postea? Noticia haec non
patitur, ut taceamus, et mundus non patitur, ut loquamur: Necesse igitur
est, ut confirmemur Spiritu, ne propter pericula a confessione discedamus.

Quod igitur dicit: 'Redde mihi laeticiam', significat se istis periculis
pene fractum esse. Quare orat laeticiam hanc reddi, quae sit laeticia salu-
tatis Dei, hoc est, vult animum sic confirmari, ne dubitet, quin Deus in istis
periculis, quae confessio secum affert, adesse et salvare velit. Haec fiducia
sic inspirat animum, ut terrores omnes et pericula omnia secure contemni
possint, sicut Dei gratia hoc insigne do[Bg. L]num ego quoque sum expertus,
ut contra Caesaris, Pontificis, Principum, Regum et totius fere mundi volun-
tatem docendo et scribendo Ihesum Christum, Dominum et liberatorem meum,
liberrime confessus sim, etiam inter mille pericula vitae, quae ab iratis
hostibus et ipso Sathana quoque mihi intentabantur. Sic ad Hieremiam
Jer. 1, 18 dicit Dominus: 'Ponam faciem tuam aeream, ut nihil cures, etiamsi quis in

Hs] gehort zu totum tuum auxilium, Ut in Ie.: 'Ponam frontem, dedi te in Jer. 1,18
col⌊umnam, In Petram: q⌊uidquid contra te oppos⌊uerit, ſol ſich ſtoſſen'.[1]
Das gehort ad Praedicatorem et Confessorem. In Esa. dicit: 'Omnes estis Jeſ. 43,10
mei testes.' Er ſteck⌊t vns zw⌊iſchen angel et thur[2], sed non leſt ſtecken.
3. donum s⌊piritus s⌊ancti, ut red⌊dat animosos, [Bl. 58ᵃ] superbos contra vim et potentiam diab⌊oli et t⌊otius mundi. Wenn man ſchon hart drawet, ut non dicamus: quam urgent! sed: contra audentior ito.[3] Ergo est: pertinaces etc. hoc sumus. Coram deo sic maceratus sum, ut eius nomen audiam cum terrore. Ibi da mihi g⌊ratiam, fidem, sanctificationem. Ibi s⌊umma humilitas. Hoc habito eo ad mundum: Vos mendaces, nihil habetis de deo. So arm ich bin coram deo, illi nolo trotzen, Sed mundo; quia sumus certi hanc vere doct⌊rinam, Ideo confitemur: omnes doct⌊rinae sunt mendacia,
errores, vanae, Ut P⌊etro: 'Qui me confessus.' Hoc est, quod dicit: 'Da Matth. 10,32
mihi letitiam de salute.'

'Et spiritu princip⌊ali': alioqui terror et gravatio wer zu gros, sed quando spiritus p⌊rincipalis, der thuts. 'Nadib': ein furſt. 'Nadibim': cum principi-

9 *nach* terrore *nochmals* audiam  11 illi *scheint* illum  15 gravatio *oder* comminatio  *zu* 16 'Nadib', 'Nadabim', 'Nadaua' *r*

1) *= daran zugrunde gehen, Schaden nehmen; vgl. etwa Unsre Ausg. Bd. 41, 89, 20; Bd. 49, 346, 39.*  2) *= bringt uns in Not; vgl. Unsre Ausg. Tischr. 2, 7, 10; Bd. 50, 270, 31.* 3) *S. oben S. 28, 27.*

Dr] eam impingat.' Ac sane munus docendi in Ecclesia talem animum contemptorem omnium periculorum requirit. Quin in genere omnes pii ita se comparare debent, ut non detrectent fieri martyres, hoc est, confessores seu testes Dei. Neque enim vult Christus latere in mundo, sed vult praedicari,
'non intra parietes sed supra tecta', ut in mundo luceat Euangelion ceu fax Matth. 10,27
in alto monte aut specula quadam. Hoc autem cum fit, mox praesto sunt omnis generis pericula et vere haeremus, sicut Germanico proverbio dicitur, inter ianuam et cardines. Neque aliud est, quod nos consolari possit, quam quod promisit Deus se nos non deserturum esse.

Ergo hoc tertium donum est, quod implet Christianos magna superbia, non quidem contra Deum, sed contra superbiam mundi et diaboli, ut, quanto se fortius isti opponunt, tanto nos audentiores eamus contra. Id cum facimus, clamant nos insanabiliter pertinaces esse. Neque id negamus, ita enim requirit munus et vocatio nostra. Ergo, inquiunt, es damnatus. Non sequitur. Nam hic distinguendum est: Coram Deo enim sic sum humiliatus, ut etiam ad nomen eius paveam et quotidie incessabiliter rogem, donari Spiritum, augeri fidem etc. Hic nihil nisi extremam inopiam meam agnosco et deploro. Sed cum ad mundum respicio, video me infinitas tenere opes. Sicut igitur coram Deo me humilio, ita vicissim contra mundum magno et

Hs] bus. 'Nedaua': voluntarium, das einer gern thut; Ein williger geiſt, der mit freuden et hertzen etwas thut. 'Populus meus voluntariarum' etc. Sic hic: 'spiritus probus, paratus, voluntarius'. Nisi det hunc, diab⌊olus ſol vns erſch⌊recken, ut etiam contra con⌊scientiam dicamus: omnia, quae exigunt [1], etc.[2] Ich wags vmb deinet willen, da mihi ein furſtlichen, spontaneum spiritum, qui non coacte, sed sua gratia gubernet; Non ein bangenden, sed secundum officium.

Hi sunt isti 3 versus, in quibus expri⌊muntur dona s⌊piritus s⌊ancti, quae dantur iustificatis fide: Purum cor in fide certa erga deum, ut plerop⌊horia; 2. mortif⌊icare pass⌊iones spirituales et corp⌊orales; 3. ut sint froliche confessores et neminem resp⌊iciant, sive principes. Si accusantur seditiosi, Matth. 26, 53 pertinaces, Illud opprobrium lib⌊enter volumus ferre! 'Possem' etc. Sed letitia, quam habeo in d⌊ivino auxilio, die macht mich ſo frolich, das ich nach deinem ſchelten et fluchen nichts nicht frage.

V. 15 [Bl. 58[b]] 'Docebo iniquos vias t⌊uas': In priorib⌊us 3 versibus audistis, quomodo propheta petierit spiritum rectum, Sanctum et principalem. Et hic ante omnia voluit ipsam personam iustificatam, renatam, antequam ullum

*6 über* coacte *steht* per lege⌊m  coacte *scheint* coacti  *16* propheta *o*

[1]) *Erg.* leges. [2]) *Erg.* me non terrent.

Dr] contemptore animo efferor, damnans doctrinas mundi sicut errores et vitam omnem sicut peccata. Hinc oriuntur pugnae, contradictiones, supplicia, excommunicationes, propter quas David hic orat confirmari Spiritu principali, quasi dicat: Nisi tu me confirmaveris contra pericula ista, opprimar terroribus.

Quod ad Grammaticam attinet, vocabulum נְדִיב significat 'Principem'. Inde est, quod noster interpres fecit: 'Principali spiritu.' Sed נְדָבָה sine dubio est a verbo נָדַב et significat 'voluntarium, spontaneum, ultro cupientem et volentem magnoque animo suscipientem aliquid'. Talis autem spiritus etiam est donum Dei, quo animum implet, ne terreamur a Sathana et mundo, et qui non cogente lege aliqua, sed gratuita beneficentia aliquid suscipit, quanquam etiam potest passive dici: 'Munificus spiritus', qui ex mera gratia donatus est. Ita in his tribus versibus exponit Propheta dona illa, quae dantur iustificatis fide. Primum est Plerophoria seu certa fiducia misericordiae Dei. Secundum est sanctificatio, qua mortificatur vetus homo cum passionibus suis et surgit novus in nova et sancta obedientia. Tertium est libera confessio, ut sine discrimine, quicquid sane doctrinae non vult cedere, damnetur, etiam Caesares, Principes, Pontifices cum toto mundo. Nunc descendit Propheta ad alia, quae ex hoc principali Spiritu sequuntur.

*24* נדיבה  *34* sane = sanae, *so B*

Hs] faceret opus. Sicut sepe docemus, quod fructus non facit arborem, sed arbor fructum, Ut Christus Matth. 12: 'Aut facite' etc., q⌊uasi d⌊icat: frustra est, Matth. 12, 33
quod laboratis de fructu, ante omnia arbor paranda est, ut illa sit bona. Coelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt. Sic habitum monachi mutant, mores, animos non; hoc fit per leges, in corde manet impietas. Sed in theologia prius expo⌊liandus vetus homo, regeneranda persona, antequam ullum bonum opus faciam. Huc pertinet: 'Cor mundum' etc. et: 'spiritum fortitudinis donari', ſo möcht man zun ſachen komen.[1] Sic iustificatus, renovatus et animatus: 'Docebo vias tuas, transgressores ad te revertentur.' Prius iustificatus et expertus etiam egreditur a conspectu dei in opus. Et qui expertus est, der weis von ſachen zu reden. Priorib⌊us vers⌊ibus satis declaravit suam experientiam, quod iustificatus sine suis operib⌊us. Ideo non novit opus, quo velit deo reddere aliquid, nisi postquam me recrearis, ut gratias agam publice. Du ſolt ya auch ankomen, si vis publice praedicare deum et gratias agere. Cur non potius vadis ad S. Iaco⌊bum et

2 'Aut facite' etc. *o*   *zu* 2 Matth. 12. *r*   4 mutant *bis* currunt *vom Rande eingewiesen*   monachi *o*   5 animos *c aus* animus   6 *über* expo⌊liandus *steht* exuendus   7 *über* spiritum *steht* cupit   14 ſolt(s)   14/15 si *bis* agere *vom Rande eingewiesen*

[1]) = *etwas erreichen, sich helfen.*

Dr] XIIII.

Docebo iniquos vias tuas, Et impii ad te convertentur. V. 15

Hic primum incipit Propheta de suis operibus loqui, postquam persona ante iustificata et per Spiritum sanctum renata est. Oportet enim arborem esse ante fructum, sicut Christus quoque dicit Matth. 12.: 'Aut facite arborem Matth. 12, 33
bonam, et fructum eius bonum', quasi dicat: Frustra laboratur de fructu, nisi prius sit bona arbor. Nam Pharisaeorum fere eadem conditio et studium erat, quod hodie in adversariis videmus, qui pleno ore iactant bona opera, et toti mali sunt. Quomodo autem fieri potest, ut ex malo semine boni aliquid enascatur? Igitur induti cucullis, ieiunantes, precantes, vigilantes nihilominus veterem impietatem cordis retinuerunt. Sicut enim Horatius dicit: Coelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.[1] Ita isti vestem dictam exercitia mutant, sed animus idem manet. In Theologia vera igitur hoc primum agitur, ut homo fiat bonus per regenerationem spiritus, qui spiritus est certus, sanctus et animosus. Deinde fit, ut ceu ex arbore bona etiam fructus boni enascantur. Igitur hactenus David tacuit de suis operibus et tantum rogavit ea, quae Deus debeat per verbum et spiritum suum efficere. His autem impetratis redit ad sua quoque opera, quae in regeneratione sequi debent. Ea opera non sunt, qualia impius

[1]) *Horaz Ep. 1, 11, 27.*

Hs] indueris cucullo? sicut docti sumus nos, quod Monachatus sit vice alterius baptismi. Sicut Iero⌊nymus, quod altera tabula post bap⌊tismum sit poenitentia. Iste est optimus ordo post iustificationem et acceptam gratiam, donatam re⌊missionem p⌊eccatorum. Agere gratias deo: hoc suum donum amplifi⌊care et erudire per hoc omnes homines ad eandem gratiam. Sic
Luk. 8, 39 Luk. 5, 25 Christus, cum sanat: 'Vade et narra, quanta deus' etc. Item: 'Abiit in
Mark. 7, 36 domum suam laudans.' Alibi: 'Prohibebat, ne quid diceret; quo plus prohibebat, hoc magis praedicabat.' Das ſind principalia opera, quae sequuntur arborem novam factam, ut gloriam dei praedicaret in se ostensam.
Luk. 9, 60 Item: 'Tu sine mortuos etc., tu vade et annuncia reg⌊num.' hoc vult eum facere. Sic renatus nihil habet, quod praestantius faciat, quam gratias agere. Sic quicquid vixerimus post iustificationem, debet nihil sonare quam misericordiam. Et ideo iustificat nos, ut ostendat in nobis suam misericordiam

1 sit *o*    *zu* 2 Hiero⌊nymus *r*    4 *über* suum *steht* dei    *zu* 6 *hinter* sanat *ist* eum, qui habuit legionem Demoniorum *vom Rande eingewiesen*    7 Alibi *o*    *über* Prohibebat *steht* Christus    diceret *unten*    8 prohibebat *bis* praedicabat *o*    principalia] pri[a], *dazu* principalia *vom Rande eingewiesen*    10 eum *über* (nos) *über* (ho⌊mines)    12 sonare *c aus* salvare *[Schreibflüchtigkeit]*

Dr] Papatus suasit, suscipere vota peregrinationum, ingredi monasteria, quod opus cum Summa Christi contumelia vocarunt alterum Baptismum, sed Deo sic benefico et misericordi agere gratias et amplificare dona eius et per ea
Mark. 7, 36 erudire alios quoque homines ad eandem gratiam. Sicut in Euangelio faciunt ii, qui a Christo sanati sunt, nam etiam cum prohibentur a Christo, non possunt obmittere, quin eius beneficia praedicent, eum laudent et alios quoque in eandem spem vocent.

Haec sunt principalia opera, quae testantur arborem mutatam esse ex sterili in foecundam, ex arida in succiplenam et florentem. Ad hanc vitam
Matth. 8, 22 revocat Christus discipulum, cum dicit: 'Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem me sequere.' Significat enim alia opera esse mortuorum opera, eos autem, qui in christo vivunt, debere esse in agnoscenda et praedicanda misericordia Dei, ut eam alii quoque discant agnoscere. Summa igitur haec est, quod vita et salus nostra tota sit posita in misericordia Dei, quam per verbum Deus revelat hoc modo, ut iubeat peccatores in ea sperare
Jes. 53, 11 propter Christum. Haec cognitio est iusticia, sicut Esaias dicit: 'Et noticia eius iustificabit multos.' Hic nullum aliud nostrum opus est, quam ut oblatam misericordiam non recusemus, sed eam fide accipiamus. Sed hoc ipsum quoque est donum Spiritus sancti, quia fides non est omnium. Post iustificationem, cum iam promissio remissionis peccatorum et vitae aeternae creditur et fide possidetur, tunc proximum et perpetuum opus est, agere Deo gratias et haec eius beneficia praedicare. Quia autem mundus omni vi sese opponit, neque Sathan etiam cessat hanc praedicationem variis incommodis

Hs] et misereatur desperatis. Post iustif[icationem proximum, primum, eternum
et principale et continuum opus est agere gratias deo et hanc ipsam gratiam
praedicare. Da gehort zu wetter, blitz, donner et quicquid potest Satan.
Ideo dixit prius: 'Mihi dederis illum animosum spiritum tuum' etc. [Bl. 59a] B. 14
Quid, si diabolus nolit te audire et persequitur te, expellat ex mundo?
promittis tam arduum opus, docere viam et gratiam dei, Et contra iniquos!
Ubi Sancti manent? Num illos etiam docebis? Ja freylich. 'Iniquos' indue
suis larvis et personis, ne somnias adulteros, Sed die sapientis[simos, Sanctis-
[simos, Reges, Principes, Sacerdotes, Monachos, quicquid pulchrum, quicquid
finxerit ratio humana religionis, sanctimoniae, quia Emphasis in pronomine:
'Tuas', quia confutat et damnat omnes vias hominum. Quae sit ratio divina
salvandi peccatores, docebo. wirstu [1] nicht vber das maul etc., quasi non sint
aliae viae et quasi totum genus humanum erret et quasi omnes Sancti sint
peccatores! Ideo si vis fieri monachus et summum sacrificium deo praestare,
doce impios viam dei, quia, si hoc opus sumpseris, provocas diab[olum cum
inferno, mundum cum sap[ientibus, Sanctis, Et teipsum contra teipsum,
provocas cor tuum. Tum incipe dicere, quid sint bona opera. Ergo singula
verba habent maximam Emphasin. Coram deo iustificatus est versatus in

*1 über* misereatur *steht* instructis per nos *2* opus *o* *4* 59 *neben* ⟨61⟩ *5* diabolus *o* *zu 7* 'Iniqui' *r* *8 über* adulteros *steht* ho[mines *9 über* Sacerdotes *steht* Levitas, proph[etas *über* Monachos *steht* Carthusianos *zu 10* Emphasis in pronominibus *r* *zu 14/15* 'Vias dei docere' *r* *15* si hoc *über* ⟨quicunque⟩ opus *c aus* opera *16* inferno] infermo

[1]) *Worte der Gegner; erg. fahren, d. i. des Irrtums überführen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 41, 513, 5.*

Dr] obiectis nobis excutere, Ideo petit David in proximo versu Spiritum illum
animosum, qui contemnat pericula omnia et magno animo det 'testimonium Apg 4, 33
Christi', sicut Lucas de Apostolis dicit.

Hic Spiritus, inquit, quoniam mihi datus est, ideo docebo iniquos vias tuas. Sed quid, o David, si te audire nolint? Quid, si diabolus et mundus te persequatur? Cur tam arduum et difficile opus promittis, quod iniquos velis docere vias Domini? Ubi sancti manent? Num illos etiam docebis? Ita. Nam quos hic 'iniquos' appellat, eos si larvis et personis suis induas, in quibus coram mundo obambulant, non fures, non adulteros, non homicidas tantum esse dices, sed etiam sapientissimos et sanctissimos coram mundo, Reges, Principes, sacerdotes, monachos, in omni sapientia et sanctimonia, quam potest humanus animus sine Spiritu sancto intelligere et praestare. Nam Emphasis tota est in pronomine 'TVAS', fatetur enim eos, quos 'iniquos' vocat, habere 'vias', in quibus eant, et sibi pulchre in iis placere. Sed non sunt, inquit, viae Domini, sunt viae humanae, in quibus non possunt salvari. Igitur docebo eos tuas vias. Hic iterum significat periculum,

Hs] purgatorio, procedit in publicum docturus ineffabilem misericordiam dei et simul reprehensurus omnia bona opera, sanctitates. Si hoc, odia acerbissima, insidias Sat|anae concitabis contra te, machinas inferni. Postea Hannas et quicquid est sublime et totum corpus mundi cum diabolo etc. Sic praedicare divinam misericordiam et damnare omnium hominum studia, das macht zu ſchaffen. Sic Episcopus Brandeburgensis semel ad me dixit: si ecclesiam
1. Kor. 7, 5 würde angreiffen, wird mir zu ſchaffen geben. freilich. 'Intus pavores' etc. Da gehort animus zu, 'spiritus principalis': Ego praesumam docere, universum genus hominum esse in errore, Levitas, prophe|tas, Sacerdotes esse peccatores in Summis cultibus, non obstante, quod servent legem Mosi. Den ketzer nur mit feuer verbrand! Impii ſollen heiſſen sancti, religiosi, Reges, sacerdotes, ſeiner her.[1]

2/3 odia[1] insidias[3] acerbissima[2] 3 concitabis contra te *o* machinas *c aus* maschinae infdrni] inferni *über* Hannas *steht* vnd Caiphas dazu 6 semel ad me dixit *o* 8 *über* praesumam *steht* constituam

[1]) = *Herr.*

Dr] quod manet hos Doctores. Neque enim mundus suas vias vult damnari ceu errorem, sed defendit esse vias et insticiam. Qui igitur vult Dei, non Papae monachus esse et asperrimam regulam vitae subire et suum sacrificium Deo praestare, is hoc agat, ut doceat iniquos vias Dei. Tunc fiet, ut non solum diabolum cum inferno et mundum cum sanctis contra se provocet, sed etiam ipse sibi contradicet saepe et discet usu, quid sint vere bona
Luk. 8, 15 opera, sicut Christus quoque dicit: 'Feret fructum in patientia.'

Ad hunc modum 'iniquos' expone, non qui coram mundo mali sunt, sed qui coram mundo sunt sanctissimi, sicut Davidis tempore erant Levitae, Prophetae, Sacerdotes; hos peccati arguere et iniquos appellare, non obstante eo, quod servabant legem Mosi, plenissimum periculi est. Est igitur sita Emphasis in singulis verbis, quod David versatus in vero purgatorio, hoc est, oppressus doloribus peccati et irae Dei, iam autem per fiduciam misericordiae iustificatus procedit in publicum, docturus in genere omnes de ineffabili misericordia Dei et simul reprachensurus omnia bona opera et sanctitates, quae in mundo sunt, ut in solam misericordiam Dei sperent ac hanc fiduciam solam statuant esse veras vias salutis, quicquid autem extra hanc fiduciam sit, esse vias mortis et damnationis aeternae. Haec doctrina nunquam abit sine ingentibus motibus, nam neque Sathanae nec mundo tolerabilis est; hic enim non potest ferre, ut sua damnentur, ille autem hanc felicitatem hominibus invidet, ut per sanam doctrinam salventur. Igitur omni ex parte odia, insidiae, calumniae, maledicta congeruntur ad opprimendam hanc doctrinam et Doctores hos, sicut ego quoque propria experientia hoc pulchre edoctus sum. Initio etiam mali admittebant reprachendi leves

Hs] [Bl. 59b] Quare non docet Sanctos, iustos? quia nulli sunt in mundo. Carthu⌊sianus non dicit se errasse tota via. Numquid patres nostri errarint? Putas deum tam impium, ut totum genus damnaret? Turcae argumentum: Sanctum opus coram deo et hominibus multum gratius est quam sacrificium laudis, quo praedicatur ipsius gratia, forma, qua iustificat peccatores. Etiam sacrificium pro peccatis, quia occidit[1], q⌊uicquid est religionum in toto mundo. Das iſt Summum sacrificium, opus, da gehort ein hertz zu. Mus wagen, quod omni hora diab⌊olus frangat ei collum Et, ut. 2. Ps.: 'tumultuantur gentes' etc. Ps. 2, 1
Sic te laudabo, ut fructificet laus mea, ut alii erudiantur et multiplicentur per meam praedicationem. Non fiam Carthu⌊sianus. Sic Christus: 'annuncia Luk. 9, 60
reg⌊num dei.' Hoc faciam, da saltem fortem spiritum. 'Iniquos': Das iſt coram mundo maximum, ut de deo[2] etc., quia dicere: vias vestras sectati, sed hae sunt damnatae, Item: convertatur quisque a via sua pessima ad

3 argumentum *o* 4 multum *mit Strich zu* deo *gezogen* quam *o* 8 ei *o* 9 laus mea *o* erudiantur *c aus* erudiat 11 saltem *o* 12 de *o*

[1]) *Nämlich der Türke.* [2]) *Erg.* doceam.

Dr] abusus, qui in Ecclesia non poterant dissimulari. Nam Indulgentiarum tam indigna venditio prostituebatur, ut paucissimi essent, qui non aequissimo animo ferrent, eas a me reprachendi. Sed cum postea progrederetur reprachensio ad alia, quae non ita deformata erant et tamen erant impia, ibi demum coepit totum Sathanae corpus it commoveri, ut nusquam viderer tuto consistere posse. Sed non accidit hoc inexpectatum, nam et ipse praevidebam hunc motum, et inter alios Episcopus Brandeburgensis[1], homo non malus et mihi perquam familiaris, ita praedixerat, me plurimum negocii mihi accersiturum esse, si Papam etiam attingerem. Ita paulatim 'intus pavores et 2. Kor. 7, 5
foris pugnae' concitatae sunt, ad quae pericula vincenda sane opus fuit Spiritu principali seu animoso, quo confirmabar.

Sed quaeras: Cur retinet appellationem 'iniquorum' Propheta et non potius 'sanctos' appellat, sicut coram mundo iudicantur? Respondeo: Sancti et iusti nulli sunt in mundo, ideo etiam, si qui speciem sanctitatis habent, tamen sic a Spiritu appellantur, sicut sunt coram Deo, et pertinet hoc ipsum ad confirmandos pios; hi enim, quia hanc doctrinam de fiducia misericordiae Dei praedicant, damnantur tanquam haeretici, nam hostes huius doctrinae sibi iudicium et nomen Ecclesiae sumunt. Confirmat igitur pios Spiritus sanctus, ne ista specie et dignitate adversariorum verbi deterreantur, sed sciant a Spiritu sancto pronunciari, quod omnes, qui hanc doctrinam non habent quantumcunque sint in speciem sancti et boni, tamen vere sint iniqui et peccatores.

[1]) *Hieronymus Scultetus; vgl. Enders, Luthers Briefwechsel Bd. 1, 147ff.*

Hs] gratiam, Item: frustra laboratis vestris operib⌊us, — Da wirfft man ſtein zu[1], quia diab⌊olus non patitur et mundus. 'Tuas': Da ligt.[2]

'Transgressores ad te': Quis tibi dixit, quod peccat⌊ores convertendi? Quid, si nolint converti? Scio, quod persecutionem patiar, tamen non omittam praedicare. Impossibile, ut verbum gratiae sine fructu praedicetur.
Spr. 20, 12 Erunt aliqui, qui cum gaudio suscip⌊ient et agent istis gratias, quia 'oculum videntem et aurem audientem creavit'. Est creatio dei a novo doctor, sic discipulus, qui audit, etiam est donum dei. 'Impossibile,' quod verbum dei
Jeſ. 55, 11 revertatur' etc., Esa. Ipse inquit: Wil das mein thun, 'volo docere vias tuas, Impii convertentur ad te', i. e. docebo, quomodo ad te redeundum. Omnes docent poenitentiam, sed tantum docent opera: Contritionem, confes⌊sionem, satisf⌊actionem, opus nostrum. Das ſind viae humanae, diaboli, ex spiritu diaboli profectae. Sed ego docebo tuas vias et modum convertendi ad te. qui venit, venit; qui non, non incommodat mihi. Volo hominibus

---

7 creatio *über* donum   doctor *o*   *zu 11 ff.* Docere poenitentiam *r*   *14 über* venit *(2.) steht* wir wollen werlich auch mit   incommodat] incomodat

[1]) *Wohl = das verfolgt man, verurteilt man.*   [2]) *Vgl. S. 440, 12;* da ligt(s) *vgl. S. 176, 3.*

Dr] Addit autem: 'Et impii ad te convertentur.' Hic altera causa ostenditur, cur hoc opus pium et in oculis Dei preciosum sit. Prima causa fuit, quod sit plenissimum periculi nec possit administrari nisi animis prius spiritu constanti et forti confirmatis. Altera est, quod hoc opus etiam, quod ad fructum attinet, sit maximum. Ideo etiamsi pericula absterrere possent, tamen utilitas incitare debet, impossibile enim est, verbum Dei sine fructu praedicari. Sed etsi non convertuntur omnes, tamen aliqui sunt, qui ex peccatoribus fiunt creduli et salvantur; positus enim est eventus ministerii
Spr 20, 12 non in hominum, sed Dei arbitrio, sicut dicit Salomon: 'Aurem audientem et oculum videntem, utrunque facit Dominus', hoc est, utrunque fit Deo donante, ut et sint, qui sane doceant, et qui sane docentibus obtemperent. Ideo inquit David: Faciam hoc, quod possum facere, 'docebo iniquos vias tuas', 'et impii convertentur', hoc est, docebo, quomodo convertendi sint impii, et eventum committam Deo, nam certum est, quod aliqui convertentur. Alii videntur idem docere, cum bona opera, confessiones, contritiones et proprias satisfactiones docent. Sed hae sunt humanae viae, profectae ex spiritu diaboli, quibus de die in diem longius disceditur a viis tuis. Ego vero sic docebo, sicut scio me ad te rediisse, quod, postquam peccatum meum, hoc est, totam naturam meam peccato corruptam cognovi, in misericordiam tuam me abieci et non fui incredulus auditui laetitiae. Haec est via et hic modus, quo ad te convertuntur impii, hanc viam docebo; qui venit, veniat, qui non venit, faciat id suo periculo etc.

Hs] annunciare, quomodo etc. Da mihi rationem iustificationis verae, poenitentiae, conversionis ad deum. Papista: contere, confitere, induere cucullum, da eleemosynas pauperib[us! [Bl. 60ᵃ] 1. sic docebo: scitote, universum genus humanum, quod vestra studia in conspe[ctu dei damnabilia. 'Non est bonus', Röm. 3, 12
Ro. 3. Et sic ista praedicatione occido rationem, eorum praesumptionem et macto hominem in sacrificium dei pro peccatis. nihil valent tua opera, quicquid es, totum peccatum est. Qui audit hunc — Ista praedicatio occidit audientem —, terretur, audit iram dei sic super eum nominari, quod sua optima opera sunt damnata. terrefacto autem sic discipulo et accipienti verbum damnationis et irae dei sequatur: 'Non morieris!' Tales mactatos peccatores 2 Sam 12, 13
deus diligit. Quomodo converti vis? Ego fui scortator etc. Volo continere et me exercere in monachalibus operib[us. Sic conversus ab idolo veneris ad idolum abominationis, Aus dem regen yns waſſer[1], ab uno diabo[lo ad 100. 1 peccato victo ingrediuntur 7. Ista reversio est ad deum: agnoscere et Matth. 12, 15
credere, q[uicquid fecerit homo in politicis etc. esse simpliciter peccatum,

*1 über* Da *bis* verae *steht* tu propheta    *2 über* Papista *steht* Lutherus    *zu 3/4* Vera ratio praedicandae poenitentiae Christianae etc. *r*    *7* Ista praedicatio *o*    *12* me *o* Sic *o*    *über* veneris *steht* redis    *13 über* Aus *steht* kompſt    *zu 13* Ex charybdi in Scyllam *r*

[1]) *Sprichw., s. Unsre Ausg. Bd. 18, 308, 29.*

Dr] Occulte igitur hic insinuat, quod eadem docere velit, quae supra in sua persona expertus est, quod peccatores non velit docere sicut Papa, qui satisfactionem operum consulit, aut sicut Iudaei, qui sacrificia et traditiones suas proponebant, sed quod velit universum genus humanum docere, quod omnia humana studia coram Deo damnabilia sint, si suscipiantur cum opinione iusticiae, secundum sententiam: 'Non est bonus, ne unus quidem, Röm. 3, 12
non est qui faciat bonum', Rom. 3. Hac praedicatione occiditur ratio et omnis praesumptio humana; nam cum peccatum nemo possit negare, quid potest dici horribilius, quam quod homo in se nulla praesidia habeat contra peccatum? Postquam ad hunc mundum ira Dei praedicata et homo in sacrificium Deo mactatus est, tunc sequitur auditus laetitiae: 'Non morieris.' 2. Sam. 12, 13
Nam Deus peccatoribus sic mactatis non vult irasci, sed vult eos salvare, quia misit filium suum, ut peccata mundi tolleret. Haec vera doctrina est et verus cultus, quo impii convertuntur. Alii, qui peccatori suadent, confitenti de libidinibus seu scortatione, ut affligat corpus suum et monasterium petat, ubi coelebs vivat, nihil aliud faciunt, quam ut conversum ab Idolo Veneris abducant ad Idolum abominationis et geminent damnationem. Hoc est, ex Scylla in Charybdim, ex pluvia in ipsum mare incidere, ubi uno peccato expulso ingrediuntur alia septem, sicut Christus dicit de eiecto Matth. 12, 15
demonio.

Hs] quia persona est peccatrix. Das iſt 1., sic convertitur homo, quod eruditur 1. de suo peccato, conteritur, occiditur in consp⌊ectu dei spiritualiter, deinde erigitur, datur ei consolatio, ut altera fide iustificetur et a suo peccato reiicere se debeat in gratiam. Ille deus nullibi, qui peccatorem recip⌊iat propter ordinem minoritarum. Ille deus fingitur, et qui sic convertitur, convertitur ad idolum cordis sui, non ad verum deum. sed is[1] dilig⌊it contritos corde et spectantes in misericordiam eius; ergo oportet occidaris, terrearis et acquiras conscientiam pavidam, trementem. Ubi hoc, accipias consolationem et iustificeris. In hoc dedit filium suum in mundum, ut illam praedicaret; aliam consolationem quaerere est tota via errare. Ista mea servitus, quae tibi g⌊ratias aget: Docebo de te. Totus ps. 119.; non est versus, qui hunc locum non tractet. In pronominibus: 'tuus' ſthets[2], es mus 'tuus' heiſſen. Praesumit erudire omnes ho⌊mines, qui sunt extra gratiam; et qui intra gratiam sunt et avide cupiunt, sunt in terrorib⌊us et quotidie eis deest etc. Et sic omnibus vult praedicare, sive habeant primitias gratiae sive non. [Bl. 60b]

*4* debeat] d; *5* deus *o* *zu 6/7* Iuxta hoc: 'Beneplacitum est domino' etc. *[Ps. 147, 11] r* *9* illam *mit Strich zu* consolationem *Z. 8 gezogen* *10* tota via *o über* mea servitus *steht* inquit propheta *zu 11* Summa Ps. 119. *r* *13/14* sunt et *unten*

1) *Nämlich* verus deus. 2) *Vgl. oben S. 438, 2 und Unsre Ausg. Bd. 31[1], 316, 11.*

Dr] Hoc primum sacrificium est, quod David iustificatus vult Deo reddere, ut homines doceat vias Dei, hoc est, ut doceat, sic ad Deum esse revertendum, ut primo agnoscamus et credamus, quicquid homo fecerit sine Spiritu sancto, hoc totum esse peccatum, si suscipiatur cum opinione iusticiae, quia persona est peccatrix, ut hoc modo primum conteratur et occidatur peccator in conspectu Dei. Deinde ut doceatur, quod Deus talis sit, qui gratis velit ignoscere propter Christum. Nam ille Deus nusquam est, qui velit peccatorem recipere propter ordinem Minoritarum, propter peregrinationes, Missas, eleemosynas etc., sed fingitur talis Deus sine verbo. Qui igitur sic convertuntur, convertuntur ad Idolum cordis sui, non convertuntur ad Deum. Nam ille est unus et verus Deus, qui diligit contritos corde et cui beneplacitum est super timentes eum et credentes in eum. Necesse igitur est, si vis converti, ut terrearis seu occidaris, hoc est, ut habeas pavidam et trementem conscientiam. Ubi hoc sic factum est, tunc oportet accipi consolationem, non alicuius tui operis, sed operis Dei, qui filium suum Ihesum Christum ideo in hunc mundum misit, ut consolationem gratuitae misericordiae territis peccatoribus praedicaret. Haec est via convertendi, aliae viae sunt viae errorum. Et haec, inquit Propheta, erit mea servitus, qua tibi gratias agam.

Sed inquies: An non ad regenerationem pertinet etiam nova vita? Ita. Sed sicut fructus non sunt, nisi prius sit arbor, ita non possunt esse

Hs] manet peccatum, mundus; donec vivit caro, sumus partim transg⌊ressores. Sic itaq⌊ue quot⌊idie docemur et erudimur. Sic doctor Christianus omnis est transgressor, et docet alios. Caeteri nolunt audire, persequuntur. Ideo coram deo facit optimum obsequium, qui docet iniquos. Coram mundo pessimum flagitium. Ideo non est miserior homo quam doctor talis; mundus, caro etc. Fateatur saltem nomen Christi, tum habet diab⌊olum et mundum hospites.

'Impii': Peccatores. Mera Emphatica et plena verba. Non docet impios, sed Sanctos, quia mundus non vult esse impius. Non convertit, sed seducit. Praecise contraria in mundo. Et doctrina pro hereticis, pro avertendis hominibus. Ideo **muß** expertus et iustificatus, qui intelligit. Qui novit hanc artem, si videt proximum errare, non potest continere, **er muß fur.** Hoc urget spiritus animosus.

'Libera me de sang⌊uine': Iste versus est obscurus et videtur nobis V. 16
interrumpere ordinem et coherentiam, sed connectimus, ut puto, non male.

2 itaque *c aus* quanq⌊uam  4 qui docet iniquos *o*  11 *über* expertus *steht* das docere  12 (oportet) er muß *o*  *zu* 14 'Sanguines' *r*  15 cohehrentiam  puto *bis* male *o*

Dr] bona opera, nisi prius persona sit iusta et bona. Igitur vita aeterna seu gratia non venit ex merito operum, sed qui iam iusti sunt et haeredes vitae aeternae per Christum, cuius meritum fide accipiunt, isti bona faciunt, non eo fine, ut vitam aeternam consequantur, quam iam iure habent alieno merito, scilicet Christi, sed ut grati sint et obedientes divinae voci, ut gloria Dei, pariter doctrina et vita sancta promoveatur. Hunc ordinem finium non intelligunt adversarii, sed pervertunt eum. Igitur necessarium est esse Davides, qui magno animo hanc doctrinam spargunt, non tantum in eos qui sunt extra gratiam, sed etiam in eos, qui sunt in gratia. Hi enim, quia sentiunt terrores et infirmitatem suam, cum singulari aviditate hanc doctrinam hauriunt. Alii extra gratiam etsi magna ex parte persequuntur, tamen non omnino fructu caret praedicatio haec. Ideo spiritus tanquam in re summe necessaria urget ad hanc doctrinam latissime seminandam. Sed hic etiam monendum est, quod, sicut ii, quos iniquos vocat et impios, coram mundo videntur esse sanctissimi, ita conversio haec a mundo iudicatur esse seductio et haeresis, sicut nostro exemplo didicimus. Sed consolatur nos Spiritus sancti iudicium, qui non haeresin, sed conversionem appellat.

## XV.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae, Et exultabit V. 16
lingua mea iusticiam tuam.

Hic versus est paulo obscurior et videtur etiam interrumpere ordinem, quem instituimus, sed spero futurum, ut recte utrunque explicemus. Quod

Hs] 1. Moſe 19, 16ff. 'Damim': i. e. reatum sanguinis significat in script⌊ura. In Levit.: Quando inventus homo mortuus, praescribit ratio⌊nem purgandae terrae, et sic semper Hoſ. 4, 2 sanguines erunt; non est latius. Ose⌊as: 'et sanguis sanguinem tetigit'; i. e. ipsum reatum et clamorem homicidii vocarunt Eb⌊raei 'culpam sanguinis', significat. Et est positum per Synech⌊dochen: species pro genere, finitum pro infi⌊nito. Ibi absolutus coram deo profecto habet obstaculum, quod 1. Tim. 3, 2 eum mag rot[1] mache⌊n coram mundo. Pau⌊lus: 'sit irreprehensib⌊ilis'. David occiderat Uriam, hat auff dem collo sang⌊uinem et in terra erat clamor sang⌊uinis contra David⌊em. cultus Idolo Moab factus et sanguis innocens factus. Isti reatus machen einen rot et blode[2], ut aliquis ſol praedicare et nesciunt adhuc eum iustificatum, sciunt autem adulterum etc. Turpe est doctor etc.[3] Quando ego ſol predigen et ſol me in omnibus verbis treffen, das ſind verdrieſlich predigen. Ideo dicit: Rogo etiam te, ut auferas a me hoc opprobrium etiam coram hominibus et mihi indultum illum reatum sanguinis significes. [Bl. 61ᵃ] 1. absolutio coram deo, 2. coram ecclesia, ut sciat ecclesia ipsum absolutum. Nos habemus Sacramenta, ut sciat ecclesia nos absolutos. Et sic intelligo prophetam loqui de absol⌊utione externa coram

1 'Damim' *o* 2 semper *o* 3 erunt *o* *über* sanguinem *steht* peccata 6 *über* quod *steht* reatus 10 blode *oder* blaw[4] 11 eum *o* 12 ſol *(2.)* *o* 13 Ideo dicit *o* etiam *o* 16 ecclesia *über* (se) *zu* 16 Sacramenta *r*

[1]) *Wohl nicht auf* sanguis *zu beziehen, sondern = verlegen wie Z. 10; vgl. Unsre Ausg. Bd. 36, 103, 9.* [2]) *= verlegen und verzagt.* [3]) *Vgl. im Druck unten Z. 28.* [4]) *= verzagt, mhd.* blûc.

Dr] igitur ad Grammaticam attinet, 'sanguis' significat reatum sanguinis seu culpam sanguinis effusi. Quidam igitur per Sinecdochen accipiunt speciem pro genere, ut vocet 'sanguinem' omnia peccata, quibus meremur sanguinem seu mortem, ut non solum Uriae caedem et etiam adulterium confiteatur David et pro eo deprecetur, sed in genere omnia peccata. Sed hic opponitur, quod antea in genere deprecatus sit ista et impetraverit etiam veniam. Quomodo igitur constabit ordo, si nunc denuo petat, quod iam consecutus est? Respondeo: Professus est se docturum iniquos viam Domini. Iam non solum difficile, sed etiam plenum ignominiae est, docere alios et tamen sustinere crimen admissi publice peccati, sicut dicitur vulgari versiculo: Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.[1] Sicut igitur David antea oravit et impetravit absolutionem ab omnibus peccatis coram Deo, ita etiam hic orat absolutionem omnium peccatorum coram Ecclesia, ut Ecclesia sciat eum absolutum esse coram Deo, ne impediatur doctrina, quam instituit. Sic apud nos Sacramenta sunt, quibus etiam in hoc utimur, ut sciat universa Ecclesia nos agnoscere peccatum nostrum et credere id nobis propter Chri-

20 vocet] vocat *AB*

[1]) *Sprichw., vgl. Wander, Lehrer 1.*

Hs] ecclesia. 'Sanguines' est reatus, qui polluit auditum et visum hominum scientium; quia dicit docturum in publico, ibi nihil plus impedit quam reatus. Scire aliquem hominem adulterum etc., das iſt nicht fein. Ideo libera me ab isto iure, quod habent sacerdotes contra me, quia tibi peccavi et in Mosen. Iam coram te liberasti. Iam etiam coram ecclesia, ne impediatur cursus verbi. Iam videtur hoc pergere, quasi in privatum peccatum; potest fieri, ut in exemplum recordetur sui privati peccati. Sic ego: Si non fui potator, tamen 'blasphemus', ut Pau[lus 1. Timo. 1. Das laut fein.[1] 1. Tim. 1, 13
Iam iſts in ecclesia fein umbgekert. Pulchrumq[ue est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Quando Doctor fuit etiam peccator, ut non possit d[icere, se nunquam peccasse. Das iſt consolat[ione plenum: Deus voluit in me ostendere exemplar, quod me blasph[emum fecit, ministrum sui verbi. Sic mihi factum: post omnia peccata in ordinem et post Missas et abominationes dedit mihi illam gratiam etc. Si alius praedicasset hoc, quod ego docui, si potuissem, dentib[us etc.[2] Volebam etiam per cucullum irrumpere in

*7* Sic ego *o*  *zu 9* Pulchrum est doctori, cum culpa etc. *r*  *10* redarguit ipsum *o*  *11* se *o*  *zu 11:* 1. Timo. 1. *r*  *14* quod ego docui *o*

[1]) = *das hat guten Sinn.*  [2]) *Vgl. im Druck unten S. 414, 20ff.*

Dr] stum condonatum esse. Quare salvo aliorum iudicio intelligo ego hunc versum de absolutione externa coram Ecclesia, ut Deus 'sanguines', id est, reatum sic tollat, ut non amplius offendantur ii, quorum aures et oculi in peccatis Davidis offensi sunt. Quis enim non videt, quam in Doctore turpe sit, eum esse reum adulterii et caedis? Orat igitur: O Domine, libera me ab eo crimine, quod Sacerdotes mihi possunt obiicere. Peccavi in te, peccavi in Mosen quoque seu legem tuam. Iam tu mihi peccatum meum condonasti, quod implevisti animum et cor meum fiducia misericordiae tuae, per auditum laeticiae. Da, ut etiam coram Ecclesia liberer, ne impediatur cursus verbi tui etc. Videtur autem quasi de privato peccato dicere, hoc est, de caede Uriae et adulterio, ac sane fieri potest, ut in exemplum recordetur privati peccati. Sed, ut supra dixi, est species pro genere et finitum pro infinito, ut omnem culpam et reatum tollat, quo possit praedicator coram Ecclesia confundi, ut non amplius offendantur homines conscii peccatorum, quae admisserunt Doctores, sed etiam confirmentur, sicut Paulus 1. Timoth. 1. commemorat, se fuisse 'blasphemum et persecutorem Ecclesiae'. 1. Tim. 1, 13
Ea commemoratio non solum non offendit auditores eius, sed etiam magis confirmat et consolatur, postquam sciunt ea peccata ei divinitus condonata esse, accenduntur enim ipsi quoque ad similem spem remissionis peccatorum, sicut Paulus dicit, voluisse Deum hoc ceu exemplum divinae misericordiae Röm. 9, 22 f.
proponere Ecclesiae.

Hs] celum. Illa est gratia nunc dei et gloriatio eorum, qui in futurum sunt credituri. Ego hab ſchendlicher crucifigirt et blaſphemirt Christum in coenobio quam meretrices in lupanari.

'Libera': ſo ſol ein prediger thun. dicit, das er auch ein frölich angeſicht auſſheben kunne coram ecclesia, quam docet. Ut ego dicere possum: Ego crucifixi Christum in ordine et ante; ibi confitear cum gloria mea peccata et delector, das ich geweſen bin ſo ein ſchendlicher hostis Christi. Si prius aliquis mihi dixisset, non passus fuissem, sed ornassem etc.[1] Iam laetor. Iam nolo blasphemus Euangelii esse. 'Libera me de sang[uine]' i. e. de reatibus, quod coram hominibus cognoscar absolutus, quod lex me non liget, quia per te iustus. Das heiſt legi auch yns maul gegriffen.[2]

[Bl. 61b] 'exultabit': de praedicatione. Cum fuero coram mundo absolutus et coram te et hominibus iustificatus, Tum possum exultare iustitiam. i. e. letanter annunciabit tuam iustitiam. semper obliquis oculis videt in omnes alias iusticias. Ego; mundus non. Si me liberaveris, ut sim inno-

2 hab *o* 5 kunne *o* 7 geweſen bin *o* 8 fuissem] fuisset *o* 9 me de sanguine *unten* 11 per *o* 14 *über* annunciabit *steht* lingua mea 15 iusticias *o* ut sim *unten*

1) *Erg.* ordinem. 2) = *das Gesetz widerlegt, aufgehoben; vgl. Unsre Ausg. Bd. 36, 281, 24; Bd. 34*[1]*, 6, 8.*

Dr] Ad hunc modum mihi coram Ecclesia non est inhonestum nec adimit fidem doctrinae meae, quod fateor me quoque inter Papae monstra fuisse, quod factus sum monachus et tum Missis meis tum toto vitae genere Christum redemptorem meum non negavi solum, sed denuo crucifixi. Ita enim totus in fiducia mearum iusticiarum vixi, ut, si quis ea docuisset tum, quae nunc Dei gratia doceo et credo, credam me eum laceraturum fuisse dentibus. Sed quod Dominus ex hiis blasphemiis me liberavit et constituit in fidelem Praeconem verbi et iusticiae suae, hoc coram Ecclesia iucundissimum est audire.

Ad hunc modum David quoque orat liberari sanguinibus, hoc est, absolvi a reatibus etiam coram Ecclesia, ut, sicut a Deo absolutus est, ita etiam sit absolutus a lege et libere coram Ecclesia possit erigere faciem, sicut iam de meo exemplo dixi, me Christum tum in Ordine tum ante Ordinem crucifixisse. Haec confessio peccati non efficit, ut contemnatur verbum, sed auget fiduciam misericordiae in auditoribus et Christo quoque grata est. Ideo addit Propheta:

'Et exultabit lingua mea iusticiam tuam.' Pertinet autem ad praedicationem verbi, quasi diceret: Cum sic coram mundo absolutus et coram te et hominibus iustificatus fuero, tunc potero lingua mea exultare, hoc est, cum gaudio annunciare et prae[Bg. M]dicare tuam iusticiam, hoc est, gratiam, qua peccata condonas et misereris. Porro hoc vocabulum Iusticiae magno

Hs] cens coram te et hominibus, ſo wil ichs cum gaudio et laetitia thun et provocabo inimicitias mundi etc.

'Iust⌊iciam': i. e. gratiam. Istud vocab⌊ulum cum sudore multo adeptus. 'Iusticiam' exposuerunt: i. e. veritatem dei, qui punit damnatos; Misericordia, qua salvat credentes. periculosa opinio, concitat odium occultum cordis ad⌊versus deum, quando tantum nominavi territus. 'Iustitia': qua nos iustificavit, vel donum, quo tollit peccata, fit pater arridens; contra iustus fio non mea iustitia sed favore dei. Iterum est provocare totum orbem terrarum, modo sine pudore possim progredi in publicum et non erubescere.

30. Iulii. Audivimus: 'Deus salutis.' hanc sententiam credo veram, ut deprecetur publicum reatum, quo possit suffundi praedicator coram ecclesia. Et est exemplum illustre et pulchrum; placet pro consolat⌊ione eorum, qui et ipsi sunt rei et repraehensib⌊iles ex praeteritis peccatis. Ut sit species pro genere per Synech⌊dochen.

'Domine, lab⌊ia': In horis Cano⌊nicis. Fortasse bona consuetudine V. 17
introductum, quod hunc versum in universa ecclesia cecinerint principio suorum orationum. Quantum pertinet ad laudem, adhuc hodie necesse et praeponantur. Sed in privatis orationib⌊us non est necessarium. Non

1 thun et *unten* zu 3 'Iusticia' *r* 4 'Iusticiam' exposuerunt: i. e. *o* 6 ad⌊versus deum *o* Iustitia *o* 7 donum *scheint c aus* q⌊uo 11: 30. Iulii *r* 13 pulchrum *o* 14 peccatis *o* zu 16 'Domine, labia mea ape⌊ries' *r* 19 *über* necessarium *steht* quia ibi nullum periculum a tyrannis

Dr] sudore mihi constitit; sic enim fere exponebant, Iusticiam esse veritatem, qua Deus pro merito damnat seu iudicat male meritos, Et opponebant iusticiae misericordiam, qua salvantur credentes. Haec expositio periculosissima est, praeterquam quod vana est, concitat enim occultum odium contra Deum et eius iusticiam. Quis enim eum potest amare, qui secundum iusticiam cum peccatoribus vult agere? Quare memineritis, 'iusticiam' Dei esse, qua iustificamur, seu donum remissionis peccatorum. Haec iusticia in Deo grata est, facit enim ex Deo non iustum iudicem, sed ignoscentem patrem, qui iusticia sua vult uti non ad iudicandos, sed iustificandos et absolvendos peccatores. Hanc tuam iusticiam, inquit, non iusticiam hominum aut Mosi, ego cum gaudio et laetitia praedicabo, etiam si mihi hostes capiendi sint omnes homines, modo tu hoc facias, ut etiam coram Ecclesia me absolvas, ut sine pudore possim progredi in publicum et non erubescere propter peccata, quae Ecclesiae quoque nota sunt. Est autem illustre exemplum pro consolatione illorum, qui sunt in ministerio verbi et tamen sunt repraehensibiles ex praeteritis factis suis. Dixi enim in generali doctrina hic quoque speciem pro genere esse positam.

Hs] loquitur de privato colloquio inter deum et peccatorem sed de toto ministerio,
Pſ. 116, 10 quia nos iustificati nihil habemus reliqui quam hunc versum: 'Credidi,
Pſ. 46, 9 propter quid', Et ubique: 'Venite, videte, quanta'. Sic post iustificationem
vult gratias agere et confiteri et omnem hominem mendacem arguere. Sic
Röm. 3, 9 Roma. c[ap]. 1. 3.: 'Omnes sub peccato, gentes, Iudaei'.

S[umma] s[ummarum]: rogavi, ut iustificato dares absolutionem publici reatus et criminis. gratia deo. non solum sumus rei coram deo et indigemus gratia, sed etiam criminum coram mundo, das wir wol mogen die pfeiffen einziehen[1] et dicerent[2]: Quare vis docere peccatores, [Bl. 62a] cum tu sis? Ideo dicit: 'Domine, labia' etc. Quid est 'aperire os'? Num non potest? Nonne potest laudem dei dicere In angulo? Possum etc. Sed 'aperire os' i. e.
Pſ. 81, 11 libere loqui, ut perficiam sacrificium, quod est tuum; Alibi: 'Dilata os tuum'
Pſ. 34, 4 Et: 'mecum magnificate virtutem super virtutem'; audere loqui deum et

2 versum *c aus* p[ ] *zu* 2 Ps. 115. *r* 3 *über* ubique *steht* in psalmis *über* quanta *steht* 'fecit animae meae' 4 arguere *o* 5 gentes *c aus* gentis *über* gentes *steht* et 3. 7 criminis] cris 8 die *o* *zu* 10 'Aperire labia' *r* 11 dei *o* 12 os] ōs *[Schreibfehler]* 13 *über* mecum *steht* ps. 34. *zu* 13 ps. 50. *[V. 14]* *r*

1) *Sprichw., vgl. Unsre Ausg. Bd. 18, 150, 30 = bescheiden werden.* 2) *Nämlich die Leute zu uns.*

Dr]

## XVI.

V. 17 **Domine, labia mea aperies, Et os meum annunciabit laudem tuam.**

In horis Canonicis fortasse bono consilio institutum est, ut earum initia ab hoc versu Ecclesia faceret. Nam quod attinet ad publicam confessionem et ad laudem Dei in Ecclesia, recte usurpatur. Sed in privatis orationibus eo minus hoc exordio est opus quia ibi nullum a tyrannis periculum est. Et hic quoque non agit Propheta de privato colloquio peccatoris cum Deo, sed agit de tota Ecclesia, de ministerio et ministris ac toto populo Dei. Nam qui iustificati iam sunt, hi nihil habent, quod restet,
Pſ. 116, 10 quam ut cum Davide dicant: 'Credidi, propter quod locutus sum', Item:
Pſ. 46, 9 Pſ. 22, 23 'Venite et videte opera Domini', Item: 'Narrabo nomen tuum fratribus meis'.
Idem hoc loco quoque Propheta significat, ut postquam iustificatus est coram Deo per gratuitam misericordiam, quam fide apprachendit, item postquam coram Ecclesia sic a reatu absolutus est, ut peccata praeterita non sint scandalo amplius, sed consolationi Ecclesiae, Nunc petit, ut Dominus aperiat labia, ut sine timore libere possit misericordiam Dei praedicare in publico, non in angulis, sicut phanatici solent. Quia autem petit a Domino aperiri labia, significat, quam arduum opus sit hoc sacrificium laudis, quod in
Pſ. 50, 14 Psalmo. 50. exigit. Est enim audacia super audaciam, virtus super virtutem et fortitudo super fortitudinem, audere loqui in publico et confiteri nomini Domini. Hic enim Sathan imminet omni genere insidiarum, ut hanc con-

Hs] profiteri theologiam, quia diabolus ſthet da et habet keul, omnes gladii, bombardae etc. Non videtur, donec sumus locuti. Si quis videre posset, wie der Teuffel hinder eim ſthet, qui vult profiteri Theologiam; i. e. da spiritum, das ichs darff wagen fur der welt. Non ad horas canonicas, sed stare contra diab⌊olum, mundum etc. Pfaffen legunt in omnibus horis Cano⌊nicis, satis dicitur. Sed qui vult dicere veritatem, der kan nullibi bleiben. Interdum 1 den⌊arius ſtopfft os zu[1] et sunt infinita impedimenta. Mihi hoc saepe contigit. Tamen ubi res ipsa patitur, dominus adest et aperit os etc. Ne sinas me spectare Caesarem, Reges etc. nec meipsum, Sed 'libera me de sanguinibus'. 'Ut os meum': Tam simpliciter loquitur: 'dein lob et ehre'. Ipse dicit de publica confess⌊ione, praedicatione eius, qui iam sit iustificatus. Quanta res audere loqui. 'Non possumus non loqui, quae vidimus et audi- Apg. 4, 20
mus', Pet⌊rus. sed tamen tantus impetus diaboli, quod opilat nobis os, ut dicere cogamur: 'Aperi'. Ideo emphatice intellige. 'Virtus' annunciatur, opus tuum, iustitia, ſo gilts mortem et resur⌊rectionem. Si iustificatus ghet hin durch laudem dei praedicare, est se immittere periculis diaboli, mundi,

*1 über* keul *steht* clavam *5 hinter* ꝯ [= contra] *nochmals* coñ [= contra] *6* vult *vor der Zeile* *7* os *o* *9* libera me *o* *11* dicit *über* docet iam *o* *13 über* Pet⌊rus *steht* Acto. *14 vor* 'Aperi' *steht* 'Domine' *vor der Zeile* annunciatur *o* *zu 16* Laudem dei praedicare *r*

[1]) *Durch Bestechung.*

Dr] fessionem impediat. Eas insidias omnes si oculis humanis possibile esset cernere, facile causa pateret, cur et spiritu antea rogarit confirmari Propheta et nunc ab ipso Domino labia operiri optet, non ad orandas horas Canonicas, sed ad portandum nomen Domini coram diabolo, mundo, Regibus, Principibus et carne universa. Hic enim variae occasiones sunt, quae labia premunt, nonnunquam metus periculi, nonnunquam lucri spes, saepe etiam amicorum consilia interveniunt, quibus hoc sacrificium Sathan conatur impedire, sicut ego quoque saepe expertus sum, et tamen in magnis causis, ubi periclitabatur gloria Dei, Deus affuit et aperuit mihi os contra ista obstacula.

Docet igitur hic de publica confessione et praedicatione eius, qui iam est iustificatus, ut discamus, quanta res sit audere loqui, quae expertus sis. Non solum enim Sathan, sed Principum et Regum tyrannis, imo peccata et caro nostra hanc confessionem voluit impedire. Contra ex altera parte urget spiritus, sicut Petrus dicit Acto. 4.: 'Non possumus non loqui, quae vidimus Apg. 4, 20
et audivimus'. Hic spiritus hanc praecationem multis gemitibus coram Deo orat, ut ipse aperiat labia nostra ad annunciandam laudem eius. Atque hic admoneo vos, ut, quoties in sacris literis occurrunt vocabula ista: Annunciare laudem Dei, iusticiam etc., memineritis significari simul extrema pericula, quia dicere laudem Dei est se obiicere Diabolo, mundo, carni et

Hs] carnis et omnium malorum, quia deus non potest laudari, nisi nos ista damnemus. Sed si praedico laudem meam, O yhe, lieben freunde, qui est in societate, fraternitate Rosarii, non potest perire. qui Invocaverit beatam Virginem Barbaram, non potest perire sine Sacra|mento. Ibi laudo meas laudes, i. e. Si hoc fecero, kan ich mir ſelbs helffen. Ibi non remis|sio peccat|orum gratuita. Ideo hilff du, domine, ut, quod didici, nempe gratiam, iustificationem, possim confidenter docere, quod tu solus laudabilis, gloriosus in secula.

[Bl. 62[b]] Orandum est alioqui nobis. Nemo nostrum non indiget hoc versu. Audi, quae nam potis|simum opera eligit, non in sordidis operib|us Ieiunii, abstinentiae etc., ſtinckende, faule kappen tragen. Iohan|nis bap|tistae etiam sunt aliquid! sed quid ad hoc? Ludibilia et puerilia! Non erat ein
Matth. 3, 7 Matth. 14, 4 man cum pelliculo, Sed: 'genera viperarum!' 'Non licet tibi' etc. Da war
Matth. 3, 11 er baptista: 'Venit post me vir' etc. Sic alius praedicet: Tu es Adulter, incestus! et tamen Herodes amabat eum. ad sacerdotes: 'Genera viperarum'.

---

2 damnemus] damnemur 5 *hinter* laudes *nochmals* (laudo) 6 domine *o* 11 ſtinckende] ſtinckede (aliquid) Iohan|nis *zu 11/12* Iohannis baptistae opera *r* 12/13 *über* ein man *steht* Ioh|annes bap|tista 13 *über* 'Non licet tibi' *steht* ad Herodem 14 me vir etc. *unten* 15 viperarum *o*

Dr] omnibus malis. Quomodo enim laudabis Deum, nisi prius reum facias ac damnes totum mundum cum omnibus iusticiis suis? Hoc autem quisquis facit, sibi non odium solum, sed etiam manifestum periculum accersit, sicut econtra, qui docent Ordines, Invocationem sanctorum, merita, fraternitates et similia, non Deum, sed se laudant, ideo etiam facile tolerantur et admittuntur a mundo. Igitur dicit Propheta: Domine, aperi tu labia mea et da, ut possim confidenter clamare, docere, erudire alios hoc, quod ego didici, quod tu solus sis laudabilis et gloriosus in secula, qui gratis iustificas impium etc.

Atque hic audis, quis sit ille iustificatus et quaenam potissimum opera eligat: non ieiunium, non abstinentiam, non cilicium Ioannis, non heremum etc., quae etiam aliquid sunt. Sed si ad hoc summum opus conferas, ad praedicationem nominis Domini, ludus et iocus sunt, non solum in istis Papae larvis, sed etiam in vere sanctis. Neque enim Ioannes ideo tantus fuit quia pellibus vestiit etc., non bibit vinum nec siceram, sed quia erat plenus
Matth. 3, 7 Spiritu et audebat Pharisaeos appellare 'germina viperarum', quia audebat
Matth. 14, 4 tyranno dicere: 'Non licet tibi habere uxorem fratris tui', quia audebat
Matth. 3, 11 coram toto populo testimonium dare Christo inter suos contemptores: 'Post me venit, qui prior me est, cuius calceos solvere non sum dignus'. Haec

---

27 opus opus *A*

Hs] Sic incipe, vide, an non amittes caput. Confiteri deum, populum erudire, das ſind opera, virtutes omnium virtutum. Inspice Iuristas nostros, quot eorum audaces in re politica audere profiteri veritatem? Cicero fuit ausus et Demosthenes in politica re, wie iſts in[1] gangen? In angulo facere, aperire os et detrahere, hoc muliebre; sed sedere in senatu urbis, principum et aperire os! In libris inveniunt, sed non audent dicere. Sed in theologia veritatem loqui in conspectu dei et angelorum, caesarum et principum, omnis orbis terrarum iſt ein anders quam confessio Iuristarum, et tamen magna res est in politia profiteri, ut dicas: 'Domine, labia'. Post iustificationem, gratiam est maximum, ut loquatur veritatem de Christo. Ieiunium servare potest bestia et Turca et est necessarium pro refrenando corpore. Sed audere ad magna pericula, da gehort spiritus principalis et

*1* an *o*   *3* profiteri veritatem? *o*   *zu 3* Profiteri veritatem *r*   *zu 4* Cicero, Demosthe|nes *r*   *6* dicere *c aus* dicent   *9 über* in politia *steht* veritatem   *11* servare *o*

[1]) = *ihnen.*

Dr] sunt, quae Ioannem commendant et 'eum maiorem faciunt inter natos mulierum'. Matth. 11, 11
Heremum, pelles, cibum, potum quivis etiam malus imitari potest, idque sine periculo, sed docendi munus sine periculo administrabit nemo, et sane patet, quod premium Ioannes inde tulerit, cum ita turpiter ad arbitrium meretriculae Matth. 14, 8
iugulatur. Ergo qui volunt magnum et dignum Christiano homine opus ornare meritis laudibus, non laudent stulticias Papae, non privata sanctorum exercitia et afflictiones, sed hoc laudent, confiteri nomen Domini coram mundo. Haec enim virtus virtutum et summum ac difficilimum opus est. In Politia apparet, quam pauci sint, qui magno animo Rempublicam capessere et pericula privata contemnere possint, et plerunque accidit, quod Cicero dicit, ut, qui spe amplissimorum premiorum ad Rempublicam accedunt, metu gravissimorum suppliciorum carere non possint.[1] Et sane Themistoclis, Ciceronis, Demosthenis et aliorum in Republica magnorum virorum exempla satis testantur, etiam illud vitae genus plenissimum periculorum esse. Muliebre enim est, sedere in angulo et reprachendere aliorum res gestas, sed in Senatu et Conventibus Principum versari et libere sententiam dicere, etsi necessarium et utile erat, tamen paucissimi audent. Quanto maius et angustius esse putas, sacra loqui et docere in conspectu Dei et Angelorum, contra voluntatem non Principum et Regum solum, sed etiam Diaboli et totius mundi? Hic maius periculum suscipitur quam in Republica, quamvis ibi quoque magno animo opus sit. Sed hic etiam Spiritu Dei opus est et digito Dei, quo diducantur labia et solvatur os in laudem Dei. Ergo post iustificationem et gratiam nullum aliud opus maius est, quam loqui veritatem de Christo. Corporalia

[1]) *Vgl. Nachträge.*

Hs] oratio: 'Domine, labia' etc. Ps⌊almus: 'Factus sum homo, non audiens
Pſ. 38, 15 redargutiones'.

Iam dat rationem, quare post iustificationem nihil sciat nisi gratias
V. 18 agere: 'Quia non cupis sacrificia'. Eb⌊raice: 'Et darem holocausta, non
voles'. Illum prorsus occidite! 'Facerem multo.' Iustificatus sum, donum
Micha 6, 7 accepi remissionis, gratiam habeo, libenter aliquid facerem. Micheas: 'Dabo
primogenitum meum pro scelere meo' etc. Despecte et contemptim loquitur de sacrificiis. Nemo potest illum sermonem satis explicare, quod prophetae istius populi, in quo erat divinitus institutum regnum, ubi suum erat sacrificium. Et contra istum consuetum morem, contra legem Moisi, contra ritum populi sic praedicare: Non vis sacrificia, das iſt horibilis heresis geweſen. Nos nihil ad prophetas. [Bl. 63a] Si Papa haberet contra nos autoritatem legis, scripturae etc. Nos vicimus Papam ista gloria, quod scripturam non habet. Victoria nostra valde vilis et turpissima quoad istas victorias.[1]

*1* Ps⌊almus *o*  non audiens *o*  *zu 6* Mich. 6 *r*  *7* primogenitum meum *über* ⟨vitium⟩  *9* in *bis* institutum *o*  regnum ⟨sacrificium⟩, ubi *unter* suum *steht* i. e. dei  *11* sic praedicare *o*  *13* etc. *unten*  *14* nostra *o*

[1]) *Nämlich der Propheten.*

Dr] exercitia non homines solum praestare possunt, sed bestiae quoque ieiuniis
et aliis possunt affligi. Et fertur Turcarum in corporalibus afflictionibus
magna esse severitas. At sane inter Christianos omnia exercitia illa suscipienda sunt, quae pertinent ad frenandam seu mortificandam carnem. Sed
audere ob nomen Christi periculum vitae et fortunarum adire, ad id requiritur
V. 14 'Spiritus principalis' et oratio haec: 'Domine, labia mea aperias'. Iam
rationem addit, quare, postquam iustificatus sit, nihil possit nec norit facere, quam per praedicationem nominis Dei agere gratias, et dicit:

## XVII.

V. 18 **Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem, Utique holocaustis non delectaberis.**

Haec est ratio, cur velit annunciare laudem Dei, Quia, inquit, non placent tibi sacrificia. Sed haec an non haeretica vox est, dicere stante adhuc lege et toto cultu: Non vis sacrificium, holocaustis non delectaris? Ego quidem saepe miratus sum hanc Prophetarum audaciam, quod sic contemptim de sacrificiis contra legem Mosi et ritum sui populi sint locuti. Quod si Papa Sacra et Ceremonias suas eo modo ex verbo Dei posset probare, sicut Iudaei sacrificia sua, perfecto nunquam ausus essem aliquid contra hiscere. Nunc autem cum sine verbo, imo contra verbum ista instituerit et mandarit, summo iure damnamus eum. Sed quanto haec nostra victoria de Papae Ecclesia et Ceremoniis levior est illa, quam Prophetae

Hs] Papam spoliamus simpliciter omnibus scripturis et reliquimus in traditio⌊nibus humanis, nihil habet reliquum nisi ecclesiam etc. Scriptura sacra se videt spoliatum. Hic vero propheta loquitur contra Mosen: 'Holocausta non voles'. Et totus Moses in Levitico, Numeris, est plenus Exemplis patrum Abra⌊hae, Isa⌊ae, Iacob, qui obtulerunt, — et Is audet et dicit etc. Iere⌊mias: 'Comedite carnes' etc. Jer. 7, 21 f. Esa c⌊ap. 1. Das ſind hart loci et herter, quam si sic Jeſ. 1, 11 dicerem: q⌊uicquid deus mandavit, politicam, obedientiam magistratus, parentum et 2. tab⌊ulam, tamen non placet deo; et tamen est apertissimum verbum, das hat noch herter gelaut. Sacrificium dei, quod institutum divinitus per Mosen et approbatum per prophetas et patres, ſol nichts gelten. Et tamen hic: 'Alioqui libenter darem' (ho⌊locausta, die ſollen gar koſtlich ſein). Sic invadere totam legem Mosi et damnare Summum cultum: Descende a specie spiritualis⌊sima, quae habet verbum dei etc. Quid erit obedientia Minoritae, magistratuum? Sacrificium pecoris habuit tam forte mandatum ut Magistratus. Et isto tempore tenebantur ad sacrificium, Ut nos tempo-

*3* propheta *o* *zu 5* Iere. 7. *r* *zu 6* Iesa. 1. *r* *7* magistratus *o* *8* deo *c aus* deus *9* noch *o* *10* ſol nichts gelten *o* *13 über* specie spiritualis⌊sima *steht* oblatio

Dr] tulerint, quod legis sacrificia sic oppugnarint. Neque enim hic sacerdotibus sicut Papae defuere scripturae. Nam Papa praeter nudum Ecclesiae titulum prorsus nihil habet, quo se et traditiones suas tueri possit, Isti autem in lege sacrificia divinitus mandata esse norant. Igitur David hic simpliciter contra Scripturam et Mosen videtur loqui, qui manifestum testimonium habet, quod ex voluntate Dei populum Ceremoniis instituerit. Notum enim est, quanto studio in Exodo, Levitico et Numeris praecipiantur omnia, quae ad tabernaculum et sacra attinebant. Nota sunt exempla Patriarcharum Abrahae, Isaac etc., qui omnes suam erga Deum gratitudinem sacrificiis testati sunt. Contra expressum igitur mandatum Dei et contra omnium sanctorum exempla ita simpliciter dicere: Tu non vis sacrificia, speciem habet certissimae haeresis. Prius autem, quam explicentur ista, hoc monendum est: Quod si Spiritus sanctus in Davide damnat sacrificia divinitus iussa, quo ore audebunt Monachi cucullos et Ordines, vota et rasuras iactare tanquam sanctitatem? Quo ore Pontifices suis traditionibus audebunt tribuere aliquam iusticiam, cum haec omnia sine verbo Dei sint instituta? Ergo non solum contra legem, sed etiam contra totum Papatum cum omnibus traditionibus, sacris, cultibus hunc versum a Spiritu sancto sentias positum esse, quod scilicet coram Deo non placeant.

Quod igitur David descendit ad speciem specialissimam et summum cultum legis damnat divinitus institutum, manifestam in eo distinctionem facit omnium religionum in mundo, etiam eius, quae a Mose instituta et divinitus praecepta est, et separat ab his religionibus omnibus hanc unam,

Hs] raliter usque ad diem iudicii tenemur ad obedientiam mag[istratus manifesti. Distingue ergo inter religiones omnes mundi a Christo, qui ſol vber Moſen ſein, remissio pec[catorum et gratia ſol etwas groſſers ſein quam cultus in
Pſ. 40, 7 f. toto mundo. Alibi: 'Non postulasti; tunc dixi: ecce venio'. Dominus leſt ſich nicht buchen¹ cum nostris operibus, etiam si fuderis sang[uinem, Ieiunes dies et noctes; da gewinſtu Gott nicht mit, quia inquit: 'possem, darem, sed certum, quod holo[causta'. Das iſt pulcher[rimum contra istas prae-
Pſ. 50, 13 sumptiones etc. 'Num carnis, sang[uinis' etc., quae omnia creavit, dedit omnia, quae homines², ipsam vitam animam, conscientiam, sensus; quid est in me, quid habeo? Quid tamen in me, quod non sit eius donum? [Bl. 63ᵇ] Et tum venio et dico: Ich wil ein Cartheuſer werden etc. Omnia a deo. Si ipse indigerem, non darem tibi.³ Si facultatem ieiunandi etc. vellem habere, non dedissem tibi. Nihil reliquum nisi hoc 1, ut soli deo ag[amus
Röm. 11, 35 gratias; quicquid sumus, vivimus, habemus, dona dei sunt. 'Quis prior dedit illi?' Das iſt etiam rationis humanae manifesta stultitia, quod dona

1 tenemur *bis* manifesti *o* 4 *über* Alibi *steht* ps. ecce venio *o* *zu* 4 ps. 40. *r* 5 operibus] opibus 8 *über* carnis *steht* ps. 50. 9 omnia *über* oīa *c aus* sunt 12 facultatem *o* 13 Nihil ⟨potest⟩ 14 *über* Quis *steht* Ro. 11.

¹) = *vergewaltigen, trotzen.* ²) *Erg.* habent. ³) *Dies und das Folgende Worte Gottes.*

Dr] quae est per fidem in Christum, qua peccata remittuntur et donatur iusticia cum vita aeterna, sine operibus et sine meritis, tantum ideo, quia Deus misericors est et per Christum ignoscit. Haec religio docet, non sic instituenda esse opera et cultus, ut per ea Deus placetur; Non sacrificiis, non ieiuniis, non obedientia Politica, non Oeconomica, non denique ullo alio humano opere peccata expiari: Esse quidem per se sancta et bona opera et quae Deo placeant, sed si fiant alio fine, quam a Deo mandata sunt, non solum non placari per ea Deum, sed etiam offendi. Nam si holocausta non placent, quanta stulticia est praesumere de iis, quae nos ipsi sine verbo
Pſ. 50, 9 f. Dei elegimus? Ideo in psalmo 50. dicit: 'Non accipiam de domo tua vitulos, quoniam meae sunt omnes ferae sylvarum'. Meus est orbis terrae et plenitudo eius, quasi dicat: Frustra putatis me vestris operibus placatum iri, nam ipsam animam, sensus et vitam vestram omnem meo dono habetis. Si igitur indigerem iis, quae vos habetis aut potestis, non ea darem vobis. Nam unde habet monachus hoc, quod ieiunat, quod orat, quod alia facit, quae vult? Nimirum ex eo, quod voluntatem et facultatem dat¹ haec faciendi? Iam si ego² ista do, cur mihi ea reddis tanquam indigenti et poscenti? Ergo nihil est reliquum, quod nos faciamus Deo, quam ut ei agamus gratias. Quicquid enim sumus, vivimus et habemus, dona Dei

¹) *Nämlich Gott.* ²) *Wieder Worte Gottes.*

Hs] capta vult reddere et aliquid magni facere. Nihil potes dare deo, nisi quae prius eius sunt. Ideo lex pulcher⌊rime abrogata: Vos offertis deo boves, oves, Ieiunia, cuius sunt ista omnia et quae habetis? accepistis a deo. Quare offertis? ut placemus deum. Si omnia habes a deo, et vis dare, ut tua Ratio arguit deum ut mendacem. Reddere gloriam, posse scire, quod haec habeam a te deo ipsum hoc est donum dei. Contra totam religionem Moisi, contra legis opera et omnes relig⌊iones dicere: 'Deus non cupit sacrificia, alioqui possem dare'. Et si possem Ieiuniis venire ad coelum, Ante 20 annis potuissem coelum mereri, — finis respiciendus. Ieiunandum, ut sit bonus ordo vitae, — propter salvare volo credere in Iesum Christum. Deus non curat ullum sacrificium neque holoc⌊austum placet. Valde ista sunt grandia, quia extenuat, quicquid est religionis, propter fidem in gratiam Christi. Docendo est facilis ista res, sed experiendo etc. Jch wolt libenter deo ein trotz beweiſen[1]: sic praedicavi, vixi caste, — nihil. 'Si est aliquid, 1. Kor. 4, 7
quid glorieris, quod accepisti?' Etiam gratiarum actio est acceptum donum, quantomagis res, de qua gratias ag⌊is, est acceptum donum, et das[2] hett er[3] gern etc. Hoc est falsis discipulis Mosi in os gegriffen: Summum cultum, qui potest in orbe terrarum fingi, et dicere, deo non placere! Quare? quia fit cum ista additione, quod debet placare deum. Non vincitur istis operi-b⌊us. Quid autem vult?

*1* capta] caepta  potes *o*  *5* deum *o*  *10* vitae *o*  *zu 14:* 1. Cor. 4. *r*

[1]) = *Widerstand leisten, entgegen handeln; vgl. Unsre Ausg. Bd. 45, 584, 17.*
[2]) *Nämlich das* gratias agere. [3]) *Nämlich Gott.*

Dr] sunt, sicut ad Rom. quoque est: 'Quis prior dedit illi?' Cum igitur omnia Röm. 11, 35
facimus, quae possumus, nihil aliud facimus, quam ut reddamus, quae accepimus. Atqui in eo quid facimus singulare? Hic respondent Iusticiarii: Volumus aliquid mereri et testari liberum arbitrium. Hoc vero est, Deo sua reddere tanquam non sua, sed tanquam proprie nostra. Atqui etiam ratio hanc impietatem et stultitiam arguit, quod nihil eximii is faciat, qui non de suo, sed de alieno liberalis est. Hoc igitur faciendum erat, ut Deo redderemus gloriam agnoscendo, quod, quaecunque aut habemus aut possumus, eius beneficio possidemus, quod ipse sit, qui nos confirmat Spiritu suo, qui aperiat os et impleat laude sua etc.

[1]Pertinet igitur hic locus non solum ad nos consolandos et docendos, sed etiam ad refutandos adversarios. Cum enim ad probandam iusticiam fidei hac sententia Pauli utimur, 'Iustificari hominem sine operibus legis', Röm. 3, 28
ita cavillantur eam, quod sint intelligenda opera ceremonialia, et non moralia, sicut Sadoletus etiam facit in Commentario ad Romanos, in quo sententiam Pauli ita torquet et retorquet, ut non solum Pauli sententiam nusquam

[1]) *Die handschriftliche Vorlage zum Folgenden s. unten S. 464, 7 bis S. 466, 17.*

Dr] attingat, sed ne sibi quoque constet ubique. Produnt autem hoc modo adversarii doctrinae nostrae, quod sint prorsus imperiti sacrae scripturae et ne puerilia quidem illa intelligant, quid leges ceremoniales sint seu opera ceremonialia. Nam quod sic Paulum exponunt: 'Iustificamur sine operibus legis', id est, sine ceremoniis, quia ceremoniae sunt abrogatae, ex eo nihil aliud sequatur, quam Mosi quoque tempore ceremonias illas fuisse abrogatas et liberum fuisse, circumcidi vel non, sacrificare vel non, quia etiam Mosi tempore non iustificabant, teste hoc loco. Atqui tam quisquam patiens est, ut hoc ferre possit ab homine Theologo dici? Nam si nunc non sunt ista ceremonialia ad iusticiam necessaria, quia abrogata sunt, quid dicemus, cum redierimus retro ad Davidis tempora, cum nondum essent abrogatae, sed haberentur inter summa et sanctissima opera et necessaria essent? Num iustificabant tum? Minime, nam hoc est: Sacrificia non voluisti. Deinde non recte extenuantur ceremonialia. Nam praeceptum de Sabbato, etiamsi est ceremoniale, tamen ponitur in prima tabula ante et super omnia moralia opera. Ergo indigna Theologo, imo simpliciter erudito viro indigna cavillatio est, cum Paulus de Operibus legis loquitur, sentire, quod tantum de ceremonialibus loquatur quasi de operibus in inferiore gradu positis, quam moralia. Respice ista tempora veteris Testamenti, et non solum necessitatem, sed summam quoque dignitatem ceremoniarum fuisse invenies. Etsi enim nunc ceremonialia aut libera aut abrogata sunt, tamen in lege non fuerunt libera, sed necessaria, et tamen etiam tum verum fuit: 'Sine operibus legis iustificatur homo'. Ergo Paulus simpliciter loquitur de tota lege, hoc est, tam de ceremonialibus quam moralibus operibus, quod per ea non detur iusticia, sed quod iusticia tantum sit appraehendere misericordiam, quae misericordia non imputat peccata, sed ignoscit peccata credentibus in Christum. Hanc sententiam defendit Paulus in Epistola ad Romanos, quam qui non animadvertunt ceu caput totius disputationis, ne quidem umbram aliquam genuinae sententiae Pauli vident.

Hanc sententiam etiam David hoc loco ostendit, cum ante tempus novi Testamenti, suo tempore, quo sacrificia et templum in summo flore erant, disertis verbis dicit, quod sacrificia nihil sunt, quia Deus ea non curet. Hoc enim est simpliciter omnem cultum legalem tollere, etiamsi divinitus praeceptus et institutus esset ac oporteret eum fieri. Neque enim extenuanda est ceremoniarum dignitas, postquam mandato et verbo Dei videmus eas non comprobatas solum, sed etiam institutas et mandatas esse,
Jeſ. 1, 11 et tamen dicit David: Tu eas non vis. Item Esa. 1. cap.: 'Holocausta
Pſ. 50, 8 arietum et adipem pinguedinum nolui'. Item Psalmo praecedenti: 'Non in sacrificiis tuis arguam te' etc. Huiusmodi conciones sine dubio a sacerdotibus tanquam hereticae damnatae et ipsi Prophetae propter eas occisi sunt.

Sed etiam causa ostendenda, cur sacrificia, quae summus Dei cultus

Dr] in lege erant, hoc modo damnarunt Prophetae, videtur enim res singularem difficultatem habere, quod per Prophetas damnantur, quae divina voce iussa erant. Sed huiusmodi conciones Prophetarum non eo modo accipiendae sunt, quasi simpliciter damnentur sacra et ceremoniae, nam Prophetae opinionem maxime respiciunt, cum qua ceremoniae illae ab impiis fiebant. Neque enim finis sacrificiorum seu cultuum legalium erat, ut per eos iustificarentur et placerent Deo. Hic finis a peccato Adae reservatus est uni sacrificio Christi, cuius ceu 'umbra erant sacrificia legis'. Nam praeterquam Hebr. 8, 5
quod Deus voluit hisce sacrificiorum cultibus discerni suum populum a reliquis gentibus et obedientiam testari, etiam symbola erant sacrificia futuri sacrificii Christi, quibus admoneretur populus futurae redemptionis. Iam maxima pars Iudaeorum sic depravantibus eos sacerdotibus sacrificia cum hac opinione faciebant, ut per ea consequerentur remissionem peccatorum. Hoc autem erat sanguinem tauri aequare sanguini Christi et brutum sacrificium aequare sacrificio filii Dei. Propter hanc impietatem, quam impiae opiniones de sacrificiis legalibus confirmabant, Prophetae tam graviter contra sacrificia concionati sunt, non quod ad formalem, sed quod ad finalem causam attinebat. Fiebant enim sacra plerunque in loco a Deo destinato et iuxta praeceptum Dei, ita ut nihil reprachendi posset, quod ad formam pertinebat. Sed finalis causa erat diabolica. Sic damnamus Missas adversariorum non ideo, quod simpliciter malum sit, uti Coena Domini, nam nos quoque ea religiose utimur, sed quod addunt impias opiniones de opere operato, de applicatione pro vivis et mortuis etc. Sic in Baptismo operi operato nihil relinquimus, sed dicimus requiri fidem, qua accipiatur gratia, quae in Baptismo offertur. Sicut autem David suos adversarios habuit, qui se ei ob hanc doctrinam opposuerunt, ita nos quoque adversariorum calumnias, odia, excommunicationes et alia propter hanc doctrinam ferre cogimur.

Igitur maneat hoc loco quoque fixa et firmata nostra Theologia, qua sic docemus, In loco iustificationis, cum de conscientiis erigendis et tollendis peccatis agitur, neque ceremonialia nec moralia valere, quia non eo fine sunt instituta, ut iusticia per ea contingat, sicut Paulus in genere dicit: 'Non est data lex, quae vivificat, ergo per legem non potest esse iusticia', Gal. 3, 21
Gal. 3. Sed hic tantum valet misericordia, quam in sacrificio Christi Deus exhibuit, et fides, qua misericordia illa seu sacrificium Christi apprachenditur. Sunt igitur ceremoniae, tam nostrae quam legis olim, sanctae et optimae, sed in suo fine. Sunt moralia opera et optima, sed in suo fine. In hoc fine autem iustificationis non inutilia solum, sed prorsus nihil sunt, quia hic finis solum pertinet ad sacrificium Christi; prae huius dignitate omnes ceremoniae legis, omnia moralia opera nihil sunt. Sic iusticia Politica in suo fine est res suavissima et optima, ut constet pax et societas mutua inter homines. Sed si ideo, quia bonus civis, castus maritus, iustus mercator es, etiam coram Deo velis esse iustus, hic ex suavissima re facis abominationem,

Dr] quam Deus non potest ferre. Ergo statuamus nos sola misericordia esse
iustos et manere haeredes vitae aeternae, postea testemur obedientiam nostram
sancta et inculpata vita, quae pertinet non ad iusticiam nostram, sed ad
gratiarum actionem et obedientiam, quam Deo nostro debemus, sicut filii in
2. Moſe 29,18 domo patris. Tunc fiet, ut sicut sacrificia in lege Deo fuere 'suavis odor'
propter fiduciam misericordiae, qua persona prius iustificata erat, ita nostra
quoque obedientia et sancta opera placebunt propter fidem in Christum in
suo proprio fine, quod scilicet non fiunt ad iusticiam, sed ad testimonium,
quod grati simus et gratuito iustificati. Oportet enim arborem prius esse
bonam, quam boni aliquid ex ea enascatur, sicut postea cum Emphasi dicit:
V. 20f. 'Tunc acceptabis sacrificium iusticiae', cum scilicet prius ad hunc modum
'aedificati fuerint muri Hierusalem'. Sic Samuel quoque ad Saul dicit:
1. Sam. 9,6 'Irruet in te spiritus ac mutaberis, tunc quicquid in manus venit, facito'.
Hic non unum aliquod opus proponit, sed spiritu mutatum mittit quasi in
sylvam operum, quia enim iam est factus alius vir, ideo etiam sequuntur
alia opera.

Hanc Theologiam adversarii nostri non intelligunt, sed invertunt rem, volunt et docent tam diu operari, donec mutentur et alii fiant. Sed oportet prius hominem seu personam mutari ad eum modum, quem huius Psalmi ordo proponit, et postea fiet, ut omnia recte fiant, sive circumcidaris, sacrifices, laves in lege, sive extra legem in opere vocationis tuae sis, comedas, bibas, maritus fias etc. Omnia enim placent, quia persona iam placet, non quidem propter se, sed propter sacrificium Christi et misericordiam, quam fide apprachendit.

[Bg. N] Observanda igitur causa est, cur damnet David sacrificia, nempe propter locum iustificationis seu causam finalem. Haec enim non solum ceremonialia, sed etiam moralia opera viciat, si non propria sit. Quare indoctorum in spiritualibus cavillationes sunt, opera legis apud Paulum interpretari pro ceremoniis. Nam ceremoniae in lege aeque sanctae ac necessariae fuerunt atque in novo Testamento sancta et necessaria sunt moralia opera, sicut tertium praeceptum de Sabbatho clare probat, quod, cum ceremoniale sit, tamen omnibus moralibus praeponitur. Sicut enim hodie obligamur ad leges Imperiales et Oeconomicas, item ad legem fraternae charitatis, sic illi obligantur ad ceremonias. Nihil igitur est dicere: Ceremonialia iam sunt mortua et abolita. Tum enim non fuere mortua, et tamen non iustificabant, sicut nos non iustificant moralia, sive Politica sint, sive Decalogi propria. Haec monenda fuere propter calumnias, quibus etiam docti homines nos conantur premere. Nunc redeo ad consolationem.

Plenissimum igitur consolationis est, Deum non velle sacrificia, sed hunc summum cultum damnare et repudiare, siquidem fiat hoc fine, ut

---

*19* seu] ser *A* *37* monenda] movenda *A*

Hs] 'Sacrificia dei': [Bl. 64ª] Istum locum scribe cum aureis literis, er iſts wol werd.[1] Das heiſt ein sacrificium auffgericht contra sacrificia totius orbis terra[rum]. 'Sacrificium' est, quod facit sacerdos. Unum sacerdotium reprobat cum universis sacrificiis suis, aliud instituit cum suis ritibus. Isti sacerdotes placent, qui sacrificare possunt cor contritum. Das iſt vox s[piritus] sancti, distinguit manifeste inter sacerdotium et sacerdotium, sacrificium et sacrificium. Alterum placet, alterum non. Vmb den vers allein deberet einer geben leib et leben, ut crederet a deo dictum. Non indigeo vacca! Papistae: sacrificate missas etc. Quicquid est, quo me volunt colere, frustra me colunt. Sacrifica divina, placentia deo, die heiſſen: 'spiritus contritus' etc. Discat hunc versum, V. 19

zu 1 'Sacrificia dei' r 6 sacerdotium (1.) über sat; [= sacerdotem]

[1]) = wert.

Dr] avertatur ira Dei et nos iusti simus. Commendatur enim hic nobis misericordia Dei gratis condonantis peccata et iustificantis nos. Qui enim suis operibus iusticiam quaerunt, nihil faciunt aliud, quam ut conentur sibi ipsis fieri plasmatores seu creatores contra Scripturam: 'Ipse fecit nos, et non ipsi Pſ. 100, 3
nos'. Prima enim creatura, quod in hanc lucem nati sumus, non est nostra sed Dei, et scilicet secunda creatura nostra erit, qua nascamur in aeternam vitam? Ergo non falsa solum, sed impia quoque opinio est, sentire, quod Deus nostris operibus sic placari possit, ut vitam aeternam nobis donet aut iusticiam. Nam si etiam praecepta a se opera non vult hoc fine fieri, sed ea repudiat, quanto minus electitia accipiet, quae sine mandato Dei stulta superstitio suscipit? Notanda igitur haec sententia est, qua contra Mosen, contra legem, contra opera et religiones omnes dicit: 'Tu non voluisti sacrificium', ut scilicet statuatur iusticia, quae est per fidem in Christum. Sed non tam legi quam nostro cordi sententia haec repugnare videtur. Sic enim natura sumus omnes, quod optamus nos aliquid ad Deum afferre posse, quo placetur, neque possumus satis securo corde nos totos misericordiae credere. Ideo et in malefactis desperatio et in benefactis semper occulta praesumptio sentitur. Sed cur praesumimus in iis, quae aliunde habemus et non proprie nostra sunt? Nam etiam ipsa confessio et gratiarum actio est donum aliunde acceptum, quanto magis ista dona sunt, de quibus agimus gratias. Frustra igitur tentatur per opera reconciliatio. Quid igitur vult, siquidem sacrificia non vult?

XVIII. V. 19

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Hic locus dignus erat, qui scriberetur aureis literis, hic enim vides, quale sacrificium statuat contra sacrificia legis et totius orbis terrarum. Quia autem sacrificium non est sine sacerdote, igitur sacerdotium legis simul

Hs] qui potest; vox consolationis plenissima et descriptio divinita⌊tis, ut vix inveniatis, ubi definit, quid sit deus. speculative: Centrum, quod ubique, sphera, quae nusquam, Theologica definitio: Deus in voluntate, Quid ei placet. Non loquitur de maiesta⌊te, potentia eius. Rex habet opes, potentiam etc. sed quomodo affectus, quo tendunt eius opes? quid vult **machen da mit**? Sic scio deum omnia fecisse, — quo, quis finis? finalem causam scire. Deus est nihil aliud, quam qui contritos, vexatos, perturbatos amet, est deus humilium. qui hanc propositionem possem **faſſen**, essem Theologus: Deum non apprehendere in maiesta⌊te, potentia, divitiis et aliis omnib⌊us bonis, sed solum hoc titulo dicere: Deus non mortuo⌊rum sed viventium,

---

*1* descriptio *c aus* descriptionis   divinita⌊tis *rot über* (divinitatis *[undeutliche Abkürzung]*)   *zu 1/2 zu* ut vix inveniatis *gehörig:* als man die ſonſt kaum findt[1] *rot r*   *2* Centrum *c aus* Zentrum   *zu 2* Quid sit deus *r*   *5 über* quomodo *steht* Rex   *8 über* faſſen *steht* capere

[1]) *Von Dietrichs Hand.*

Dr] abiicit et instituit novum sacerdotium cum novis sacrificiis. Initio igitur faciamus hic divisionem, quod duo sint sacerdotia, unum, quod reprobat, et alterum, quod probat. Sacerdotium, quod reprobat, est illud, quod habet holocausta et alia sacrificia in lege instituta. Sacerdotium autem, quod probat, est illud, in quo non bestiae, sed corda offeruntur contrita et humiliata. Hanc divisionem initio observemus ac credamus eam fieri non a Davide, sed ab ipso Spiritu sancto. Nam infra patescet, quod nulla alia possit maior contingere consolatio, quam si scias ab ipso Deo sic pronunciari, quod non indigeat sanguine taurorum nec aliis nostris operibus, secundum
Jeſ. 29, 13 illud: 'Frustra me colunt mandatis hominum', sed sacrificia divina et placentia Deo esse spiritum contritum et cor humiliatum.

Secundo, Non solum traditur hic illa Iudaeis intollerabilis distinctio sacerdotii et sacrificiorum, sed etiam proponitur tam iucunda et suavis descriptio Dei, ut vix usquam suaviorem invenire possis. Speculative definiunt Deum similitudinibus quibusdam, quod Deus sit Centrum, quod ubique est, et Sphera, quae nusquam est. Sed haec Mathematica et Physica sunt, quae nos relinquimus aliis professoribus. Nam Theologicam definitionem quaerimus, ea non est definitio essentiae divinae, quae incomprachensibilis est, sed voluntatis et affectus, quid ei placeat, quid non placeat. Neque enim Principem novit, qui potentiam et opes novit, sed qui affectus et consilia omnia Principis intelligit. Sic ante oculos sunt creatio mundi et potentia Dei. Sed hoc caput est scire, quo fine Deus fecerit ista et quo consilio. Hanc cognitionem praesens versus Psalmi cum singulari suavitate proponit, quod scilicet Deus sit talis Deus, qui finaliter nihil faciat aliud, quam ut contritos, vexatos, perturbatos respiciat ac amet et quod sit

Hs] non perditionis sed salutis, non hostis humilium, perditorum, sed amans vitae, salutis, quietatis, pacis, consolationis, leticiae. Ideo sic consolatur omnes 'contritos corde': Si vis sacrificium, cultum facere, hic sit: terreamini, et si estis territi, cogitate deo placere. sensus humanus sic dictat: [Bl. 64[b]] sentio me peccasse, ergo deus deserit. Sic ratio, iura, leges et quicquid infra Christum, dictat. Et Sat⌊an exaggerat et ratio, ista consentiunt. Sed fac distinctionem. Cum es contristatus Et sentis vim peccati et es in angustia, tum est tempus recte distinguendi. Et dic: Deus est amans contritorum, afflict⌊orum, humilium, expectat gemitus, voces invocantium, qui dicunt: Iuva, domine. sed non fit nisi s⌊piritu sancto magistro. Sed: Ego aspersissimus amaritudine et tristitia, non ergo audeo invocare deum. Semel atque iterum mihi contigit, ut non potui dicere: **hilff, lieber herr.** Quando

*1* non *(2.)* *o* *2* quietatis] qetꝫ *3* vis *c aus* sis *[Schreibflüchtigkeit]* *4* territi *o* *6* (sic) dictat *10* magistro *o* *12* atque] atꝫ

Dr] Deus humilium et contribulatorum. Hanc definitionem si quis animo complecti posset, is esset Theologus. Neque enim Deus in maiestate et potentia appraehendi potest. Ideo haec definitio nobis voluntatem Dei aperit, quod sit Deus non mortis sed vitae, non perditionis sed salutis, non hostis humilium et perditorum sed amator et adiutor, et simpliciter quod sit Deus vitae, salutis, quietis, pacis et omnis consolationis et laeticiae. Consolatur igitur Propheta omnes contritos, quod Deo non possit aliud sacrificium gratius praestari, quam ut terreamur ac paveamus et in isto pavore statuamus Deum esse faventem et placatum etc.

Haec est sapientia supra sapientiam, hoc est, divina sapientia, quia sensus humanus seu ratio sic dictat: Sentio me peccasse, atque ideo affligor animo, ergo habeo Deum iratum, ergo omnis gratia sublata est. Sic ratio, et quicquid est infra Christum, dictat. Deinde accedit Sathan, qui animum sua sponte in desperationem procumbentem impellit aut subiiciendo exempla irae, aut obiiciendo eas sententias, quibus Christus et Spiritus sanctus secura corda volunt deiicere. His augetur malum et quasi vires sumit desperatio. Sed quid nos docet sapientia spiritus sancti? Ea proponit Deum non talem esse Deum, qui conterritos magis terrere et contritos plus conterere velit, sed qui amans sit contritorum, afflictorum et humilium, qui expectet et audiat gemitus ac voces calamitosorum. Sed nisi Spiritus sanctus hanc sapientiam in corda infundat, etiamsi audiatur, tamen sine fructu auditur. Neque enim corda hanc spiritualem sapientiam possunt appraehendere, sed cum oppressa sunt amaritudine et tristicia, ne orare quidem audent. Etsi enim ego non magnam huius periculi experientiam habeam, tamen semel

*31* expectet] expectat *AB*

Hs] homo contristatus, deus iratus, nullum consolatium, kein retten etc. Sed in
medio tribula|tionis dicendum ut hic etc. Dico vobis et moneo, qui doc-
tores futuri et magistri conscientiarum: faſſt den locum bene. Quando res
in summa desperatione, ut discant andere et ſich er umb werffen[1]: quanquam
deus inimicus, tamen etc. Illam vocem expectat, Et koſt[2] yhn ſo viel, ut
plagas, pestem etc. immittat. Ipse percutit, ut convertat; nos accipimus
percussionem, ut fugiamus, cum sit simpliciter ad convertendum, non aver-
Jeſ. 9, 12 tendum. Sed: ich wil ein Mönch werden! Das heiſt: 'populum non con-
verti ad percutientem se'. Si sentis afflictum cor, converte te ad per-
Luk. 5, 8 f. cutientem. Dic: tu es percussor. Sic Petrus fecit in navi: volebat
fugere, Si in portu fuisset, wer er hin aus geſprungen. Ideo iubet,
Luk. 5, 10 ut per mare discedens. Ipse: 'Noli timere' etc. Claris|sima sententia,
quod scrip|tura sancta non pertinet ad praefractos, qui nihil capiunt; quid

5 tamen *e aus* damen *über* yhn *steht* deum 6 immittat *o* *zu 9* Converti nos vult deus, cum percutit etc. *r* *zu 10* Luc. 5. *r* 11 fuisset *o* er *o* *über* iubet *usw. steht* dominus *zu 11/12 zu* Ideo *bis* timere *ist* Erat pavidus, et debebat discere [*oder* discedere, *der Rand ist beschnitten*] *rot vom Rande eingewiesen*[3] *zu 13* Ad quos pertineat sacra [sancra *geschrieben*] scriptura *r*

[1]) *Vgl. oben S. 378, 9.* [2]) = *Gott scheint die Anrufung soviel wert, daß er Plagen schickt, um sie hervorzurufen.* [3]) *Wieder von Dietrichs Hand.*

Dr] atque iterum didici, quam difficile sit in hac lucta dicere: Domine, adiuva
me, quia corda in sensu irae Dei nihil vident nec norunt, quo se consolari
aut erigere possint, adeo absorpta sunt desperatione.

Quare vos, qui estis olim futuri Doctores Ecclesiae, hortor et moneo,
ut, cum animi in extrema desperatione sunt, sic eos doceatis, ut se erigant
et sperare audeant, quia hic scriptum est, quod corda ad hunc modum con-
trita et humiliata sint Deo gratissimum sacrificium, quod anteferat omnibus
cultibus. Hunc cultum expectat ab omnibus et propter hunc cultum prae-
standum mittit pestes, famem, gladium et omnia pericula, ut afflicti speremus
divinum auxilium. Percutit enim, ut convertat, nos autem accipimus per-
cussionem, ut avertamur et fugiamus ab eo. Affligit, ut dicamus: 'sacrificium
Deo spiritus contribulatus'. Nos autem aut, sicut sub Papa, in monasteria
currimus, aut quaerimus alias vias, quibus nobis ipsis medeamur. Hoc est,
Jeſ. 9, 12 quod Esaias dicit: 'Et non est conversus populus ad percutientem se'. Sic
in universum solet ratio destituta verbo et spiritu, vult fugere Deum, sicut
Luk. 5, 8. 10 Petrus in navi, qui iubet Christum exire, quia ipse non poterat exire; quodsi
vicinus fuisset littori, sine dubio prosiliisset in mare. Atqui sicut spiritus
hic docet, Cor sic contritum esse sacrificium Deo, Ita docet etiam Christus
ibi, ne Petrus timeat.

Est igitur clarissima sententia, quod Theologia nostra non pertineat
ad praefractos et securos, hi insensati prorsus sunt et nihil huiusmodi spiri-

Hs] curo Cochleum, bauern, burger, — nihil ad eos Theologia nostra, sed est ad affl⌊ictos, pusillanimes, abiectos, consolandos. Et alibi non scriptura habet locum, non possum docere mundum per scrip⌊turam, ibi habetur pro stultitia; sed animae contusae nihil habent solacii. Da gehort mederi contritis corde etc. Quisquis es, baptisatus et in Christum vocatus, quando habes contusum cor, noli desperare. In tempore desperationis maxime spera, in spei maxime time.

[Bl. 65ª] Er nents nicht: 'cultus', opera 'dei', sed: 'Sacrificia dei' i. e. altissimum opus. Si vis max⌊imum opus deo etc., tauff nicht 1000 boves, sed cum tristis, cum deiectus es, cane et scias, deo placere tuam tribu⌊lationem, tantum non despera, quia scriptum est: 'Sacrificia cor humiliatum', sed revera, non humiliatione ficta, i. e. percussum, comminutum cor, das einer verzagt. Ergo theol⌊ogia nostra est verbum vitae, iusticiae, quia

*1* ad *o* *2* scriptura *o* *4* habent *c aus* haben *5* habes *o* *7* spei *c aus* desperationis *über* spei *steht* ⟨tempore spei⟩ *6/7* in spei *ist dann rot gestrichen und mit roter Tinte ersetzt durch:* coutra in tempore praesumptionis et securitatis[1] *8 über* Er *steht* propheta *zu 8* 'Sacrificia dei' *r* *9 über* tauff nicht *steht* ut Sal⌊omo fecit *[1. Kön. 8, 63]* *10* es *o* *über* scias *steht* 'Sacrificia dei' *11* nou *c aus* de⌊spera cor *vor der Zeile zu 13* Theologia nostra *r*

[1]) *Wieder von Dietrichs Hand.*

Dr] tualium rerum nec vident nec intelligunt, sicut sunt, qui hanc doctrinam sic pertinaciter persequuntur, tam Doctores quam Magistratus et Principes. Sed pertinet haec Theologia tantum ad consolandos afflictos, miseros et desperatos. Hi languent et decumbunt, quia habent animos fractos et contusos. Igitur etiam admittunt medicum Christum, docentem, quod 'iste non sit morbus Joh. 11, 4
ad mortem', sed sit Deo iucundissimum sacrificium. Haec medicina est, quae solvit dolores illos inenarrabiles. Nec ullum aliud remedii genus est reliquum, sed mundus et adversarii nostri, quia haec non intelligunt, rident ea tanquam stulticiam. Sed Spiritui sancto non est stulticia, sed summa sapientia, ut in tempore desperationis maxime speremus misericordiam, contra in tempore praesumptionis et securitatis maxime timeamus. Hunc cultum praefert Propheta sacrificiis et nos quoque docendo invitat, ut, cum Deo gratissimum sacrificium praestare volumus, non hecatombas, non holocausta instruamus, sed ut canamus hoc carmen: 'Sacrificium Deo spiritus contribulatus', hoc est, ut credamus Deo placere vexationem et afflictiones nostras et confidamus eius misericordiae.

'Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies'. 'Contritum et humiliatum' dicit, non ficte, sed revera comminutum, quod prae desperatione quasi moritur. Tale cor, inquit, tu non odisti, sicut nos somniamus, sed accipis cum voluptate. Videmus igitur nostram Theologiam esse verbum vitae et iusticiae, quia pugnat et erigit contra peccatum et mortem, nec

Hs] pugnat contra mortem, peccatum, mundum, virtutem; vitae sive insticiae, non potest exercere nisi in peccato, tristitia. Sed libenter sic haberemus verbum, ut non haberemus tentationem mortis, peccati. Quis hoc non vellet? So wer ich ein guter theologus. Sed in media morte, pavorib[us, dentium diaboli, inferni, et ibi apprehendere verbum et dicere: Deus, mihi fave. Si etiam Papa yn ſeiner pracht sacrificat, tamen sordet respectu unius
Luk. 18, 13 miseri peccatoris, qui dicit: 'Deus, propicius esto' etc. Der publicanus iſt verus Papa. Si possemus istum versum credere, tum haberemus perfectam Theologiam, quia deus amat et miseretur et libenter ignoscit, favet, fovet miseros, desertos. Wie kunde[1] man ein beſſern Gott malen? et talis est; quantum credimus, tantum habemus. Ideo iste versus magnus, quod abiicit omnes cultus, religiones Et dicit: credite tantum. Sic ad David[em Natan:

6 sacrificat *o* 9 Theologiam *ist von Rörer gestrichen, dafür steht rot am Rand:* consolationem et descriptionem dei in sua propria forma[2] *zu 12 hinter* tantum *ist* Wenn es dir vbel geht, das du gnedigen got habeſt *rot vom Rande eingewiesen*[3]

[1]) = *könnte.* [2]) *Wieder von Dietrichs Hand.* [3]) *Wieder von Dietrichs Hand.*

Dr] etiam potest exerceri nisi in peccato et infirmitate. Est quoque verbum laeticiae, cuius virtus non potest conspici nisi in tristicia et afflictionibus. At nos sic sumus, ut optemus quidem verbum vitae et laeticiae habere, sed tentationes mortis et tristitiae optamus abesse. Belli profecto et suaves Theologi! Discendum igitur est, quod in media morte, in morsu et pavoribus conscientiae, in medio dentium diaboli et inferni versandum sit Christiano et tamen verbum gratiae retinendum, ut dicamus in talibus pavoribus: Tu, Domine, faves mihi, quia scriptum est, Deum non aliud sacrificium gratius habere quam contritum cor, nec aliud acceptius sacerdotium, quam quo offeruntur humiliata corda. Papa, cum sacrificat in pompa Regibus digna, sordet in oculis Dei et est abominatio prae uno peccatore dicente:
Luk. 18, 13 'Deus, esto mihi propicius', sicut publicanus Lucae 18. Is est verus Papa et verus sacerdos ac Deo gratus, offert enim Deo sacrificium acceptissimum, animum contritum et tamen sperantem in eius misericordia.

Plenissima igitur consolationis est haec Dei seu descriptio seu definitio, quod Deus in sua propria forma sit talis Deus, qui amet afflictos, qui misereatur humiliatorum, qui ignoscat lapsis et foveat languidos. Num enim potest ulla suavior Dei imago describi? Cum igitur Deus revera talis sit, tantum de eo habemus, quantum credimus. Deinde hic versus simpliciter abiicit omnes alios cultus et opera omnia et nos revocat ad solam fiduciam misericordiae et benignitatis Dei, ut credamus Deum nobis favere, etiam cum videmur nobis deserti et calamitosi esse. Sic cum Nathan Davidi

34 videmur] videmus *AB*

Hs] 'Tu es ille, qui fecit' etc. Pronunciavit ipse David iudicium super suum 2. Sam. 12, 7 caput, et. Ibi terretur et mortuus coram Natan. Dixit: 'Peccavi', contritus, conturbatus; Didici experientia. Natan: 'Non morieris'. Ibi uno verbo fuit 2. Sam. 12, 13 David Papa. 'Peccavi.' Natan videt eum periclitari de vita, dixit: 'Non morieris'; hoc est sacrificium. Dominus 'transtulit', da war er widder lebendig. Contritum esse est optimum opus. Cessent opera, quicquid ab externa, foris. Ego vidi, ubi in mortem debebam ire, statim misertus mei: Vives, non morieris et peccatum non mordebit te, sed translatum est. [Bl. 65 b] Hec est theologia incognita, quam didicit experientia; non intrat in cor inexpertum, sed est pro pauperib[us, ut sciant se in gratia tum, quando maxime sentiunt iram, ut sciant, quomodo se gerere debeant: cum maximo sunt in discrimine, fidant, et cum in maxima securitate, timeant. Das iſt: 'bene- Pſ. 147, 11

*1 über* ille *steht* 'dig[nus morte' ipse David *o* *zu 1*: 2. Reg. 12. *r* *2* et *mit Strich zu* Tu *Z. 1 gezogen* *7 über* Ego *steht* David ire(m) *11* quomodo *o* *12* cum in *o*

Dr] obiiceret: 'Tu es ille vir mortis', humiliabatur David et instruebat sacrificium 2. Sam. 12, 7. 13 hoc. Deinde cum audiret: 'Non morieris', ibi absolvebat sacrificium, in media enim ira spem misericordiae et in medio sensu mortis spem vitae concipiebat. Ex hac experientia versiculus hic natus est, quo docemur de sacrificio Deo accepto, quod est in morte et ira Dei vitam et gratiam sperare. Haec Theologia per experientiam discenda est, sine experientia non potest intelligi, ut sciant pauperes spiritu, se tum in gratia esse, cum maxime sentiunt iram Dei, ut et in desperatione spes misericordiae et in securitate timor Dei retineatur, sicut alio in loco est: 'Beneplacitum est Pſ. 147, 11 Domino super timentes eum et super eos, qui sperant in misericordia eius'. Secundum hunc versum enim Deus definitive nihil aliud est quam gratia et favor, sed respectu humilium et afflictorum etc.

Sed etiam negative haec sententia tractanda est. Quia enim Deo gratum est sacrificium, si contristati et contriti speremus misericordiam, ergo prohibet tanquam summam impietatem desperationem, vult enim in fide sustineri tribulationem, non vult addi desperationem. Par enim peccatum est, praesumere de propria iusticia et desperare propter propriam indignitatem. Media via tenenda est, alioqui ex sacrificio gratissimo redditur summa abominatio. Maneat sacrificium sacrificium et non fiat exitium, exitium autem est desperare. Sic igitur feramus crucem et afflictiones singuli, ne tamen opprimamur tristiciis et in desperationem abeamus. Hoc enim est Deo eripere divinitatem, quam in misericordia sua maxime ostendit, sicut etiam huius versiculi definitio probat. Dicuntur et docentur haec quotidie. Sed cum ad praxin ventum est, paucissimi ea praestant. Sed ceu ignavi milites ad primum sensum tentationis fere deserimus signa. Con-

Hs] placitum est' etc. Ex hoc fit praedicator, qui novit dicere, quid sit deus, quod sola gratia, favor, Respector humilium, afflictorum. tristium.
V. 18 6. Aug. 'Quoniam, si vol⌊uisses': A⌊udistis per hunc totum psalmum istum locum iustificationis et verae poenitentiae, quomodo tract⌊averit eam propheta valde copiose et potentib⌊us sententiis affirmative et negative, quia affirma-
V. 12 tive dixit, 'Cor esse creandum' etc., nihil rectitum, Deinde negative: neque sacrificia, lex promovet ad placandam iram vel inveniendam gratiam. Et [1], quod nuper eram oblitus: hunc locum, quem habetis de sacrificiis, dil⌊igenter obser⌊vate non tam ad consolandos nos, sed refutandos adversarios, quia hodie adhuc cavillari nostras autoritates adductas, quando dicimus hominem iustificari fide sine op⌊eribus: ia sine ceremonial⌊ibus! imo moralib⌊us, quasi vero morales fuerunt abrogatae tempore Mosi. Nos non circumcidimur hodie, ergo Iud⌊aeis non licuit circumcidi etc. Ideo stulta sunt et protestantia eorum stud⌊ia. Sab⌊batum sancti⌊ficare est morale, morum, et tamen ponitur in 1. tab⌊ula. loquitur P⌊aulus de t⌊ota lege simpliciter. Sic hic deus repudiavit sacrificia, quia sunt ceremonia⌊lia. Sed redeamus retro ad David⌊is tempus et specta, an fuerint libera; sed tum optima opera et sublimiora iam fuerunt; trahunt opera ceremonialia a nostro seculo retro ad seculum David⌊is et Mosi. Das iſt perversitas ipsorum et fit ex igno-

5/6 affirmative *über* ⟨negative⟩ *zu* 8 De sacrificiis *r* 11 fide per ⟨solum⟩ sine *zu* 14 Sab⌊batum *r* 16 hic *o*

[1]) *Die Wiedergabe des Folgenden im Druck s. oben S. 453, 31 bis S. 457, 32.*

Dr] sistendum autem erat fiducia misericordiae etiam tum, cum videmur opprimi doloribus, et absolvendum sacrificium, quod tantopere nobis commendat Spiritus sanctus. Hic enim etiam infirmis locus est, tantum ne prorsus stationem relinquant. Neque enim quisquam magister huius artis est, sed
Phil. 3, 12 manemus omnes discipuli, sicut Paulus quoque dicit: 'Non quod apprachenderim aut iam perfectus sim, sed sector' etc.

## XIX.

V 20 Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Zion, Ut aedificentur muri Hierusalem.

Audivimus hactenus per totum Psalmum locum iustificationis et poenitentiae cum fructibus sequentibus magna copia tractatum et gravissimis
V. 12 sententiis affirmativis et negativis. Affirmativa fuit: 'Cor mundum crea in me, Deus'. Quia enim novam creationem postulat, plane nihil relinquit
V. 18 Libero arbitrio. Negativa est: 'Quoniam sacrificium non voluisti'. Significat enim nullis nostris operibus nos pervenire posse ad placandam iram Dei et impetrandam gratiam, sed simpliciter in eo consistendum esse, quod Deus sit misericors etc. Nunc discedit Propheta a doctrina et addit preca-

Hs] rantia ipsorum, quia de lege, Euangelio nihil. Arg⌊umentum validum est: David loquitur de suo tempore, de sacrificiis eo tempore; dicit, nihil esse tum, cum floruerunt. Audax propheta et hereticus: florentibus sacerdotibus Leviticis, ibi damnat simpliciter s⌊umma opera s⌊anctae religionis. Es iſt wol ſo ſtarck, ut si damnaremus Sacramentum alt⌊aris et Bap⌊tismum. Constitutum levit⌊icum sacerdotium, a deo ord⌊inatum, ideo eorum sacrificia oportuit venerari. Et tamen dicit: Da mihi optimos cultus nostrorum sacerdot⌊um, [Bl. 66ª] et tamen sacrificia nihil sunt. Sic in Esa. c⌊ap. 1.: 'Holocausta vestra nolo'. Prophetae propter has voces sunt occisi, quia Jeſ. 1, 11
videbantur damnare l⌊egem M⌊osi et ordinationem dei. Sed damnabat sacrificia non propter ipsa sacrificia, sed quod sperab⌊ant se deo ideo placere, quia sacrifica⌊rent. Eo fine non colebant deum nec sacrif⌊icabant, quia deus voleb⌊at. Finis non erat, ut salvarentur, — est diabolicus. Sicut si quis vellet iustificari, qui bap⌊tisaretur tantum aqua sine verbo et fide; pertinet mihi credere simpliciter. Sic hodie damnamur, quod solam f⌊idem docemus, quia pugnamus contra hoc arg⌊umentum, quod Sacerdos missat, ut iustificet. Ista causa finalis nihil valet. Sic sacrificia non placent. Tamen tu ipse sacrificasti, edif⌊icasti altare, emisti arcam. Quare damnas, quod fecisti? Iam sumus in loco g⌊ratiae et disp⌊utamus de ratione iustificationis, quomodo homo iustificetur et erigenda eius con⌊scientia. In isto loco nobis versantib⌊us, tum sacrificia nihil sunt; verum extra hunc locum aliter loquitur. Quando versamur in fidei causa, tum politica Iustitia est damnata, eius finis est pax. sed ponere hunc finem, quod deus resp⌊iciat me et remittat p⌊eccata, si servaro l⌊egem Cesaris, iste finis est diabolicus. Sed sacrificabis mihi non eo fine, quod ideo tibi sim favens, sed ideo, ut testeris te gratum, iustificatum gratuito. Non placent sacrificia, quia tu sacrificas, sed quia tu iustus es. cogitandum, ut 1. arbor sit bona. Tunc placent omnia, ut infra. Prius edificetur Ieru⌊salem. Sic ad Saul: 'Cum veneris ad illum locum, veniet V. 21 1. Sam. 9, 6
super te spiritus. Tunc quicquid' etc. ibi non ponit ullam legem, opus, sed mittit in sylvam et arenam operum. Quare? quia factus es alius vir. quando persona mutata, tunc opera placent. Adver⌊sarii non possunt intelligere. homo tam diu vult operari, donec mutatur. Sed oportet fieri 1. nova crea⌊tura, et sic immutatus homo facio tum alia opera, possum sacrificare, tum placent omnia sacrificia, labores, sive reges domum, pol⌊itiam, quia iustus es.

[Bl. 66ᵇ] Damnat ergo sacrificia propter finalem causam et locum iustif⌊icationis. Ideo muni te contra ho⌊mines, qui hominibus ein naſen machen[1] cum operib⌊us cere⌊monialibus, quae fuerunt stricta ut morales. ut nos tenemur ad l⌊eges politicas et charitatis. Constitutio, plena sententia: Deo non placere

---

5 $\overset{2}{\text{ſo}}$ $\overset{1}{\text{wol}}$ *zu 8/9* Esa. 1. *r* *10* videbantur] videbatur *zu 10 11* Cur damnarint sacrificia prophetae? *r* *17* Istam causam finalem *zu 28* Saul *r* *37* operib⌊us ⟨Mos⌊aicis⟩

[1]) = *sie täuschen: s. Unsre Ausg. Bd. 41, 395, 14.*

Hs] sacrificia. S⌊ummum cultum suum repud⌊iat et simpliciter damnat, si velis ita facere, ut teipsum consoleris etc. hoc est teipsum facere tui creatorem. Ipse non fecisti te, et secundam crea⌊turam vis in te creare? Est imaginatio falsa de deo et opere nostro; fingo deum velle, quod ego facio. Praeceptorum opera non vult, multominus mea electicia opera. Ipsa praecepta mea nolo servari hoc fine.

'Cor': S⌊ummus cultus. angustiamus; non desperet, hoc deus summe prohibet. Si sacrificas, mihi suavis⌊simum sacrif⌊icium, si sustineris in fide. hunc Affectum, hoc sacrificium replet c⌊orde summo, si concussus fueris angustia con⌊scientiae, ne despera⌊res. Illam additionem detestor, quando insticiarii etc. addunt falsam opinionem. Si in angustia, noli addere desperationem; sic ex sacrificio suavis⌊simo facis exitium; maneat sacri⌊ficium. Exitum est, si dix⌊eris: Deus destruit me, quia deus irascitur. non, sed
Pſ. 2, 4 max⌊ime 'ridet', cum minime ridet; faciet. Ista dicuntur, scribuntur, leguntur, sed ad usum quando venit, nemo. Discip⌊uli sumus, manebimus, ipse magister manet. P⌊ropheta extendit se etc. Sic nos crescamus in ista cog⌊nitione, tantum ne etc.

V. 20 'Benigne fac': Concludit psalmus cum oratione. Dixit, quae ratio iustificationis, quis modus remittendi p⌊eccata et vere poenitentiae: fides in verbo. Iam optat illam cog⌊nitionem spargi in t⌊otum pop⌊ulum. Utinam omnes ho⌊mines discerent et scirent h⌊anc doct⌊rinam! Quantum est ibi fal⌊sum pro⌊positum, quot sacerdotes falsi, in Ieru⌊salem praesertim et deinde in omnib⌊us Civitatib⌊us. Levitae, et tamen non docent hanc doc⌊trinam. Non orat pro bonitate vel edificio temporali, quia sub David⌊e erat edificata et populosa, instructa per optimas leges, hab⌊ebat opt⌊imum p⌊rincipem, et tamen optat eam edifi⌊care. Sed quis debet edifi⌊care? non der Zimer=

7 S⌊ummus *c aus* p⌊rimus  10 additionem *o*  11 addunt falsam opinionem *steht hinter* desperationem *Z. 11/12, ist aber mit Strich heraufgenommen*  12 sic *mit Strich zu* Si *Z. 11 gezogen*  suavis⌊simo *o*  24 orat] orant

Dr] tionem, quasi dicat: Ostendi hactenus rationem iustificationis, quis verae poenitentiae et remissionis peccatorum modus sit. Nunc nihil restat, quam ut oremus hanc cognitionem spargi in totum populum et exerceri. Neque enim deerunt falsi Doctores, qui legem et sua sacrificia eo modo praedicant, ut haec doctrinae pars de gratuita misericordia Dei plane negligatur. Quare oratione opus est, ut contra tales sana doctrina in populo retineatur. Neque enim sentiendum est, quod oret pro aedificio temporali, florebat enim tum Hierusalem et erat instructissima tum legibus tum optimis Principibus, et tamen optat David muros eius aedificari, non a talibus aedificatoribus, qui materiam, ligna, lapides, calcem tractant, sed a Domino. Stabant muri, et tamen orat, ut aedificentur. Ergo etsi illam stantem Hierusalem significet, tamen de Allegorica Hierusalem loquitur seu Synecdoche utitur et, cum

Hs] ⌊mann. Sed 'tu benig⌊ne fac [Bl. 67a] Et ed⌊ificentur eius muri'. Muri stant. Loquitur de Ieru⌊salem allegorice. Continens pro contento per Sy⌊necdochen. velim, quod populo isti das aller beſt thuſt, i. e. ostenderes ei tuam g⌊ratiam, ut esset munita contra vim diab⌊oli, ut edificata in spiritu. P⌊ropheta solet ap⌊erire suam doct⌊rinam, quae das volck beſſert, quia sunt doct⌊ores in pop⌊ulo, qui ho⌊mines impellunt secundum Cath⌊alogum et additionem addunt: fidere etc. Das heiſt pop⌊ulum alienare a vero cultu in idolatriam. Contra hoc thu den ſund⌊ern gnad. illa intellectio est scire, quod sola g⌊ratia iustif⌊icet. Accipiat g⌊ratiam, erudiatur cog⌊nitione gratiae, i. e. etiam 'muniatur', ut crescat in ea cog⌊nitione, donec sint bene muniti in ea fide. i. e. petitio g⌊ratiae donandae et conservandae. Non mea est virtus contra insidias diab⌊oli; quia accep⌊imus g⌊ratiam, furit Satan cum universis ministris ang⌊elicis et humanis. Ideo quot⌊idie debet erudiri cog⌊nitione g⌊ratiae et muniri anima Ieru⌊salem, ut perseveret in ea; quia persecutor non dormit, neque dormitat iterum etiam vigil⌊ator.

'secundum': non secundum nostra merita; soli g⌊ratiae, clementis⌊simae bonitati tribuit, non nostro cursui, opib⌊us, i. e. ostende g⌊ratiam et dona, ut

5 solet *c aus* dolet   11 est[2] mea[1]

Dr] civitatem nominat, populum seu Ecclesiam in civitate et toto regno intelligit, ut, sicut civitas satis munita est muris contra impetum hostium, ita etiam muniatur in spiritu contra vim Diaboli et spirituales insidias. Neque enim defuturos esse destructores, qui homines impellant secundum Decalogum benefacere et de fiducia misericordiae nihil doceant. Ita fieri, ut abducantur ad fiduciam propriae iusticiae. Contra hos, inquit, tu aedifica, ut te vere cognoscant et intelligant, hoc est, ut sciant nos sola gratia et misericordia tua iustos esse.

Hoc est 'aedificare muros', ut firmi sint, si hoc modo homines discant confidere misericordia Dei et accipere gratiam, nam qui semel coeperunt, quotidie magis ac magis crescunt, Neque enim satis est incipere in hac cognitione. Sed quia Sathan post acceptam gratiam contra pios furit cum omnibus suis ministris Angelicis et humanis, ideo necesse est stare in acie, necesse est etiam muniri et confirmari animos magis ac magis, ut, sicut Sathan non cessat infestando, ita nec is cesset defendendo et muniendo, qui custodit Israel. Continet igitur hic versiculus petitionem pro gratia donanda et conservanda. Tribuit autem hic quoque omnia benignitati Dei, non suis meritis aut studiis, ut scilicet 'secundum suam bonam voluntatem' Deus hanc gratiae cognitionem conservet. Deinde, ut etiam aedificet muros, hoc est, ut animi firmi sint et bene muniti in hac cognitione, ut tempore pugnae perstent contra Diabolum. Populo autem sic erudito, iustificato, conservato et defenso contra omnes errores et Sathanae insidias:

Hs] cognoscam omnia et hoc per tuam b⌊onam vol⌊untatem. Deinde 'edifica'. Alleg⌊oria, i. e. ut populus feſt drin werde, ut perstemus in tempore belli, diab⌊oli.
V. 21 Tunc pop⌊ulo sic iustif⌊icato et conservato et defenso contra errores, 'Tunc sacri⌊ficia': quae prius damnabamus sacrificia, iam iterum laudabimus. 'Placebunt': Nihil refert, sive accip⌊ias de sacr⌊ificiis ad literam: hircorum et cap⌊rorum, vel ad Alleg⌊oriam; utrunque verum. Tota vis sita in edificio dei et voluntate bona eius. Tum, qui habent, sacri⌊ficent bovem.
Hoſ. 14, 3 Si non, ps⌊almum, 'bovem labiorum', secundum Oseam; tunc tibi placent. Ideo wirfft ers vber ein hauffen[1], 4 nimbt er zu ſamen. Vocat 'Sacrificia iusticiae'. quae illa? quae fiunt a iam iustis; non: quae donent iustitiam, sed: quae fiunt a iustis. Active: quae facit ipsa iustitia, i. e. a iustis. [Bl. $67^{b}$] 1. cogno⌊scat pop⌊ulus, se g⌊ratia sola pla⌊cere tibi, tum, q⌊uicquid fec⌊erit, vocatur 'opus iustitiae'. Si ederit, edit p⌊anem iustitiae, si induerit tunicam, induit tunicam iustitiae. Si regit politica, gerit bellum, moritur mortem, iusticiae. Ab ipso iusto erunt sacrificia iusta. Differentia 'hol⌊ocausti': ubi totum concremabatur in laudem dei, 'Chal⌊il'[2], nihil tributum ad offerentes, quae fuerunt Summa sacrificia, sive obtuleris hircos sive laudem.

4 damnabamus] damnabimus *16/17 über* nihil *bis* offerentes *steht* totalia

[1]) = *faßt sie zusammen*, *s. das Folgende und Z. 27* in genere, *oben S. 416, 5.*

[2]) = כָּלִיל.

Dr] XX.

V. 21 Tunc acceptabis sacrificium iusticiae, oblationes et holocausta, Tunc imponent super altare tuum vitulos.

Hoc est, Tunc sacrificia, quae prius damnavimus, laudabimus et placebunt tibi. Nam in genere recte intelliges sacrificia, sive ea, quae fiebant secundum legem, sive spiritualia sacrificia, utraque sunt sacrificia iusticiae, quia tota vis est posita in bonitate Dei et beneficio divino. Nam cum homines sic confidunt misericordiae, tunc, si bos offertur, placet Deo et est
Hoſ. 14, 3 sacrificium iusticiae. Sin bos deest, placet 'bos labiorum', sicut Oseas appellat, ergo in genere intelligo sacrificia. Vocantur autem sacrificia 'iusticiae', non quod iustificent, quia persona iam antea fide seu misericordia iusta est, sed quod a iustificatis seu iustis seu ab ipsa iusticia fiunt. Quando enim populus est iustus et cognoscit, quod sola gratia Deo placeat, non aliqua sua dignitate aut meritis, tunc, quicquid secundum verbum Dei facit, recte vocatur aut sacrificium aut opus insticiae, etiam illa corporalia, ut cum vinum bibit, bibit vinum iusticiae; cum induit tunicam, induit tunicam iusticiae; cum familiam regit, regit familiam iusticiae; si gerit bellum, si administrat politiam, si vivit, si moritur, omnia illa facit insticiae, quia persona est iusta. Ad hunc modum 'altare' intellige sive illud, quod eo tempore in templo erat Hierosolymis, sive Allegoricum templum, quod hodie est per totum orbem terrarum.

Hs] 'Tunc imponent': sive altare sit zu Jer⌊uſalem, an templum sic alleg⌊et per totum mundum, duplicia sacr⌊ificia. Sacrificium pro peccatis: contribulatus spiritus, contristatus, qui incedit in ſchweren, jemerlich⌊en cog⌊itationibus, das iſt ein sacrificium. Ne addas desp⌊erationem, sed confide in ipsa ang⌊ustia, quia deus contritorum cordium. 'Calamum fumigans', sed solidare, confortare. Jeſ. 42, 3 Ergo si es tantum fumig⌊ans, noli extingui tum nec concule⌊ri, ne addas desp⌊erationem, quia illa sunt diaboli. Christus est philanthr⌊opus, amans et miserans aff⌊lictos, conquassatos. Istam fid⌊uciam fac ad tuam aff⌊lictionem. Ubi hoc nosti, deum esse afflictorum, Tum potes deo g⌊ratias a⌊gere et canere 'The[1] deum'. Das iſt sacrificium retributionis, gratitudinis pro accep⌊to dono, ubi non merebar, sed inveniebam gratis et confiteor hoc sacri⌊ficium etc. Si vero opffer deo ſcheppſs[2], hoc fine, ut d⌊icam: hunc unicum offero, non ut iustificer, ut veniam, r⌊emissionem p⌊eccatorum, sed ut g⌊ratias a⌊gam, tester me accepis⌊se misericordiam, consol⌊ationem, dona tua, Ut sit testimonium et operaria vox gratitudinis sive gratitudo manualis, ut

4 addas] addes 5 contristorum 9 deum c *aus* deus 15 gratitudinis] gratitudis

[1]) = *Te.* [2]) = *Schöps.*

Dr] Ergo duplex sacrificium nobis proponit Propheta. Primum est, quod vocavit Cor contritum, cum scilicet sentitur spiritus contribulatus et cor humiliatum, quod luctatur cum cogitationibus irae et iudicii Dei. Hic vide, ne addas desperationem, sed confide et crede in spem contra spem. Christus enim est medicus contritorum, qui lapsos vult erigere et 'linum fumigans Jeſ. 42, 3 non extinguere', sed fovere. Si igitur es linum, noli ipse te extinguere, hoc est, noli desperationem addere. Si es 'calamus contritus', noli te amplius conterere aut Sathanae conterendum dare, sed da te Christo, qui est Philanthropus et amat conquassatos et contritos spiritus. Hoc est primum, et potissimum sacrificium est. Deinde cum ita cognoscis Deum esse iustificatorem peccatorum, si canis unum Deo gratias, tunc addis alterum sacrificium, nempe sacrificium retributionis seu gratitudinis pro accepto dono, quod sacrificium non est meritum, sed confessio et testificatio gratiae, quam Deus tuus ex mera misericordia tibi largitus est. Itaque holocausta in lege, a sanctis et iustis exhibita, eo fine offerebantur, non ut iustificarentur per ea, sed ut testarentur se accepisse misericordiam et consolationem. Sic bos immolatus est testis gratiae seu, ut ita dicam, operaria vox gratitudinis seu gratitudo manualis, qua manus effundit gratitudinem tanquam realibus vocabulis.

Haec altera species est sacrificii. Nam sacrificium primum est sacrificium mortificationis, ut neque efferamur secundis rebus nec adversis desperemus, sed ut timore Dei moderemur securitatem et in sensu irae et iudicii Dei spem retineamus misericordiae, ne vel capite in coelum vel pedibus in terram impingamus. Alterum sacrificii genus est gratiarum actio.

Hs] est oris sacrificium. Sic omnia sacrificia: 1. est crucis et mortificationis species sacrif[icii. Altera species sacrificii: res[urrectionis, ut efficiamur laeti, canentes ore et corde etc. Si wollen zu frolich werden, redeat 1. sacrificium. In tempore tristiciae non absorbeamur, econtra. tempore tristi[tiae speremus bene et prospero humiliter ambulemus. In medio consistit: leti in tristitia et humiles in letica. [Bl. 68a] Sed istud medium est mathematicum, non physicum. Die ſchutzen ſind auch gut, qui das blat treffen, si non den zweck.[1] Sic si non possumus omnem tristiciam fugere, tamen sufficit, das ich hin zu ſchieß.[2] Sic si homo non potest sibi temperare in prosp[eris, tamen conandum est et appropinq[uandum, ut in prosp[eris deum timeamus et humiliemur. Sic interim erimus consolati, scientes: q[uidquid deerit tristiciae in prosperis, non imputabitur etc., quia habemus mediatorem et primitiae muſſen decimae werden propter mediatorem Christum. Stat sententia firma, quod dominus v[ult consolatos afflictos et humiliatos securos.

---

*1* mortificationis] mortificatis  *2* ut *fehlt*  *3* canentes] canetes  *8* non[2] si[1]

[1]) = *die Scheibe, wenn auch nicht gerade die Mitte; sprichw., vgl. Unsre Ausg. Bd. 30*[3]*, 222, 30; Tischr. 1, 255, 34.*  [2]) = *schieße.*

Dr] Hoc non tantum consistit in lingua, ut confiteamur fidem nostram et praedicemus nomen Domini, sed in omnibus vitae actionibus. Appellatur autem sacrificium iusticiae, quod ideo placet, quia persona iusta est et illud sacrificium humiliationis et contritionis praecessit, quod medium servat inter praesumptionem et desperationem. Est autem medium non Mathematicum, sed Physicum. Etsi enim impossibile est in hac infirmitate nostra sic vivere, ut nusquam vel ad dextram vel sinistram impingamus, tamen conatus requiritur, ut, cum sentimus vel securitatem vel desperationem, non indulgeamus, sed resistamus ei. Sicut enim, cum sagittariis scopus propositus est, etiam iis locus datur, qui non omnino aberrant a scopo, etsi medium seu punctum Mathe[Bg. O]maticum non attingant. Ita hoc satis est Deo, ut pugnemus cum securitate et superbia spiritus, item cum desperatione. Quodsi aliquid laeticiae deest in afflictionibus, sive timori in prosperis, id non imputatur sanctis, habent enim mediatorem Christum, per quem fit, ut pro vere sanctis reputentur, etiamsi vix habeant primitias sanctitatis, fiunt enim per Christum Decimae, quae in se non plus sunt quam primitiae. Summa igitur totius doctrinae huius est, ut afflicti se erigant per Christi meritum seu per misericordiam Dei, et qui sine afflictionibus sunt, ut ambulent in timore Dei et securitatem eiiciant. Ad hanc doctrinam necessaria est praecatio, quae Psalmum hunc concludit, ut Dominus aedificet Ecclesiam suam, tunc sequentur sacrificia Deo grata et accepta. Id quod nobis omnibus largiatur Deus et redemptor noster Ihesus Christus. Amen.

# Praelectio in psalmum 45.
## 1532. [1533.]

### Ausgaben.

„PRAELE= ‖ CTIO D. MARTINI ‖ LVTHERI IN PSAL- ‖ MVM. XLV. ‖ VVITTEBERGAE. ‖ M. D. XXXIII. ‖“ Mit Titeleinfaſſung. Titelrückſeite bedruckt. 112 unbezifferte Blätter in Oktav (= Bogen A—O), die drittletzte und vorletzte Seite leer. Auf der viertletzten Seite (Blatt O 7$^a$) Z. 24: „IMPRESSVM VVITTEBERGAE. ‖ PER IOHANNEM LVFFT. ‖ ANNO. XXXIIII. ‖“ Auf der letzten Seite (Blatt O 8$^b$) Druckerzeichen.

Vorhanden: Knaakeſche Sammlung; Berlin (Luth. 6681), München H. u. U., Stuttgart L., Wittenberg. — Erlangen: Exeg. opp. lat. XVIII, 128 Nr. 1.

### Deutſche Überſetzung (mit mehreren Auslaſſungen).

„Der Xlv. pſalm ‖ durch D. Mar= ‖ ti. Luther inn lateiniſcher ‖ ſprach auſ= gelegt, vnd ‖ itzund verdeutſcht ‖ durch. ‖ Georg. Maior. ‖ Wittemberg ‖ M. D. XXXVII. ‖“ Mit Titeleinfaſſung (J. Luther, Die Titeleinfaſſungen der Reformationszeit: Tafel 40). Titelrückſeite leer. 98 unbezifferte Blätter in Quart (= Bogen A—Z und Aa—Bb), letzte Seite leer. Am Ende (Blatt Bb 4$^a$ Z. 1): „Gedruckt zu Wit= ‖ temberg durch ‖ Hans Lufft. ‖ M. D. XXXVII. ‖“

Vorhanden: Knaakeſche Sammlung; Berlin (Luth. 6689), Dresden, Jena U., Königsberg U., München H. u. U., Wolfenbüttel; Zürich, London. — Erlangen: Exeg. opp. lat. XVIII, 128 f. Nr. 3.

### Spätere Ausgabe.

„Des Mannes GOttes Martini Lutheri Geiſtreiche Auslegung Des herrlichen Braut=Liedes von Chriſto und ſeiner Kirche, Des XLV. Pſalms Davids . . . herausgegeben Von Benjamin Lindnern . . . SALFELD, Gott= fried Böhmer 1737.“ 8°.

### Däniſche Ausgabe dieſer Überſetzung:

„Den GUDS Mands Doct. MORTEN LUTHERS Aanderige Forklaring over den herlige Brude=Sang om Chriſto og hans Kirke, nemlig Den XLV Davids Pſalme ... Paa Tydſk udgiven af BENJAMIN LINDNER ..., Men nu paa Danſk overſat . . . af OLUF SCHLICHTKRULL. Kiøben= havn 1755.“ 8°.

In den Geſamtausgaben: (lateiniſch:) Wittenberg III (1549), 469$^a$—501$^a$; Jena III (1557), 461$^a$—495$^b$; Erlangen: Exeg. opp. lat. XVIII, 128—260; — (deutſch:) Wittenberg 3 (1550), II, 13$^b$—52$^a$; Altenburg 6, 373—433; Leipzig 6, 107—170; Walch $^1$ 5, 462—673; Walch $^2$ 5, 338—471 (neu überſetzt nach der Erlanger Ausgabe).

Hs] V. 1 [Bl. 69ª] 20. Aug. 'Eructavit cor meum verbum bonum.'

Sicut praediximus, quod deinceps instituimus aliquot elig⌊ere psalmos, quandoquidem mea opera incertior, quam quod integ⌊rum psal⌊terium possim praesumere, Ideo posui illum psalmum: 'Mis⌊erere', qui doc⌊et veram rationem poenitentiae, fidei seu iustificationis. Vol⌊umus etiam aliquid leti audire vel dicere. Et ideo proponemus nobis psalmum 45: 'Eructavit'. Et ibi videbimus, quod s⌊piritus s⌊anctus est cop⌊iosus orator, qui rem unam novit variis fig⌊uris, cum tamen nihil dicat diversum, nisi quod unam rem ornaret aliter, quae vocatur fides. Ne sit relictus l⌊ocus excus⌊ationi, quasi deus opulenter non doc⌊eret, exhor⌊taretur omni tempore, l⌊oco ad iustitiam et pietatem. — nisi quod sumus boni socii: cum semel ad doct⌊rinam pietatis, statim exhausimus s⌊piritum s⌊anctum Et relinquimus lib⌊rum bib⌊liae, sectantes nostra lucra e⌊aruis. S⌊piritus s⌊anctus non gravatur docere variis

---

*1 unter dem Textwort steht:* In 3. To⌊mo fol. 469ª [1] *6* 45 *c aus* 44 *10* opulenter] opulete

[1]) *Nämlich der Wittenberger Ausg. Vgl. Bibliographie.*

## Dr] [Bl. A ij] Praelectio D. Martini Lutheri in Psalmum XLV, cepta[1] Anno XXXII.

Sicut antea praedixi, quod deinceps institui deligere aliquos Psalmos enarrandos, Siquidem mea opera propter valetudinem et negocia incertior est, quam ut vel totum Psalterium ordine vel alium librum integrum interpretari possim, Ideo post Psalmum 51.: 'Miserere', qui docuit veram rationem poenitentiae, fidei et iustificationis, volumus leti aliquid docere et audire. Proposui igitur mihi Psalmum 45.: 'Eructavit', in quo videbimus, quam copiosus Orator sit Spiritus sanctus, qui rem unam et eandem variis modis eloqui et figurare potest. Nam materia ubique est eadem neque diversum quiddam docet. Sed alio atque alio ornatu ac vestitu eandem rem, nempe fidem seu locum iustificationis, ornat et illustrat, ne scilicet sit locus excusationi, quin Deus nos abunde docuerit, erudierit ac monuerit omni tempore et loco ad iusticiam et veritatem. Sed hic videre est nostram ignaviam. Ita enim ignavi discipuli sumus, postquam semel audivimus doctrinam pietatis, putamus nos semel hausisse totum Spiritum sanctum, ac nauseabundi mox abiicimus librum de manibus, sectantes interim commoda et lucra carnis. At diversum fieri oportebat, ut, quoniam videmus Spiritum sanctum non gravari eandem rem saepius proponere et pingere, nos quoque non pigeat operae, quae in discendum ponitur, praesertim cum verba Spiritus sancti eiusmodi sint, quae nunquam satis disci possint. Erit igitur nobis

---

[1]) *D. h. in der Vorlesung schriftlich aufgenommen.*

Hs] modis, et nos ingrati ista omnia contemnimus, red⌊dituri graviorem rationem in die iudicii. Non est tanta var⌊iatio florum et herb⌊arum, quanta in scripturis, ut conservet in dilect⌊ione studendae s⌊anctae theo⌊logiae. Ideo psalmus est iucundis⌊simus.

Alleg⌊orice canit, non proprie dicta multa, sed omnia in Alle⌊goria posita, sponsalia et nuptibilia. Econtra tristes psalmi in faciem, horridi, et res, quae dicitur, ap⌊paret tristis, tamen si intus spectes, videtur salube⌊rrima, letis⌊sima. Sicut prox⌊imus[1] psalmus videtur gementis, et tamen max⌊ime consol⌊atorius sacrificiorum. Sic iste psalmus erit verbis letis et iucundis et a moenis⌊simis et plane nuptialib⌊us, ubi eitel ſchmucken, et tamen, si velimus intel⌊ligere istam Al⌊legoriam, oportet spectemus spiritum: docetur crux et omnia, quae aud⌊iuntur praedicari psalmo gemente et tristante. Sic s⌊piritus s⌊anctus docet, ut, sive eg⌊rediamur etc., inveniamus pascua. hoc dictum in genere de phrasi et All⌊egoria huius psalmi, ne irrepat Z⌊inglius et dicat, loqui de nuptiis c⌊arnis vel mundi; alia res agitur. 1. apprehendimus Titulum.

---

*1* rationem *fehlt*

[1]) *D. h. der zuletzt behandelte Ps 51.*

Dr] eo gravior reddenda ratio huius vel ignaviae vel fastidii in die iudicii, cum Spiritus sanctus obiiciet, fidei doctrinam ita diligenter a se nobis praescriptam et depictam esse omni genere colorum, ut herbarum et florum non sit tanta varietatis, quanta est in scripturis. Tantam enim varietatem Scripturae eandem rem docentis et inculcantis ubique ideo proposuit, ut nos retineret in studio discendi et excitaret contra fastidium, quo alioqui laboramus.

Porro hic Psalmus est mire iucundus et plenus laetissimis allegoriis Sponsi et Sponsae. Totus enim in Idea nuptiali consumitur, quae est iucunda et laeta, ut scilicet tegat crucem et externam speciem Ecclesiae, Sicut econtra alii Psalmi in speciem horridi et tristes sunt, quos tamen, si diligencius introspicias, laetissimos et plenissimos consolatione invenies. Qualis superior Psalmus fuit 'Miserere', de poenitentia et remissione peccatorum, de sacrificio Dei et cultu Dei, mire efficax ad consolandas afflictas mentes. Hic contrarium vides, verba enim sunt laeta et iucunda et plane nuptialia. Hic nihil audis nec vides quam citharas, tibias, choreas, serta, flores, ornatissimas vestes et alia, quae visu et auditu iucundissima sunt, et tamen, si Spiritum spectes, docetur crux et persecutio, tum afflictiones cordis et omnia illa, quae in superiore Psalmo gementi et tristi audivimus. Sic solet Spiritus sanctus temperare omnia, ut, sive ingrediamur sive egrediamur, laetissima pascua inveniamus, quibus reficit et consolatur nos contra varia pericula et incommoda, quibus oppressi iacemus. Haec paucis de phrasi indicare volui, ne quis carnalis Iudeus irrepat et accipiat haec de laeticia carnis et mundi. Iam de titulo quoque pauca admonebimus.

Hs] 'Ad victoriam': Istam vocem: 'ad v⌊ictoriam' varie tract⌊ant Eb⌊raei et non est, quod ullus g⌊raecus vel latinus arrogare intelligentiam illius vocis. Ideo studenda Eb⌊raica ling⌊ua et non contemnenda, ut vos. Si iuvenis, in gloriam et cultum dei, quia hanc ling⌊uam dis⌊cere, docere est pars mag⌊na rel⌊igionis et cultus dei, [Bl. 69 b] quia o⌊mnia divina. auditur deus loquens et prophetae, omnia divina et lex Eb⌊raice posset optimo iure etc. Commoneo, ne contemnatis, quia posset deus spoliare non solum Eb⌊raica, sed gracca et lat⌊ina.[1] facile potest suscitare Bar⌊barum, qui propter illam insig⌊nem ing⌊ratitudinem. Deinde, si theol⌊ogi, oportet nos munitos contra Pap⌊istas, qui, ubi unam vocem etc., qui si inermes nos invenerint, tum ſtehen wir ut azini. Si vero inte⌊lligimus l⌊inguam Eb⌊raicam, pos⌊sumus eis obturare os. Agendum est cum diab⌊olo et t⌊oto suo reg⌊no. Habebimus forte adver⌊sarios Hispa⌊nos, Gallos, Turcas, et si ipsi etc. Ego non velim 2000 gulden nhemen et emberen[2] hac parva etc. Ideo moneo, si docturi

3 contemnenda] contemnendi   6 divina] divinae

[1]) *Erg.* lingua.   [2]) *Sinn: 2000 Gulden nehmen als Ersatz für; vgl. Unsre Ausg. Bd. 49, 82, 11.*

Dr] V. 1 In finem pro his, qui commutabuntur etc.

Vocem Lamnazeah varie tractant hebraei, nec est, quod ullus vel graecus vel latinus praesumat se eam intelligere. Quare saepe monui, ut Hebraeam linguam disceretis nec eam ita negligeretis. Etsi enim eius linguae nullus alius esset usus, tamen pro graciarum actione discenda erat, quod pars quaedam religionis et cultus Dei est, eam linguam docere vel discere, quae sola, quicquid usquam divini est, docet. Auditur enim in ea Deus loqui, audiuntur sancti invocantes et maximas res gerentes, ut studium, quod in hanc linguam discendam collocatur, Missa quaedam seu cultus Dei merito vocari posset. Quare serio vos hortor, ne eam negligatis. Periculum enim est, ne Deus hac ingratitudine offensus privet nos non solum cognitione huius sanctae linguae, sed et graecae ac latinae et tocius religionis. Quam facile enim ei est excitare barbarum aliquem populum, ut hae linguae una intereant? Sed preterquam quod pars cultus divini est hoc studium, continet etiam maximam utilitatem. Si enim aliqui futuri sunt Theologi, sicut necesse est, neque enim omnes iura aut medicinam discemus, oportet esse eos munitos contra Papatum et aliud odiosum hominum vulgus, qui, cum unam hebraeam vocem sonare didicerunt, statim putant se magistros huius sacrae linguae. Ibi nisi nos eam tenuerimus, tanquam asinis illudent et insultabunt. Sin autem nos quoque muniti fuerimus cognitione huius linguae, poterimus eis impudens os obstruere. Sic enim diabolo et eis ministris resistendum est. Arbitror autem habituros nos religionis nostrae hostes Hispanos, Gallos, Italos et Turcas etiam, ibi certe cognitione hebraeae linguae opus erit. Scio enim, quantum mihi contra meos hostes profuerit.

Hs] populum. Non omnes eritis Iuristae, sed oportet non omnes esse campi oves, sed duces oportet hab⌊eamus contra Gallos, Ita⌊los, Iud⌊aeos. Utsimus iudices in ea l⌊ingua et confundere ad⌊versarios. Sicut facile, modo etc.

'Lamna⌊zeach': varie etc. Hiero⌊nymus facit: 'victori'. Fel⌊ix: 'ad effundendum sang⌊uinem'. alii: 'victoriam'. Etsi nos incerti, tamen tantum potest ex col⌊lectione scrip⌊turae colligi: repudiamus merito. 'Nezeach' in Aba⌊cuc, Esra, Par⌊alipomenis: praeesse, urgere, instare insolita, ein[1] auffwecken. Est psalmus ein praecentor, ein vorſinger, qui excitat alios ad canendum vel ut respondeat. qui praedicat bapti⌊smum, est praedicator, alii idiotae, qui respondent: Amen. 1. Cor. 14. 'unum autem, ceteri d⌊icant et 1. Kor. 14, 16 respond⌊eant Amen'. Ideo indicat psalmus huiusmodi ritu canendum, ut praecineretur a maioribus leuten vel princip⌊ibus. Sic in missis hab⌊emus cantores. Sic Euangelium, Ep⌊istola non ad scholarem, sed sacerdotem vel diaconum. Si: 'cere⌊moniae', bene tolerabilior est quam: 'ad victoriam'. Certabant clamore, ut alius alios sup⌊eraret[2], — nihil. Ordinatio pulch⌊ra

2 hab⌊eamus *mit Strich zu* duces *gezogen*

[1]) = *einen.* [2]) *Vgl. unten im Druck S. 476, 16.*

Dr] Quare hac quantulacunque cognitione infinitis millibus aureorum carere nolim. Et vos quoque dabitis operam, qui aliquando docebitis religionem, ut hanc linguam discatis, si non pecora campi et indoctum vulgus haberi vultis, quod aeditis Germanicis libellis adiutum utcunque Euangelia dominicalia et Catechismum docet. Sed opus etiam est ducibus quibusdam doctrinae et oportet habere pugnatores, qui stant in acie contra aliarum nationum et linguarum homines, qui sint Doctores, iudices et magistri in hac lingua. Sed redeo ad titulum.

Ergo vocem 'Lamnazeah' alius vertit: 'ad victoriam', alius: 'ad effundendum sanguinem'. Latinus et septuaginta 'in finem' fecerunt. Quanquam autem nos quoque incerti simus de nostra sententia, tamen, quantum ex collatione aliorum locorum scripturae colligi potest, superiores versiones merito omnes repudiamus. Quid enim huc facit vel vincere vel fundere sanguinem? Haec igitur vox Nizeah in libris Paralipomen*ων*, Esra et Abacuk significat 'praeesse, urgere, instare', ut sit Lamnazeah: 'ad praecinendum', et Menazeah: 'qui excitet' alios, ut vel una canant vel respondeant cantando. Sicut in nostris Ecclesiis praecentorem eum vocare licet, qui in Choro aliquid canit, cui respondent Idiotae: Amen, Sicut Missae et alia cantari solent. Sic Paulus 1. Cor. 14. 'unum' iubet 'interpretari, coeteros 1. Kor. 14, 16 dicere: Amen'.

Sic igitur accipio hunc titulum, ut indicet Psalmum hunc fuisse tali ritu canendum, ut praecineretur a principalibus Cantoribus seu Levitis, Sicut in Ecclesiis cathedralibus leguntur Epistola et Euangelion non a scholasticis, sed ministris. Haec mea est sententia, quodsi erro, tolerabilior error est

Hs] et honestus modus intel⌊ligendus, 'ut omnia secundum honest⌊atem', 1. Cor. 14.
1. Kor. 14, 40 Si omnes praedicarent, quis aud⌊iret? Unus post unum. Ille praecinat, ille succinet; ille praedicat, monet pop⌊ulum ad orandum, legit E⌊uangelium, postea exponit iterum, orat et fit exhortatio. Iste ergo psalmus vocatus: 'ad praecinendum' et pertinet ad eos, qui deb⌊ent praecinere secundum Ord⌊inem a David⌊e. 'Nez⌊each' i. e. 'Praecentor', **Capellen meiſter**, qui **das ampt regirt** et **anhelt**[1], [Bl. 70a] ut alii sequantur. Alii psalmi Alamoth: qui canebantur ab iis, qui non fuerunt in pub⌊lico officio, ut **wir glauben**, ut c⌊armina pro populo. Absconditi. Aliqui in altioribus gradib⌊us, **was ſie denn fur** ritus **haben gehabt**. Sicut diversi ritus. Si did⌊iceretis Eb⌊raeum, melius et rectius disceti︎s, tamen sentio, me melius sentire quam Lyra.

**Es ſol ſein ein lied** amantium vel amicorum. **Ein braudlied**, quia agitur de R⌊ege sponso et regina sponsa, de administr⌊atione regni et praesertim de Gyneceo. Ideo **ein braudlied** d⌊icimus, ubi describitur Rex sponsus, sponsa. In suis domib⌊us, conviviis, choreis. Ideo dicitur c⌊armen amantium.

3 *über* praedicat *steht* 'surgit' *[1. Kor. 14,30]*  12 amantium] amat)  13 sponsa] sponso

[1]) = *der beim liturgischen Gottesdienst den Gesang (als Vorsänger) leitet und im richtigen Ton erhält; vgl. Unsre Ausg. Tischr. 1, 455, 43.*

Dr] quam vertere: 'ad victoriam', quasi certaverint inter se clamando, sicut Lyra nugatur. Quid opus est illa vanitate in Scripturis sanctis? Multo igitur commodius ad illam publicam ordinationem, qua in templo usi sunt,
1. Kor. 14, 40 transfertur, ut, sicut Paulus monet, 'omnia gerantur ordine'. Quae enim illa esset confusio, si omnes vel Euangelion legerent vel praedicarent? Est igitur constitutus ordo, ut unus aliquis ascendat suggestum, deinde ut ab Ecclesia tota oretur. Post recitat is Euangelion et interpretatur. Finita concione iterum oratur. Hic ordo elegans et commodus est ad vitandam confusionem, quae inde nasceretur, si singulae personae omnia officia obirent. Monet igitur titulus, quod Psalmus pertineat ad eos, qui debent praecinere, ut sit Mnaseah 'dux cantus', quem nos dicimus **den Capellen meiſter**, qui orditur et gubernat cantum, ἔξαρχος.

Alii Psalmi sunt inscripti Alamoth, quod canebantur intra cancellos ab his, qui non erant in publico officio, sicut apud nos Symbolum a toto populo canitur. Alii a gradibus nomen habent, quod in alcioribus gradibus canerentur. Oportet enim in Ecclesiis esse diversos ritus. Qui Hebraeam linguam tenent, fortasse meliora his cogitabunt. Scio tamen me melius sentire quam vel Lyra vel Iudei vel alii supersticiosi interpretes.

### Canticum pro dilecto.

Canticum amicorum vel amancium, nupciale carmen, sicut Germanice reddidimus: **ein Braut lied**. Pertinet autem hoc ad argumentum Psalmi. Agitur enim de rege sponso et regina sponsa, Item de gyneceo. Possumus

Hs] Ein lied, da ſich der breud⌊igam et braud liebhaben. Er wil ein frolichen geſang ſingen, sed tantum in spiritu.

'Super lil⌊ias.' Das ſind authores. filiis Cho⌊rae factam miram gratiam. Mose: factum grande mira⌊culum, ut parentib⌊us Chora, tamen servati filii, quia cum terra rupta sub Chora et des⌊cendit cum suis in vorag⌊inem terrae cum tab⌊ernaculis, bobus, suppel⌊lectile et conclusit terra os suum. Ibi dicunt, quod secundum verbum M⌊osi, quod filii servati, quia ipsi fideles restiterunt parentib⌊us, monebant rogando, et insurgebant contra M⌊osen, et interim cum etc. In psal⌊mis valde celeb⌊rantur et paral⌊ipomenis et eorum c⌊armina sunt nuptial⌊ia, letiss⌊ima. Et ista posteritas sumpta, ut essent poetae in d⌊ivina relig⌊ione, ut Romani hab⌊uerunt posteritates in rethorica. Sic f⌊ilii Chore, ut ederent carmina pro laudib⌊us. Sic Ethan, Iedutlum. Et nihil cantant 1. Chron. 15, 19. 9, 16. 19 quam spiritualis⌊sima et letis⌊sima de Christo, quia fuerunt b⌊oni et credebant deo contra parentes. Pereuntibus eis perstiterunt in fide. Das ſind autores. fuerunt Levitae, non sacerdotes, quia Chora fuit ei sacerdotium arrog⌊ans et periit.

'super Rosas, lilia': Ibi videtis Eb⌊raeorum morem, quod sua cleinodia, reg⌊na ap⌊pellant nominib⌊us florum. Et hodie suas f⌊ilias ap⌊pellant florum et gemmarum. Berlich[1], ex fl⌊oribus Rosina, Susanna, et ista vocabula in more quidem habent in deliciis, et delectat max⌊ime. [Bl. 70ᵇ] Sic etiam suos

*1* ⟨von⟩ da    *14* fide⟨m⟩    *zu 17* Rosacea, Rosa *r*

¹) = *Perlen; vgl. S. 478, 23.*

Dr] igitur hunc Psalmum vocare epithalamium, ubi rex cum sponsa ac nupcialis pompa, convivia, choreae etc. describuntur. Continet igitur haec particula argumentum, quod nupciale carmen canet iucundum et laetum, Sed in Spiritu.

Filiorum Chore.

Hi sunt auctores carminis. In Mose enim legimus, miram gratiam 4. Mose 26, 11 filiis Chore factam esse, quod servati sunt, cum pater cum suis complicibus a terra haustus esset. Et Rabini scribunt, cum terra se aperuisset et hausisset Chore cum reliquis, filios manifesto miracula tanquam in aere haerentes super hiatum constitisse, quod noluerint recedere a tabernaculo, sed monuerint parentem cum reliquis, ut ab errore desisteret. Valde igitur celebrantur in Paralipomenon, et Psalmi, quos fecerunt, sunt laetissimi et iucundissimi et plane nupcialia carmina, ut credam posteritatem Chore singulariter assumptam ad cultum Dei, ut essent etiam poetae religionis in populo Dei, qui concinerent et componerent carmina pro laude et gloria Dei. Sic celebrantur Ethan et Idithnu cum aliis plaerisque. Sed filii Chore 1. Chron. 15, 19. 9, 16. 19 prae reliquis maxime de Christo cecinerunt, alia tamen ratione quam David, sub allegoria nupciarum. Apparet fuisse bonos et pios filios, qui crediderunt

Hs] lib|ros nominibus gemmarum vel alicuius rei insignis. Sic David ap|pellat
Pſ. 80, 1 suum Regnum 'ſpanroſen'[1], Ein geheng, das man an hals. Sic p|rinceps iam gestavit quaedam insig|nia. Sic suum R|egnum ap|pellat ein roſen, die man am hertzen tregt, quia fuit pec|uliaris pop|ulus, quem gestavit deus et honestavit. reg|num, sacerdotium gestabat in pectore, fovebat. Est quaedam gemma, rosa, cleinodium dei meum R|egnum. isti pot|uerunt distinguere inter d|ivina, humana opera. Creaturas max|ime celeb|rabant, vitia detesta|bantur. Politia, quantumcunque mali principes, tamen est cleinodium dei; praesertim quando ultra poli|tiam kompt in ecclesiam, Tum vocat gemmam Iucuthun[2],
2. Moſe 28, 21 Ut 12 gemmae significant 12 tribus etc., et cantica sua sic vocant. Istud poema filiorum chore est po|ema nuptiale i. e. 'de rosis'. Eb|raei non
Hebr. 1, 7 habent 'de' sed mem[3], Ut 1. c|ap. dicit 'ad angelos', Eb. Non 'ad' sed
Hebr. 4, 13 'de'. 'Ad quem' i. e. 'de'. Ebraismus, Ubi locutus de deo vel Christo. Hoc est: Politica heiſſen auch rosae, tribus Iuda est 1 gemma. Non de politica rosa, sed de Rosis fut|uris, de aliis 12 tribubus, imo omnibus terrae

---

5 sacerdotium] sacerdotio   9 poli|tiam *über* (ecclesiam)

[1]) *Rose als Spange; s. DWtb. Spanrose und Rosenspan; von L. geprägt; vgl. Lübben-Walther, span.*   [2]) *= Jeduthun S. 477, 12.*   [3]) *D. h. den Buchstaben* מ, *vgl. S. 479, 22.*

Dr] Deo contra parentum insaniam, ideo sunt propagati in laudem Dei. Fuerunt autem non Sacerdotes, sed Levitae. In eo ordine manserunt nec affectaverunt Sacerdocium sicut pater.

## Super Lilia.

Susan[1] rosam significat, inde Susanna[2], rosina vel rosacea. Hic observanda hebraeorum consuetudo, quod preciosas res, imo regna etiam, nominibus florum et gemmarum appellant. Sic adhuc hodie Iudei filiabus gemmarum nomina aut florum indunt. Hinc Susanna et margarita etc. Habent enim hoc in more, ut id, quod in delitiis habent, rosae, flosculi, violae etc. nomine appellent. Sic etiam libros suos appellant nominibus
Pſ. 80, 1 florum aut aliarum insignium rerum, ut porta nucis etc. Sic Assaph Psal. 80. appellat totum regnum nomine rosae, nos germanice reddidimus: Von den ſpahn roſen, Quod, sicut principes gestant monilia preciosis gemmis ornata, Ita populus Iudeorum sit peculiaris populus, quem Deus gestet in pectore tanquam singulare ornamentum, decoratum politia et cultu divinitus instituto, quem populum foveat ac defendat Deus. Ideo vocat gemmam Dei et rosam Dei. Intellexerunt enim sancti viri et amplificaverunt hoc donum regni et sacerdotii divinitus instituti et noverunt distinguere inter opera Dei et opera humana, inter Creaturam et vicia, Quod quanquam populus esset malus et

---

[1]) = שׁוֹשָׁן.   [2]) = שׁוֹשַׁנָּה.

Hs] trib⌊ubus. loquitur de Christo sponso et de Ecclesia, quae est regina, sponsa. Ideo istae rosae sunt Ecclesiae per universum orbem terrarum. De rosis canemus unum nuptiale c⌊armen, quod tamen est 'maskil': Excitat aud⌊itorem et facit attentum. Das iſt admonitio, qua valde att⌊entum v⌊ult reddere. Quando maskil ſthet, ſo ghet hoher quam ad pol⌊itiam. De David quidem: 'Omnia feliciter' etc., quod nulli servorum contigit; apud 1. Sam. 18, 5 Salom⌊on: valde industrius et dexter, omnia gerebat, non temere hin cum geplump.[1] 1. Kön. 9, 5 In pol⌊itia ſthets auch wol, quando burgerm⌊eiſter nominaliter vel statualiter. illi ignavi nhemen ſichs nicht an.[2] Emerich, das ſind gnavi, dex⌊tri, mascil. Sic in oeco⌊nomia. Sed in ps⌊almo ferme ascende cum isto vocabulo ad spiritualem prudentiam, ut ps. 2.: 'Et nunc, reges, intel⌊li- Pſ. 2, 10 gite, laſt euch vnterweiſen'. quia alloqui R⌊eges [Bl. 71ᵇ] et admonere, ut intel⌊ligant, das ghet vber legem, quae constituunt intelligentiam. prudentiam auris naturalis. Philosophi naturali ratione dictant, quae ad finem et pacem etc. Illi, qui iam sunt in regno, ut Iudei et gentes, illis dicitur:

5 *hinter* reddere *nochmals* redd⌊ere   12 admonere] amonere   13 intelligentiam] intelligentia

1) = *unüberlegt und aufs Geratewohl; vgl. Unsre Ausg. Bd. 31¹, 194, 1.*
2) = *kümmern sich nicht darum.*

Dr] impii principes, tamen quia ordinatio divina ibi sit, esse vere gemmam et rosam. Quando autem ultra politiam etiam Ecclesiam et cultum Dei considerant, tum vocant violas, gemmas, Smaragdos etc., Sicut duodecim tribus duodecim gemmis notaverunt, Ut Iuda sit Smaragdus Dei. et sic de reliquis. 2. Moſe 28, 21

Ad hunc modum hic quoque nupciale carmen vocat rosam. Sic enim sunt posita verba: 'Canticum filiorum Chore super rosis', vel: de rosis. Hebraei enim non habent praepositionem: 'de', sed utuntur litera m vel al, sicut ad Hebr. dicitur: 'Ad angelos', ibi est 'πρὸς τοὺς ἀγγέλους' Hebraico Hebr. 1, 7 more, pro: 'περὶ τῶν ἀγγέλων'. Item cap. 4.: 'ad quem nobis sermo', cum Hebr. 4, 13 sit: 'de quo nos dicimus'. Ita hic est: 'de rosis'. Non autem appellat hic rosam politiam, quae quoque est rosa, sed de Ecclesia loquitur et de rosis futuris deque aliis duodecim tribubus, quam illae praesentes erant, Imo de omnibus tribubus terrae et de Ecclesia diffusa per orbem deque Christo sponso. Ideo utitur plurali numero, ut significet se loqui non tantum de uno populo, sed de omnibus Ecclesiis collectis in unitatem fidei.

## Eruditivum.

Facit hoc epitheto auditorem attentum. Porro vox Mascil[1] 1. Regum 18. 1. Sam. 18, 5 significat 'industrium' et 'gnavum', cui omnia succedebant quique dextre gerebat omnia, weis und klug, dem es ſchleunig abgehet[2], atque haec est

1) = מַשְׂכִּיל.   2) = *der Erfolg hat; s. Unsre Ausg. Bd. 47, 780, 37.*

Hs] vos, R⌊eges, qui iam sapitis, doctis⌊simi et ingeniosissimi viri, ar⌊ripite aures, audietis nova, quae superant illam sap⌊ientiam politicam. Sic insignavit Pſ. 32, 1 illum psalmum, praecipue 32., i. e. est psalmus, qui erudiet. non David, sed deus fecit hoc eruditivum, quod faciat eruditos in spi⌊rituali cog⌊nitione super sensum pol⌊iticum, de nova et inaudita iustitia, rege, administratione reg⌊ni et populi. Ergo arrigendus animus et aures. Maskil: verbum, poema, quod excitat fidem, alioqui nunquam fit dexter, gnavus in scriptura, quia non legib⌊us dicitur. Dicitur verbum, si in simp⌊lici fide non accipis, nihil intel⌊ligis, quia sunt res incomprehen⌊sibiles. ergo audituri hunc psalmum deb⌊etis cog⌊itare, vos audituros unum erud⌊itivum, quod paratum est, docere vos supra captum h⌊umanum, supra captum Regum, sacerdotum, philosophorum. Sic intel⌊ligendum vocabulum 'maskil'. quando veniunt in Ec⌊clesiasticum reg⌊num, nhemen ſie es pro iudicio, das einer etwas hohers lerne, quia nulla ars dormiendo discitur, multo magis hic oportet simus dilig⌊entes. Das heiſt attentum facere, ut sciatur, quid velit dicere. Incipit a Captatione benevolentiae, dicit se rem dicturum gratis⌊simam, iucundis⌊simam et de re opt⌊ima et pulcher⌊rima in orb⌊e terrarum. Non de sutorib⌊us, krig⌊er[1], sed de s⌊ummo magistratu

3: 32 *c aus* 22    6 aures ⟨ut⟩    15 ⟨Captat bene⌊volentiam⟩ dicit

[1]) = *gemeine Soldaten.*

Dr] politica significatio huius vocis. Est enim in politia omnino hac virtute opus, ut, qui administrant respublicas, Sint excitati et gnavi, non somnolenti, sed industrii, qualis fuit nostra aetate Emmericus Gorlicensis et multi alii, qui serio curant rempublicam et magno impetu feruntur ad res gerendas. Somnolenti enim et ignavi, praeterquam quod negligunt suum officium, reverentiam et timorem amittunt. Sed in Psalmis alia est significatio huius Pſ. 2, 10 vocis, nempe theologica; significat enim spiritualem prudenciam, Sicut in Psal. 2.: 'Nunc, reges, intelligite'. Nam quod reges iubet intelligere, significat se ascendere super leges et rationem naturalem. De his enim Philosophi et iureconsulti docent, qui hauserunt leges ex ratione naturali, quarum finis est, honeste vivere et defendere ab iniuriis, hinc artes pacis et belli veniunt. Iam illis, qui sic sunt in regnis, quae legibus et iure constituta sunt, dicitur, ut intelligant et paciantur se erudiri, et nominat supremum hominum ordinem, reges scilicet et qui iudicant terram, quasi dicat: vos, qui habetis iam leges et imperia constituta legibus, qui estis doctissimi viri, parate animos vestros ad capiendam eruditionem et arrigite aures. Audietis Pſ. 32, 1 novam doctrinam, quae superat illam vestram sapienciam politicam. Ad hunc modum Psalmum vocat 'eruditivum carmen' (Sicut etiam Psal. 32.), quod ideo scriptus sit, ut faciat eruditos in spirituali sapientia, supra sensum et politicam sapientiam, quod scilicet velit docere de novo regno et spirituali, de novo et inaudito rege, iusticia, administratione regni et populi. Adver-

Hs] Exordium a s⌊umma persona. Ego loquar de mag⌊nis et eximiis reb⌊us et de iucundis⌊simis et puris et electis⌊simis verbis.
26. Aug.] A⌊udivistis hunc psalmum esse mere allegoricum et sub verbis isti⌊s metaphoricis regis, regni etc. intelligi sp⌊irituale reg⌊num, ecclesiam; Sicut omnia ista deb⌊ent abstrahi a sensu et specta⌊culo r⌊egni mundani et transferri in invisibilia, ubi o⌊mnia fiunt contraria quam in reg⌊no mundi. Omnia hic plane contraria. Ubi praedicatur vita, ibi ap⌊paret mors; gloria, — ignominia crucis; sap⌊ientia, — verbum stulticiae; ubi virtus, victoria, ibi est infirmitas et crux. [Bl. $71^{b}$] ergo debent omnia intel⌊ligi in art⌊iculo: Credo ec⌊clesiam S⌊anctam. In primo versu aud⌊istis prooemium et rationem, quod velit canere de R⌊ege, regno. Et non simpliciter, sed de valde bono, suavi, in quo non est servitus, penuria, sed etiam gloria, pax, opul⌊entia, vita, leticia, continuus triumphus. Ein ſolch reg⌊num wil er ſingen, huic

3 sub verbis] superbis *[Hörfehler]*   12 ⟨in⟩ suavi   est *scheint* iste

Dr] tendus ergo est animus et arrigendae aures, ut audiatur doctrina, quae tantum fide percipitur.

Significat igitur Maskil poema, quo docet spiritualem observationem et fidem excitat, sine qua fide et spirituali observatione nemo fiet gnavus in sacris literis. Haec enim sapientia non comparatur legibus aut ratione, Continetur enim verbo, quod nisi simplici fide apprehenderis, nihil unquam intelliges. Nam res, quas docet, sunt incomprehensibiles et invisibiles. Ergo audituri hunc Psalmum debetis cogitare vos audituros esse 'eruditivum carmen', quod paratum est nos docere res supra captum humanum, [Bg. B] supra captum regum, principum, Philosophorum, sacerdotum. Haec paulo copiosius dixi de vocabulo Mascil, vos conferte locos Bibliae, et invenietis, quod, cum de Ecclesiastico regno agunt, utuntur eo pro iudicio et observatione, ut admoneant Lectorem, agi de excellenciore doctrina, quam sit ratio humana, ut intendant curam auditorum, ne putent dormiendo tantas res posse disci, sed summa cura opus esse. Si enim in politia et aliis artibus sine diligentia nihil proficitur, multo minus in Theologia. Facit igitur titulus hic attentum Lectorem. Iam ad Psalmum accedamus.

Eructavit cor meum verbum bonum, Dicam opera mea regi. V. 2

Incipit a captacione benevolentiae, significat enim se dicturum de re longe gratissima et optima et longe pulcherrima in orbe terrarum, Non vulgarem aliquam cantilenam de cerdone quopiam, aut de milicia, Sed de summo magistratu, de rege (Regis enim persona summa est in mundo), et de rege pacifico, idque pura et electa oratione verbisque iucundissimis.

Sed hic redigenda sunt in animum, quae supra diximus, quod sit mere allegoricus Psalmus, et sub verbis istis methaphoricis regis et regni intelligi

Hs] nihil in mundo etc. Apparent Reg⌊es semper leti, quia pulchri, vestiti magna pompa, sed in speciem, foris. Sed hoc r⌊egnum est bonum, quia 'Cor meum eructat'. Semper discatis in isto sp⌊irituali reg⌊no Antith⌊esin ipsam.

Ego[1] q⌊uamquam non sim propheta, tamen sum 'scriba', ein auſleger scrip⌊turae. Sicut scribae in vet⌊eri testa⌊mento, Doctores The⌊ologiae, qui exponeb⌊ant sacram scrip⌊turam, et Levitae. Non cantabo de reg⌊no temporali, sed spirituali, Iucundis⌊simo. Hoc est, quod nos per E⌊uangelium,
Röm. 14, 17 'regnum pacis, R⌊egnum dei', Ro. 14. Redde isto vocabulo nos loqui.

Sic M⌊oses non pot⌊uit canere. Ille minister carceris, author servitutis,
1. Kor. 3, 9 pistrini. Sic P⌊aulus: 'minister mortis, p⌊eccati, tristitiae'. Contra illum cantemus de reg⌊no iucundo, libero, pl⌊eno gaudiis.

---

*1* Apparent] Apparet

[1]) *Der Dichter des Psalms, einer der* filii Chorae, *redet.*

Dr] spirituale regnum et Ecclesiam, Sic ut omnia ista debeant abstrahi a sensu et spectaculis mundani regni et transferri in invisibilia, ubi omnia fiunt contraria a regnis mundi. Si enim speciem huius regni spectes, omnia sunt contraria, ubi praedicatur vita in hoc spirituali regno, ibi secundum speciem mors est, ubi gloria, ibi ignominia crucis, ubi sapientia, ibi stulticia, ubi virtus et victoriae, ibi infirmitas et crux, et sic de reliquis, ut sic omnia, quae hic audies de regno Christi, intelligas secundum articulum: 'Credo Ecclesiam sanctam'. Qui dicit: credo, non videt rem sic esse, sed contrarium videt.

Prooemium igitur Psalmi hoc est, quod proponit se dicturum de rege et regno, et non simpliciter de rege et regno, sed de valde bono, iucundo et suavi regno, in quo non sit servitus, non penuria, non periculum, sed aeterna gloria, pax, opulentia, aeterna vita, continuus triumphus et assidua laeticia. De tali regno vult dicere, cui nihil in regno mundi sit simile, nisi secundum tenuem umbram et exiguam figuram. Nam Reges et Principes in mundo apparent esse laeti, quia splendide vestiti sunt et incedunt cum magna pompa. Haec species regum mundi foris est. Sed intus sunt pleni omnium malorum, curarum ac molestiarum. Hoc autem regnum, quanquam foris sit miserum, tamen intus est summum bonum, et summum in quo describendo 'eructat cor meum'. Sic respicit ad antithesin. Quod vertit: 'dicam opera mea regi', sententia est: canam de rege.

Lingua mea calamus scribae velociter scribentis.

Sum Scriba, non sum Propheta, non arrogo mihi tam sublimem ordinem. Porro Scribae non fuerunt iurisconsulti, sed Theologi, qui expone-

---

*21* Proemium *im Urdruck*

Hs] 'Et lingua velocis scrib⌊ae': ein geſch⌊winden, guten ſchreiber.[1] M⌊osis lingua fuit cal⌊amus scribae imped⌊iti, 'blesam ab her⌊i'. ita, ut Aaro⌊n vices 2. Moſe 4, 10 coactus docendo et loquendo. M⌊oses fac⌊iebat mira⌊cula, Aa⌊ron loq⌊uebatur verbum. Figura sunt, quod regnum legis non iucundum, sed carcer; quia habet gravem ling⌊uam et manus M⌊oses, ergo non potest bene canere. Est scrib⌊a tardus et impeditus, vocis malae, non sonantis, non velox. Sed habeo letum, b⌊onum cor, quod docet promissiones et istas letas doct⌊rinas pacis, securitatis in con⌊scientae consol⌊ationem. Ista omnia All⌊egorice. Vos faciatis Antith⌊esin cum M⌊ose et Euangelio, tum erit clarior ps⌊almus.

Partiemur hunc ps⌊almum secundum hoc thema et fere locos communes. Ad r⌊egnum corporale primum pertinet ipsa persona, quae sit dig⌊na regno, quia R⌊ex caput t⌊otius, et caput debet induere motum et sensum toti corp⌊ori. quando caput non valet, tum totum corpus. Principatus male

3 loquendo] loqui  4 non *o* iucundum *fehlt*  6 sonantis] sonatis

1) *Erg. nennt er sich.*

Dr] bant scripturam sanctam, Sicut hodie sunt doctores Theologiae. Non cantabo, inquit, de servitute aut regno corporali, sed spirituali et iucundissimo. Hoc autem est regnum, quod nos quoque praedicamus, nempe Euangelion pacis et fidei, quod docet de iusticia in Spiritu sancto. Sic Moses non potuit canere, qui est minister carceris, doctor pistrini et autor servitutis et, sicut eum Paulus solet appellare, 'Minister mortis, peccati et tristiciae'. contra 2. Kor. 3, 9 istum nos cantabimus de regno iucundo, libero et pleno gaudii.

Respicit enim oblique ad Mosen, quod linguam suam vocat calamum velocis scribae. Nam Mose lingua fuit calamus scribae impediti, Sicut confitetur quoque se 'blaesum' esse, quare frater eius coactus est vicem eius 2. Moſe 4 10 implere in dicendo, Moses autem miracula faciebat, Aaron loquebatur. Fuit autem haec figura, quod regnum legis non sit iucundum. Ad id alludit et dicit: Moses non fuit eloquens, sed habuit gravem linguam et manus graves, ergo non potuit bene canere, sed fuit tardus et impeditus scriba. Ego autem habeo laetum spiritum et cor nec doceo tyrannidem legis et peccati, sed suaves promissiones et laetas istas doctrinas pacis et securitatis conscientiae. Vides ita omnia esse allegorica, quare per totum Psalmum est facienda antithesis Mosi seu legis cum Euangelio, tunc erit Psalmus clarior.

## Speciosus prae filiis hominum. V. 3

Propheta bono ordine et distincte procedit in descriptione regis et fere decem locos communes tractat, quare nos hic incipiemus partiri Psalmum. Scitis autem ad Regnum corporale primo requiri personam, quae sit digna regno. Rex enim est caput regni. Sicut autem caput debet motum et sensum corpori addere ac inducere et, quando caput affectum est, tunc

Hs] administratur, quando faul, toricht; fures tollent pacem et opes. 1. locus q⌊uaestionis, habere R⌊egem, et idoneum pro isto R⌊egno. Ab isto l⌊oco q⌊uaestionis incipit et describit ipsum R⌊egem in persona sua propria: de tali [Bl. 72ᵃ] R⌊ege et reg⌊no scribam.

V. 3 'Speciosus': 1. persona R⌊egis ista: est speciosus. prae f⌊iliis. Sic in Eb⌊raeo repetitum 'iap⌊ha': 'pulchrum'. Nostri ad⌊versarii: speciosus forma i. e. pulcher, formosus; i. e. pulcher⌊rimus es, nimis, solus pulcher prae f⌊ratribus. Istam perpulch⌊ram formam non spectamus, q⌊uamquam fuit verum, quod naturaliter pulcherior; hab⌊ebat proporcionata memb⌊ra. istam formam non multum. Sed in spirituale⌊m formam, et tractamus R⌊egem illum spiritualiter. 1. forma Regis est: Christus ipse deus v⌊erus et homo, qui non ut ceteri ho⌊mines defoedatus et turpis⌊simus. Omnes iam in p⌊eccato orig⌊inis lacerati ira dei. quia omnes sine iust⌊itia, sap⌊ientia nascimur, vivimus, morimur, nisi suc⌊t Christus. quanto sap⌊ientiores Reges, hoc turpiores in con⌊spectu dei. Ergo spiritualiter ista forma, quod Christus purus et

*1* tollent] tollet *3* describit *c aus* descripit *12* defoedatus] defatus

Dr] totum corpus languet et laborat, Sic, si princeps non est aptus ad administrationem regni, male administrabitur principatus. Igitur videmus in Historiis ignavos, stultos et furiosos principes pacem, opes, imo tota regna evertisse. Ergo primum donum est habere Regem aptum pro isto regno. Propheta igitur ab hoc loco communi orditur et describit ipsum Regem in persona sua propria et dicit: De tali rege scribam, qui est speciosus.

Hebraica vox 'Iephe'¹ est geminata, significat autem pulchrum et formosum, vult autem dicere: Tu es formosissimus, imo solus es pulcher prae filiis hominum. Porro non loquitur de pulchritudine naturali corporis seu metaphysica, quanquam credo etiam naturaliter formosum Christum fuisse et habuisse iustum et decoram proportionem membrorum; sed eam nos hic non curamus, sed transimus ad pulchritudinem spiritualem et tractamus regem spiritualiter. Prima igitur forma et pulchritudo haec est, quod ipse Christus est verus Deus et homo verus, non defoedatus et turpis, sicut nos coeteri homines omnes nati in peccato originali et lacerati ira Dei, Quia nemo hominum sine peccato est, sed omnes sine iusticia et sapientia nascimur, vivimus et morimur, nisi succurrat Christus, et quanto sapientiores et maiores reges sunt, eo sunt turpiores in conspectu Dei. Sic primo spiritualiter accipimus formam de substantia Christi, quod Christus est purus et sanctus, conceptus e Spiritu sancto et natus ex Maria virgine, ut esset

Joh. 1, 14 absque ulla macula peccati, 'plenus gracia et veritate', Ioh. 1., per omnia

¹) = יָפֶה.

Hs] S⌊anctus, concep⌊tus a s⌊piritu s⌊ancto, natus, ut esset absque ulla mac⌊ula, p⌊urus et 'plenus', Ioh. 1., persona sancta in spiritu et c⌊arne; Ut una gut- Joh. 1, 14 tula, pilus Christi pulchrior quam sol. Fortasse fieri pot⌊est, quod aliquis homo simil⌊is in forma Christo, ut Luc. de Steph⌊ano, possibile, quod multi Apg. 6, 15 similes in forma. Sed illam for⌊mam extollimus spiritualiter, ne sint ibi similes, ut per superla⌊tivum nihil sit cum o⌊mnibus hominib⌊us, ut maneat solus formosus, ceteri deformati, quia in viciis nascimur. Isti turpitudines non ap⌊parent coram oc⌊ulis, ideo non movent, ut etiam forma. Sed si hab⌊eremus spi⌊rituales oc⌊ulos ut ille, tum vid⌊eremus, quanta turp⌊ido, hominem esse aversa volunta⌊te, cupida gloriae, divinitatis, pl⌊ena contemptus, odii, cupiditatis, lib⌊idinis, superbiae. Das ſind foedae turpitud⌊ines. Ideo etiam gentes dix⌊erunt iusticiam praeclariorem H⌊espero, Lucifero. 1. suavitas, Iucundis⌊sima poesis, quod canit, promit⌊tit reg⌊num, in quo talis R⌊ex, in

5 Sed (fil⌊ium) illam  7 formosus] formosi *[Schreibflüchtigkeit]*  11 foedae] fede

Dr] sanctus in spiritu et carne, ut unus pilus, una guttula Christi sit purior quam Sol. Forte fieri potuit, ut aliquis in corpore aequaliter fuerit formosus, Sicut Lucas de Stephano scribit, quod luxerit facies eius 'sicut facies Angeli', Apg. 6, 15 Forte fieri potuit, ut aliqui essent formosiores Christo, non enim legimus Iudaeos singulariter eius formam admiratos esse, sed nos de naturali et metaphysica forma non agimus, Sed de spirituali forma; ea est talis, ut simpliciter sit formosissimus prae filiis hominum, ut hic solus maneat formosus, pulcher, coeteri omnes deformati, defoedati, depravati mala voluntate, infirmitate resistendi peccatis et reliquis vitiis, quae naturaliter nobis inhaerent. Haec turpitudo hominum non apparet in oculis, non movet oculos, sicut nec spiritualis pulchritudo movet oculos. Quia enim sumus caro et sanguis, movemur tantum forma et pulchritudine metaphisica, quam oculi vident. Sed si haberemus spirituales oculos, videremus, quanta turpitudo esset, hominem esse aversa voluntate a Deo, esse blasphemum, cupidum gloriae divinitatis et maiestatis, plenum contemptu ac odio Dei et proximi, plenum libidine, superbia, avaricia etc. Hae sunt foedae turpitudines, de quibus aliqua ex parte etiam gentes iudicare potuerunt. Ideo dixerunt Iusticiam Weish. 7, 29 esse pulchriorem hespero seu lucifero.

Haec est prima suavitas et iucundissima poesis, in qua canit et promittit regnum, in quo sit talis rex, in quo nihil sit vicii, sed voluntas plena virtutibus et intellectus sapientia plenus, ardenti caritate erga omnes miseros et damnatos et contristatos peccatores. Talis Rex non est Moses, sed est Carnifex et crudelis lictor ac tortor, qui nos excarnificat et discruciat suis terroribus, minis et exemplis irae, qui cogit ad bonum foris faciendum aut, cum optime facit, intus humiliat ad suspirandam graciam. Noster autem

Hs] quo nihil vitii, vol⌊untas plena virtutib⌊us, plena memoria, plenus ardentis cha⌊ritatis erga mise⌊ros, damnatos pec⌊catores, contristatos. R⌊ex talis Mo⌊ses non est, sed carnif⌊ex, lictor et tortor, qui excarnif⌊icat extreme suis ter⌊roribus, minis, exemplis irae et cogit ad bonum exter⌊ne faciendum vel
Joh. 1, 14 intus humiliat ad susp⌊irium g⌊ratiae. Sed istum canimus, qui est 'pl⌊enus
Jeſ. 42, 2 g⌊ratiae et verit⌊atis'. ibi philant⌊hropia, humanitas, suavitas, Esa: 'non clamabit', non austerus. [Bl. $72^{b}$] Erit, qui misericordiam volet in terra operari, Iudicium contra blas⌊phemos imping⌊et. Talem non dabis mihi in orb⌊e ter⌊rarum, hec est for⌊ma pulch⌊ra R⌊egis, S⌊umma virtus, cha⌊ritas erga deum et ho⌊mines. Ibi nihil invidiae, odii, superb⌊iae, cupid⌊itatis, lib⌊idinis, nihil ullorum malorum, af⌊fectuum, ut in Euangelio describ⌊itur et res probatur. Helt ſich zu den arme⌊n leuten, sustentat et deinde pro eis moritur. Non oc⌊cidit ut M⌊oses, sed altior. Illa est pulch⌊ritudo nostri R⌊egis, Si spiritu inspectes et non secundum faciem c⌊arnis. Das iſt eins. Ipsa persona est talis et b⌊onis verbis depingitur, latius vid⌊emus eam amplif⌊icari in E⌊uangelio et Paulo, qui dicit, qualis vis in sua persona. hoc exp⌊edit scire contrist⌊atam con⌊scientiam. Talis non praedicatur. Sed mundus ita ag⌊noscit: dicit nihil turpius auditum, visum ipso Christo; Intolerabilis

*1 über* plena *(2.) steht* intel⌊lectus    *3* extreme] exerme

Dr] rex, qui hic canitur, est plenus misericordia, gracia et veritate, in quo est
Jeſ. 42, 2 φιλανθρωπία et summa suavitas, qui, sicut apud Esaiam est, 'non clamat in plateis', non est austerus et asper, sed patiens et longanimis, qui iudicium contra impios et blasphemos et misericordiam erga peccatores facit et ostendit. Ergo est rex suavissimus et formosissimus, cuius nullus similis est in orbe terrarum, in quo est summa virtus et summa caritas erga Deum et homines. His ornamentis haec persona decorata est, quod nihil superbiae, cupiditatis, libidinis aut ullorum aliorum pravorum affectuum in eo est, Qualem et in Euangeliis describi videmus et qualem fuisse res ipsa indicat. Adiungit se non sanctis, potentibus, sapientibus, sed abiectis et miseris peccatoribus, calamitosis, oppressis gravibus et incurabilibus morbis, hos sanat, consolatur, erigit, iuvat, tandem etiam pro peccatoribus moritur, Non terret, non occidit, sicut Moses, sed allicit, laetificat, consolatur, sanat, iuvat omnes ad se venientes. Est igitur rex regum, cuius nullus est similis, Ita tamen, si spiritum spectes, et non externam faciem carnis. Haec est una pars descriptionis personae, brevibus tantum verbis indicata, quam uberius describunt et amplificant sancti Euangelistae et S. Paulus in suis Epistolis, ille pingit hunc regem veris coloribus, qualis sit in sua persona, et summe expedit angustis et vexatis conscientiis haec nosse.

Sed mundus cum audit has regis laudes, non fert hanc praedicationem, sed contrarium dicit, hoc rege nihil unquam turpius auditum vel visum esse;

Hs] nobis ad vid⌊endum. Ut Ph⌊arisaei non pot⌊uerunt videre nec aud⌊ire ipsum praesentem, q⌊uamquam proced⌊erent de manib⌊us radii potentiae, ling⌊ua soles, toto corp⌊ore soles charitatis, q⌊uidquid ostendebat suarum pulch⌊ritudinum, nihil etc. Sicut cecus aliquis indignatur sol⌊i, quod luceret, Sic mundus facit huic personae, habetur turpis⌊sima et suas virt⌊utes, dotes pulch⌊ras et divinas haberi pro diabolicis iniqui⌊tatibus et maliciis. Ideo dixi h⌊unc R⌊egem latere sub contraria specie. Omnes turpes prae illo, sed in spiritu. In carne omnes f⌊ilii hominum sunt formosiss⌊imi, 'ille solus turpis⌊simus', Esa. 53. etc., 'a quo averteretur'. Sic vid⌊emus in hoc psalmo Jeſ. 53, 3
iucunda, celest⌊ia, divina, sed involuta exter⌊na fa⌊cie crucis. mundus ista non habet, quia non credit, sed perseq⌊uitur. Nobis inter⌊ne dicuntur tales. Et d⌊icimus: omnes ho⌊mines sunt damnati, iustitia eorum, p⌊otentia, fortitudo nihil. Et nostra omnia repro⌊bamus et solum illum praeferimus

1 *über* videre *steht* nec 5 huic *c aus* huius 8 formosiss⌊imi] formiss⌊

Dr] est igitur mundo intolerabilis ad videndum, sicut in Pharisaeis et Sacerdotibus videmus, qui tanto Christi odio incensi sunt, ut ne aspicere quidem eum possint, cum tamen procederent de praesentis et loquentis ore radii, imo soles sapientiae et de manibus eius radii potenciae divinae ac de toto corpore soles charitatis et omnium virtutum. Sed quicquid eis suarum pulchritudinum ostendebat, hoc erat eis nausea et abominatio, non Christi vicio, sed ipsorum. Perinde enim, sicut coecus in Sole ambulans non afficitur lumine Solis, Sic illi quoque praesentem Christum non curabant. Hoc igitur mundi est ingenium et natura, quod hunc regem iudicat turpissimum esse prae omnibus filiis hominum eiusque dotes ac virtutes pulcherrimas habet pro diabolicis nequiciis et maliciis. Idem nos hodie experimur.

Dixi igitur latere hunc regem sub contraria specie, in spiritu est pulcher prae filiis hominum, sed in carne omnes filii hominum sunt pulchriores, et solus hic Rex est turpis, Sicut Esaiae 53. describitur: 'Non est species ei Jeſ. 53, 2 f.
nec decor, vidimus eum, sed non erat talis aspectus, ut eum desideraremus. Despectus et novissimus virorum erat, plenus doloribus et infirmitatibus et adeo contemptus, ut ab eo averteremus oculos'. Videmus igitur iucunda et suavia de hoc rege in hoc Psalmo praedicari, sed quae involuta sint et obumbrata externa facie crucis. Mundus non habet nec admiratur ista dona, sed persequitur, quia non credit. Nobis autem dicuntur, ut cognoscamus nos talem habere regem. Fatemur igitur et docemus, omnes homines esse damnatos. Pulchritudinem eorum nihil esse coram Deo, Iusticiam eorum esse peccatum, fortitudinem eorum quoque nihil esse, sed omnia, quae facimus, cogitamus, dicimus ex nobis ipsis, esse reproba et digna morte aeterna, Nitendum autem esse in huius regis forma, illum praeferendum

Hs] et in huius virt⌊utibus nitimur. illis dicitur psalmus ill⌊e, a⌊gere g⌊ratias. Hypo⌊critae apud Iud⌊aeos et Pap⌊a canunt, sed contrarium senserunt, fecerunt, docuerunt. Non omnino digni, ut hab⌊erent unam gut⌊tulam odoris de vero sensu. [Bl. 73ᵃ] Filii hominum ſind k⌊inder v⌊nd nichts; non exter⌊ne; q⌊uidquid est sap⌊ientiae, iusti⌊tiae, est nihil prae huius iusti⌊tiae for⌊ma. 2. pertinet ad personam Regis ante o⌊mnia sap⌊ientia, quia R⌊ex, quantumcunque Rex formosus, si sit stultus. Aut Regem aut fatuum. Es iſt vberguldene nus da, kein kern et ein ſack vol trecks mit gold. Ergo hic rex sine omni p⌊eccato, hypo⌊crisi, pl⌊enus g⌊ratia etc. Praedicamus etiam sapientis⌊simum prae filiis hominum et solus sap⌊iens, Et nihil cum M⌊ose, quia 'diffusa est g⌊ratia in labiis'. Et illa est prima ratio, Etiam in reg⌊no mundi laudari Regem a sap⌊ientia. Ratione dicunt geri res, sap⌊ientia et consilio, non virib⌊us et armis, quae potius nocent, si sine consilio. illa dirigunt. Nos homi⌊nes nihil ad ursos, leones. Equus unus faceret 100 viris. Sus domest⌊icus, Si vellet uti suis virib⌊us, 10 iacta⌊ret, quia ibi

*10* filiis] filiꝰ *15:* 10 *c aus* 100

Dr] omnibus, in huius virtute vincenda omnia pericula et mala. Qui haec ita credunt, ad hos dicitur hic Psalmus, ut eum discant et canant, et ad horum usum et consolationem est scriptus. Iudaei olim in templo eum cecinerunt. Cecinerunt eum et canunt adhuc hodie Monachi et totus Papatus. Contrarium autem senserunt, fecerunt et docuerunt. Quare fuerunt indigni, qui haberent unam guttam odoris de vero sensu. Est igitur summa huius primae particulae, quod filii hominum sint nihil prae hoc rege, sed quicquid sapientiae, iustitiae et reliquarum virtutum habent, nihil esse prae huius sapiencia, iusticia et virtutibus. Iam pergamus.

Secundo requiritur ante omnia ad personam regis sapiencia, quia rex, quantumcunque sit formosus, si non sit sapiens, est nihil, secundum proverbium: aut regem aut fatuum nasci oportet.[1] Nam Rex formosus et tamen stultus similis est deauratae nuci, quae praeter speciem nihil habet, aut vasi eleganter picto et pleno stercoribus. Imo eo ingracior est forma, quando mente caret. Igitur hic rex sine omni hypocrisi est plenus gracia et sapientissimus prae filiis hominum. Imo solus sapiens, ad quem nihil est Moses. Hoc enim dicit:

## II. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Illa est praecipua ratio laudandi reges, etiam in regno mundi, a commendatione sapientiae. Sic enim dixerunt docti usu homines, Res sapientia et consilio geri magis quam viribus et armis[2], Imo vires et arma etiam

[1]) *Sprichw., s. Unsre Ausg. Bd. 20, 84, 11; Wander, König 128.* [2]) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 31¹, 440, 5 (Terenz und Aristoteles). Cic. off. 2, 24 ähnlich.*

Hs] robur. Et tamen huma⌊na ratio gubernat istas best⌊ias, ut etiam puer possit istas bestias domare etc., ut sint captivae cum tota sua virt⌊ute ab inferiore virtute huma⌊na. Sic Ro⌊mani dix⌊erunt de suis bellis, quod multitudo non vicit. Si vero accedat sapientia. S⌊umma s⌊ummarum: res vera. sap⌊ientia est 1. virtus, dos, quae requiritur in R⌊egno vel rege. Hoc Mo⌊ses in Deut.: 'Hec est vestra sap⌊ientia, quod ceterae g⌊entes: hec est g⌊ens (5. Mose 4, 6) sapiens'. Sic Sal⌊omon non tam ab opib⌊us ut sap⌊ientia. Post personam absolutis⌊simam requiritur sap⌊ientia eiusdem rationis, cuius formae rex. Das ſol sap⌊ientia gratiae, quam hab⌊et lab⌊iis diff⌊usam; Lu⌊cas spectavit huc, quando dicit, 'omnium oculi intenti' propter verbum gratiae. verbum gratiae (Luk. 4, 20) conciliavit benevolentiam audito⌊rum, ut omnium oculi obser⌊varent. M⌊oses habet etiam lab⌊ia, impedita, infacunda, irata; non ibi verbum gratiae sed irae, mortis, peccati. Omnes congreg⌊ate sap⌊ientias M⌊osi, philosophorum

2 domare etc. *unten* 7 non *o* tam] t— *zu 10* Luc. 4. *und* Labia Christi *r*
12 sed *o* 13 Omnes *c aus* Con⌊gregate

Dr] nocere, si non sint consiliis fulta. Intueamur enim nos ipsos, quid sumus nos homines collati ad leones, ursos, equos: unus equus, si sciret suis viribus uti, centum viros sterneret. Sic etiam domesticus sus, si vellet aut sciret uti suis viribus, decem lanios conficeret. Imo etiam inanimata longe hominem vincunt, ut ligna, lateres etc., una turris, si collaberetur, magnam hominum multitudinem opprimeret, vincunt enim robore. At homo, quia rationem habet, omnia ista gubernat, et videmus quadrimos pueros agere iumenta, sic ingens illud robur brutorum ab infirmiore virtute gubernatur et quasi captivatur. Hinc Romani etiam dixerunt, Sapientia et consilio res geri, non fortuna, Item multitudinem nihil facere ad victoriam, si desit consilium, et si accedat stulticia, multitudinem tantum dispositam esse ad cedem. Cuius rei testes habent Flaminios, Varrones, Minucios et multos alios. Sapientia igitur prima virtus et dos est, quae in Rege requiritur. Hinc Moses eam unam virtutem dicit admirationi gentibus futuram, Deut. 4.: 'Certe iste populus sapiens et intelligens, gens magna est' etc. Et Salomon (5. Mose 4, 6) in sacris literis non tam ab opibus, quam a sapientia commendatur. Haec enim est summa laus.

Ita hic quoque post personam et formam absolutissimam requiritur sapientia eiusdem rationis, cuius forma fuit. Haec autem est sapientia graciae, diffusa in labiis. Et videtur ad hunc locum respexisse Lucas cap. 4., ubi (Luk. 4, 20) dicit, quod docente Christo omnium oculi erant in eum intenti, propter verbum gratiae, quod conciliabat ei benevolentiam auditorum, 'stupebant'. dicit, 'ob doctrinam eius'. Perstringit autem hic quoque Mosen, qui etiam habuit labia, sed profunda, infacunda, impedita, irata, in quibus non est verbum gratiae, sed irae, mortis et peccati. Colligite autem omnes sapientias

Hs] et t⌊otius mundi, vel sunt idolatriae vel sap⌊ientia hypocritica vel, si pol⌊itica, tamen est irae sapientia, quia coram deo magis etc. Sicut prae filiis formosus, sic sola eius sap⌊ientia est sap⌊ientia, quia verbum faventis, suaviter loquentis sint promis⌊siones. Sic iste poet⌊a inspex⌊it promis⌊siones, quod sunt lab⌊ia dulcis⌊sima, blandis⌊sima, quae ita loq⌊uuntur, ut attrahant o⌊mnia corda pec⌊catorum. [Bl. 73ᵇ] Ergo Christus non pingendus cum gladio in ore nisi spiritualiter, sed eitel Zucker et honig. qui dest⌊inat os eius aliter, errat. Ergo aud⌊iamus hunc poe⌊tam, quia diab⌊olus aliter. Os eius facit blandis⌊simum, suavis⌊simum, ergo Christus non contristat, terret peccatores suo verbo. quicunque sub nomine Christi vex⌊at con⌊scientiam trepidam, ille

Jeſ. 42, 3. 2 est inimicus, diab⌊olus, quia heiſt ſo: 'linum fumigans' etc., 'Ipse placidus in plateis', non asper, severus, non beiſſig ut M⌊oses. Der ſihet ſo ſauer ut diab⌊olus. In huius lab⌊eis ira diff⌊usa, iſt durchbittert mit kellerha⌊ls[1], gallen, mit hel⌊liſchem feur; weg mit yhm! Noster Rex hab⌊et lab⌊ia blanda, i. e. verbum Christi erit v⌊erbum promis⌊sionis, consol⌊ationis humilium, vitae,

*1* idolatriae] ido$^{as}$   hypocritica] hy$^{ca)}$   *5* blandis⌊sima] blansdis⌊   quae] qui   *9* blandis⌊simum] bladis⌊   *15* promis⌊sionis] p —/

[1]) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 43, 491, 7: = Seidelbast oder eine verwandte Pflanze.*

Dr] Mosi, gentium, Philosophorum, et invenietis eas coram Deo esse vel idolatriam vel sapientiam hypocriticam vel, si est politica, sapientiam irae. Ergo sicut huius regis Christi pulchritudo sola est pulchritudo, sic sola eius sapientia est sapientia, quia est sapientia gratiae, id est, promissionum et verbum eius est suave, plenum consolatione et fiducia. Sic Poeta hic diligenter legit Prophetias de Christo et promissiones et vidit, quod eius labia sunt labia dulcissima et suavissima, quae attrahunt omnium infirmorum corda.

Ergo Christus non est pingendus cum felle vel gladio in ore, sicut eum passim pingunt, nisi spiritualiter intelligas, sed ita pingendus est, ut labia eius videantur esse merum saccharum et mel. Qui aliter pingit hoc os, is errat. Et potius audiendus est hic Poeta quam Papistae et Satan, autores illius horribilis picturae. Hic enim nos non fallet, cum tribuit Christo suavissimum os. Quod diligenter observandum est. Nam Christus non debet contristare corda suo verbo, non debet terrere, et quicunque sub nomine Christi terruerit et vexarit conscientias, is non est Christi, sed diaboli

Jeſ. 12, 3. 2 nuncius, quia Christi nomen est: 'Linum fumigans non extinguet, non conteret arundinem conquassatum, est placidus, in plateis non audietur clamor eius', non est asper, severus, mordax ut Moses, Der ſihet[1] wie der Teuffel und redet, das eim das hertz dafur verſchwinden[2] mocht. Habet enim labia diffusa felle et ira, die durch bittert ſind mit kellershals und mit gallen, ja

*34* Habent *im Urdruck*

[1]) *= sieht aus.*   [2]) *= schwinden, vergehen.*

Hs] salutis pro revocatione damnatorum, morientium. et non solum dicit. quod lab[ia gratiosa, sed 'diff[usa', i. e. g[ratia est abundantis[sima in suis lab[iis, ut effunditur aqua, oleum. Sic ex ore eius proced[unt pinguiss[imae, abundantis[simae promis[siones de erigendis animabus. Ergo quae aud[itis quo[tidie, hic videtis vigilantib[us et eg[regiis verbis depicta. Iſt frey poetiſch geredt. Noster R[ex habet sap[ientiam. quam nullus homo, Rex, sacerdos, sancti. Quae? est sap[ientia dulcis[sima et suavis[sima. quae est fovere contritos. consola[ri afflic[tos, revo[care desperatos. erigere humiliatos, iustificare peccatores, vivificare morientes. Das heiſt dulce verbum. Et ea facit cum copia, qui Rethor: 'deus dedit mihi ling[uam disertam, quod debeo sustentare Jeſ. 50, 4 lassos', thut nicht ſchaden. Sed superb[is: 'Veh, Chorazin'. Sed de suis. qui Matth. 11, 21 vexantur foris per ty[rannos mundi. Intus per M[osen, lege, per ast[us diab[oli, per cog[itationes tristitiae. qui cred[unt in Christum, istas hab[ent

8 humiliatos] humitas [= humilitas, *Schreibfehler*]  *zu* *10* Esa. 50. r

Dr] mit helliſchem feur dazu. Darumb imer hinweg mit dem Moſe. Noster autem rex habet labia blanda, Hoc est, verbum eius est verbum remissionis peccatorum, consolationis humilium, verbum vitae et salutis pro revocatione damnatorum et morientium.

Nec vocat simpliciter graciosa labia, sed 'diffusa gratia', ut significet Christum esse abundantissimum in suis labiis, ex cuius ore ceu ex fonte quodam uberi procedant opulentissimae promissiones et doctrinae, quibus erigit et consolatur animas. Quae igitur quotidie de hoc Christo auditis, ea hic Poeta, sicut videtis, quanquam breviter, tamen egregiis verbis et bene Poeticis depingit: Gratia est in labiis huius regis, nec id solum. sed diffusa, ut intelligas cum ubertate manare et scaturire hunc gratiae fontem, quasi dicat: Noster Rex habet sapientiam, quam nullus hominum habet, Nempe sapientiam dulcissimam et suavissimam, quia fovet contritos, consolatur afflictos, revocat desperatos, erigit lapsos et humiliatos, iustificat peccatores, vivificat morientes, et quicquid praeterea est, quod verbum salutis efficit, hoc facit copiose. Est igitur suavis et iucunda sapientia, digna tanto preconio. Hinc in Esaia cap. 50. dicit: 'De[Bg. C]us dedit mihi linguam doctam, Jeſ. 50, 4 Dominus dedit mihi linguam disertam, ut sciam eum verbo sustentare, qui lassus est'.

Atque hoc diligenter nota, quod lingua Christi non est eiusmodi, quae terreat aut noceat. nisi quando cum superbis et duris loquitur, ad illos dicit: 'Vae tibi, Chorazin, vae tibi, Bethsaida' etc. Ibi facit alienum opus, ut Matth. 11, 21 apud Esaiam dicitur. Psalmus autem hic loquitur de proprio officio et opere, quod exercet erga suos, non de alieno, et loquitur non cum duris et superbis, sed cum iis, qui foris vexantur per tyrannidem mundi et intus per Mosen et verbum legis, Item per astus diaboli, per infirmitatem conscientiae,

Hs] tent⌊ationes. Istis dicitur: scias tuum R⌊egem esse sapientis⌊simum, qui possit tibi consulere; promit⌊tit tibi vitam, gratiam, ostendit se tibi favere, labia eius dulcia, imo abundantis⌊sima. Ista oppone labiis acutis, asperis, terrentib⌊us Mosi et asper⌊is in corde tuo, [Bl. 74a] Et tyrannis et q⌊uidquid vult tuum cor
Matth. 14, 27 Joh. 14, 1 contristare. 'Ego sum, nolite terreri.' 'Creditis in deum.' Das heiſſen suavia labia. hoc nemo novit, nisi qui contristatus et did⌊icit se consolari istis
Matth. 5, 6 verbis g⌊ratiae. Imperitis klingts nicht.[1] Illi non sunt 'esurientes iusti⌊tiam', ideo illi non sapiunt. Qui vero vexati, sciunt, quantum solatium, Christum nostrum Regem, qui nos consol⌊etur, portet ut pastor ovi⌊um, imo moriatur pro nobis. Das heiſt 'diff⌊usa'. Hac sap⌊ientia regnat, ergo est reg⌊num gratiae, salutis, vitae, ubi nihil auditur quam vox letitiae, sponsi etc., consol⌊atio humilium. Mundus quid dicit? Est hereticum, quia damnat b⌊ona o⌊pera; deb⌊etis solum credere, Christus, fides, — nihil possunt aliud

2 se] te   tibi *c aus* sibi   *11* auditur] auditis

[1]) = *findet keinen Anklang; s. Unsre Ausg. Bd. 17, 306, 27.*

Dr] per cogitationes tristitiae etc. Qui credunt in Christum, habent istas tentationes, cum his loquitur et promittit eis talem regem, qui sit sapientissimus et habaet verbum ac sapientiam talem, quibus possit mederi ipsorum malis, et promittit eis: Ecce, si bono animo, erige te fiducia huius regis, qui non odit aut male mulctabit te, sed favet tibi et promittit tibi vitam aeternam, quia labia habet dulcissima et abundantissima.

Meminerint igitur pii, haec opponere acutis, asperis et terrentibus Mosi labiis, Item accusationibus diaboli in corde et tyrannis persequentibus et in summa omnibus, quae corda piorum contristant. His opponant suum regem cum suavissimis eius promissionibus, quas hinc inde in Euangelio legimus: 'Ego sum, qui vici mundum. Nolite terreri.' 'Creditis in Deum et in me credite.' 'In domo Patris mei multae sunt mansiones' etc. Haec sunt illa suavia labia, diffusa gratia, quae tamen nemo intelligit, nisi fuerit contristatus et vexatus in conscientia et didicerit se his promissionibus consolari. Rudes et imperitos tentationum haec nihil afficiunt. Quia enim non sunt esurientes, sed saturi, non sapit eis hic cibus, non sunt sicientes. Qui autem vexati sunt et senciunt veros terrores conscientiae, illi norunt, quanta consolatio sit, habere talem regem, cuius tam suavia sunt labia, qui consoletur, amplectatur, foveat et portet peccatores, sicut pastor fovet ac portat sauciam ovem, Imo qui etiam moriatur pro peccatoribus. Haec possunt erigere cor contritum, quod labia regis huius sunt diffusa gratia, quod eius sapientia, qua administrat regnum suum, sit verbum vitae et regnum eius regnum gratiae, salutis et vitae, in quo nihil auditur nisi vox consolationis humilium, vox laeticiae et vox sponsi.

Sed quid mundus de his labiis iudicat? nempe quod sint haeretica, quae damnent bona opera et prohibeant bona facere et tantum praecipiant

Hs] docere! Turpis⌊simus prae filiis hominum, et diabolica furia est dif⌊fusa in lab⌊iis tuis. Sic ipsi canunt, non quidem verbis, sed sensu, intel⌊lectu cordis, Jn allen ſtifften, cenob⌊iis, quod vox diabolica, ling⌊ua pl⌊ena Sata⌊nico veneno, quod non nocentior pestis quam doct⌊rina Christi. Nos hoc credamus: Er wird einmal auch die kloſter ſturtzen propter illas duas blas⌊phemias. Persona est pulch⌊errima, sap⌊ientia suavis⌊sima. omnia in spiritu pro contritis animabus. 3. De potentia Regis.

27. Aug. 'Propterea': iste fuit 2. locus, quo praedicat h⌊unc R⌊egem secundum sapientiam, et ea, quae est gratiae. non l⌊egis. Ea autem sap⌊ientia est efficax et fortunata, quia benedicitur ei a deo et in eter⌊num. Lex est doct⌊rina maledictionis, irae, p⌊eccati et mortis. Ideo non fortunatur, nullus ibi successus, et tandem abolitur. Sed illa[1] eter⌊na et verbi divini fructificat, generantur multi fideles et una quoque varia dona operantes. 'Unus deus' etc., 1. Kor 12, 6

9 et o

[1]) *Erg.* sapientia.

Dr] credere, Sicut hodie nos accusant, quod Lutherani nihil doceant nisi de fide. Sicut igitur Christus, Rex noster, turpissimus prae filiis hominum a mundo iudicatur, Ita quoque labia eius non gratia, sed diabolica furia diffusa clamant. Canunt igitur hunc versum ad hunc modum: turpissimus prae filiis hominum et furia diabolica diffusa est in labiis tuis. Verbis quidem talibus non canunt, sed sensu cordis et intellectu, sic damnant et criminantur Christum in omnibus collegiis sacerdotum, in omnibus monasteriis, in omnibus templis, quod vox eius sit diabolica et lingua eius sit plena Satanico veneno neque esse ullam nocentiorem pestem quam doctrinam Christi, dignam ira et odio omnium. Nos autem, qui sumus contriti et miseri, exosculemur et retineamus haec labia. Fiet aliquando, ut templa et monasteria illorum Rex noster propter has diras blasphemias ita disiiciat, ut non relinquatur lapis super lapidem. Hoc volunt, et fiet certo.

Hactenus igitur duo audivimus, quod et persona regis sit pulcherrima et sapientia suavissima, nempe sapientia gratiae et non legis. Sunt autem omnia in spiritu accipienda pro contritis et humiliatis. Iam sequitur tertia commendatio, de potentia huius regis, quod sapientia haec non sit ociosa, sed sit efficax et fortunata, quia benedicitur ei, Sicut dicit:

III. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Hic iterum ad antithesin respice. Lex est doctrina maledictionis, irae, peccati et mortis. Ideo non fortunatur, ideo nullus ibi est successus, et tandem etiam abrogatur. Haec autem doctrina est aeterna et fructificat a principio sui usque ad finem, generantur et multiplicantur sancti et in uno quoque multiplicantur varia dona et operationes. 'Unus enim spiritus, 1. Kor. 12, 4

Hs] 'sed diversa opera' etc. Das iſt benedictio, quae sequitur hoc verbum; crescit Christus et multiplicatur in multis milib[us et fideles. Sic non sequitur ad doct[rinam legum pol[iticarum, moralium. Hoc fit coram deo. Coram mundo vexamur, quam personaliter tam in fructib[us, donis. Sed si oc[cidunt unum Christianum, nascuntur 10. Si in uno loco imped[itur verbum, in 10. Non potest sap[ientia, verbum exting[ui, quia illa benedictio debet durare in eter[num. Das iſt usus sap[ientiae, quod non manet sterilis in ipsa persona, sed procedit, sed facit multa mirabilia, sed resistit contra
Matth. 16, 18 machinas, 'portas'.

V. 4 [Bl. 74b] 'Accingere': Ibi necesse est construere, ut habetis in aliis psalmis, quia ibi confusa distinctio: 'Potens laude tua et decore tuo'. 'Hadar'[1]: illa vox est ex M[ose sumpta, significat ornatum vesti[mentorum.
2. Mose 28, 2 Sicut scribitur Exo. 28., ubi praecipit d[ominus Mosi, 'facere fratri in laudem et de[corem', i. e. fa[cere ei vest[es festivas, orna[tas, quae laude et admi[ratione dignae. Sic in psalmis sepe rep[etuntur istae 2 voces: 'laudem et

---

7 non *fehlt* 10 *nach* est *nochmals* est 12 est] sunt 15 istae] iste

1) = הָדָר.

Dr] dona autem varia', dicit Paulus. Haec est benedictio illa, quae hoc verbum sequitur, quod Christus crescit et multiplicatur in multis millibus fidelium, non sequitur doctrinam legum sive moralium sive naturalium sive politicarum. Est autem abscondita in Spiritu nec cernitur a mundo, In cuius oculis occidimur, maledicimur, vexamur, damnamur, tam secundum personas nostras quam secundum dona et fructus. Sed non impeditur: quando enim unus Christianus occiditur, decem alii generantur. Sic quando in uno loco verbum impeditur aut eiicitur, in aliis decem locis admittitur et crescit. Itaque verbum nulla ratione, nullo consilio extingui potest, Quia hic scriptum est, quod Benedictio illa durare debet in aeternum. Hic igitur est fructus huius sapientiae, quod non manet sterilis, Sed procedit et facit mirabilia ac per-
Matth. 16, 18 rumpit 'portas inferorum' et omnes sapientum machinas.

V. 4 IV. Accingere gladio tuo super foemur tuum potentissime. Specie tua et pulchritudine tua etc.

Latinus hic turbavit seriem orationis, quare construi debet hic versus, sicut in Germanico a nobis redditus est: Gurte dein ſchwerd an deine ſeiten, du Held, und ſchmucke dich ſchon. Hebraica vox Hod[1] et hadar[2] valde est frequens, et est sumpta ex Mose, significat autem ornatum vestimentorum,
2. Mose 28, 2 Sicut Exo. 28., ubi praecipit Dominus Mosi, 'ut faciat fratri vestes in laudem et decorem'. Vult enim, ut eum festive vestiat et ornet. Sic in Psalmis

1) = הוֹד. 2) = הָדָר.

Hs] decorem'. Non est pulchritudo corporalis, sed ornatum et vestes illae Regiae. Muta⌊vit: die herrlich⌊e, ſchone ſchmuck, sicut ornantur R⌊eges proces⌊suri ad bellum, corona, cathenis princi⌊palibus vestiti. Sic iam 3. loc⌊o post sap⌊ientiam describit armaturam eius seu potentiam. Non solum sit sapiens, sed sit apud eum potentia, praecedit tamen sap⌊ientia. Sic in ec⌊clesia. Christus postquam cepit vulgare sap⌊ientiam et praedicare verbum salutis, mox sequitur crux, opponit se Sat⌊an cum sap⌊ientibus, pot⌊entibus, S⌊anctis, hyp⌊ocritis et q⌊uidquid sublime, quia diab⌊olus non potest ferre hoc verbum g⌊ratiae. 'Diffusam g⌊ratiam in lab⌊iis' odit, quia destruit eius r⌊egnum; quia author mortis, spiritus trist⌊itiae, mendaciorum, iniquitatis; 'Christus venit solvere', ut Ioh., 'ope⌊ra diab⌊oli' et dis- 1. Joh. 3, 8
sip⌊are eius reg⌊num et distrib⌊uere spolia. Da mus er zurnen, quia non v⌊ult regnum iniquitatis, mortis deserere. Ideo invadit iste nuntios verbi et oc⌊cidit eos, perturbat nos et contrist⌊at. Impel⌊lit ad desp⌊erationem, suscitat tyrannides, heres⌊es, sectas et sic vi et frau⌊de defendit et v⌊ult

*1* illae] ille   *3* corona⟨m⟩   *13* regnum *fehlt*

Dr] quoque saepe repetuntur istae tuae voces, decor et laus. Ita hic quoque ponuntur. Non enim dicit de pulchritudine corporis, illam supra absolvit, sed de ornatu et vestitu regio ac principali, quo reges ornantur, cum ad publicas pompas aut in bellum proficiscuntur.

Propheta igitur iam quarto loco post formae et sapientiae commendationem armaturam quoque describit seu potentiam. Nam hoc quoque in rege requiritur, ut vires et potentiam aliquam habeat, Sic tamen, ut praecedat sapientia. In Ecclesia igitur sic fit: Postquam Christus cepit evulgare sapientiam et praedicare verbum salutis ac gratiae, mox sequitur crux. Opponit enim se Satan cum sapientibus, potentibus, sanctis et hypocritis, et quicquid in mundo sublime est, hoc contra verbum et fideles excitat. Neque enim potest ferre gratiam diffusam in labiis seu verbum Euangelii, quia destruit eius regnum. Est enim Satan princeps mortis et autor peccati, Est spiritus tristitiae et perturbationis, spiritus mendaciorum et iniquitatis. Atque hoc etiam mundi regnum est. 'Christus autem', sicut Iohan. 1. Joh. 3, 8
dicit, 'venit solvere opera diaboli' et dissipare eius regnum ac distribuere spolia. Hic necesse est, ut fremat et indignetur Satan, neque enim vult amittere suum regnum iniquitatis et mortis. Ideo invadit istos nuncios verbi et occidit eos, perturbat nos et affligit, impellit ad desperationem et contristat, suscitat sectas, haereses, tyrannos et sic undique vi et fraude defendit se et invadit regnum Christi, et sicut Christus Satanae, sic Satan Christi opera dissolvere vult, nempe vitam, iusticiam, gaudium etc. Haec experimur hodie etiam, quod, mox postquam Euangelion ortum est, sublata et turbata est pax mundi. 'Donec enim fortis ille in ocio tenuit palacium Luk. 11, 21 f.

Hs] vastare r⌊egnum Christi et dissolvere opera Christi; et hoc experimur: mox Luk. 11, 22 resur⌊recto Euangelio tollitur pax. 'Venit fortior', tum conquaeritur mundus. Ante E⌊uangelium, cum viveremus sub Pap⌊a, erant tempora 'fortis'. Iam nihil miserius: omnes tumul⌊tus, cedes, perturb⌊ationes. Hoc est verbum insip⌊ientium homi⌊num, qui non intel⌊ligunt, quid agatur. Christus laborat, ut erip⌊iat ex morte, diab⌊olus insanit. Ideo non potest aliter fieri, quam ut tollatur pax. Si vis let⌊ari in domino Christo, oportet te ferre propter eum trist⌊itiam, vex⌊ationes intus et foris. Non potes adherere Christo, nisi offendas principem mundi; deum vitae[1], nisi irrites mortis. Ideo impingunt istas notas s⌊ancto dei verbo. Sed culpa est diab⌊oli et suorum. [Bl. 75ᵃ] Cur non concedunt regnum Christo, quare ibi irascitur diab⌊olus? Si ergo irascitur et fit turba in mundo, non est culpa dei, Sed diab⌊oli furientis pro suo reg⌊no peccati et mortis. Sed v⌊nſer h⌊err G⌊ott fragt nichts: nihilo-

6 quam *fehlt*

[1]) *Zum Zusammenhang vgl. unten im Druck Z. 27 f.*

Dr] suum, pax fuit, sed postquam venit fortior, ibi excitat tumultus', ibi furit et turbat omnia. Audiuntur igitur tum illae mundi quaerelae, quae nunc etiam ubique sparguntur, Ante hanc doctrinam omnia fuisse tranquilla, pacata, prospera, Nunc, postquam haec doctrina doceri cepta est, omnia perturbari tumultibus, misceri bellis ac caedibus, nihil prospere geri etc.

Verum huiusmodi voces sunt voces stultorum hominum, nescientium, quid per verbum agatur. Cristus per verbum laborat, ut liberet a morte et peccatis, contra diabolus vult omnia morte et peccatis opprimi. Quomodo igitur potest aliter fieri, quam ut tollatur pax et uterque pro suo regno retinendo dimicet, Christus contra Satanam per ministerium verbi, Satan contra Christum per membra sua, haereticos, falsos fratres, tyrannos etc.? Si igitur vis letari in Christo, oportet te ferre propter eum tristiciam, perturbationem, vexationes intus et foris. Ratio est, Quia non potes adhaerere Christo, nisi offendas principem mundi, Non potes retinere Deum vitae, nisi irrites contra te autorem mortis. Sed imperiti homines haec iudicare non possunt. Ideo sancto Dei verbo imputant causam tumultuum, sedicionum, haeresium et aliorum incommodorum, quorum causa Diabolus est cum membris suis. Cur enim non concedunt regnum Christi? cur regnum, quod Christo debetur, sibi vendicant? Homo enim conditus est ad vitam, ad salutem, ad iusticiam, quare igitur irascitur Satan, cum Christus hoc agat, ut remittat peccata? ut vivificet? ut salvet? ut regnum suum sibi vendicet? Ergo quod irascitur Satan et excitat turbas in mundo, non est culpa Dei, nos visitantis ex mera misericordia per verbum, sed diaboli furentis pro suo regno peccati et mortis contra verbum. Sed non credit hoc mundus. Deus igitur nihil moratur querelas eorum, sed perrumpit

Hs] minus perrumpit et dominus reg⌊nat, exult⌊at: reg⌊num, mundus, homines mei. Sequitur turba et bel⌊lum ad⌊versus diab⌊olum, qui non v⌊ult dimittere pop⌊ulum dei. Sicut M⌊oses in Aeg⌊ypto bellab⌊at contra Pha⌊raonem, qui noleb⌊at. Sic nobis fit: quando vol⌊umus pop⌊ulum dei etc., insurgit contra nos Pha⌊rao. Ibi virtus verbi, quod Christus in nobis pug⌊nat ‘gladio spiritus sui’ et, ut Eph. 6., ut k⌊unnen vmb vns ſchlahen, 1. fraudem, mendacia Eph. 6, 17 eius detegere in sectis, eripiendo nostros et conservando in pura vita. Ideo non cessant sectae. Sic per patientiam, fidem, exemplum Christi et vincimus tyrannides ipsa patientia et silentio. Sed mend⌊aces doct⌊ores, sed sic educimus gl⌊adium ancipitem et ‘destruimus’, 2. Cor. X., ‘Sap⌊ientiam’. 2. Kor. 10, 5 Iste R⌊ex cum doc⌊uit nos et effud⌊it suas pro⌊missiones et alleg⌊it in reg⌊num, instabit mox crux, quia ‘omnes, qui pie’, et: ‘per multas’. Ergo ipse 2. Tim. 3, 12 Apg. 14, 22 adest, non deserit tacitos per se et pugnat in nobis contra mendacia et

8 cessant ⟨ces⌊sant⟩ *hinter* Christi *nochmals* Christi[1] *11* R⌊ex nos cum alleg⌊it] allex⌊it

[1]) *Der Druck setzt für das eine dieser beiden Worte* crucis *ein; unten Z. 24.*

Dr] verbo suo, quantumvis illi murmurent et fremant, et dicit: Regnabit Dominus super terram; Homines, creaturae, mundus et quicquid est, totum meum est. Hinc oritur bellum cum diabolo, qui non vult dimittere populum Dei. Sicut Pharao nolebat dimittere Iudaeos et contra Mosen pugnabat. Idem adhuc hodie fit nobiscum. Cum volumus educere populum Dei, intumescit et insurgit contra nos Pharao. Ibi virtus verbi se exerit, quod Christus in nobis pugnat armatura sua, ‘thorace fidei et gladio verbi’, Ephe. 6., Ut ab Eph. 6, 16 f. omni parte feriamus hostem, primo detegendo fraudem et mendacia eius in haereticis, Deinde eripiendo et defendendo nostros, ut perseverent in sancta fide et vita: Hoc bellum perpetuum est, nec est ulla pacis spes, ergo munire nos debemus per pacientiam, per fidem, per exemplum crucis Christi contra tyrannos, quos sola pacientia et silentio vincimus. Mendaces autem doctores non vincimus pacientia et silentio. Sed contra illos necesse est, ut educamus gladium ancipitem, quo ‘destruimus omnem scientiam, quae se exaltat contra 2. Kor. 10, 5 scientiam Dei’.

Vides igitur hic, qualem habeamus regem, qui postquam nos docuit et effudit suas promissiones in nos nosque sic per verbum in regnum suum transtulit, mox adest Satan et crucifigit nos, Quia ‘omnes, qui pie volent 2. Tim. 3, 12 vivere in Christo, persecutionem pacientur’, Item: ‘per multas tribulationes Apg. 14, 22 oportet nos intrare in regnum Dei’, Act. 14. Non tamen deserit nos rex noster, sed adest et pugnat in nobis contra vim tyrannorum et contra mendacia diaboli, Imo reddit invictos contra mendaces doctores est tutos contra vim tyrannorum.

Ergo vos, fratres et patres mei, qui sustinebitis aliquando curam Ecclesiarum, sitis armati et instructi non solum ad docendum et exhortandos

Hs] tutos et invictos reddit contra suos menda⌊ces docto⌊res. Ergo sis armatus, qui pastor, ad exhortandum qui recte sentiunt, et coarguendum advers⌊arios, alias mox dissiparetur ec⌊clesia. Ideo nobis pugnandum, dicta explicanda et defendenda veritas. Ergo d⌊icit: 'potens in proelio', vinces per patientiam
Jer. 1, 18 Jes. 50, 7 totam potestatem, tyrannidem mundi, 'facit', ut Hiere. 1., 'faciem' etc. ut pos⌊simus tolerare verb⌊era, car⌊ceres, vincula, mortem et q⌊uidquid potest mundus facere in ira sua, per eum, qui in nobis hab⌊itat. Deinde vincit in nobis, quando pugnamus contra diab⌊oli dolos. Est periculosum bellum et **whe thut**, sed tamen manet victoria apud nos. I. e. 'Accinges', i. e. tu eris unus, potentis⌊simus Gygas, qui verbum et s⌊piritus s⌊ancti dona in tuis
Tit. 1, 9 defendes patientia et doct⌊orum confutatione, ut Tit⌊us: 'contradicentes' etc.

[Bl. 75b] 'Femur': sumpta similitudo ab equitibus, militib⌊us, i. e. debes paratus et ad omne momentum instructus. Est paratum esse gladio. Si non semper **hauet, ſol in der hand ſein**, non **ym winckel**. Sic ad Thes.:
Eph. 6, 15 'Ut sitis praeparati in prae⌊paratione'. Oportet ministrum esse paratum

Dr] bonos, qui recte sentiunt, ad fidem, sed etiam ad pugnandum et ad arguendos adversarios. Alioqui mox dissipabuntur Ecclesiae, nisi sint, qui pugnent in acie et adversarios confutent, qui dicta et sententias scripturae ab ipsis usurpatas explicent et veritatem defendant. Dicit igitur hic: Dominus est potens in prelio, vincens per pacientiam omnem potestatem et tyrannidem
Jer. 1, 18 mundi et 'faciens ex nobis (Sicut in Iere. dicit cap. 1.) civitates validas,
Jes. 50, 7 ferream columnam et aeneum murum', Et Esaiae 50. 'petreas facies', ut possimus tolerare omnia verbera, carceres, vincula, mortem, In summa, ut, quicquid mundus et diabolus in summa sua ira possunt facere, possimus vincere per eum, qui habitat in nobis. Sic primo vim tyrannorum vincimus, deinde vincit in nobis etiam, quando pugnamus contra diaboli dolos. Hoc est bellum nostrum, quanquam periculosum et asperum, tamen iucundissimum, quia victoria manet apud nos.

Quod igitur dicit 'Accingere', est promissio, quasi dicat: tu eris potentissimus Gigas, qui verbum tuum in sanctis et dona Spiritus sancti defendes pacientia et confutatione adversariorum.

Addit autem: 'accingere gladio super foemur tuum' et sumpsit similitudinem a militibus, quasi dicat: Tu debes esse paratus omni momento et instructus, ut gladius ad manum sit, non in aliquo angulo ferrugine obsitus ad parietem pendeat, ut, quanquam non assiduo feriat, tamen in promptu
Eph. 6, 15 sit. Sic ad Ephe. 6.: 'Sitis calceati in praeparatione Euangelii pacis'. Oportet enim ministrum esse instructum, ut habeat ad manum gladium. Nam etsi diabolus interdum quiescit, tamen redit, nec est stertendum, quasi in totum sit quieturus, potest aliquandiu cessare, non tamen omittit, quin

23 possumus *im Urdruck*

Hs] hominem, gladium habere ad femur i. e. manum. Si etiam quiescit[1], tamen redit; ideo non stertendum, non quieturus est diab⌊olus. Ergo Episcopus non debet dor⌊mire, sed semper exp⌊ectare sing⌊ulis momentis hostem. Das wird Christus thun, i. e. gyga⌊s, robustus bel⌊lator, hoc est pro nobis, quod contra Christum pug⌊nat diab⌊olus et mundus. Sed noster R⌊ex Gibbor, pertinet ei victoria. Tu fortis⌊simus imperator.

'Et laude': ſchmucke dich ſchon, orna te pulcher⌊rime. Cur hoc addit? Explicat nostri bel⌊latoris arma, quod pulchra sunt. Non sunt diab⌊oli, quae sunt mortis, p⌊eccati, iniquitatis, tristitiae; iste habet etiam gladium, sed cruentum, turpem, pes⌊simum. Sed nostri R⌊egis sunt gratiosa. Noster gla⌊dius non percutit, ut perdat, sed salvet. Ego pugno contra K⌊arlstadium, Z⌊winglium, ut malim[2] vivere quam mori, salvari. Wir ſchlahen, non ut damnemus, sed erad⌊icemus vitia; volumus servare. Christus: 'non veni Luk 9, 56 perdere'. Ideo noster glad⌊ius verbum salutis, vitae, iusti⌊tiam proponit et conatur reducere in via⌊m, sunt ornata virt⌊ute iustificandi, docendi. Arma[3]

4 robustus] robustum 5 Gibbor] Gilbor 15 iustificandi] iusticandi

1) *Erg.* diabolus. 2) *Erg.* eos. 3) *Erg.* diaboli.

Dr] redeat. Debemus igitur semper parati esse et expectare singulis momentis hostem, Sicut de Christo hoc dicitur, quod id faciat, qui est Gibbor[1], id est, Gygas, robustus bellator, idque pro nobis, ut, quanquam mundus et diabolus contra Christum pugnant, non formidemus. Est enim noster Rex Gibbor, id est, fortissimus Rex, cuius certa sit victoria. Sequitur:

'Et laude et ornatu', Id est, Schmucke dich ſchon, Orna te pulcherrime. Cur hoc addit? Explicat nostri bellatoris arma, quod sint pulchra, Non ita deformia et terribilia, sicut diaboli arma, quae sunt arma mortis, peccati, iniquitatis, tristitiae. Nam Satan etiam habet gladium, Sed cruentum, turpissimum et pessimum, Nostri autem Regis arma sunt graciosa. Nostri enim Regis gladius non ideo percutit, ut perdat homines, sed ut salvet. Sic ego pugno contra Carlstadium, Zinglium et coeteros, ut malim vivere, quam perire et mori. Vulneramus, non ut damnemus, hominem, sed ut curemus et eradicemus vicia. Volumus servare eos, non perdere, sicut Christus dicit: 'Non veni perdere mundum, sed ut vivat'. Ideo noster gladius proponit Luk 9, 56 verbum salutis, vitae, iusticiae et conatur reducere in viam, sunt igitur pulchra arma, quia sunt ornata virtute docendi, vivificandi et iustificandi, sed arma diaboli occidunt corpus et animam. Nos contra vivificamus. Multi per nostra scripta convertuntur, multi conservantur et eripiuntur diabolo. Ideo sunt nostri Regis arma pulcherrima, arma plena vita, salute, virtute. His accingere et ornare, ut sis talis miles, cuius vulnerare est sanare, cuius occidere est vivificare, cuius perdere est salvare. Quia nostris

1) = גבור.

Hs] oc|cidunt corpus et animam. Et multi conservantur, convertuntur et ſchlechts dem T|eufel ab.[1] Est gla|dius plenus vitae, salutis, veritatis. Istius bel|latoris occid|ere est vivif|icare, vul|nerare: sanare, perdere: sal|vare, quia quaerimus nihil aliud quam ut purg|emus naturam a suis vitiis, ex captivitate diab|oli.

Ideo est koſt|licher ſchmuck. Est potius ornatus quam arma. Aber tamen 'gladius' propter vim et virt|utem verbi. Nihil aliud quam quod orno, quod locum in cor ſpreche. Das iſt vnſer R|ex. Est potens deo, mundo infir|mus. Nostra arma non car|nalia. Est infirmum dei, mundus vivit secundum suum deum diab|olum, rapit secum mag|nitudinem civilium, [Bl. 76ᵃ] quando venit nova secta. Nos wheren, conservamur, lucramur, munimus multos. qui contemnunt, adversantur, d|icunt nos non intel|ligere scrip|turam, non habere spiritum, intel|lectum. Sic infirmant ipsi nostrum gladium et conspurcant ornatum arma|turae nostrae, non est illis doct|rina vitae; Ibi non gibbor, sed ſchlecht erſchlagen.

---

5 ¶ Ideo[2]

[1]) = *entreißt es; vgl. Unsre Ausg. Bd. 34², 373, 8.* [2]) *Der Marke entsprechend Abschnitt im Druck, unten Z. 18.*

Dr] bellis nihil aliud quaerimus, quam ut purgemus naturam a suis viciis et eripiamus ex captivitate diaboli; ubi non ferit hic gladius, ibi nihil eiusmodi fit, econtra ubi ferit, ibi efficit iusticiam, vitam, salutem.

Haec est ratio, cur arma huius Regis vocet 'laudem et decorem', et mallet quidem ea simpliciter laudem et decorem, et non arma vocare, et tamen utitur illa appellatione armorum et gladii propter verbum et virtutem verbi, quod, cum admittitur in corda, est tanquam gladius, qui occidit et occidendo vivificat et ornat, ut laetum cor ob fiduciam in hunc Regem omnia pericula et mala contemnat et superet. Neque enim sunt carnalia arma, quae corpus vulnerent, sed sunt spiritualia et potentia Dei induta, quibus defendimus nos contra Satanam, cum novas sectas et haereses producit, quibus demendat mundum et abripit a verbo. Ibi horum armorum usus est, ut nos defendamus, alios conservemus, tueamur et muniamus, ne Satan omnia evertat, sicut cogitat. Qui autem contemnunt et aversantur nos, illi putant nostra arma nihil esse, dicunt nos non intelligere scripturam et carere spiritu, sicut Muncerus dicebat. Illi infirmant nostrum gladium et conspurcant ornatum nostrum, coram illis nostra doctrina non est doctrina vitae et nos non sumus Gibbor, sed confossi et occisi milites.

V. 5 Intende prospere.

Melius verteretur: In ornatu tuo prosperare, Es muſſe dir gelingen inn deinem Schmuck. Scitis autem, quomodo in Papatu hic versus sit laceratus et accommodarunt eum ad Beatam virginem, de qua hic nihil agitur;

Hs] 'Et ornamento t⌊uo': In pap⌊atu de B⌊eata virg⌊ine. Hic de r⌊egno Christi loquitur. In vir⌊tute stetit 'prospere'. Iam usus vel fructus istorum armorum. Non frustra confutamus, defendimus verbum veritatis contra Ro⌊manos. Non frustra consol⌊amur pusil⌊lanimes per verbum patientiae. Est wirck⌊sam. Est dei verbum non sine fructu. Significat istum f⌊ructum Jeſ. 55, 11 illius gladii et pulcher⌊rimae armaturae.

'Ornatu prospere ascende'. 'Zeuch ein her', q⌊uia Rex ing⌊reditur urbes, v. 5 bella in equitatu et curru. Sic verbum 'Ascende' hic, i. e. equita ut Rex, du wirſt gluck haben cum isto tuo gl⌊adio et arma⌊tura, pulch⌊ritudine; quibus instructus eris felix in bello et ornatu. Ad imp⌊eratorem etiam pertinet, ut sit fortunatus in bello. Asperum quidem bel⌊lum, vehimur in curribus militiae, ut olim usum. Ideo secundum morem antiq⌊uum loquitur. Ing⌊redimur bellum, sed cum mag⌊na fortuna. Potentis⌊simi adver⌊sarii et multi. Sed hic fortuna. I. minister verbi debet ire in bellum contra Pap⌊am, Ep⌊iscopos, p⌊rincipes, Reg⌊es. Unus Pau⌊lus contra t⌊otum orb⌊em ter⌊rarum. Quis hic non terreat⌊ur a sap⌊ientia mundi, potentia? Et diab⌊olus: tu solus

2 stetit *c aus* g⌊ladius 7 Ornatu *scheint* Ornato

Dr] loquitur enim de regno Christi. Significat igitur fructum huius armaturae, quasi dicat: non frustra confutamus adversarios, non frustra defendimus verbum veritatis contra Sectas, Non frustra consolamur pusillanimes per verbum pacientiae. Est efficax hoc verbum, quia est Dei verbum, nec abit sine fructu, sicut est apud Esaiam. Jeſ. 55, 11

## V. Procede et regna.

Vertendum erat: ascende, vel: prospere equita, Ingredere, velut rex aliquis invehitur in urbem vel ad bellum proficiscitur. Eris enim felix cum ista tua armatura: sic debet verti in futuro indicativi: Arma tua erunt felicia, eris fortunatus in bello. Atque haec quinta commendatio est a successu. Pertinet enim ad bonum imperatorem, ut etiam sit fortunatus, Sicut prudenter disputat Cicero de Pompeio.[1] Quare addit eam quoque commendationem: Asperum, inquit, est bellum. Rex ingreditur curru, nos quoque in curribus miliciae una vehimur (loquitur enim pro more veteris miliciae) vel una equi[Bg. D]tamus, sed cum magno successu. Quanquam enim adversarii sunt potentissimi et plurimi, tamen vincimus. In hac enim acie unus minister verbi audet cum decem milibus congredi, audet adoriri Papatum totum, pontificem, episcopos, principes, regna, sectas infinitas. Sic unus Paulus contra totum orbem terrarum pugnavit. Quis autem unus ausit

19 pusillamines *im Urdruck*

1) *De imp. Cn. Pomp. cap. 16.*

Hs] sapis? Ideo asperum bellum propter infirmitatem secundum speciem et
Luk. 16, 8 paucitatem. 'Illi' fort⌊iores, 'prudent⌊iores'. Luc. 16. Si inspicis, quam E⌊uangelium iritare[1] tot S|anctos, pot|entes, sap|ientes et totum mundum, por⌊tas inferi, cog|ites: ſey der T|euffel ein pf⌊aff. Deinde ingratitudo, contemptus, fastidium verbi. Ubique ap|paret infortunium, extra persequ⌊untur, intra contemnunt et negl⌊igunt et leſt dazu hunger ſterben. Ubi 'prosperitas'? in spiritu. Tu ne cede malis, persevera. Noli frangi vel ingratitudine,
2. Kor. 12, 10 contemp|tu vel tumultu, furia. [Bl. 76ᵇ] Sed 'cum infirmus, fir⌊missimus', infor⌊tunus, max|ime for|tunus. Aug|ustae putabamur perire, ibi max⌊ime emersimus. Sic quando in trib|ulatione, tum max|ime oritur spes. Iam est contemptus, fastidium verbi, Iam incipit gloria oriri[2] verbi. Ideo intel⌊ligamus h|unc versum spiritualiter de successu invisi⌊bili. Dominus habet successum, for⌊tunam, si etiam; alioqui superbiremus.[3] Iam per fidem

[1]) *Erg. etwa* soleat. [2]) *Dies* oriri *hat Dietrich* vera *gelesen, vgl. unten im Druck Z. 33; wie der Druck überhaupt bei schweren Lesungen versagt.* [3]) *Zum Sinn vgl. unten Z. 35.*

Dr] contra tantam sapientiam et potentiam dimicare, et non solum sapientiam et potentiam mundi, sed etiam Satanae et portarum inferni? Ideo bellum hoc est asperum, non solum propter nostram infirmitatem, quae in speciem est, et paucitatem, sed etiam propter adversariorum potentiam, sapientiam et
Luk. 16, 8 multitudinem. Nam et Christus pronunciat Lucae 16.: 'Filios huius mundi sapientiores esse filiis lucis.' Ergo non esset mirum, pocius discedere ab officio docendi infirmos homines, quam irritare contra se tot ingenia, tot sanctos, tot potentes, Universum etiam mundum una cum portis inferi, Ad quae accedunt ingratitudo populi, contemptus et fastidium verbi. In summa ubique apparet merum infortunium, foris persequuntur verbum, apud nos contemnunt et negligunt, Pastores paene fame enecantur et nullum praemium ferunt pii laboris sui quam ingratitudinem et odium; ubi hic et prosperitas? Nimirum in spiritu.

Ergo erige te. Tu ne cede malis, sed contra audencior ito[1], persevera, noli frangi vel contemptu et ingratitudine intrinseca vel tumultibus et furiis
2. Kor. 12, 10 extrinsecis. Sed sic cogita: 'cum infirmor, sum fortissimus', cum supprimor, emergor, sicut palma insurgens contra onus. Sic Augustae putabamur perire, sed ibi maxime emersimus. Sic in tristicia, cum iam proximi sumus desperationi, tum maxime oritur spes. Sic hodie, cum maximus contemptus et fastidium verbi est, incipit vera gloria verbi. Quare discamus hunc versum intelligere de profectu et successu invisibili. Noster enim Rex habet successum et fortunam, etiamsi tu non videas. Neque etiam expediret nos eum

[1]) *Vergil; s. oben S. 28, 28; 431, 7.*

Hs] speramus. Si etiam nemo credat, tamen scrip⌊tura: felicitas, for⌊tuna, victo⌊ria non deerit. Interim frangamur, ne intueamur ista praesentia, quae molestant, sed in istis promis⌊sionibus, quod Christianus mus ſein infir⌊mus, contemptus et mercatur nihil quam s⌊ummam et ex⌊tremam ingrat⌊itudinem, contemptum. Predig einer verbum dei, nihil[1], quam quod caput ei auf⌊eratur vel apud suos ut conculcetur, contemnatur, ut ferant omnia.

Ego, quamquam scio, impatiens, sed non b⌊onum, sic cog⌊itare, sed c⌊arnis cog⌊itationes; oportet perseverare in ministerio, commendare deo succes⌊sum. Ibi rex est, vult habere suc⌊cessum, fort⌊unam, victo⌊riam. Cum tuis oc⌊cultis armis sis, quibus eo ruſtig⌊er, pulchrius quam c⌊larissimis stellis[2], sed non videmus.

Eris felix, fortunatus in tuo equitatu. Propter quid? Tu debes fortunatus esse, ut promoveas 'veritatem et contem⌊ptam'.[3] 'Anva'[4] pro afflicta,

2 intueamur] intuatur  *10* sis *o*  *12* Eris *mit Strich zu* armis *Z. 10 gezogen*

[1]) *Erg.* expectet.  [2]) *Die ganze Stelle ist offenbar entstellt,* ruſtiger *ist unklar,* quam *überflüssig.*  [3]) *Erg.* iustitiam.  [4]) = עֲנָוָה.

Dr] successum videre, quia tum inflaremur. Iam autem per fidem nos erigit, ut speremus, ut, etiamsi nullum verbi fructum videamus, tamen, quia hic scriptum est, certi simus non defuturum fructum, sed certo secuturum, tantum ne frangamur intuentes in praesentia, quae molestant, sed intueamur pocius in istas promissiones, quod Christianos exemplo domini sui Christi oportet esse infirmos et contemptos, qui nihil mereantur suis beneficiis quam summum contemptum et extremam ingratitudinem, ut, qui in officio docendi sunt, summa fide doceant et nihil aliud mercedis expectent, quam ut a mundo occidantur et a suis conculcentur et contemnantur. Sed hoc valde est difficile. Quare ego quoque, cum haec ita video, nonnunquam impacientia frangor et serio cogito, nisi illa doctrina in mundum iam sparsa esset, me quidvis pocius facturum, quam ut ingrato mundo eam ostenderem. Sed hae cogitationes sunt cogitationes carnis, et sunt malae. Sit enim mundus ingratus quantum velit, abutatur verbo quantum velit, non tamen discedendum est ab officio docendi. Sed oportet perdurare ac perseverare et commendare successum et fortunam verbi Deo, est enim talis Rex, qui vult habere successum, fortitudinem et victoriam, Si non in hoc loco, hoc tempore, at in alio loco et tempore. Hic splendor et successus est clarior omnibus stellis, etiamsi nos non videmus.

Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam.

Debent coniungi cum superiori verbo, ut sit sententia: Prosperaberis, eris foelix in tuo bello, in equitatu tuo. Ad quid? ut promoveas veritatem et afflictam iusticiam. Sic enim nos reddimus, nec sequimur Hieronymum. Nam vocabulum, quo hic utitur Propheta, significat afflictam, miseram,

Hs] misera, oppressione. non sequi⌊mur Hie⌊ronymum. tua veritas, iustitia est contempta, extra nos per tyrannidem et mendacium diab⌊oli, Intra per ing⌊ratitudinem et contemptum in con⌊scientia. Nihil miserius iustitia Christi, veritate Christi, nihil contemptius, quia volunt dest⌊ruere reg⌊num p⌊eccati, iniquitatis. Ipse habet maiorem partem mundi, pot⌊entiores, ditiores, sancti⌊ores; ſingen da her: Veritas ipsis⌊sima! Videntur omnium fortunatis⌊simi, ipsi infelicis⌊simi. Es wil nirgent fort. Es heiſt wol: Quadrigae in lut⌊o. tale est ministerium
Joh. 13, 19 nostrum. Ideo scribuntur, ut disc⌊amus, das ſo uns ſein. Christus: ‘ut, cum venerit hora’ etc. Debes fideliter et syn⌊cere docere et exp⌊ectare non gloriam, sed ig⌊nominiam, ing⌊ratitudinem, nec opes, — paup⌊ertatem, car⌊cerem, per⌊icula. Sic praedicit tibi tuus R⌊ex. Sed durt wil ich dirs reich gnug bezalen, ut scias hic non oblitum te. [Bl. 77a] merum infor⌊tunium ex parte nostra, sed in Christo. Christus bel⌊lator for⌊tis, sed absconditus in fide. Sed ubi fide strenue gesserit bel⌊la, venit etiam victo⌊ria, ut pacem acquiramus et plura. ‘Ut glorifices vel confirmes veritatem et afflictam iusticiam’, ut statuas r⌊egnum veritatis et salves, exalt⌊es illam humiliatam

6 *über* Veritas *steht* Oeco⌊lampadius 7 in *fehlt* 15 acquiramus] acq(sig
16 humiliatam] humilitam

Dr] oppressam. Sententia igitur est: Tua veritas et iusticia tua patitur, est contempta et oppressa, extra nos per tyrannidem et mendacium diaboli, intra nos per contemptum et ingratitudinem, tum etiam in conscientia nostra. Sic nihil est miserius, nihil contemptius veritate et iusticia Christi. Quia enim volunt destruere regnum diaboli, hoc est, regnum peccati, mortis et inferni, non patitur eas diabolus, qui habet maiorem partem mundi, potentiores, sanctiores, sapientiores, ditiores. Ergo quod ipsi statuunt, dicunt, hoc videtur in speciem esse ipsissima veritas. Sicut Oecolampadius scribebat de sua causa: certissima veritas stat a nobis. Videntur quoque omnium fortunatissimi esse, econtra nos videmur infoelicissimi, qui ubique haereamus. Es wil nirgend fortgehen mit uns[1], Sed quadrigae nostrae sunt in luto aquarum multarum. Tale est ministerium et doctrina nostra. Scribuntur autem haec ideo, ut discamus, oportere hanc nostram fortunam esse, Sicut Christus
Joh. 16, 4 dicit discipulis: ‘Haec praedixi vobis, ut, cum venerit hora, reminiscamini.’ Quare sincere et fideliter doce et omnia faciendo exspecta non gloriam, sed ignominiam et contemptum, Non opes, sed paupertatem, vim, carcerem, mortem et omnia pericula. Haec praedicit tuus Rex. Aliud in hac vita nihil expectes, sed in futura vita, ibi demum praemia digna laboris tui reddet, ut, cum alii in infernum praecipitabuntur, tibi insignis prae reliquis locus in coelo designabitur, tantum persevera. Merum infortunium est ex parte nostra, sed apud hunc Regem nostrum est fortuna et victoria, etsi abscon-

[1]) *Wir haben nirgends Erfolg; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 39, 9.*

Hs] et vex|atam insticiam vitae. Dia|bolus exting|uere v|ult veritatem, quam non potest ferre. 'Veritas' est fides, quae v|erum cultum. relig|ionem statuit. Sat|an suscitat infinitas, varias relig|iones, hypocrises. Si Christus non def|enderet suam veritatem, periremus, quia tot sectis impug|nat nos diab|olus, contra omnes diab|oli ad statuendas ido|lolatrias, serendas impias op|iniones de deo et avertendum a fide et ver|itate. Ideo tu sis fortis bel|lator, ut defendas veritatem, quae coram mundo, ho|minibus error, blas-|phemia. Nihil magis impium, quam ista opinio, illa patitur sola, omnes aliae iust|itiae habent suam gloriam. Cesar commendat iustitiam Civilem. Phi|losophi suam. Illa sola unic|a Christiana ignominiosa, iacens sub pedibus et pulvere. Ideo urge verbum tuum, ut stet ista conculcata iustitia et veritas, quae arguitur mendacium. Quando sic ingres|sus fueris bellum in equitatu, ut iuves veritatem et illam humiliatam iustitiam fidei, —:

'Erit, quod dex|tera tua ostendet tibi mirab|ilia': halt feſt, man wird wunder ſehen, was wunder.[1] Hila|rius fuit in tempore humiliatis|simae

*5 hinter* diab|oli *nochmals am Zeilenanfang* diab|oli   *9* Civilem] Civile

[1]) *Erg.* heiſſt; *vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 67, 17.*

Dr] dita in fide. Postquam autem fides fortiter in bello luctata fuerit, tum veniet quoque et videbitur victoria, ut etiam in hac vita pacem et alia plura bona acquiramus. Ideo dicit ad Christum:

Invehere, ut glorifices veritatem et afflictam insticiam, ut statuas regnum veritatis et exaltes illam humiliatam insticiam, Quia totum pondus diaboli eo incumbit, ut excitet mendacium et destruat veritatem, quae veritas est ipsa fides, quae verum cultum et religionem statuit. Ideo eam Satan non potest ferre, Sed suscitat contra eam infinitas et varias religiones et hypocrises, ut, si Christus nos non adiuvaret in stabiliendo suo regno solide et defendenda veritate, periremus nec possemus consistere contra tot sectas, quibus nos Satan oppugnat, contra tot mendacia et pugnas, quae omnes tendunt ad statuenda mendacia et idolatriam, ad serendas impias opiniones de Deo et avertendum a fide et veritate. Igitur, bone Christe, iuves nos, sis tu fortis bellator, ut defendas veritatem, quae in nobis etiam est afflicta, coram mundo autem est haeresis, error, blasphemia, nec quidquam magis impium aut miserum est veritate.

Sic etiam sola Dei insticia misera et afflicta est. Omnes aliae insticiae habent quandam speciem et suam quandam gloriam. Philosophi commendant suam insticiam et ornant ingentibus laudibus. Caesar suam quoque praedicat et statuit. Haec autem unica Christi insticia est, in quam omnes reliquae saeviunt, contempta, ignominiosa, iacens sub pedibus et in pulvere. Ideo, bone Christe, urge verbum tuum et serva nobis conculcatam hanc insticiam, quae tamen sola et vera est insticia. Serva veritatem, quae arguitur mendacium. Quando autem sic ingressus fueris bellum cum equitatu tuo, ut iuves veritatam et humiliatem insticiam fidei, tum:

Hs] institiae et dammatis⌈simae veritatis, dum tuo Episcopi et occup⌈averat Ar⌈ius totam Ec⌈clesiam, da lags.[1] Noch kam Christus equitator et bel⌊lator et fugavit Ar⌊ium cum sua doct⌈rina et mansit The⌊ologiae veritas. Sic Sac⌈ramentarii humiliant nost⌈ram iustitiam, veritatem, postea Campanistae. Munite vos istis promis⌈sionibus: Christus erit fortunatus bel⌊lator et videb⌊itis mirab⌈ilia, quid operetur dex⌊tera Christi, quae iam infirmata. Sic iam causa nostra evasit aliquot peri⌊cula. Iam retro spectanib⌊us ap⌈parent mirabilia, quae prius non pot⌊uimus credere. Videbitur **wunder**, quam invicta sit illa veritas. [Bl. 77[b]] Tantum discamus ferre, stare, perseverare, sive cadat pastor, sive alius etc. Si hec, tum canas: Retrib⌊utionem pec⌈catorum videbis. Z⌊winglius putabat, se **hin aus ſingen das liedl**[2], et M⌊unzerus, sed **ehe ers anfieng.** Nostri p⌈rincipes et Episcopi etiam canunt, non cessant, donec 'Dex⌊tera et ostendat mirab⌊ilia' et faciat, quae homo

*8* credere] credimus

[1]) *Erg. darnieder, s. Z. 20.* [2]) *Erg. so hoch als ers angefangen. Vgl. Unsre Ausg. Bd. 33, 468, 29; 624, 30 und Bd. 45, 487, 21.*

Dr] Deducet te mirabiliter dextera tua.

Urge bellum, et mirabilem successum experieris, **Halt feſte, man wird noch Wunder ſehen, was draus werden wird.** Hic evolvite veteris Ecclesiae Historias, et intelligetis hunc versum. Sanctus Hilarius fuit tempore humiliatissimae iusticiae et damnatissimae veritatis: Cum vix duo Episcopi sinceri suas Ecclesias tenerent et omnes alias Ecclesias furor Arii occupasset, ibi veritas et iusticia iacebant plane prostratae, et tamen venit Christus et fugavit Arianos cum sua haeresi et mansit veritas incolumis. Sic Pelagiani, sic hodie Sacramentarii et Anabaptistae reddunt hanc iusticiam et veritatem nostram humiliatam, et erunt adhuc plures. Quare munite vos istis promissionibus, quod Christus erit fortunatus bellator in nobis et videbitis mirabilia in dextera Christi, quae iam infirmata videtur. Sic nunc causa nostra evasit aliquot certa pericula, ut retro spectantibus nihil appareat, nisi mirabilia et, antequam fierent, plane incredibilia. Christus omnia haec sic mirabiliter gubernavit.

Monet igitur nos hoc loco Propheta, cum dicit visuros mirabilia, quod invicta haec sit veritas, ut discamus ferre, stare et perseverare ac cogitare: cadant qui cadunt, sive pastor, sive pater, sive mater, sive princeps etc., ego tamen non deficiam, sed manebo cum afflicta iusticia; si ideo opprimor et occidor, sit sane, modo perdurem, et videbo mirabilia dexterae huius et retributionem peccatorum affligencium iusticiam et veritatem. Munzerus, Zinglius et alii putabant se perventuros eo, quo cogitabant, **Sie meineten,**

*31* cadunt] colunt *im Urdruck*

Hs] non potest concipere. Ante 12 annos nihil minus cog⌊itare potui, quam quod casura monast⌊eria et missae; quae sunt supra captum nostrum, quae nolebam, tamen sunt facta; **ob ſie es halten**, tamen cum frigidis manib⌊us. Est dextera dei. **Das iſt** consolari in istis lab⌊oribus nostrae iustitiae, veritatis. nos maneamus, cum ea humilientur, quantum velit Pap⌊a et Ces⌊ar. patiamur paupertatem, ig⌊nominiam, turbas. Noster bel⌊lator est potens. Ioh.: 'Maior'; 'Ego eligo. ideo odit; Sed confidite'. Ego iustitiam humiliatam [1 Joh. 4, 4 Joh. 15, 19; 16, 33] ad victoriam educere possum. 'Tibi ostendet': i. e. in regno tuo videbuntur ista mira⌊bilia, quae dex⌊tera t⌊ua operatur per illud verbum. Nihil facimus, quam quod credimus et petimus et praedicamus et videmus ista mirab⌊ilia. **Da kompt nu** victoria.

Arma descr⌊ipsit in I. versu. fortunam bellantis. Non erit bene [V. 6] armatus, sed habebis for⌊tunam et victo⌊riam regiam, quia 'sagittae ita acutae in medio' etc. Alibi: 'In medio'. Meta⌊phora: sicut cor medium in [Pſ. 110, 2] c⌊orpore hu⌊mano, Sic: 'in corde terrae', 'in medio maris' i. e. 'medio terrae'.

*8* in *o* *15* corde terrae *o*

Dr] **ſie wolten das liedlin ſo hinaus ſingen**[1], Sed priusquam vere incipiunt, pereunt. Idem principibus et Episcopis nostris accidet, qui asinorum carmen canunt, quod alte incipit et profunde desinit[2]; neque enim prius cessant, quam haec dextera nostri Dei mirabilia ostendat et ea faciat, quae nunc nemo concipere animo potest. Sicut, si retro respicias, videbis Deum plus fecisse, quam quisquam sperare potuit; ego quidem ante duodecim annos non potui sperare, fieri posse, ut uno in angulo missae privatae caderent, ut vota monastica contemnerentur, ut coniugia sacerdotum publice fierent, quae tamen nunc fiunt, quanquam enim apud Papistas nondum fiunt, tamen difficulter sua retinent et defendunt.

Hoc est, quod dicit: mirabilia dextera tua faciet. Est enim dextera Dei. Sic consolatur nos in tribulationibus nostrae afflictae iusticiae et veritatis, quam licet damnent Caesar, Pontifex. Principes, Episcopi, Cives et rustici, licet paciamur vim, dolum, fraudem, paupertatem, ignominiam, turbas. Tamen nihil ex ea re nobis est periculi. Noster enim bellator est potens. 'Maior est, qui in nobis est, quam qui in mundo est.' Is dicit: 'Ego elegi [1. Joh. 4, 4 Joh 15, 19; 16, 33] vos, mundus odit vos, sed confidite, vici mundum'. Sum enim fortunatus bellator, qui iusticiam humiliatam triumphare facio. Sicut dicit: Tibi ostendet dextera tua mirabilia, id est, in regno tuo videbuntur mirabilia, quae dextera tua operatur per gladium, id est, per verbum. Nos enim nihil aliud facimus, quam quod docemus verbum, credimus et oramus; haec cum fiunt, sequuntur mirabilia.

[1]) *Siehe oben S. 506, 11.* [2]) *Siehe ebenda und Unsre Ausg. Bd. 50, 82, 18.*

[Hs] 5. Mose 4, 11 Deut.: 'Vidisti cor celi' i. e. 'medium celi'. 'In corde ini⌊micorum' i. e. tui vel tuorum, — 'In medio inimicorum tuorum cadent pop⌊uli sub te'. Nico⌊demus, Iosep⌊h et aliquam turbam sacer⌊dotum de medio Caip⌊hae, Han⌊nae, Pil⌊ati et adver⌊sariorum, In ipsa Roma, aula Cesaris aliquot habet. Sic in aulis p⌊rincipum et adver⌊sariorum, Papae et ubicunque sunt hostes R⌊egis nostri, ibi est invenire, qui cecid⌊erunt sub Christo, qui confossi istis sagittis et tamen saluber⌊rimis, quia audiunt, et vulnerati verbo Christi, quo eruditur cor ad fidem. [Bl. 78ª] Sic enim illa doct⌊rina penetrat cor ut nulla alia. In prover⌊bio: transfigere cor, iecur, das ſticht vnd blut ſtets; etiam verba stimulos, clavas. 'Sag⌊itta': i. e. verba sunt ignita, acutis⌊sima, penetrant. Matth 7, 29 Cetere doct⌊rinae non, Matth. 7., tanquam stertentes. Sicut Eras⌊mus sic

*9* ſtets] ſtes

[Dr] V. 6 Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent in corde inimicorum regis.

Verte: 'in medio inimicorum regis'. Hic arma et fortunam describit. Non solum eris bene armatus, sed etiam habebis fortunam te dignam et regiam victoriam, quia populi sub te cadent in corde etc. Hic est Haebraismus. 'Cor' semper eis significat per metaphoram 'medium'. Sic dicunt: in corde terrae et corde maris, id est, in medio terrae et medio maris. Sicut 5. Mose 4, 11 etiam Christus loquitur in Euangelio. Sic in Mose: 'vidisti ignem usque in cor coeli', id est, in medium. Ita hic ponitur: 'in corde inimicorum', id est, in medio. Huiusmodi Hierosolymis fuerunt Ioseph, Nicodemus et alii, quos Christus e medio inimicorum, Pilati, Herodis, Caiphas et aliorum, eripuit. Sic Romae in ipsa aula Caesaris Romani aliquot milites conversi sunt. Ita apud nos hodie in aulis et ipsis cameris Principum, Episcoporum. Papae et ubicunque sunt hostes regis nostri, est invenire populum, qui reciderit sub Christi pedes, qui confossi sunt istis sagittis saluberrimis, hoc est, qui audiunt Euangelion et vulnerantur verbo caritatis Christi, quo erudit ad fidem et ferit, Sicut quoque fatentur tales conversi, hanc doctrinam ita penetrare et ferire cor ut nullam aliam. Verbum igitur est sagitta, de qua hic Propheta dicit, Sicut nos quoque Germanica figura verbum sagittam dicimus: Der pfeil kompt nicht aus dem kocher, Item: Ein ſtich, der nicht blutet.[1] Et est emphasis in hac figura, quod non simpliciter verbum significatur, sed Matth. 7, 29 acutissima verba, penetrancia et stimulancia animum, Sicut Matth. 7. de Christo dicunt, 'quod populus stupuerit ad doctrinam Christi, Docuisse enim eum cum potencia, et non sicut Scribae', qui quasi stertentes docebant, Sicut Erasmus alias eloquentissimus, in Theologia tamen ita frigide, stupide

*12* corda *im Urdruck*

[1]) *Sprichw., vgl. Unsre Ausg. Bd. 33, 179, 20; Bd. 51, 247, 23.*

Hs] stupide, frigide, cum sit eloq⌊uens: es trifft nicht, wundet nicht. Christi verbum perrumpit. Nihil arb⌊itrium li⌊berum, solus Christus suo sang⌊uine redemit. Das iſt ſcharff, rein ferts hin d⌊urch et ghet durch. Ideo ista significatio est salut⌊aris, quia istae sag⌊ittae sic oc⌊cidunt, ut vivificent etc. i. e. 'verbum dei est efficax et pene⌊trantius omni gladio'. Hebr. 4, 12

Ideo 'cadunt' i. e. humiliantur, des⌊erunt suas opiniones, relig⌊iones, studia et adorant te. Das iſt felicis⌊simus casus: Male steterunt in sua fid⌊ucia et scientia, — in Christi fid⌊ucia. Das heiſt: 'cadent sub te', et hoc fit non tantum in finibus sed 'in medio', quia v⌊erbum dei penetrat non in rust⌊icorum dom⌊os, sed aulas, cameras, corda p⌊rincipum, Regum. 'Regnas' etc. V⌊erbum dei est eff⌊icax et suam for⌊tunam urget et non Ps. 110, 2 cessat, donec acqui⌊rat multos pop⌊ulos, qui fuerunt adver⌊sarii; sed percussi saluta⌊ribus sag⌊ittis mutantur in alios ho⌊mines, incipiunt amare Christum, quem oderunt. Ista ruina consol⌊atoria, ut cadat sub isto R⌊ege et sit sua. Habetis potentiam et finem huius, quae est victoria.

Dr] et plumbee scribit, ut appareat eum nihil serio agere, das es weder haſt[1] noch klappet, es trifft noch wundet nicht, non ferit, non relinquit stimulos in animis lectorum. Christi autem verbum perrumpit et sanciat, omnia praesidia fiduciae adimens et soli sanguini Christi redemptionem tribuens, haec pungunt animum et vulnerant. Est autem haec vulneratio salutifera. Sic enim occidunt haec arma, ut vivificent. Nam verbum Dei est efficax et penetrancius quovis gladio. Ideo sequitur:

Populi cadunt sub te.

Id est, humiliantur sub te, deserunt sua studia, opiniones, religiones, voluptates suas et adorant te. Hic est foelicissimus casus et ruina in salutem, ut, qui ante male steterunt in fiducia propriae iusticiae, hi iam foelicissime iaceant in iusticia Christi. Haec autem fiunt, dicit, non in finibus, sed 'in medio inimicorum' regis. Id est, ubi minime speratur. Penetrat enim Euangelion non solum in domos rusticorum, sed in aulas, in cameras et corda principum. Haec est insignis victoria, qua declaratur potentia et efficacia verbi, quod urget successum et fortunam suam nec cessat, donec aquirat multos populos, qui percussi salutaribus sagittis fiant alii homines et incipiant Christum amare, quem oderant ante, incipiant timere et revereri Christum, quem antea neglexerant. Hoc est: 'cadere sub eo'. Est autem ruina foelix et plena consolationis, quae ostendit potenciam et fortunam verbi.

Coepimus autem, sicut scitis, totum Psalmum distribuere in certas partes, quibus hunc Regem et dominum nostrum describit, verbis valde poeticis vel pocius allegoricis. Atque audivimus hactenus de armis et pro-

[1]) = *haftet, vom Pfeil (s. oben S. 508, 31);* klappet = *schallend auftrifft (wie eine Ohrfeige, Unsre Ausg. Bd. 47, 241, 26), oder das Bild ist verlassen; s. Unsre Ausg. Bd 33, 14, 21* es klappt nicht = *macht keinen Eindruck.*

Hs] 14. Octob. Hunc psalmum distribuimus in aliquot partes, quibus R⌊egem illum, d⌊ominum nostrum, describit verbis valde poeticis vel pocius allegoricis. Et aud⌊ivimus de armis suis et profectione in bellum, quomodo sit armatus gladio, equitatu et omnibus modis, apparatu. Deinde de suo successu et sic, quod sit afflictae conscientiae tutor. Ideo carmen videtur speciosum et mundanum regem depingere, sed foris aliter habet: Qui sunt de regno, afflictissimi, etiam terrores, affl⌊ictiones, tristiciae, despe⌊rationes Satanae. [Bl. 78b] Dicit ergo pro⌊pheta hunc R⌊egem pro defendendis afflictis, rex afflictorum, appreh⌊ensorum a iaculis diab⌊oli, qui nos in corpore et anima fatigat, ut requiem auferat. Ideo prophetiae iucundissimae. Ideo
Jeſ. 42, 3 venit 'non, ut exting⌊uat linum fumig⌊ans' etc.; ad defendendam iustitiam miserorum heiſts. Hoc docemus sing⌊ulis diebus, ut Christus, ille R⌊ex.
Joh. 3, 17 plene cognoscatur, ne faciamus eum M⌊osen, qui sit formidabilis. 'Non veni iudicare, sed ut salvetur.' Sic totam scrip⌊turam concordare vides, hunc R⌊egem afflictorum. S⌊umma: indicat eius victoriam, fort⌊unam, feli-

Dr] fectione in bellum, quomodo instructus et armatus sit gladio et specioso equitatu. Item de successu, quod prospere succedat ei, ut sit adiutor et auctor afflictae iusticiae. Quae omnia videntur regem foris speciosum et mundanum depingere, Sed sunt transferenda a carne ad spiritum, in quo gloria illa videbitur. Nam foris multo aliter fit, ibi huius regis subditi sunt afflictissimi, non tantum membris corporalibus, sed ipsa tota carne, quae vexatur terroribus, afflictione, tristicia, desperatione et aliis Satanae cruciatibus. Subindicat igitur hoc optimus Poeta et Doctor, cum dicit, Christum esse Regem tristium et desperancium, apprehensorum et oppressorum a turbinibus conscienciae et iaculis ignitis diaboli, qui nos fatigat nocte et die, in corpore et anima, ut spem in Christum nobis eripiat. Ideo et Prophetiae de hoc Rege sunt suavissimae et Rex ipse est iucundissimus, Est enim Rex,
Jeſ. 42, 3 qui non venit 'conculcare arundinem fractam aut extinguere linum fumigans', Sed venit, ut refocillet, medeatur et consoletur. Hoc Psalmus his verbis dicit, venire eum ad defendendum iusticiam miserorum vel miseram et afflictam iusticiam. Atque haec scitis apud nos doceri quotidie, ut scilicet Rex ille plene cognoscatur, ne faciamus ex eo Mosen, qui sit formidabilis et terreat. Talis Christus non est, 'non enim venit iudicare mundum, sed ut mundus per ipsum salvetur et sanetur'. In hoc enim consensiunt omnes scripturae, quod sit Rex pusillanimorum et afflictorum, quae summa consolatio est piarum mencium.

Atque hic opportunam mencionem successus fecit. Neque enim satis est, sicut supra dixi, regem armatum esse et potentem. Sed oportet etiam accedere successum, sicut Cicero commendat Pompeium suum, quod sit fortunatus Imperator.[1] Quantumvis enim magna potencia, si sit sine suc-

[1]) *Siehe oben S. 501 Anm. 1.*

Hs] citates; oportet R⌊egem non tantum armatum, instructum exercitu, sed fort⌊unatum. Ut Cic⌊ero laudat Pomp⌊eium de felicitate. Si potens Rex, nihil, nisi fort⌊unatus, quia in bello max⌊ime valet fortuna, q⌊uanquam ubiq⌊ue. Ibi oportet sint ang⌊eli missi in adiutorium istorum R⌊egum, qui debent victoria uti, multitudo et fortitudo exercitus non facit, Sed fortuna.

'Sagittae tuae acutae': Sagittas tantum nominat. Significat autem omnia tela. Nos vocamus bomb⌊ardas. Tela sunt ignita et acuta, si acuantur pro celo et dirigantur per ang⌊elos, — hostium per fabros et homines. Ideo fortuna est in bello. Is R⌊ex debet: Non solum defendes af⌊flictos, sed prosternes adversarios et in medio frementium ad⌊versariorum habebis pop⌊ulum obedientem tibi, sine muro, munitionibus expositum omnibus malis. Quis defendit has oves a lupis? In hoc R⌊ege est novum: suos fid⌊eles milites ponit in medium inimicorum, dat eis tela, prosternit et tamen conservat suos invitis portis inferi. Si oc⌊ulis spiritualibus videremus, quam nos 'diab⌊olus circumeat', q⌊uam etiam pr⌊incipes et Episcopi. Sed hoc nihil 1. Petri 5, 8

8 homines *mit Strich zu* dirigantur *gezogen*    13 eis] ei

Dr] cessu, nihil est. In bello autem dominatur fortuna, quia est res magna, quae humana prudencia non potest regi; nusquam enim minus respondent eventus consiliis quam in bello, quare necesse est fortunam divinitus donari et adesse penes eum, qui vincit, Angelos. Neque enim robur exercitus ad victoriam comparandam satis est, Sed successus etiam requiritur. Porro Propheta inter foelicia nostri regis arma sagittas tantum nominat. Complectitur autem hoc nomine, tanquam praecipuo, omnia alia tela, sicut nos Bombardas inter praecipua numeramus. Emphasis autem est, quod sagittas vocat acutas, nempe quod acuantur de coelo et dirigantur per Spiritum sanctum. Quando enim is adest, tum demum sagittae acutae sunt. Hostium arma in speciem quoque acuta videntur, Sed quia acuuntur tantum a fabris et hominibus, non penetrant. Haec autem ita feriunt et penetrant, ut prosternantur adversarii et, quod mirabilius est, ut noster Rex in medio fremitu adversariorum habeat populum sibi servientem. Christus enim habet regnum suum in mundo sine muro, sine ullis munitionibus, expositum omnibus periculis et malis, tanquam 'oves positas in medio luporum'. Has oves Matth. 10, 16 quis defendet? haud enim dubia est victoria, si ovis cum lupo committatur, et tamen Christus hoc solet, ponit suos fideles milites, tanquam oves, in medio inimicorum, subministrat eis vim et tela, quibus prosternantur hostes, convertantur autem et serventur sui, invitis etiam portis inferorum. Hoc autem tum pateret, si oculis [Bg. E] spiritualibus possemus cernere multitudinem diabolorum, quibus sumus septi. Quanquam enim septi sumus undique indignantibus et frementibus Episcopis ac Principibus, qui cupiunt nos extinctos, qui iaculantur proditionibus et tectis consiliis ad nos perdendos,

Hs] ad bel⌊lum spirituale, quo circumfusi infinitis demonibus; non dubium, quia petat nos Sat⌊an totis virib⌊us, quia, quo minus potest nocere, hoc magis vult et magis irascitur, quia non furiosus sed furia. [Bl. 79ᵃ] Ideo, si videremus istas insid⌊ias diab⌊oli, plane desp⌊eremus. Dominus: consistite, estote forte⌊s in bello, habetis 'sag⌊ittas', percutite. Sed quid nos erga diab⌊olum?
2. Kön. 6, 16 Heliz⌊aeus: 'Plures' etc. Si ibi 10 diab⌊oli, etiam 20 angeli. Et nisi esset, iam **lang fur den galgen.**[1] Sumus in acie, quia docemus verbum recte, Christum in concionibus, canticis, Et vivimus, quantum possumus, secundum E⌊uangelium.

'In medio Regis': etiam consolatorium. De 2. in 3. transit[2], quod deus per hec verba avertit nostros timores. Non sunt vestri inimici, sed Regis; ista patimini a diab⌊olo non propter vos, sed propter me, et mea culpa. Sunt igitur inimici regis. Ideo praedicate, eos sustinete, docete illum Christum, ego ero murus igneus in Circuitu pop⌊uli mei, non indiget
2. Moſe 14, 20 **w⌊all, graben, ſchut.**[3] Sicut fecit in mari rubro, ubi posuit inter etc. murum

---

*3 die Blattziffer* 79 *neben* ⟨81⟩ *11* ⟨per⟩ per

[1]) *Eine alte Redensart mit für (vor) den G. ist nicht bekannt; Sinn = wären umgebracht; s. Z. 27.* [2]) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 31.* [3]) = *Damm.*

Dr] Tamen hoc nihil est ad bellum illud spirituale, quod sumus circumfusi undique multis milibus demonum, qui evomunt contra nos totum infernum et maximis exercitibus nos adoriuntur. Neque enim dubium est, quin petat nos Satan totis viribus, et quo minus nocere potest, eo plus vult et conatur nocere, nec est simpliciter furiosus, sed ipsa furia. Desperaremus igitur, si ista pericula et conatus Satanae omnes videremus. Deus autem et Rex noster consolatur nos: estote fortes, inquit, in bello, pugnate, habetis taela et sagittas acutas, eas eiaculemini in hostem, aderit successus. Sed quam impar hic est congressus? quid ego sum, imo quid mille nostrum sunt ad
2. Kön. 6, 16 unum diabolum? Hic opus est, ut dicamus cum Helisaeo: 'Plures nobiscum sunt quam cum illis'. Ubi enim sunt viginti diaboli, ibi sunt centum Angeli. Et nisi hoc esset, iamdudum periissemus. Tum enim sumus in acie, quando docemus verbum, quando praedicamus et laudamus Christum et deinde vivimus, quantum potest fieri, secundum Euangelion et verbum Dei.

Accipiamus igitur hunc locum etiam pro consolatione, quod dicit: 'in medio inimicorum regis', quanquam est mutatio secundae personae in terciam, Hebraeis valde communis. Deus enim avertit per haec verba omnes nostros timores in suam personam, quod vocat non nostros inimicos sed inimicos regis, quasi dicat: Vos patimini ista a diabolo non propter vos, sed propter me, ego sum reus, Ego sum, quem petit Satan, mea culpa est, contra me insanit mundus, quare igitur vos desperatis? quare vexamini terroribus et desperatione? Non sunt inimici vestri, sed mei, qui sum Rex vester. Vos

Hs] igniceum. Ipse videt, nos non; sed audimus eum dic⌊ere, ipse non mentitur. Ipse iaculatur diab⌊olus in s⌊anctos, ut contristet. Et econtra ego praedico, converto per verbum et deduco multos ad Christum. Ipse econtra ſchieſt nach mir, sed ego iterum respicio regem et vinco. In medio ergo inimicorum huius regis etc. Diab⌊olus kan ſo viel, ut auferat fidem, imo veritatem Christi potest obscurare; si Christus subtrahit manum, non solum occid⌊it corporaliter. Ideo nihil virib⌊us nostris efficimus, sed respiciendum in Christum, propter quem diab⌊olus me persequitur, quod eum colo etc. victoriam habebit Christus. Non solum defendit Christianos, sed etiam vincit adversa⌊rios, rapit spolia; qui hactenus fuerunt diab⌊oli spolia, nos rapimus. In corde, da ſie am aller ſterck⌊ſten ſind. 'Sagittae' sunt praedicationes nostrae, Jeſ. 49, 2
Esa.: 'Sumam te mihi in aerum'. Apostolus et praedicator est sagitta, sic etiam

2 ⟨Es⟩ Ipse   9 habebit *c aus* habet   12 sagitta⟨t⟩

Dr] igitur pergite docendo et praedicando, sustinete afflictiones et sinite me contra illos pugnare. Ego videbo, quomodo defendam vos, Ero vobis murus ignitus in circuitu vestri, qui estis populus meus. Non opus habetis fossis aut aeneis muris, bene defendam vos, sicut defendi populum meum ad mare rubrum, quando posui inter eum et Pharaonem nubem igneam, per quam 2. Moſe 14, 20
non potest ne Satan quidem perrumpere, qui videt illum igneum murum, nos non videmus. Credamus autem Deo affirmanti, quod nos tueatur, quod simus circumvallati igneo muro, per quem Satan perrumpere non potest. E longinquo igitur iaculatur in nos ignita tela, ut contristet nos. Nos vicissim latentes post illum murum in ipsum iaculamur, et eos, qui sunt contristati aut non conversi, consolamur verbo et convertimus sicque ad Christum reducimus. Id quia dolet diabolo, parat in nos alia taela. Ibi iterum respicimus ad Regem nostrum Christum et vincimus. Sic nullum ab armis ocium est, sed pugnamus cum demonibus die noctuque. Hoc est, quod dicit Psalmus: 'in medio inimicorum tuorum cadent populi'. Nisi enim Christus esset murus et dux noster, non consisteremus uno momento. Quia diabolus tam potens est, ut et fidem eripere et veritatem Christi obscurare possit. Si igitur Christus manum subtraheret, non solum corpora Satan perderet, sed et spiritum subverteret. Ergo nihil contra eum nostris viribus efficere possumus, sed est respiciendum ad hunc regem et sciendum, quod sit eiusmodi Rex, quem diabolus persequitur. Si igitur propter Christum patimur, irruat in nos, quicquid est malorum et periculorum, noster Rex habebit victoriam. Nec solum nos defendet, sed etiam vincet, rapiet, spoliabit adversarios et plures lucrifaciet, ut, qui hactenus fuerint diaboli spolia et arma, illi a nobis per verbum erepti traducantur ad fidem. Hoc est, quod dicit: 'in medio inimicorum' vel 'in corde', Ubi plurimum videtur roboris esse contra Christum, ut in aulis principum etc.

Hs] verbum suum. Sic s⌊piritus s⌊ancti verbum est efficax sagitta, quia errantes revocat, dirigit errantes, arguit etc.; innumerabiles fructus verbi, est quaedam res omnipotens. Die pfeil⌊e etc. dicitur de istis acutis verbis et argutis dictis.

[Bl. 79 b] Est R⌊ex consolationis plenissimus et victoriosiss⌊imus contra hostes. Certi sumus de consol⌊atione et victoria, quia nihil esset, semper pati iaculantes hostes et non sequi victorias. 'Deo g⌊ratias, qui dedit
2. Kor. 2, 14 victoriam per Christum', 2. Cor. 2., semper triumphat, qua non succumbimus, non mutamus verbum, negamus Christum, sed perseveramus docendo, confitendo, aliquando infirmius. Rex victoriosus adiuvat etc.

Hactenus descriptus pro sua persona, sap⌊ientia, armis, victoriis, administra⌊tione, miserorum. Die leut haben mher lust ad Christum gehabt quam nos. Ipsi delectati solum auditu Christi, non praesente Christo. Ihe

---

1 *vor* s⌊piritus *schon einmal* est   sagitta⟨t⟩   7 victorias *c aus* historias   13 non ⟨toto⟩ *über* non praesente Christo *steht* nos

Dr] Parum autem refert, sicut supra dixi, accipiasne sagittam pro verbo
Jes. 49, 2 ipso an pro doctore et ministro verbi, sicut apud Esaiam: 'Assumam te mihi in acrum', et ca. 49.: 'Posuit me sicut electam sagittam'. Apostolus enim, qui docet verbum, et quasi sagitta acuta. Sic etiam verbum Spiritus sancti est sagitta acuta, id est, foelix et fortunata et efficax. Neque enim verbum est ociosum, sed multa ac magna efficit, contristatos erigit, perplexos dirigit, errantes revocat et redarguit et multos alios innumerabiles fructus parit ac plane est res quaedam omnipotens, merito igitur vocatur sagitta acuta.

Ergo noster Rex est defensor et salvator miserorum, plenissimus consolatione erga humiles et afflictos et victoriosissimus contra hostes et induratos. Ac quidem certi sumus de victoria, modo retineamus hunc regem. Cuiusmodi enim hoc esset regnum, semper in mediis hostibus versari, expositum omnibus omnium insidiis et telis esse, semper pati et premi? Necesse est vicissitudinem aliquam esse et tam multa passis aliquando victoriam contingere. Certa igitur est victoria, modo perduremus, Sicut
2. Kor. 2, 14 Paulus 2. Cor. 2. dicit: 'Gratias Deo ago, qui nos semper triumphare facit in Christo Ihesu'. Neque enim succumbunt Christiani desperationi et diffidenciae, non mutant verbum, non negant Christum, sed perseverant docendo et confitentur, aliquando quidem robuste, aliquando autem debiliter. Est enim rex victoriosus et rex miserorum, qui nos potest erigere, etiam si aliquando simus infirmi.

Hactenus descripsit regem in sua persona, sapientia, armis, victoriis, administratione etc. et fecit eum elegantissimum et iucundissimum regem miserorum. Videmus autem in huiusmodi suavibus descriptionibus sanctos homines solo

Hs] neher Rom.[1] Sequitur quasi altera pars de R⌊ege domestico et domi regente. Rex habet tribunal et iudicium et ſol ius ſprechen. Ideo omne Regnum habet consistorium, quia Regis est iudicare, habet lib⌊rum et gla⌊dium in manu. hactenus gladium; armis decoratus et libro etc., ut possit rege⌊re tempore belli et pacis: victoriosus et defendit suos fortunatus; Iustus domi, ein ſein diſcip⌊lin gehalten et fortiter, cedere adver⌊sarios et redigere ad obedientiam, ad pacem.

'Sedes tua': Iste versus tractatus per Eb., ubi pars eius applicitur ad divinitatem. Nos non solum habemus hic, quod sit v⌊erus deus, sed quod conservet discip⌊linam et iusticiam in regno suo. i. e. thronus tuus Regius est eternus thro⌊nus. Das iſt frey er aus geredt de pro⌊pheta, ubi nondum revelatum E⌊uangelium. posse dicere et desc⌊ribere eter⌊num R⌊egem, ubi non succedit altera persona, hoc non potest intelligi de temporali R⌊ege; V. 7 Hebr. 1, 8

5 victoriosus *mit Strich zu* belli *gezogen*

[1]) *Erg.* je erger Chriſt; *vgl. Unsre Ausg. Bd. 34*[1], *109, 5.*

Dr] auditu futuri Christi magis laetatos esse magisque incensos amore eius, quam nos iam exhibito Christo letamur aut afficimur, ut verum esse appareat proverbium, quo propius sunt homines Romam, eo nequiores esse. 'Impinguatus, incrassatus, dilatatus est servus meus', inquit Moses, 'et recalcitravit'. Quia 5. Mose 32, 15 enim obruti sumus verbo, ideo negligimus. Si verbum non esset tam copiosum, fortasse essemus diligenciores. Oportet tamen abundare verbum propter pios. Sed redeo ad Psalmum. Sequitur iam altera pars de rege domestico et domi sedente ac dicente ius. Nam hoc quoque ad officium regis pertinet, ut habeat consistorium et tribunal, et pingitur imperator non solum gladium altera manu tenens, sed altera etiam librum. Hactenus igitur gladium descripsit, nunc librum describet, Sicut Iustinianus dicit de imperatore, oportere eum armis decoratum et legibus armatum esse[1], Mira et nova figura orationis, quod leges armant, gladius ornat. Voluit autem significare coniuncta haec esse debere, administrationem tempore belli foris et tempore pacis domi. Ad tempus pacis requiritur iusticia et aequitas, ad tempus belli arma, ut foris sit fortunatus et fortis, domi autem iustus.

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi. V. 7

Hic versus satis tractatus est in Epistola ad Hebraeos ca. 1., quanquam ibi tantum pars eius tractatur et applicatur ad probandam divinitatem Christi. Nos autem ex hoc loco non solum id discimus, Christum esse natura verum Deum, Sed etiam monemur de officio eius, de dicendo iure et conservanda disciplina imperii. 'Sedes tua', inquit, id est, thronus tuus regius est aeternus. Est libera confessio et plena admirationis, quod ante Hebr. 1, 8

[1]) *Codex Iustinianus, Corpus iuris civ. Vol. II (Berolini 1906) pag. 2.*

Hs] ideo non est temporale Regnum, quia omnes scrip⌊turae dicunt, definitum
1 Kor. 15, 22 omnem ho⌊minem mori: 'In adam omnes mort⌊ui.' Cum ergo dicitur
mortalis, impossibile dici, quod sit eternus aliquis. Ideo is R⌊ex non corporalis. Ideo suavis⌊simum Regnum pro afflictis. 1. Reg⌊num eius eternum,
sedes, et ipse. Ergo non corporaliter rex nec curat aurum, arg⌊entum et
V. 3 quae regni temporalis. 2. quia, cum sit verus homo, — quia 'speciosus
prae filiis', — Ideo oportet aliam vitam habeat, [Bl. 80ᵃ] ubi regnat. Ubi
pulch⌊er filius. Si homo, ergo mortalis, — et tamen eternus. ista 2 **reim zu ſam.** Ibi mors et regnat sphera activorum et pas⌊sivorum, — et tamen
eternus. Ergo concluditur ibi resur⌊rectio mort⌊uorum, Ut relinquat hanc
Joh. 16, 28 vitam et suscip⌊iat eter⌊nam. Ideo dixit in Euangelio: 'desero mundum et
vado ad P⌊atrem', i. e. istam mortalitatem [1], quam gessi apud vos, et accipiam reg⌊num et ero R⌊ex in vita eterna pro suis, quam incipit in hac vita.

---

2 omnes *c aus* omnis 5 ipse *c aus* ipsa 8 eternus *c aus* eternae 2 *c aus* 3
9 Ibi *mit Strich zu* filius *Z. 8 gezogen* 10 Ut *ist auf* ergo *geschrieben*

[1]) *Erg.* desero.

Dr] revelatum Euangelium praedicit eiusmodi regem, cui non succedat alia persona, sed qui aeternus administret regnum suum in saecula. Non ergo
potest intelligi Psalmus de regno temporali aut de rege, qui tantum sit
1. Kor. 15, 22 homo, quia definitum est omnes debere mori, secundum illud: 'in Adam
omnes mortui sunt'. Ergo impossibile est posse de homine dici, quod sit
Rex aeternus, sed est clara probatio, non esse regnum corporale, de quo
hic dicit. Nam cum dicit sedem aeternam et ipsum quoque, qui regit,
aeternum esse, sequitur non esse corporalem aut temporalem regem, qui
curet aurum, argentum et caetera, quae sunt regni temporalis.

Secundo hoc quoque sequitur, cum sit verus homo (quia dicit esse
V. 3 'speciosum prae filiis hominum'), habere eum aliam vitam, quam haec est,
in qua nos vivimus. Et tamen, quia scriptum est, esse eum speciosum, et
apparet esse hominem et per consequens etiam esse mortalem, et tamen
quoque aeternum, quia 'sedes tua in aeternum, Deus'. Haec iam inter se
compara. Textus enim dicit, Eum esse inter filios hominum, ubi mors
regnat, ergo necesse est eum mori, et tamen dicit aeternum fore. Concluditur ergo ex hoc loco resurrectio mortuorum, quod noster Rex eiusmodi
sit, qui verus Deus homo factus, tandem sicut alii homines moriatur et
relinquat hanc vitam, ac resurgens ex morte accipiat vitam aeternam, ut
sit Rex vitae aeternae, qui tamen in hac mortali vita vixerit. Sicut dicit
Joh. 16, 28 in Iohan.: 'Desero mundum et vado ad Patrem', id est, derelinquam hoc
ministerium, quod haetenus in mundo inter vos gessi, et ibo ad Patrem,
hoc est, accipiam regnum et aliam vitam, ut sim Rex aeternae vitae pro
omnibus meis fidelibus, quam aeternam vitam hic quoque incipit in corde

Hs] In corde incipimus, quia baptisati et credimus. Ergo principium v[itae eternae habemus, primitias spiritus, sed tamen tenuem gustum: **doch gleich wol hin ein.** Cum sit homo verus, et tamen non reg[num temporale, et e mort[e resur[rexit, ergo deus verus, quia vincere mortem non est humanae creaturae. Ideo **ſol** dominus **ſein**, qui 'devora[vit mortem et in lucem' etc. 1. Tim. 1, 10 Ideo etiam expresse vocat[ur deus. Est etiam R[ex, regnat in eterna vita, verus passus, mortuus, resurrectus deus naturaliter, qui in semetipso, quia illam humanitatem 'non potuit mors retinere', Pet., quia humanitas sic Apg. 2, 24 unita cum divinitate, ut constituat unam personam. Deus nescit mori, et deus coniunctus cum humanitate. Ideo impossibile etc. q[uisquis iam illam divinam personam apprehendit et ei adheserit, evadet etiam mortem, non suis virib[us, sed beneficio eius. Ego ipse factus 'mors morti, peccatum peccato'. Hos. 13, 14

*11* non *o*

Dr] nostro. Nam cum incipimus credere in Christum, postquam baptizati sumus, tunc secundum fidem et verbum sumus liberi a morte, a peccato et a diabolo, ergo principium vitae aeternae et primicias habemus in hac vita et tenuem quendam gustum, irrupimus ad vestibulum, mox exuti hac carne, omnia plenissime percepturi.

Patet igitur ex hoc loco, Christum esse verum hominem et tamen esse quoque regem non temporalem, sed aeternum, hoc est, verum etiam Deum, qui, quanquam mortuus sit, tamen resurrexerit a morte. Nam mortem vincere non est hominis aut Creaturae. Sicut enim tota Creatio unius Dei est, ita quoque vitam, quae ipsa quoque creatura Dei est, nemo praeter Deum creat. Consequitur igitur Christum verum esse Deum, siquidem creat vitam et mortem devorat. Ideo expresse hic Deum nominat et eum sic describit, quod sit Deus et homo, et naturaliter Deus et Dominus mortis, qui mortem in semetipso pro omnibus nobis vicit, 'quem mors tenere non Apg. 2, 24 potuit', sicut Petrus dicit, quia tenuisset divinam personam, compositam (quanquam Sophistae vetant sic loqui) seu unitam ex duabus naturis, ut unam personam constituat, quae sit verus Deus et verus homo, quam si vorasset Satan, diceretur vorasse divinitatem seu divinam personam. Deus autem nescit mori, sic nec humanitas cum divinitate unita mori potuit. Ergo etiam quicquid illa persona divina apprehendit, quicquid ei adhaeserit, hoc etiam evadet mortem, non suis viribus, sed beneficio huius personae divinae. Sicut dixit: 'Confidite, ego vici mundum', Item: 'Ego vivo et vos Joh. 16, 33 Joh. 14, 19 vivetis'. 'Ego sum factus mors morti et peccatum peccato', sicut Prophetae Hos. 13, 14 et Apostoli loquuntur. Quod igitur ego mortem evado, qui tamen morti ob peccatum addictus sum, est effectus non mearum virium, sed Christi donantis, Qui dicit: Ego sum Princeps vitae, persona immortalis, a morte invincibilis. Nunc ergo conglutinemini mecum, adhaerete mihi et efficiamini membra mea,

Hs] Si ego etiam, non meis viribus, sed istum donum. Ipse deus, immortalis persona, invincibilis a morte, ideo conglutinemini mecum, et ubi ego mansero, illic vos. Sic regnat et in hac v⌊ita incipit. quo ad nos, est imper-
1. Kor. 15,24 fectum regnum, ghet erſt an. Cum vero 'trad⌊et regnum patri', wirds anders ſein; das iſt: Hic incipere reg⌊num vitae, destruere mortem, et postea semper manere in eo. Ideo non phanta⌊sias suadet ut Sop⌊histae et Tur⌊cae, qui relegant Christum in angulum et otiosum: Mah⌊ometum successisse. Sic Pap⌊istae dicunt otiosum. Invocant Mariam et Sanctos. hoc est Christum reddere otiosum. oportet reddere operantem, dare sedem, iudicare, administrare iusticiam. Ipse non deserit baptismum, praedicatur.

[Bl. 80[b]] Ibi quotquot verba de Christo, illa omnia facit ipse. quicunque defenditur a peccato, pha⌊naticis spiritibus, hoc totum facit Christus in

5 das iſt *o* 9 *über* reddere operantem *steht* credere regnantem *über* sedem *steht* sceptrum *vor* administrare *steht* pugnare *vor der Zeile* *über* administrare *steht* donare *zu 11 steht am Rande:* Illam lectionem melius excepit M. Veit, Sp⌊ectabilis decanandus[1]

[1]) *Vgl. Einleitung oben S. 188.*

Dr] tunc fiet, ut, ubi ego sum, ibi etiam vos sitis. Talem igitur habemus regem, qui sic regnat in hac vita incipiens aeternam vitam. Est autem imperfectum regnum quo ad nos, quia inchoatum tantum est, non est perfectum, tum
1. Kor. 15, 24 autem perficietur, cum 'tradet regnum Patri'. Ibi perfecte cernetur Deus de facie ad faciem.

Interim, dum hic vivimus, est hoc officium Christi, ut incipiat regnum vitae et destruat regnum mortis et peccati, donec transferat suos ex hac miseria in aeternam vitam. Non est igitur sic cogitandum de Christo, sicut vel Turcae, qui relegant Christum ociosum in angulum quendam et arbitrantur ei successisse Mahometum, vel Papistae, qui nihilo melius existimant Christum ociose alicubi sedere et expectare iudicii diem, quo sit fulminaturus in peccatores. Ideo confugiunt ad intercessiones sanctorum, Invocant Beatam virginem et alios sanctos. Hoc autem est Christum ociosum reddere, quod non est faciendum, Sed oportet eum reddere operantem, credere regnantem pugnare, habere sedem et sceptrum, conservare iusticiam et donare et haec omnia quotidie magna virtute in Ecclesia facere, Sicut videmus, quod scripturae tractantur et exponuntur et vivitur etiam, quantum per infirmitatem innatam licet. Quotquot ibi verba de Christo audiuntur, ea hoc sonant, quod ipse omnia facit. Quicunque defenditur a peccato, a spiritibus fanaticis et aliis malis, a Christo defenditur, qui facit haec in nobis et per nos. Nisi enim in nobis esset, ne unum quidem verbum de ipso possemus loqui,
1. Kor. 12, 3 Sicut Paulus testatur 1. Cor. 12.: 'Nemo potest dicere: Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.' Igitur Christus non est ociosus, sicut esset, si nos taceremus, Sicut apud Papistas et alias sectas et Turcas est ociosus, apud

Hs] nobis, per nos. Absente ipso nemo unum verbum posset loqui. Ideo non est otiosus. Tunc esset otiosus, si taceremus, ut Apud Pap⌊istas, Tur⌊cas, Sch⌊wermeros est otiosus, quia nolunt eum regere super se. Sed apud nos vivit, facit, cog⌊itat, loquit⌊ur omnia. Proprie in hac vita administrat iustitiam Christus, quia, ubi baptisati et per Euangelium illuminati, nihilominus est rel⌊iquum p⌊eccatum in carne nostra, infinita diab⌊oli tela erumpunt, sectae, sunt Christiani negl⌊igentes, non luctantur valde. Ibi Christi of⌊ficium, quotidie vincere tenta⌊tiones, 'expurg⌊are vetus pig⌊mentum'. Illa f⌊iducia 1. Kor. 5, 7 crescat indies, si quis labatur, ut revertatur; Si econtra, annuntietur ei ira dei et negatio communionis. Eo tendant omnia, ut f⌊ides augescat, ut corpora conservemus in casti⌊tate, patientia et sic pugnemus contra feces peccati; quia, quando arguo in concione, est correptio dei. Das heiſt resistere peccato repul⌊lulanti, ad Eb., 'deponere circumstans p⌊eccatum et v⌊olens Hebr. 12, 1 nos gravare'; quia Christiani labuntur cog⌊itatione irae, superbiae, diab⌊olus etiam adest, divexat tristicia, despe⌊ratione, et Pap⌊istae, Rotte⌊nses pleni

1 unum *o* *hinter* loqui *ist* 'Non dicit in spiritu', 1. Cor. 12. *[V. 3] vom Rande eingewiesen* 3 est otiosus *o* 4 omnia *o* 7 Christi *c aus* Christus 8 *über* pig⌊mentum *steht* ut augere⌊t suum regnum

Dr] quos nihil facit, quia 'nolunt eum regere super se'. Sed apud nos cogitat, Luk. 19, 14 facit, vivit omnia nostra.

Regnum Christi igitur proprie hoc est, quod administrat in hac vita et post hanc vitam perfecte conferet iusticiam et vitam aeternam. Id tamen hoc modo faciet: Postquam sumus baptizati et illuminati Euangelio ac coepimus confidere et adhaerere huic regi, nihilominus tamen manet reliquum in carne nostra peccatum et erumpunt infinita diaboli taela, mali mores, sectae, Infirmitas, quod Christiani sunt negligentes tam in operibus quam in verbo nec valde luctantur. Ibi maxime cernitur sedes Christi et officium, ut expurget vetus fermentum et augeat suum regnum et vincat subnascencia mala. Atque haec est divina iusticia, quae subinde crescit, ut, si quis labitur, revertatur, si nolit, ut excommunicetur, ut annuncietur ei ira Dei et negacio communionis, quae est in Christo. Pertinent autem omnia haec eo, ut fides augescat et nos crescamus in agnitione Dei et corpus quoque nostrum mortificetur et conservetur in castitate, paciencia et aliis Christianis virtutibus et pugnemus contra feces peccati. Sunt autem omnia haec Christi officia. Quando igitur vel publice in concionibus vel privatim arguo et corripio homines, Christus corripit. Atque hoc est repugnare peccato repullulanti et 'deponere pondus et circunstans peccatum', Sicut ad Ebr. 12. vocat. Gravat Hebr. 12, 1 enim nos et sollicitat assidue, sicut videmus Christianos crebro labi. Iam labor cogitatione irae aut superbiae, iam a Satana vexor tristicia aut desperatione, Iam Papa et sectae irruunt pleni scandalis, qui contra me pugnant.

Hs] scand⌊alis, qui pugnant contra me. Ibi resisto, arguo, adhortor. Ista omnia
Röm. 6, 12 facit Christus, qui sedet et iudicat. 'Ne patiamini, ut p⌊eccatum regnet', ut P⌊aulus Ro. 6. Das iſt indicare. Ut in Civitate nunquam tam from cives, Rust⌊ici, oportet princeps ponat Iudices, Sic inter Christianos non tam pii, adhuc reliquiae superbiae etc. Et illae tentant nos, ibi praedicandum, corrigendum vel orandum et pugnandum contra ista omnia. Das heiſt iudicare
Röm. 7, 23 reppullulantia vitia in carne nostra, quae 'milit⌊ant et capti⌊vant' nos. Et nisi Christus thronum hielt et esset otiosus, nunquam observaremus, an crederemus. Sed hoc signum, Christum indicare, quod auditur vox castigationis, increp⌊ationis diaboli affligentis, Rottarum impetentium scandalis. talia fulmina ex eius throno veniunt. Ideo assuesce Ecclesiam dei credere Sanctam. sap⌊ientes viri offenduntur in ecclesia, quia, ubi aud⌊iunt Ec⌊clesiam

---

*10* Rottarum *mit Strich zu* castigationis *Z. 9/10 gezogen* *12* offenduntur] defenduntur, *woran korrigiert*

Dr] Ibi oppono me et resisto, arguo et adhortor. Haec autem omnia quis facit? Christus nimirum, qui sedet et iudicat contra peccatum repullulans. Iudi-
Röm. 6, 12 cium igitur huius regis est, quod Paulus dicit: 'ne regnet peccatum in mortali corpore vestro, sed dominemini eius concupiscenciae'. Sicut enim nulla unquam civitas tam habet obedientes et bonos cives, ut non opus habeat iudiciis et magistratibus, Ita semper latent apud Christianos in carne et sensibus animae reliquiae irae, superbiae, libidinis etc., quae conantur caput exerere et subinde tentant nos. Ibi opus verbo est, ut verbum legas, audias, mediteris, abeas in cubiculum et flexo genu ores; hoc demum est repullulans peccatum premere, quod militat contra nos et captivat nos. Quare Christiano necesse est sic repugnare. Quodsi non repugnaverimus hoc modo, sed ociosi erimus et non vel nos vel alios arguerimus, non poterimus observare, vere ne credamus nec ne. Hoc autem est signum Christum iudicare et esse efficacem inter nos, quod auditur adhuc vox obiurgationis et consilii, vox increpationis diaboli, vox qua vexantur et affliguntur Sectae, qua impediuntur et reprehenduntur scandala. Haec fulmina ex throno Christi procedunt et sunt certa indicia, quod adsit Christus et iudicet. Crescit autem fides et coeteri fidei fructus per illud iudicium, quod Christus in nobis exercet.

Quare vos discite aperire oculos et Ecclesiam cognoscere et credere sanctam. Omnes enim sapientes homines offenduntur hodie hac specie Ecclesiae. Quia enim ratio audit, Ecclesiam esse sanctam et sine macula, putat Christianos esse sine omni macula. Et quidem ipsi Christiani aegre scandala illa, in quibus aliquando sunt, superare possunt et ipsi quoque ex operibus concludunt: Tu non es sic purus a peccatis, ergo non es Christianus. Quare oportet hic certo definire, quid sit sanctus. Non enim

Hs] sine macula, putant Christianos omnes sine macula esse. [Bl. 81ª] Imo Christiani non etc. Si debet ecclesia esse sine macula: ergo tu non es S⌊anctus. **Das heiſt nicht** S⌊ancta ecclesia: nullum adesse p⌊eccatum. P⌊aulus: 'Non Röm. 6, 12 regnet, ut obed⌊iatis'. Peccatum adest, sed non regnat. Ec⌊clesia dei est illa, quae secundum primitias, non decumas. Per Christum, quando est sancta, et propter istud nomen. Et latent p⌊eccata, sed servientia et quandoque erumpunt et sunt concupiscentiae, sed tamen ego coherceo. Sanctum ergo esse in capite et nomine Christi. Sic canes murmurant, et, qui in vinculis, libenter vellent ferae. Sic peccatum. Diab⌊olus vult nos contristare et fidem auferre. Ibi erigendum cor in fid⌊ucia. Sic ecclesia intelligatur et credatur S⌊ancta. **Es heiſt nicht**: Video Ec⌊clesiam S⌊anctam. tu videbis eam peccantem, palpabilem, peccata, scandala. Sed credo Ecclesiam, quia credo, quod sit Christi et Christus caput. Est Sanctitas credibilis,

---

2 tu *o* 6 nomen *c aus* nomine

Dr] dicitur sancta Ecclesia, quod nullum habeat peccatum. Nam Paulus dicit: 'Non regnet peccatum, scilicet ut obediatis ei'. Fatetur in Christianis esse Röm. 6, 12 peccatum et concupiscentiam, et adhortatur, ne sinant peccatum regnare. Ergo sancta Ecclesia est et dicitur sancta secundum primicias, non secundum decimas et plenitudinem. Est sancta fide in nomine Christi, in quo habet puritatem, in se non habet, sed propter eius nomen est sancta. Latent enim peccata in sanctis, sed tamen peccata serviencia, non regnancia. quae aliquando erumpunt quidem, ut commoveantur impaciencia, tristicia, desperatione etc. Hae sunt concupiscenciae peccati, sed non dominium. Quanquam enim premunt me, nihilominus tamen arripio Christum et conculco istam impacienciam, tristiciam ac reliquias peccati coerceo. Ecclesia igitur est sancta in capite Christo et est pura in nomine Christi, sed non est sancta et pura in se et in peccatis latentibus et murmurantibus, sicut [Bg. F] ferae bestiae catenis vinctae murmurant et nocere cupiunt. Nam peccatum nostrum est constrictum vinculis et incarceratum, Libenter quidem esset solutum vinculis et liberum. Sed repugnandum est. Si diabolus vult te coniicere in tristiciam et fidem auferre, ibi erige te in fide et dic ad eum: Fuge, Sathan, et tace. Christus meus vivit. Sic cum Sectae turbas movent, dic: Taceatis, Hic est verbum Dei, quod non evertetis etc.

Debet igitur Ecclesia intelligi et credi sancta, non debet videri sancta, Quia Articulus fidei dicit: 'Credo sanctam'. non: video sanctam. Quodsi secundum visum iudicare voles, videbis eam peccatricem esse, videbis multa et infinita scandala, fratres passionatos (ut vocant), alium impacientia, alium ira, alium alio modo irritari. Non igitur scriptum est: video Ecclesiam sanctam, sed: credo, quia non habet propriam iusticiam ex se, sed ex Christo, qui caput eius est, et in hac fide perspicio eius sanctitatem, quae

Hs] non palpabilis. Ego dico propter illos, ubi **ein bletterlin auffmutzen.**[1] Econtra, quod ipsi toti leprosi. Num isti Christiani essent? dormiunt, bibunt. Ibi non acerba odia etc., patientiam, consol|ationem, verbum purum de Christo, quae sunt veri f|ructus et signa ecclesiae. hoc non vident, nec dignus. Mira|cula magna, quod praedico Christum et audio. Disce Ecclesiam sanctam, sed sic, ut necessarium exercere Christo iudicium, ubi Christiani resistant peccato, quia p|eccatum est in car|ne, quod affectat reg|num super spiritum. Concupiscentia carnis latet in carne spectata pulch|ra iuvencula etc. Si etiam pius tentetur forma, tamen coheret, non perpetrant stupra; sentiunt quidem vitia, sed non permittunt regnum. Sed ut prorsum nihil hab|eat peccati, nihil, quia hic scriptum, quod rex exer|cet iudicium, i. e. purgat peccata, ne fides periclitetur vel desperando etc., sed augeatur fructus spiritus. Sed nondum erunt perfecti. **Das heiſt** R|egem habere

5 dignus *c aus* dignum  7 affectat] affectant  10 regnum *c aus* regunt  11 exer|cet iudicium *o*

[1]) = *einen kleinen Mangel aufbauschen.*

Dr] est sanctitas credibilis, non palpabilis aut visibilis. Dico autem haec ideo copiosius, ad consolationem contra quosdam, qui, cum vident in nostro corpore exiguam quandam scabiem, eam mire exaggerant: ecce hi sunt Euangelii fructus et similia, cum ipsi interim sint penitus leprosi. Non vident nec curant periculosa apostemata et ulcera, quibus abundant, et in nobis levissima quaeque reprehendunt. Suntne (dicunt) hi Christiani censendi, in quibus nulla singularis sanctitas apparet? edunt, bibunt, vestiunt, laborant sicut alii homines etc. Scilicet veram sanctitatem Ecclesiae tuis impuris oculis cerneres? ut autem nihil aliud videas, hoc tamen vides, non esse istam acerbitatem odiorum apud eos, quae apud adversarios est. Et habent praeterea purum verbum, id tractant studiose, consolantur se mutuo verbo de Christo et alia Christianorum officia faciunt, quae tu non vides, nec etiam dignus es ut videas, qui sunt veri fructus et signa certa Ecclesiae ab oculis tuis abscondita, qui tamen levicula vicia iudicare norunt, magna autem illa miracula, quae Ecclesia facit, non vident. An non enim magnum miraculum est, posse me docere verbum, alium autem audire, idque invito et repugnante Satana? Sed indigni sunt, qui haec videant.

Ergo scitote Ecclesiam esse sanctam, Sed sic, ut Christus ius dicat, ut exerceat fideles purgando peccata et damnando. Est enim peccatum in carne et affectat regnum super spiritum. Pusillanimitas libenter regnaret extincta fide, Libido in carne adolescentis visa puella formosiore libenter regnaret. Sed Christiani non obsequuntur, et licet titillentur a peccato, tamen coercent concupiscentiam nec perpetrant stupra aut tentant adulteria; senciunt quidem vitia, sed non permittunt regnum concupiscentiae. Tu autem velles eos plane nihil peccati habere. Hoc autem est nescire, quid

Hs] exercitium nostris, i. e. purg⌊are, primitias conceptas a bap⌊tismo augere et tendere ad plenitudinem; et hoc fit, ut mordeamus cum peccatis. Vellemus quidem facere, adest Christus, vocat ad iudicium etc. Et ubi Christus, ibi illa non committuntur, pravitates semotae sunt, non patiuntur vitia, sed arguuntur vehementer. [Bl. 81b] Ergo ibi Christus Rex iudicans non in furore, sed iudicio.

15. Octob. 'Sedes tua, deus. Virga directionis': Sicut auditis, discernitur ille R⌊ex et hoc reg⌊num Christi ab o⌊mnibus aliis r⌊egnis mundi plane per omnes circumstantias, ut nullo modo inveniatur huic r⌊egno simile. Si qua similitudo, vix est ad umbram. In maiori parte sunt omnia dissimillima, quia hic R⌊ex est eternus, spi⌊ritualis, unica persona, quae simul mortal⌊is immortalis et sit verus deus, Ut regnare possit contra peccatum, mortem

2 Vellemus *c aus* i. e. 4 committuntur] omittuntur *zu 7 steht oben am Rand der Seite:* Absente Sanctis⌊simo patre nostro [1] *12* Ut *c aus* Et

[1]) *Rorer meint offenbar scherzend einen andern Zuhörer.*

Dr] sit sanctam Ecclesiam esse, quia scriptum hic est, Christum iudicem esse et sedere in throno, Purgare peccata, resistere, ne irrepant scandala, ne nostrae conscientiae obruant nos, ne periclitetur fides desperando, sed augeantur fructus spiritus, pacientia, dilectio etc. Hi autem fructus nunquam erunt perfecti, quia semper sentimus in nobis carnem et sanguinem. Ideo necesse est purgare de die in diem et primicias in Baptismo conceptas augere et sic tendere ad plenitudinem. Hoc autem non potest fieri, nisi quotidie cum Sathana, lege et peccato pugnemus; vellemus quidem puri esse, sed quia id in hac carne impossibile est, adest Christus et extinguit peccatum. Tum redit Satan et iterum tentat nos, adest igitur Christus denuo et fert opem. Sic, ubi Christus est, non committuntur ista vitia, quanquam senciuntur in carne. Nec tollerantur apud nos adulteria, furta, rixae, sed arguuntur vehementius quam usquam alibi. Ergo est nobiscum Rex noster iudicans in iudicio, et non in furore, sic ut compescat et extinguat reliquias peccati habitantis in carne nostra.

## Virga directionis virga regni tui.

Hactenus audivimus, quod Propheta discernit hoc Christi regnum ab omnibus aliis regnis mundi per omnes circumstantias et partes, ut nullo modo inveniatur in mundo regnum huic simile. Si qua autem est similitudo, vix est quo ad nuda vocabula et tenuem umbram seu speciem. Quod autem ad pociorem partem attinet, omnia sunt dissimillima, Quia hoc regnum est aeternum et spirituale, quod administratur ab una persona, quae simul Deus et homo, mortalis et immortalis est, quae transiit ex hac vita in aliam et regna pro vita contra mortem, pro iusticia contra peccatum, pro salute

Hs] pro iusticia. Haec omnia nulli regno congruunt, quia nemo rex vivit eternus, multominus potest tueri in vita.

'Virga regni': Virga i. e. sceptrum. Insigne Regium, gestare coronam, quae significat potentiam et gubernationem; reg⌊ium sceptrum: ius et sap⌊ientia, quo moderatur reg⌊num. hoc sceptrum commendat, quod sit rectum, non curvum, nodosum, sed gerad et richtig, i. e. quod nulli facit iniuriam, sed exer⌊cet in puncto mathematico iustitiam. Cetera regna, quaecunque felicia, habent multa vitia et maxima, mixta sunt tyrannide, insipientia, negli⌊gentia, imo omnib⌊us cupid⌊itatibus gloriae, libid⌊inis, avaritiae. Ita, ut necesse sit,
1. Tim. 2, 1f. reg⌊em mundi multis facere iniuriam. Ideo ordinatum, ut oretur, 1. Timo. 2. Ideo eorum sceptrum curvum. In Cic⌊erone, u⌊trum reg⌊num possit administrari sine iniustitia, et contendit, u⌊trum tolerabilius Iustum an iniustum reg⌊num. Et concludunt Cic⌊ero et Plato, mundum non administrari sine iniustitia. In hoc reg⌊no non fit iniustitia, toleratur iniustitia ne puncto. In reg⌊nis mundi molib⌊us et monstris magnis Iniuriarum, Etiam ab iis, qui reg⌊unt bene. Ut David divino aux⌊ilio, favore regnavit, Ut Pet⌊rus

9 ut *o*   10 ordinatum] orditum   *die Ziffer* 2 *vor der neuen Zeile*

Dr] contra damnationem. Sicut autem haec predicata omnia eiusmodi sunt, ut nulli alteri regno conveniant, nisi umbra tenus; Nullus enim alius rex est, qui vivat semper, sed ad tempus vivunt et succedunt alii; Ita hoc quoque, quod sequitur, nempe virga seu sceptrum directum uni regno Christi convenit. Significat autem virga sceptrum, insigne regium. Sicut enim corona significat potentiam et gubernationem regni, Ita sceptrum significat ius, leges, sapientiam, quae moderatur regnum. Commendatur autem sceptrum huius regni singulari praeconio, quod sit rectum, non curvum vel nodosum, hoc est, quod nulli faciat iniuriam, sed exerceat iustitiam in ipso puncto Mathematico.

Nam coetera regna quantumcunque sint foelicia et bene constituta, tamen habent infinita vicia, Adeo ut impossibile sit unam Politiam inveniri, in qua non haereant plurima et maxima peccata. Sunt enim mixta Tirannide, insipientia, negligentia, omnibus cupiditatibus gloriae, libidinis, vindictae, avariciae, Ita ut necesse sit eum, qui regit, multis facere iniuriam. Quare
1. Tim. 2, 1f. institutum est 'orare pro Magistratu', quod impossibile sit sine viciis regere. Hinc extant etiam apud Philosophos disputationes, utrum regna possint administrari sine iniusticia, utrum tollerabilius sit regnum iustum an iniustum. Concludunt autem Plato et Cicero, Regna non posse administrari sine iniusticia et mendacio. Sed in regno Christi non est ullum vicium, non fit ulla iniuria, non toleratur iniusticia, ne in puncto quidem, quae iniusticia in mundi regnis non punctis, sed magnis molibus fit. Ibi enim infinita maria et monstra iniuriarum cernuntur, quae caveri non possunt, ne ab iis quidem, qui bene regunt. David enim sanctus Rex fuit et gubernavit divina

Hs] in Actis: David cum administrasset voluntate Dei, quievit. In lib⌊ro: 'qui Apg. 2, 25. 29 1 Kön. 14, 8 fe⌊cit omnes vol⌊untates meas' etc. multis fecit iniuriam, huic miser⌊rimo pupillo Mephi⌊boseth, persuasus ab adulatore Siba; Oc⌊cidit Uriam. Impos- 2. Sam. 16, 3 f. sibile, quin rex peccet, non potest omnibus administra⌊re iustitiam, quia superat eius vires. Satis, ne studio et proposito velit quidem agere. [Bl. 82ᵃ] Cetera, quae casu aliter fiunt, das heist oblivisci, non videre et ag⌊noscere 'festucas in oc⌊ulo' principum, et absorbeantur per pacem, patien- Matth. 7, 3 tiam in remiss⌊ione pec⌊catorum. Sic praedicator nullus, qui gub⌊ernat suum officium sine peccatis et multis vitiis. Ezechias[1], et optimis etc.[2], alii, 2. Kön. 20, 12 ff. occidere S⌊anctos dei, perse⌊qui, rapere, sevire et tyrannica virt⌊ute praecellere, fingere clementiam, ut Cesar Iul⌊ius, blandiri bonitatem et corda hominum sic trahere. Alii R⌊eges, quicunque sunt, sunt tyranni, non habent scep⌊trum rectum. sceptrum ghet nicht ab sine tyrannide, iniuria, vitiis,

*11* bonitatem *mit Strich zu* praecellere *Z. 10/11 gezogen*

[1]) = *Hiskia.* [2]) *Erg.* accidit.

Dr] ope et favore, sicut Petrus in Actis testatur, 'administrasse eum regnum ex Apg. 2, 25 voluntate Dei', et in lib. Regum dicit Deus: 'Inveni virum, qui faciat omnes 1 Kön. 14, 8 voluntates meas', et tamen multos affecit iniuria, sicut miserum pupillum Miphiboseth, Item Uriam, quem occidi iussit, ut caperet uxorem eius. Et 2. Sam. 16, 3 f. ut summatim dicam, impossibile est, quin ii, qui cum imperio sunt, non peccent, nec possunt omnibus administrare iusticiam. Ratio est, quia superantur eorum vires magnitudine negocii et malicia Satanae. Satis autem est, si non studio et ex proposito peccent, Sed habeant voluntatem bene gerendi magistratus. Quae autem casu aliter fiunt, quam velint, ea quasi spongia abolentur et absorbentur per remissionem peccatorum. Quis enim alioqui vellet accedere ad administrationem rerumpublicarum? Iubemur autem in sacris literis oblivisci et tegere illa magistratus peccata et prohibemur videre festucas illas in oculis principum.

Et quid mirum est de magistratibus civilibus, nobis quoque verbi ministris eadem accidunt. Nullus enim nostrum est, qui suum officium sine multis viciis administret. Quodsi laudatissimi reges in sancto populo Dei non potuerunt sine peccato praeesse regnis, ut David, Ezechias et alii, 2. Kön. 20, 12 ff. Non est possibile, ut quisquam sit, qui ubique faciat officium suum, qui non alicubi iniuriam faciat immeritis, occidat, rapiat, seviat et Tirannicas illas virtutes non aliquando ostentet, ut fingat clemenciam, benevolentiam erga cives, Sicut Iulius Caesar et alii, qui potuerunt sevire, et tamen arte quadam hominum animos trahere.

Est igitur haec summa, quod alii Reges omnes sunt aliqua ex parte Tiranni nec habent sceptrum rectitudinis, imperia eorum non constant sine viciis et criminibus et Tiranuide, sicut videmus in optimis Regibus, Davide et aliis. Solus autem Christus in suo regno habet rectum sceptrum. Quare

Hs] quia etiam in optimis R⌊egnis, ut Davidis. Sed hic non, quia noster Rex habet verbum dei purum, etiam ad punctum math⌊ematicum. Iurist⌊a, mag⌊istratus trifft den Zweck[1] nicht, p⌊unctum indivisibilem. Sufficit petiisse sapienter, si non tetig⌊it. P⌊unctus physicus ein gantzer wal[2], q⌊uidquid bonum, propius punctum ph⌊ysicum, kan man nicht wohl feylen, alium nicht treffen. Nullus Iurista, mag⌊istratus in terris, qui sine vitio administr⌊at. hoc tempus non patitur. Satis est, quod iura hu⌊mana ponuntur, attingere scopum. Ideo Iuristarum studium est infinitum, data una lege, seq⌊uuntur X exceptiones etc. Sicut nunquam possunt redigi leges c⌊iviles in punctum math⌊ematicum, fallen ymer casus, actiones zu, quae variant illam legem. Ideo ista civilis iustitia per se vitiosa. Ratio hu⌊mana non potest assequi, ut omnes Circumstantiae comprehendantur. Ideo opus Epiikia, man mus lappen et ſlicken[3], iſt ein rechter petler mantel l⌊ex civilis et iustitia.

2 Rex *c aus* h⌊abet 3 indivisibilem *oder* indivisibiliter 5 q⌊uidquid *mit Strich zu* Sufficit petiisse *Z. 3/4 gezogen* 11 *über* iustitia *steht* et leges

1) = *den Kern der Sache; vgl. S. 470, 7.* 2) = *Wall hinter der Scheibe, der die zu hoch gehenden Geschosse auffängt: vgl. unten im Druck Z. 18ff.* 3) = *nachhelfen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 215, 1.*

Dr] hoc? Quia Rex noster habet verbum Dei, quod est purum etiam puncto Mathematico. Scitis autem, quod Aristoteles in Ethicis comparat moralia puncto Physico, et non Mathematico. Iureconsultus, qui ius dicit, non attingit punctum Mathematicum seu indivisibile, satis est attigisse circumferentiam, ut, quanto propior centro, eo melius, den zweck trifft er nicht, iſt gnug, das er nicht gar uber das hinſcheuſſt. Nam in materia morali punctum debet constitui magnitudine duorum passuum, Circumferencia autem magnitudine alicuius oppidi. Sic fiet, ut non plane aberretur a scopo. Nullae enim usquam sunt leges, quae careant viciis, nec ulli usquam sunt reges, qui sine iniusticia regant. Satis autem est, quod leges et reges conantur attingere scopum ne plane aberrent. Hinc fit, quod studium Iuris est infinitum studium, quia tendit ad Physicum punctum et divisibile. Necesse igitur est multos libros inde nasci. Data enim lege aliqua, statim exceptio aliqua se offert, quam deinde aliae decem sequuntur, ut sic in infinitum pateant nec possint leges redigi in insticiae punctum Mathematicum et indivisibile, semper enim casus incidunt et circumstanciae, quae leges viciant aut variant. Ideo iusticia civilis et leges per se sunt viciosae, etiamsi homines obediant. Neque enim ratio assequi potest varietatem omnium casuum, qui incidere possunt, ne legem mutare sit necesse. Quare uno ore fatentur epiikian esse necessario adhibendam ad leges, das man es muſſe ſlicken und lappen und zun ortern einſchlagen[1], ut leges et iusticia civilis vere sint quasi mendici

1) = *zurechtrichten; vgl die Erklärung DWtb., Ort II, 2 am Ende und Unsre Ausg. Tischr. 1, 131 Anm. 8 (wo entsprechend zu korrigieren ist) und S. 624.*

Hs] Si conferatur ad hoc imperium Christi, sordet. Ergo Christi scep⌊trum aliud, hoc nullum patitur vitium, duplici ratione: quia nos credimus in Christum; credentes in eo, patimur ab eo iudicari; et q⌊uidquid tolerat, ea in nostro usu, tamen non in lege doctrinae. Ipsa lex purissima, quae purissime occidit peccatum, quia 'nihil coinquinatum intrabit in hunc cel⌊estem Offb. 21, 27 Ieru⌊salem', Apo. interim, dum vivimus, quod nihil est inquinatum in nobis quo ad Christum, quo ad nos inquinatissimi, pleni concup⌊iscentia, timore; [Bl. 82ᵇ] sed, quia Christus 'peccatum non fecit', propter eum reputamur 1. Petri 2, 22 iusti absolute in fide. Illic attingemus p⌊unctum mathematicum arripiendo iustitiam, ubi nihil herens vitii in nostra iustitia, nihil herebit formidinis. Omnia absolutis⌊sime et indivisibiliter pura, summa securitas; hic tantum habemus sub umbraculo et sub alis solis Iustitiae, sumus iusti propter ipsum, tum etiam in nobis ipsis. Christi reg⌊num habet iustitiam, sceptrum, quod

2 duplici] duplice

Dr] pallium consutum ex variis laciniis, quas subinde mutare, corrigere, quibus addere et demere ob negotiorum varietatem necesse sit.

Ergo imperia et regna mundi, si hac in parte ad regnum Christi conferantur, plane nihil sunt. Merito igitur inter primas laudes hanc quoque ponit: Sceptrum tuum est rectum. Christi enim regnum nullum patitur vicium, idque duplici ratione: Primo ratione legis divinae, quia patimur iudicari et argui peccata nostra; quanquam enim Christus in vita nostra peccata tolerat, non tamen tolerat in lege et doctrina, Sed lex est purissima et purissime occidit peccatum nec quicquam circumstanciarum vel accidencium relinquit, Sicut Apocal. 21. dicit, quod 'nihil coinquinatum in hanc Offb. 21, 27 Ierusalem intrabit'. Secundo ratione capitis et Regis nostri Christi, in quem credimus. Nam quo ad Christum nihil in nobis est viciosum, sed quo ad nos sumus inquinatissimi et pleni concupiscencia, timore mortis, desperatione. Christus autem non est talis, quia de eo scriptum est: 'Non est inventus 1. Petri 2, 22 dolus in lingua eius'. Quando igitur in eum credimus, reputamur propter eum absolute iusti in fide. Deinde post mortem huius carnis in altera vita attingemus punctum Mathematicum iusticiae et habebimus in nobis illam absolutam iusticiam, quam iam credentes in Christum imputative tantum habemus merito Christi. Tum autem, cum ista revelabuntur in futura vita, aberit universa tirannis mortis, ut nullus timor, pallor nullus in nobis haereat, sed sint omnia securissima et iucundissima. In hac autem vita habemus ista sub umbraculo et sub velamento alarum solis iusticiae ac fide tantum iusti sumus propter ipsum, tunc etiam in nobis vere iusti erimus.

Est igitur hoc sceptrum rectum, quia doctrina Christi et leges regni huius sunt rectissimae et purissimae, nempe ut credamus in Christum et diligamus Deum ac proximum. In hac lege nihil est vicii, sed in nobis

Hs] rectis⌊simum, quia Christi doctr⌊ina est, credere in Christum, deum dilig⌊ere. in his legib⌊us nihil vitii. Sed in nobis, qui paremus istis l⌊egibus: non satis dil⌊igimus deum nec prox⌊imum, non satis fortes, patientes in trib⌊ulatione; quia tamen sumus sub isto umbra⌊culo, quia est absolutus amator dei, et nos reputamur tales. Ergo Christiana doct⌊rina nihil patitur vitii in suo pop⌊ulo, 1. nullum vitium in ipsa l⌊ege, sceptro, i. e. verbo, quod promittit gratiam, docet dil⌊igere deum. **Das iſt** pura lex et **gerad** scep⌊trum. Deinde etiam nullum vitium in nobis, quia Christus absorbet vitia, ut non imputentur; 2. in nobis post hanc vitam. hoc canit hic in omnibus Regibus,
2 Kön. 20, 3. 12 ff. Sal⌊omone, Davide, Ezech⌊ia, qui diceb⌊at: 'memento, quod [1], quae placita'. tamen **muſt glorieru**[2], quando legati. **das yhn v⌊nſer H⌊err G⌊ott ſchalt.** Iosias
2. Kön. 23, 29 **muſt erſchlagen.**[3] Hi opt⌊imi reg⌊es a principio mundi sic rexerunt, ut sine mag⌊no vitio non abierint. Quid alii?

Ista huc pertinent, ut videamus, quod non possint administrari sine vitiis Regna. Et iam vulg⌊us et praedicatores faciles sunt in vitia P⌊rin-

*14* possint] possit

[1]) *Erg.* feci. [2]) = *rühmen: von L. öfter gebraucht: vgl. z. B. Unsre Ausg. Bd. 8, 681, 16.* [3]) *Erg.* werden.

Dr] est, quia nos non satis credimus, non satis diligimus, non sumus satis fortes in tribulatione, et tamen, quia sumus sub isto umbraculo Christo, qui est purus dilector Dei et hominum, Ideo fruimur eius beneficio et reputamur sancti etiam in hac vita. Sic primum in lege non est vicium, in sceptro nulla est curvitas. Verbum enim est purum, quod promittit gratiam et docet diligere Deum. Haec est rectitudo sceptri. Deinde in nobis quoque nihil est vicii, primum quo ad caput nostrum. Christus enim absorbet peccata nostra, Secundo quo ad futuram vitam, in qua iusticia, quam nunc credimus, revelabitur. Hoc canit et praedicat hoc loco Propheta et hunc unum regem omnibus aliis longissime praefert, sive sit David, sive Salomo, sive Ezechias. Non enim possunt sua regna sine stulticia et insignibus
2. Kön. 20, 3. 12 ff. viciis administrare. Sic Ezechias stulte gloriatur: 'Memento, Domine, quomodo ambulaverim coram te in veritate'. Stulte etiam gloriatur coram
2. Kön. 23, 29 legatis Regis Babilonis. Sic Iosias ob errorem occiditur. Summa summarum, Omnes, etiam optimi reges a principio mundi sine magnis viciis et iniuriis regna sua non administrarunt.

Valent autem haec eo, ut intelligatis politiam mundi sine peccato non posse administrari. Hoc nesciunt furiosi quidam concionatores et vulgus, qui faciles sunt in carpendis principum et regum viciis. Est autem haec quoque singularis Satanae fraus, quod principum vicia tam facile cernimus et observamus. Rusticus aliquis, qui viginti aut plures annos sicut porcus vixit et nullum suum peccatum unquam observavit, is in levi aliquo principis sui peccato est eloquentissimus, Cum interim absorbeat tota maria et

Hs] cipum, Regum. Qui fuit porcus et nunquam aspexit suum p⌊eccatum, statim
iudicat mag⌊istratum, Regem propter parvum vitium et absorbet suas sylvas
et maria peccatorum. Ideo parate animos vestros et discite, quod mag⌊i-
stratus non possit iuss⌊a, leges administ⌊rare et iustitiam, ut non insaniatis
cum stulto vulgo, sed discite mitig⌊are per r⌊emissionem p⌊eccatorum ista
vitia mag⌊istratus, praesertim, cum non sunt mali ho⌊mines, cum mandant
de succedenda rep⌊ublica et non wil fort ghen.[1] [Bl. 83a] Das heiſt 'blas⌊phe- 2. Petri 2, 10
mare glorias', ut Pet. Si tua vitia pote⌊s dissi⌊mulare, cur non Regis? et
dic: de Christo, regno dictum: 'Sceptrum' etc. Est praerogativa huius regni
et non alterius. Nabuch⌊odonosor magnus et ſein R⌊ex, ſehet, wie er die Dan. 3, 13 ff.
leut wurgt. Alex⌊ander et Aug⌊ustus. Lustrate omnes histo⌊rias: feylet
omnibus. Et tu, in domo tua vide, ob dus hin bringſt, ut uxor, lib⌊eri,
familia non ubertreten. Solus Christus non errat. Si etiam sui errent,

[1]) *= gedeihen, gelingen; s. S. 504, 28.*

Dr] silvas suorum privatorum peccatorum. Quare vos, qui aliquando vel ad
Politiam accedetis vel Ecclesiis praeficiemini, sic vos parate, ut dicatis:
domine deus, nos etiam habemus nomen, quod tegamus, et, sicut trito pro-
verbio dicitur: Nos poma natamus[1], si nostrum regnum conferatur ad hoc
rectum sceptrum. Non enim possibile est, ut omnia vicia caveantur. Haec
igitur vicia si videritis, ne discatis cum vulgo insanire, sed discite ea miti-
gare, pacienter ferre et condonare, Presertim autem, quando ii, qui praesunt,
non sunt mali homines, qui libidine peccent, Sed qui libenter vellent omnia
cavere, et tamen non succedit. Hos non debemus insectari, quia hoc esset
sediciose docere et, sicut Petrus dicit, 'Blasphemare glorias'. Quin si ad 2. Petri 2, 10
tua vicia connivere et ea occulere potes, quare non ad illorum etiam vicia
connives, presertim cum id debeas ex mandato Dei? Quare non sic potius
dicis: De Christi regno dictum est: sceptrum tuum rectum; Haec est huius
regni praerogativa, quam alia regna non habent, quare paciencia in regnis
mundi et Politia est opus. Nabuchodonosor sine dubio fuit vir bonus et Dan. 3, 13 ff.
prudens, sed vide, quam crudeliter leonibus homines obiicit! Sic Alexander
maxima industria res maximas gessit, sed qualis fuit in amicos suos? Sic
Augustus. In summa, perlustrate omnes historias, et videbitis in omnibus
fuisse aliquid vicii, Nullus eorum est, qui non saepe et periculose impegerit.
Et quid mirum est, in republica administranda labi homines, quo nullum
maius opus in hac vita civili est? considera recte domum tuam, aut, si non
habes, uxorem duc et guberna domum tuam et vide, an uxor, liberi, servi,
ancillae omnia ita faciant, ut tu fieri recte precipis?

Ergo tantum de Christi regno dictum est: sceptrum tuum rectum. Reliqui,
qui sunt in Politica administratione, si peccant, absorbentur peccata illa remis-

[1]) *Sprichw. = wir tun (als Unwürdige) mit; vgl. Unsre Ausg. Bd. 26, 546, 13.*

Hs] tamen, si ecclesia sit maculata, rugosa, si inspexero in seipso, tamen sine ruga, si in Christo, quia Christus purus et lex eius; Et qui credit in eum. Ibi promis⌊sio pura. Et nos ex parte puri. Ideo 'rectum sceptrum', quia gubernatur pop⌊ulus dei per verbum, quod non curvatum. Ergo dis⌊cite inspicere tam Ecclesiam et pol⌊itiam, et quod oportet tolerare vitia in oeco⌊nomia. pol⌊itia et ecclesia. Si vis iudicare res factas aliorum, exeas mundo, quia imperitus rerum. Si da zu them[1], macht ers erger, Ut Phaeton: sol war yhm zu heis vel kalt.[2] Sic illi faciunt, qui alios iudicant in oeco⌊nomia, pol⌊itia, Ecclesia. Sic nos faceret Witzel, Crotus, et tamen nihil possunt quam detrahere. Facile possum dicere alteri. Oportet hanc vitam separare a futura. In pol⌊itia vitiosae leges et mores, quae istis non obediunt. Est aliquo⌊tenus prodire[3], ſtraff⌊en et dissimulare; das mans ſol rein machen, ut novi mag⌊istratus, qui 12 kegel treffen auffm platz, et tantum 9.[4] Vidi

*5* oportet] oportent *6* exeas] exeat *11* leges] legis *12* dissimulare *c aus* dissimulant

1) *Erg.* er. *Vgl. unten im Druck Z. 24.* 2) *Ovid, Metam. 1, 748 ff.* 3) *Sprichw., s. Tischr. 1. 256, 3.* 4) *Erg.* ſind darauf; *vgl. Unsre Ausg. Bd. 45, 7, 29; Bd. 51, 202, 9.*

Dr] sione peccatorum, quam in oratione Dominica rogamus. Sed Ecclesia, etiamsi rugosa sit et maculata in se, tamen est sancta et sine macula in suo capite. Christus enim est sine macula, qui igitur in eum credit, etiam sine macula est, sed fide. Deinde lex quoque est pura. Promissio est pura, tum nos etiam ex parte sumus puri. Sic sceptrum undique est rectum, nec fit ulla iniuria populo Christi, quia gubernatur puro verbo. Debetis autem hoc diligenter discere, ut tam Ecclesiam quam Politiam secundum externam faciem sic inspiciatis, quod non sit omnino pura, et debetis etiam hoc ingenium induere, quod oportet vicia tolerare in Oeconomia, Politia et Ecclesia. Qui autem hoc non vult facere, is sane eat in alium mundum. Est enim homo imperitus, vanus, rusticus, qui nihil neque novit neque vidit, qui, si admitteretur ad ea gubernanda, quae in aliis reprehendit, nihilo foelicius gubernaret quam Phaeton Solem, dem kundt die ſonne auch nirgend recht gehen. Reprehendebat gubernationem patris, ipse admissus ad gubernationem omnia pene evertisset. Plane idem faciunt, qui sic ingeniosi sunt in aliis iudicandis, Sicut apud nos quidam falsi fratres fecerunt, qui sunt meri Asini, qui nihil norunt quam ut doceant, quomodo debeat res geri, wie es ſol zu gehen. Ea autem levis ars est, quam ego etiam novi, et melius quam isti. Sed facere ea, quae recte praecipiuntur, hoc vere artis est. Sed ibi experimur plerunque nos destitui. Hoc nesciunt illi asini, ideo tam docti sunt in calumniandis aliorum factis.

Oportet autem in Ecclesia iudicanda separare hanc vitam a futura vita, et in iudicanda Politia oportet separare leges et mores, quae ambo viciosa sunt, ab hoc regno Christi, quod habet rectum sceptrum. Ibi satis est prodire aliquotenus, siquidem, ut ille ait, non datur ultra, man thue, ſo viel man kann, das man es aber alles ſoll rein machen, da wird nichts aus, wie

Hs] Erph⌊urdiae, qui speculative vol⌊ebant rege⌊re[1], — giengen hinder den kopff etc.[2] Hec dico contra sedit⌊iosas opiniones furiosorum homi⌊num in vulgo et Rot⌊tensium. Absolom, qui constituit: 'Tu non habes virum'; sic 2. Sam. 15, 3
detraheb⌊at patri: 'thut[3] den leuten vnrecht'. Er greiffs ſein an. Qui mag⌊istratum volunt corrigere, hoc faciant 1. oratione[4], deinde humili oratione[5], non detrectatione et factiosis hominib⌊us, sed libere et aperte, ut praedicatores, ut sciant non evelli posse omnia ex Civitate, oeco⌊nomia, ecclesia. [Bl. 83ᵇ] In Ecclesia Christiana non est r⌊emissio p⌊eccatorum quo ad verbum, sed p⌊unctum mathematicum, das man nicht ein buchſtab kan reprehend⌊ere in lege et promis⌊sione divina. non debemus credere uno verbo Sch⌊wermerorum, ut dicunt propter cha⌊ritatem vis facienda verbis divinis; Omnis cha⌊ritas principium, ut maneat scep⌊trum aequitatis. Dimitte verbum purum, hoc stante volo lib⌊enter in cha⌊ritate tolerare mores et vitia.

[1]) *Bei der städtischen Revolution von 1509/10; vgl. Unsre Ausg. Bd. 18, 531.*
[2]) = *wurden geköpft; vgl. Unsre Ausg. Bd. 18, 385, 30.* [3]) *Nämlich der Vater.*
[4]) = *Gebet.* [5]) = *Bitte.*

Dr] die jungen regenten, die meinen, ſie wollen Eilff kegel treffen, ſo ihr nur neune auf dem platz ſtehen.[1] Vi[Bg. G]di aliquot Erfurdiae sic regere, ut suspenderentur et plecterentur capite, quia praesumebant speculative regere et nesciebant diabolum esse in mundo. Dico autem haec omnia contra sediciosas opiniones furiosorum hominum, qui nihil norunt, quam (ut vocant) reformare alios et reprehendere. Talis etiam fuit Absalom, qui detrahebat
patri, stans quotidie sub porta: 'Audio, iusta est causa tua, si modo aequum 2. Sam. 15, 3
habeas iudicem, sed in aula patris nihil rite geritur, me oportuit regem esse'. Sed quomodo successerit, eventus docuit.

Qui autem volunt magistratum lapsum corrigere, faciant id primum oratione apud Deum, deinde humili consilio, non cum detractione et susurratione in angulis apud factiosos homines, sed libere et aperte. Sic possunt corrigere magistratus ii, qui sunt in ministerio verbi, modeste tamen, ut fiat sine seditione et ut homines doceant, non posse teneri aut administrari regna sicut nec Oeconomiam sine peccatis, quae postea tegat remissio peccatorum. In Ecclesia autem non est remissio peccatorum quo ad verbum, Sed est punctum Mathematicum et summa puritas. Verbum enim sic est irreprehensibile, ut ne iota quidem viciosum sit in lege et promissionibus divinis. Quare nulli sectae cedendum est, ne in uno quidem apice scripturae, quantumcunque clament et calumnientur nos caritatem dissolvere, dum verba sic stricte retinemus. Quia omnis charitatis principium est, ut sceptrum aequitatis maneat, quod si aliter obtineri non potest, rumpenda charitas et si quid etiam maius est, ut tantum verbum maneat purum. Stante autem hac

[1]) *Siehe S. 530, 13; die Zahl schwankt zwischen 12, 15, 11.*

Hs] Ideo differentiam **mache** inter pol⌊itiam et Ecclesiam, omnibus dissimillima. Pol⌊iticam administ⌊rationem cum patientia tolerare et epiik⌊ia excusare, et tamen niti, ut fiat iustitia Civilis; et si facta, tamen non **recht**, quia assuescendum, ut dicamus: Soli Christo debetur, ut eius scep⌊trum rectum etc. **O du**[1] **gubernirſt recht**, quia per verbum, et non potest non summa veritas, iustitia, rectitudo; et sic damnantur o⌊mnia peccata nostra usq⌊ue ad puris⌊simum punctum, quia ius suum damnat omnia p⌊eccata, sed sic tamen, ut cog⌊itet extinguere per mortem, et per r⌊emissionem p⌊eccatorum expurgat. deus nihil videt, quia omnia purissima propter Christum, qui est puris⌊simus, q⌊uamquam peccatis plena Ecclesia. Ceterum si videtis fervere concupiscentias, pusil⌊lanimitatem, negl⌊igentiam verbi dei, Ecclesia in seipsa est imp⌊ura quo ad vet⌊erem ho⌊minem, sed mortificatur quotidie per puris⌊simum sceptrum. Ergo sepeliamur et comburamur in novis⌊simo die, tum erimus puri et, sicut docet sceptrum, erimus. Iam sumus in fieri sancti non in facto esse. Latius decl⌊arat illud sceptrum, quasi ad suum usum:

5 gubernirſt] gubernist

[1]) *Christus ist angeredet.*

Dr] puritate verbi et sceptro rectitudinis vôlo libenter in charitate tolerare mores et vicia fratris. Ideo diligenter distinguenda est politia et Ecclesia, Regnum Christi et regnum mundi, nec potest hoc discrimen satis disci, ut scilicet in Politica administratione cum pacientia toleremus et cum epiikia excusemus omnia, et tamen nitamur, quantum potest, ut fiat iusticia civilis, quod si alicubi non succedit, ut dicamus: Soli Christo gloria haec debetur, ut eius sceptrum sit rectum, Aliis regnis non.

Sentencia igitur est: Sceptrum tuum rectum, id est, tu iuste administras omnia, quia administras per verbum, quod non potest non esse summa rectitudo et iusticia. Damnata igitur hic sunt ad purissimum punctum omnia nostra peccata, et sic tamen sunt damnata, ut cogitet ea expurgare per remissionem peccatorum et per mortem tandem extinguere, Idque propter Christum, quem cum fide sic intueor quod omnia mea peccata sua morte sustulerit, pronunciat Deus me quoque iustum et purum, propter caput meum Christum, qui purissime est purus. Sic igitur Ecclesia quoque est pura, quanquam in se sit plena peccatis. Caetera igitur si vides, nempe fervere concupiscentias, pusillanimitatem, tristiciam, negligenciam in verbo, Dicito: Ecclesia in se est impura quo ad veterem hominem, sed purificatur per sceptrum, quod sceptrum veterem hominem quotidie mortificat. Ergo moriamur et sepeliamur et in novissimo die comburamur igni, tum resurgemus puri, sicut sceptrum nostrum est purum. Iam non sumus, sed efficimur et, sicut Aristotelici loquuntur, sumus in fieri sancti, et non in facto esse. Sed iam lacius sceptrum hoc quo ad usum suum declarabit.

Hs] 'Dilexisti': Is usus huius sceptri: 'diligis iustitiam et odisti impietatem'. V. 8 Ibi habes proprium ipsum usum, das iſt diligere. hoc non est in sceptris mundanis, quae sunt lex, quae dicitur: 'Comp⌊ellere intrare'. Dicitur ad Luk. 14, 23 princip⌊es: 'dilig⌊ite, qui regitis orbem', sed non invenire; hoc 'ex toto corde' Pſ. 2, 10 Matth. 22, 37 in nullo homine, nec Christiano, quia manet ex Adam: Odisti iustitiam et dil⌊igis impietatem. Et tamen si Christiani, vocamur: dil⌊igere iust⌊itiam et odis⌊se impietatem, quia coepimus, multomagis quia credimus in eum, qui diligit etc. Sonſt apud nos contrarium, quia multum in corde diffid⌊entiae, terroris, fugae dei, [Bl. 84[a]] et non fides, quae ex corde heret in Christo; est in fieri, non in facto esse etc. Da regem, qui dil⌊igat iust⌊itiam, — nullus. Vel coguntur ambitionis studio vel alia vanitate administrare iustitiam, persequuntur iustos et promovent impios. Ideo aula sedes diab⌊oli. Ibi non amare iustitiam. Est utcunque eam tenere necessitate potius quam utilitate; rarissimi, qui propter iustitiam velint eam administrare. Ideo hic est diligere iustitiam et adminis⌊trare. Iustitia per totum, quae

1 odisti] odis 2 non *o* 4 hoc *mit Strich zu* diligere *Z. 2 gezogen* 5 Odisti] Odis 6 Christiani] Christianus 7 coepimus] cepimus

Dr] Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. V. 8

Hic est usus sceptri. Porro neque hoc est invenire in sceptro mundi. Ibi enim lex est, quae vocatur: 'compelle intrare'. Scribitur quidem: 'Diligite iusticiam, qui iudicatis terram', Sed non invenitur in ullo corde perfecte, Luk. 14, 23 Pſ. 2, 10 ne apud Christianos quidem, quia manet ex Adam in nobis versus contrarius huic, nempe: Odisti iusticiam et diligis iniquitatem. Et tamen si sumus Christiani, vocamur nos quoque diligentes iusticiam, propterea quod cepimus ex parte eam diligere, sed multo tamen magis, imo proprie inde, quod credimus in eum, qui vere diligit iusticiam, et impietatem vere odit. Eousque pervenimus. Sed extra Christum nihil est nisi diligere iusticiam et non odisse impietatem, quia manet in corde piorum etiam diffidencia, terror et fuga mortis, iudicii ac irae Dei, non adest pura fides, quae vere Christo confidat, quanquam est in fieri, sed non est in facto esse. Multo autem magis cernuntur haec, quod non adsit dilectio iusticiae et odium impietatis, quando egredimur ad communem hominum vitam; ibi da mihi regem aliquem, qui diligat iusticiam. Omnes enim coguntur vel ambicione vel alia quadam vanitate ad administrationem iusticiae, quin persequuntur plerunque iustos et impios amplectuntur et fovent, ut aulae principum vere possint dici Sedes et thronus diaboli, ubi tot sunt diaboli, quod fere aulici. Hoc igitur ibi est amare iusticiam, sed tenere eam necessitate pocius quam voluntate, et sunt rarissimi, qui propter ipsam iusticiam velint esse reges, omnes autem diligunt impietatem et oderunt iusticiam. Sed in Christi regno, ibi est diligere iusticiam per totum.

Hs] est credere in I⌊esum Christum, dil⌊igere deum, postea iustitia operum, Obed⌊ire mag⌊istratui, servire in pol⌊itia, oeconomia et omnibus of⌊ficiis, quae mandavit deus. Illa iustitia tam f⌊idei quam operum administratur per scep⌊trum. Et da hat er luſt zu, amat eam, Nos odimus etc., quia lib hab⌊en deum sine fide. Ego citra fidem lib hab, quia invisibilia hoch achten; dunck[1] mich gros ſein, das ers ſo ſchwer macht, ut ſol ſich frewen des, quod non videt, imo ratio dictat, quod nihil. Ego ſol nihil ſein et nar, ut habeam Christum. qui non incepit, putat rem facilem. Ideo habeo vol⌊untatem, quae non dilig⌊it iustitiam. Ideo iustitiam: non credere deo, dil⌊igere deum, non velle pati iram, flagellum dei. Sic amo, quae sunt contraria deo. Das thut Christus nicht. Ille puris⌊sime dil⌊exit, econtra. Et pro nobis ista o⌊mnia fecit. Et nunc sedens in reg⌊no, idem odium inserere cog⌊itat et contrarium, ut ipsius exemplo et similitudine simus iusti. Donec sumus, tolerat nos et habemur pro diligentibus propter ipsum. Ibi iterum nova differentia reg⌊ni Christi ab aliis. In aliis est odisse iustitiam et contrarium, wenns ſchon wol zu ghet.[2] Ipse vero puris⌊sime dilex⌊it, quia verbum purum,

4 amat eam *o*

[1]) = *dünkt.* [2]) = *auch wenn es ordentlich zugeht.*

Dr] Accipiendum autem est nomen iusticiae generalissime, ut sit iusticia credere in Ihesum Christum et diligere Deum ac proximum, hoc est, ut intelligatur simul de iusticia fidei et operum, servire Deo et proximo, in Oeconomia et Politia et omnibus aliis officiis, quae mandat Deus. Haec iusticia tam fidei quam operum administratur per sceptrum, et ipse eam diligit, er hat luſt dazu, nos omnes eam natura odimus, Quia ego mallem Deum habere propicium sine fide, ex meo merito. Et saepe mecum ea de re disputo, quod mihi videtur difficillimum esse, sic haerere in invisibilibus et ea tanti facere, ut in iis leter et consoler me, quae neque video neque audio, imo quae ratione dictante plane nihil sunt, et ut sinam me occidi et omnia deseram, tantum ut Christum habeam. Qui autem non expertus est haec, putat facilem rem esse credere, sed ego saepe contra hanc iusticiam murmuro et diligo impietatem, hoc est, non credo, quod gratis sim Deo acceptus, sine ullo meo opere, et horreo a iudicio divino, murmuro ac sum impatiens in flagello Dei, sic amo contraria Deo. Hoc autem non facit Christus, sed purissimo amore iusticiam dilexit et pro nobis ista omnia fecit et nunc sedens in regno, cogitat nobis idem odium impietatis inserere, ut ipsius exemplo simus iusti. Interim illa iusticia per verbum quottidie inseritur et tolerat nos Deus ac propter Christum nos pro diligentibus iusticiam habet.

Est igitur haec quoque nova differencia, qua regnum Christi differt a regnis mundi, ubi est odisse iusticiam etiam tum, cum omnia optime succedunt. In regno autem Christi est vera dilectio iusticiae, quia verbum est

Hs] quod patitur nullum iocum. Docet puris⌊sime fugienda vitia, non patimur
pulvisculum, quem non damnemus. **Das thun** Civiles leges **nicht**, quae
patiuntur magnas trabes, quae non possunt videre, multominus damnare.
[Bl. 84[b]] Etiamsi nos toleremus repraehensa, tamen dicimus: **Du thuſt nicht
ſo recht**, quod turbaris et obliviseeris Christi et quod non semper **frolich
biſt**; oportet me patientem esse. Ibi tolero quidem vitia, sed non iustifico.
Ubi verbum purum vadit, ibi Christus vere odit impietatem, Ut in tempore
vitae suae. Si iustitiam odisset et impietatem dilex⌊isset. Caiph⌊as non
Pila⌊to **uber antwort** nec Christus. **Yhe reiniger**[1] **die Juden ghen, ie ſchend-
licher er** maculat. 'Ieiuno bis in sab⌊bato.' **Sie kunen nichts auffbringen**[2], Luk. 18, 12
quia ipse dilig⌊it iustitiam. **So ghet ers da hin.**[3] Ideo dicunt: 'habet dae-
mo⌊nium, Sama⌊ritanus', non est homo a deo. In lege **hebt**[4] **b⌊ube** et **hur** Joh. 8, 48
**hoher** quam **die hochſten heiligen**. Si Pap⌊am pateremur, etc. Sed quia
omnia damnamus, meremur acerbis⌊sima odia, car⌊cerem et vincula.

'Propterea unx⌊it': Ideo sequitur: Si vol⌊umus dilig⌊ere iustitiam, tum
diab⌊olus **ſalbet vns mit eim eichen butterweck**[5] et **nimpt** gladium, aquam,

---

2 *über* thun *steht* (leges) *über* leges *steht* iura nicht *fehlt* *zu 15* 'Unxit te deus' *r*

[1]) = *reinlicher, s. DWtb.; die Form bei L. nicht belegt.* [2]) = *gegen ihn beweisen.* [3]) *Hier wohl = geht er leer (also zunächst frei) aus: vgl. Unsre Ausg. Bd. 49, 586, 8; 634, 34 (wo zu korrigieren S. 840: 'oben S.' statt Bd. 3).* [4]) = *gilt.* [5]) = *schlagt mit einem Stock; vgl. Unsre Ausg. Bd. 37, 491, 3.*

Dr] purum, quod nullius iocum patitur, sed docet purissimam fidem et monet vicia fugienda esse. In doctrina igitur non relinquitur pulviseulus, quem non redarguamus et damnemus. Hoc autem leges et civilia iudicia non faciunt, quae ingentes trabes viciorum tolerant. Sed in nostra doctrina nihil manet irreprehensum, et etiamsi ea, quae reprehendimus, toleramus, tamen admonemus: Tu male agis, quod turbaris et obliviseeris interim Christi. Sed tamen tolerabo tuam infirmitatem. Sic quanquam tolero peccata, non tamen iustifico, sed emendo, atque hoc est regno Christi proprium. Ubicunque igitur verbum est, ibi res sic geritur a Christo, quod odit impietatem, sicut eam tum odit, cum inter Iudaeos viveret; videmus enim, quam ubique insectetur Phariseos amore iusticiae et odio impietatis, alioqui enim non tradidissent Cayphae. Quo enim volunt sanctiores et puriores esse, eo magis eos contaminat et defoedat arguendis peccatis, quae ipsi non videbant, quia diligit iusticiam nec potest ferre impietatem, quam ipsi admiscuerunt omnibus operibus suis. Facit autem hoc tamdiu, donec dicant:
'Samaritanus es, habes Demonium', et cruci eum affigi curent. Sic nos, si Joh. 8, 48
pateremur abominationes Papae et rusticorum furta et libidinem nobilitatis, diligerent nos, sed quia libere omnia reprehendimus, ideo et acerbissime nos oderunt et vitae nostrae insidiantur.

---

35 vite *im Urdruck*

Hs] Matth. 27, 34 mortem zu hilff, potat 'aceto et felle', mundus extreme odit et perse⌊quitur,
Joh. 15, 19 quod reprehendimus eum. Si econtra, etc. 'Sed quia elegi vos' etc., 'mundus vos odit'; quia constanter et fideliter perseveratis in reprehendendis vitiis, tum habebitis hoc mercedis, quod perseq⌊uitur odio acerb⌊issimo, potabunt
Pſ. 8, 6 felle. Sed quid deus? 'Ille unget te' etc. 'Gott hat dich widder mit freuden
Pſ 16, 11 gekronet.' 'Adimplebis coram vultu' etc., ubi significat retributam Christo aeterna⌊m gloriam et glorificatum pro odio iniquitatis. Versus pulch⌊er et
1. Petri 1, 11 8 nobis consolatorius. Pet⌊ri 1.: 'passiones', i. e. oportet pati, deinde glori⌊ficari, Ut Pet⌊rus: 'glorificata'. In hoc tempore instillat in cor nostrum g⌊audium coram vultu suo, postea perfundemur.

'Oleum letitiae': Eb⌊raismus. Ipsi 'vestem letitiae' vocant. Iudei, quando habeb⌊ant die⌊s festes letitiae, vestiebantur coronis et vest⌊ibus leti-

*3* odit] diligit *12* vestiebantur] vestiebatur

Dr] Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laeticiae prae consortibus tuis.

Necessario hoc additum est, quia, quando incipimus et volumus iusticiam diligere, tunc adest Satan et varie nos persequitur gladio, igni, aqua
Matth. 27, 34 et omnibus generibus cruciatuum ac vere potat 'aceto et felle', sicut Christum in cruce. Praeterea mundus etiam extreme odit et persequitur nos, quia arguimus eum de peccato. Quod si conniveremus ad peccata eius,
Joh. 15, 19 amaret nos, sicut Christus dicit: 'Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret; Quia autem de mundo non estis et ego elegi vos, ideo mundus vos odio habet', et quia constanter perseveratis in repraehendendis viciis hominum, hoc mercedis inde habeatis, quod mundus vos persequitur, potat felle et aceto, donec tandem crucifigat. Sed quid Deus contra facit? ille unget te oleo leticiae, id est, consolabitur hinc et eriget te contra
Pſ. 16, 11 mundum et omnia pericula. Tales multi alii loci sunt, ut Psal. 15.: 'Adim-
Pſ. 8, 6 plebis me laeticia cum vultu tuo', et. Psal. 8.: 'Gloria et honore coronasti eum', ubi significat retributam Christo aeternam gloriam pro cruce, quam propter dilectionem iusticiae et odium iniquitatis sustinuit. Est igitur versus valde consolatorius quod certi esse debemus de gloria secutura passionem
1. Petri 1, 11 nostram. Sic enim Petrus quoque haec duo coniungit 1. Petri 1.: 'Spiritus Christi praenuncians eas, quae in Christo sunt, passiones et posteriores glorias'. Quanquam autem etiam in hoc tempore instillat gaudium in cor nostrum, tamen cum revelabitur, ibi toti perfundemur gaudio.

Hebraismus est, quod appellat 'oleum iusticiae'. Is enim erat mos gentis, quod festis diebus vestiebantur splendidius et ungebantur etiam,

*13* prae *fehlt im Urdruck* *17* cruciatuuum *im Urdruck*

Hs] tiae, ungebantur etiam, Ut Math.: 'Cum ieiunas, lava, unge caput'. Ista Matth. 6, 17 unctio nunquam fuit in Germania, quod letantes solebant [Bl. 85a] balsa⌊mo ungere. Nos hab⌊emus oleum non balsa⌊mi, sed 's⌊piritum sanctum diffudit Röm. 5, 5 in h⌊ac v⌊ita per cor nostrum', hic letificat, dum in hac[1]. Ut de Christo: 'In hac ho⌊ra', Luc. X., sepe letatus, sepe contristatus, cum oleo unctus; Luk. 10, 21 post resur⌊rectionem sic unctus, ut nunquam sit contristandus, ut Pet. 1. 1. Petri 1, 8

'Prae consor⌊tibus', i. e. exellenter. Etiam 'propter alios' kunds wol ſthen.[2] Hec consolatio nostra, utran⌊que lectionem legis. Sic audis, Christum glorificatum, quod hab⌊eat consortes, ut scep⌊trum non pertineat ad eum; qui sunt participes istius olei et letitiae. Omnia, quae Christus est et gessit, sunt communicata suis electis et consortib⌊us, qui credunt in eum. Idem verbum, omnia, quae habet Christus, tantum ut sit p⌊rinceps et caput et quod omnia 'acceperimus ab eo de plenitudine', nihil ei dederimus. Ideo Joh. 1, 16 constituit p⌊rincipem ecclesiae, tamen consolatio, quod hab⌊ere necesse eum membra et participes et multos. hec est nostra consol⌊atio, Ut pingamus

5 unctus *mit Strich zu* Luc. X. *gezogen*   6 contristandus c *aus* contristandum

1) *Erg.* vita sumus.   2) *D. h.* da ſtehen.

Dr] sicut Christus indicat Matth. 6.: 'Cum ieiunatis, nolite fieri sicut Hypocritae Matth. 6, 16 f. tristes, Sed unge caput tuum et faciem tuam lava' etc. In nostris moribus illa hodie non sunt, ipsi autem solebant tempore leticiae ungi et vocabant Balsamum festivitatis, leticiae, gloriae. Sed nos habemus non oleum Balsami, quo inungatur corpus, Sed oleum Spiritussancti, quem 'diffundit per cor', et Röm. 5, 5 erigit nos etiam in hac vita. Sic in Euangeliis legimus, Christum aliquando 'exultasse spiritu' et letatum esse. Ea fuit unctio spiritussancti, de qua Luk. 10, 21 hic dicit. Post hanc vitam autem sic est unctus, ut nunquam in aeternum sit contristandus.

Non improbo, quod verterunt: 'prae consortibus', ut significet excellentiam, quanquam etiam potest verti: 'propter consortes tuos'; utrum autem legas, magna consolatio est, quod dicit Propheta. Christum sic esse laetificatum et gloriosum, ut habeat consortes, ut sceptrum illud rectum non pertineat ad eum solum, sed ut habeat consortes et socios participes istius olei et laeticiae. Diligenter igitur est observandum, omnia, quae Christus habet, esse consociata et communicata cum suis consortibus, qui in ipsum credunt. Habent eandem dilectionem iusticiae, idem odium iniquitatis, idem oleum leticiae, Sic tamen, ne nos aliquid in Christum conferamus, sed ut accipiamus omnia ab eo, sicut dicit textus: 'de plenitudine eius accepimus Joh. 1, 16 omnes'. Sic igitur constituitur hoc caput, ut necesse sit habere membra et consortes, propter quos talis est et describitur. Est autem haec nostra consolatio, ne fingamus Christum ociosum esse regem, qui propter se tantum sit resuscitatus et glorificatus, sed discamus eum esse fontem iusticiae et

Hs] Christum non reg⌊em, qui propter se resuscitatus et glorificatus, sed fons est iustitiae, caput veritatis, vitae, o⌊mnium bonorum, ut influant illa omnia, qui sunt peccatores, mortui; qui sunt sui socii, **gehorn in ſeine⌊n bund** et **geſelſch⌊aft**. Sedet Rex in sede et sanctifi⌊cat, expurgat magis p⌊eccatorem, ut crescat in f⌊ide et iustitia operum, minuantur eius vitia, tristitiae, et hec omnia per sceptrum, quod singulariter addendum[1], quia ph⌊anatici spiritus rident verbum vocale. Vos non. Ipse glorioso tit⌊ulo vocat: 'scep⌊trum' iustitiae. Hoc etiam signum, vex⌊illum, quod levavit in gentes. Hoc memoremus, tum satis habemus, quia nihil v⌊ult dare per visibilem pompam regni, speciem, sed offert nobis suum scep⌊trum. Ideo nemo fit socius R⌊egis huius nisi per verbum vocale et ministerium spiritus. **Nu wird er weiter ghen ynn ſeine ſchonen kleidern** et **yn ſein frawen Zimmer.**[2]

V. 9 [Bl. 85b] 21. Octob. 'Myrrha et gutta': Hac⌊tenus descriptio Regis istius valde politica, quomodo pugnet contra hostes et vincat, deinde iudicet et

2 influant] influat *10* socius] socium *12* ynn] ym *13* descriptio] descripsit

[1]) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 23.* [2]) = *Nun wird er schildern — die Frauen des Hofes; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 34, 29.*

Dr] caput veritatis, vitae et omnium bonorum, et sic fontem, ut influere faciat vitam in eos, qui sunt morti destinati, ac iusticiam in eos, qui sunt peccatis oppressi etc. Ideo textus dicit: 'prae consortibus' vel: 'propter consortes', id est, participes, qui pertinent ad eum.

Est igitur haec insignis pictura regis nostri Ihesu Christi, quod sedeat super thronum ad ius dicendum, ad exercendos Christianos et sanctificandos, ut de die in diem magis crescant in fide et iusticia operum, ut magis purgentur a viciis, ut concupiscentia minuatur, minuatur tristicia, desperatio etc., Et haec omnia per sceptrum, sicut diserte addidit, Quia fanatici spiritus rident verbum vocale et ministerium spiritus sancti. Vos ne facite, sed sequimini auctoritatem spiritus sancti, qui verbum glorioso titulo appellat sceptrum rectum. Est enim signum et vexillum, quod levavit in gentibus. Nam Christus non voluit palpari visibiliter a nobis. Ideo sceptrum suum dedit, in quod intendamus, quod audiamus, per quod spiritus sanctus est efficax. Hoc sceptrum quando habemus, satis habemus, quia nihil vult dare per visibilem pompam et speciem regni, sed sceptrum suum offert, per quod nobis omnia sua bona confert. Iam accedet ad alias descriptiones personae.

V. 9 Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, a domibus aeburneis, ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Dixi iam saepe, esse descriptionem regis valde politicam, quomodo contra hostes suos pugnet et vincat, deinde quomodo iudicet et administret

Hs] administret ius suum domestice apud suos, mortificans c⌊arnem, et iustificationem spiritus, faciens 'crescere cog⌊nitionem sui die diem', Ut Pet.; quia 2 Petri 3, 18 ista doct⌊rina non discitur subito, non potest speculative concipi, sed quae quot⌊idiano usu et exer⌊citio v⌊ult acquiri in mediis tent⌊ationibus mundi, diab⌊oli, c⌊arnis, in desperationibus, in malis infer⌊ni et mundi. illa exer⌊citia h⌊uius doct⌊rinae, ut firmiter retineatur. Non ut Sch⌊wermeri cog⌊itant, quod uno atq⌊ue altero sermone perlecto, audito possideatur. Hic max⌊imum, quod usu et exercitio res acquiritur: Ex corde fidere deo et contemnere mundum, mortem, diab⌊olum. sic nec alia res. Das ist der vers de dicendo iure.

Iam sequitur alia particula: de suis vestib⌊us et pompa domestica. 'Myr⌊rha.' Eb⌊raeus aliter: 'Myr⌊rha et aloes et kazies[1] omnia vestimenta tua de templis eburneis, Ex quibus delect⌊averunt te reges in preciositate tua'. Videtis perseverare in ista Allegoria R⌊egis mundani. deinde in mundo ita est, quod R⌊eges et p⌊rincipes singularibus cere⌊moniis, vestib⌊us,

3 concipi] concipitur *11 über* suis *steht* huius Regis *12* Myr⌊rha *o*

[1]) = קציעות.

Dr] ius suum domi apud suos, mortificans carnem et vivificans spiritum ac faciens 'crescere de die in diem in cognicione sui', sicut Petrus inquit. 2. Petri 3, 18 Neque enim haec doctrina subito discitur, neque etiam speculative potest concipi, Sed vult quotidiano usu et exercicio disci in mediis tentacionibus mundi, diaboli, carnis, in desperatione, in diffidencia ac aliis infinitis monstris, Ac sine his exerciciis non potest teneri. Falluntur igitur stulti homines, qui una et altera pagina sacrarum literarum perlecta, uno aliquo sermone audito putant se statim hanc doctrinam perdidicisse, cum tamen videant hoc non fieri in aliis levioribus artibus, ut statim magistri reddamur, multo minus in hac omnium maxima doctrina fieri potest, ut ex corde fidamus Deo et contemnamus omnia pericula mundi, mortis ac diaboli. Haec uno die disci non possunt, sed requiritur usus et exercicium ingens et singulare Dei donum. Nunc autem Propheta etiam de vestitu et pompa domestica addet.

Hebreus hic paulo aliter legit: 'Myrrha et Aloe et Kezia omnia vestimenta tua, cum procedis de eburneis palaciis'. Videtis autem pergere poetam in ista allegoria regis temporalis vel mundani. In mundo enim ita est, et quidem necessario, ut singularibus ceremoniis, pompis, vestibus reges et principes fulgeant prae vulgo, et iuste quidem, debent enim splendidius vestire ad differenciam reliquorum ordinum. Haec allegoria nobis valde utilis et necessaria est, quia contrarium in speciem videtur; necesse igitur

*23* perdicisse *im Urdruck*

Hs] pompis fulg⌊eant prae vulgo. **Wens**[1] **ſol recht zu ghen, ſollens hoher geſchmuckt ſein** ad differentiam rel⌊iquorum ordinum. Ista commendatio est nobis neces⌊saria et prodest, qui contrarium videmus. Neces⌊se sic describi allegoricis pompis, etiam ut talia vid⌊eamus et cred⌊amus, quia, si spectes secundum
2. Kor. 2, 16 5 sensus, est contrarium. Ec⌊clesia in mundo non 'odor vitae', sed mortis,
2. Kor. 7, 5 ignominia; Crux, non lux sed infir⌊mitas. 'Intus pavor, foris gladius', ubi fa⌊cies ecclesiae nihil quam fa⌊cies mortis, infir⌊mitatis, Econtra mundi, quam paradis⌊us gloriae, letitiae. Fama Ecclesiae est: perturbatores rerump⌊ublicarum universarum, o⌊mnium hone⌊starum rerum, hereticus, f⌊ilii diab⌊oli et progressi ex medio inf⌊erno. Contra ista hor⌊renda scand⌊ala et teterrimas fa⌊cies, quae ap⌊parent in con⌊spectu hominum et rationis hu⌊manae, ut dicamus: es **koſtlich, deine kleider** et **noch beſſer** quam alo⌊e, quia nimis conspuitur, maledicitur totum, q⌊uidquid est Ecclesia. Ergo isti versus omnino spirituales: Omnia vestimenta tua sunt Myr⌊rha, aloes, kezies. [Bl. 86[a]] Ista aromatica non novi, sed certum est, quod talia, quae valeant ad odores vest⌊ium et conservandas vestes. Myr⌊rham utcunque habemus, Myr⌊rham vocant primam, quae sponte fluit. Est arb⌊or aromatica, ubi non inciditur, sed per sese stillant guttae. **Das iſt** 1. ad conservandum, contra putrefactionem.

---

*1* vulgo *c aus* p⌊opulo   *6* foris *o*   *8* paradis⌊us] padis⌊   rerump⌊ublicarum] reip⌊   *12* alo⌊e] apo   *18* ad *gestrichen, darüber* contra, *welches auch wieder gestrichen wurde*

[1]) = *Wenn es.*

Dr] est sic pingi et ornari a spiritu sancto hoc regnum allegorica pompa, ut fides consistere possit, etiamsi diversum appareat. Quia, si consulas tuos
2. Kor. 2, 16 sensus, plane contrarium iudicabunt. Ecclesia enim in mundo non est 'odor vitae', sed odor mortis, in mortem et ignominiam. Ibi non est lux, sed
1. Kor. 7, 5 crux, infirmitas, desperatio, 'intus pavor, foris gladius'. Hic est ornatus, haec est facies Ecclesiae, si speciem videas, nempe facies mortis et inferni, E contra mundi facies est paradisus gloriae et leticiae. Deinde fama Ecclesiae haec est, quod sint perturbatores et eversores rerumpublicarum et omnium honestarum rerum, sedeiosi, heretici, filii diaboli, ex medio inferno in mundum emissi.

Contra istas teterrimas facies et horrenda scandala opus est illa commendatione spiritus sancti, quod Ecclesia oleat mirrham et aloen et kezian, quia nimis conspuitur et blasphematur et maledicitur hoc totum, quicquid est Ecclesia. Ergo hic versus est mirabiliter spiritualis, quod dicit: 'Omnia vestimenta tua mirrha' etc. Sunt autem ignota nobis haec aromata, quare nescio, an recte a nobis sint versa, certum tamen est eiusmodi esse, quae valent ad conservandas vestes et ad odorem vestium. Myrrham tantum utcunque habemus, vocant autem primam myrrham, quae sponte fluit, arbore

Hs] 'Gutta': quia per sese fluit; postea inciditur etiam et fluit, sed secunda myrrha. 'Aloes' putant, da die medici da von ſagen. Nescio: vocab⌊ula rerum perierunt in uni⌊versa ling⌊ua. 'Kezia': Si est Casia phistula[1], quae apud nos cognita, habet effectum pro al⌊vo levanda. quomodo recht, nescio. Myr⌊rha mag gewis ſein, rel⌊iqua duo commendo Eb⌊raeis. Maneo in genere general⌊issimo, quod sint aromata, quae valeant ad unguenta corporum et vestium. Miror, quod Bals⌊amum non hic sit, quod praetiosis⌊simum ung⌊uentum in orb⌊e terrarum.

V⌊ult d⌊icere: Reges, quando sunt in sua pompa, habent etiam illum luxum et debent habere, ut sint vestib⌊us bene odoratis iniuncti. Sic in lege. quamquam apud R⌊eges nostros nihil est; durt hab⌊ebant koſt⌊licher w⌊aſſer et ung⌊uentum, non roſenw⌊aſſer ut nos. Et in Mose de conficiendo 2. Moſe 30, 34 f. unguento et pulvere, qui valeat in templo domini, et prohibitum, ne homo talem pulverem et ung⌊uentum pro suo corpore etc. Cum isto ung⌊uento ungebantur vestes sacerdotales in primis, Ut in ps.: 'Descendit in barbam'. Pſ. 133, 2 Non fuit ſalb der barb⌊ierer, sed sicut balsamum, aqua Ros⌊arum, ut Sacer⌊dotes, ubicunque incederent, inced⌊erent magnifice odorati. Sic in Euan⌊gelio, quod mulier mere⌊trix, 'ut tota domus'. Fuit mos huius pop⌊uli et o⌊mnium Joh. 12, 3

2 vocab⌊ula *c aus* s⌊ 15 ps. *fehlt*

[1]) Cassia fistula *eine indische Pflanze, als Abführmittel gebraucht.*

Dr] non incisa, stacten, ea est mirabili virtute contra putrefactionem. Deinde etiam incidi solet arbor. De Aloe dubitatur, propterea, quod in omnibus linguis vocabula rerum fere perierunt. De kezia autem nihil affirmare possum, dicunt eam casiam esse, sed ea nobis ignota est. Sufficiet igitur manere in genere generalissimo, quod sint aromata, quae valent ad unguenta corporum et vestium, sicut balsamum, quod hic omissum est miror.

Summa igitur est: Reges cum incedunt in pompa, habent illum luxum, et merito quidem, quod incedunt vestiti splendidis et bene odoratis vestibus, perfusis praeciosissimo unguento, sicut apud nos quidam utuntur aqua rosacea aut spicae. Sed illae regiones abundant optimis odoribus. Sicut in Mose praecipitur de unguento conficiendo, item de pulvere, quibus utantur 2. Moſe 30, 34 f. in templo, et prohibitum erat in privatos usus id conficere. Ungebant autem isto unguento vestes sacerdotum, sicut in Psalm.: 'Sicut unguentum, quod Pſ. 133, 2 descendit in oram vestimenti eius'. Nos, quia non habemus in nostris moribus hanc consuetudinem, cum audimus nomen unguenti, cogitamus de unguentis Chirurgorum, Sed significat nobillissimos liquores, ut est balsamum et apud nos aqua rosarum, spicae etc., quibus usi sunt in solennitatibus, ut, quacunque ince[Bg. H]deret sacerdos magnus, suavissimo odore omnia perfunderet. Sicut legimus de Christo, cum effudisset muliercula in caput eius

25 incedrnt *im Urdruck* 28 rosarea *im Urdruck* spieae *im Urdruck*

Hs] orientalium. Est pars max⌊imae pompae, orientales vestes et utensilia ungere, ut bene odorarent. Nos insp⌊icimus ein gulden kethe[1], Sammet, ſeiden gewant an. Viventes mort⌊uos ungebant, aquas, vestes, vasa ung⌊ebant. In templo omnia odorab⌊ant, fuit istius pop⌊uli; iste inspiciendus. [Bl. 86b] Postea hab⌊ebant koſt⌊liche Thymia, ut nos tura, Ziſſh.[2] In Euangelio lava⌊bat
Matth. 26, 7 caput. Sententia: R⌊ex debet procedere in sua pompa, ut sit beſtrichen als mit koſtl⌊ichem waſſer, bal⌊ſam, ut, incedens, yhn riech vber die gantz gas.[3] biſt ein ſchoner k⌊onig, der reucht vber 4 gaſſen.

'Cum egrederis de Pallatiis Eburneis': domestice ghets ſo zu. Ibi ornatus, corona, vestes, omnia, odor vitae in vestimentis. Et ex ebur⌊nea domo acce⌊dit. Das kund nicht koſtlicher ſein: in Regia Pompa, quam hab⌊et; ebur⌊nea i. e. candidis⌊sima pallatia. Sic etiam est Christus; ad hoc sic pertinet fides, quod Christus sic sit. Mundanae pompae alleg⌊oriam applicemus ad Christi. 'Vestes' in scrip⌊tura ornamenta virtutum s⌊piritus
1. Kor. 12, 4 Röm. 12, 6. 28 sancti, quod nos simus induti 'donis va⌊riis', 1. Cor. 12., Ro. 12.: 'Alii datur sermo sapientiae, scientiae, virtus curationis, diversis⌊sima dona, operationes, idem spiritus divinus'. Ista dona procedunt, postquam bapti⌊sati, balneati,

*8* gaſſen] gaſſer *10* vitae] vite

[1]) = *Kette.* [2]) *Wohl* = *Ziest, Name einer Pflanze (Stachys, Beschreikraut), die zum Räuchern verwendet wird.* [3]) = *Gasse.*

Dr] 'preciosam nardum, quod tota domus est impleta odore suavissimo', Iohan. 12.
Joh. 12, 3 Atque hic fere tocius orientis mos fuit, quod in pompis et solennitatibus unguentis sunt usi, quibus vestes et utensilia perfuderunt. Nos magis amamus in pompis ornatum ex auro et serico, quare ad illorum mores respiciendum est. Summa ergo huius loci est, quod Rex Christus debet procedere in sua pompa domestica, nobilissimis unguentis perfusus, ut, quacunque incedit, suavissimo odore omnia impleat.

Cum procedis de palaciis eburneis in tuo ornatu.

Est descriptio regiae pompae, ubi cernitur corona, vestitus splendidus et habitationes amenissimae et pulcherrimae, ex ebore factae. Talis, inquit, est etiam nostri regis Christi pompa. Sed hic requiritur fides, sine qua non potest statui Christi regnum tale esse; ergo applicemus allegoriam mundanae pompae, odorum et palatiorum.

Vestes in scriptura dicuntur ornamenta virtutum spiritus sancti, quod
1. Kor. 12, 8. 4 Röm. 12, 6 sumus induti variis donis, Sicut est 1. Cor. 12., Roma. 12.: 'Aliis datur sermo sapienciae', aliis aliud donum. 'Dona enim et operationes sunt diversissimae, Spiritus autem idem', Sicut clare Paulus docet. Procedunt autem haec dona, postquam baptisati sumus et loti a peccatis nostris per fidem iustificantem. Tunc ornat Deus sponsam suam et induit eam hoc vestitu, Hoc est, fidem sequuntur dona ista docendi, orandi, erigendi, regendi,

Hs] loti a peccatis per f⌊idem iustificantem. ſo ziehet[1] d⌊eus sponsam et sponsum, et post fidem seq⌊uuntur dona docendi, consol⌊andi, regendi, gub⌊ernandi et quod ad Ecclesias pertinet. Das ſind vestes. Spargunt op⌊timum odorem, i. e. fiunt celebres. Vicinae g⌊entes aud⌊iunt hanc sap⌊ientiam, lucem Veritatis et admirantur. Ut P⌊aulus: 'aliis odor' etc. Non est credendum, 2. Kor. 2, 16
secundum quod iudicat mundus, sed ut deus. Quid ego curo, quod Rustici, Nob⌊iles ſtolz et gelt et treffen vns? vid⌊ebimus nos in loco, ubi ipsi sordebunt. Nostra dona vocant operationes Sat⌊anae. Non pendendum e iudicio mundi, ca⌊rnis nec cordis nostri. Si sum indignus peccator —: quid l⌊oqueris, cor? tu es stultum; res illa non pendet ex tuo arb⌊itrio. R⌊ex est Christus, illius bap⌊tismum habes, credo in illum, vivam et moriar. q⌊uae, per illum fiunt hoc ex verbo. In con⌊spectu cordis mei exigua et con⌊spectu Mundi sordent et heretica, [Bl. 87$^a$] sed mihi spectandum, quid Ecclesia, s⌊ancti angeli, deus sentiant. Si unus Christianus dat testi⌊monium, quod pla⌊cet ei doct⌊rina et vita, plus quam 4 mundi. Virtus est, placuisse bonis. Ergo spectandum, quid

1 sponsum *nur durch die Endung* sum *angedeutet*

[1]) *Erg.* an.

Dr] gubernandi et si qua alia ad Ecclesiam pertinent. Haec dona optimum odorem spargunt, id est, Christiani fiunt celebres, sic, quod vicinae gentes audiunt hanc sapientiam et admirantur hanc lucem veritatis ac letantur, Sicut Paulus 'odor vitae' fuit piis, alios enim, quibus 'odor mortis' fuit, eos 2. Kor. 2, 16
non curemus. Est enim docendum et iudicandum, non secundum quod mundus iudicat, sed Deus. Quid igitur ad me, quod rustici ac nobiles me contemnunt et nostra dona vituperant? erit, cum ipsi quoque sordebunt. Non enim est pendendum e iudicio mundi aut carnis, imo ne ex nostri quidem cordis iudicio de nobis pendendum est, Sed sic est dicendum: Si sum indignus peccator, sicut cor mihi dictat, non volo hac in parte credere cordi meo. Neque enim res illa pendet ex meo arbitrio aut iudicio, sed inde pendet, quod Ihesus Christus est rex, Eius baptismum habeo, in illum credo, in ipso etiam vivam et moriar. Quae autem fiunt, haec omnia fiunt ex verbo eius et non ex corde meo, in quo sunt exigua et sordent et coram filiis hominum sunt haeretica. Sed ego non curo, quid mundus dicat, sed quid Christiani, quid Ecclesia, quid Angeli, quid ipse Deus de me dicat, ac pluris facio unius Christiani testimonium, quod doctrina mea et vita quoque sit laudata, quam si quatuor mundi in me crimina fingant. Nam ratio quoque sic iudicat, quod sit virtus odio haberi a malis, Econtra, quod laus est placuisse bonis. Nullum maius convicium est, quam si quis malus homo me laudet. Ergo non est spectandum, quid mundus aut etiam nostra conscientia de nobis iudicet, sed quid Deus, Angeli et Sancti eius de me iudicent; ibi est verus odor et gloria. Iam hoc certum est (furiat mundus,

Hs] Christus, deus, pii. Ibi verus odor, gloria. Iam certum est, velit nolit mundus: sum baptisatus, 2. post bap⌊tismum habeo Euangelium et auditur vox Ecclesiae. Video vitia uteunque, tamen imitatus hoc verbum. Et audio fratres consolari posse et iudicare de omni vita, morib⌊us et q⌊uidquid in mundo. Hoc nec Med⌊icus, sapiens, Artista, quantum ad deum pertinet. Sed Christianus statuit certo: ista vita placet deo, ista non. Ista talis sap⌊ientia, quam nemo kan bezalen. Si tantum, rependere mag⌊ni deb⌊emus, quod definimus, Mag⌊istratum et Iurist⌊as esse in b⌊ono statu. In toto mundo non possunt statuere, quid sit pol⌊itia, nec ullum genus vitae est cognitum. Ergo sap⌊ientia mundi nescit, quid ipsa sit. Minima virtus verbi, posse discere: hoc genus vitae est divinitus ord⌊inatum, — et tamen infiniti precii et odoris. Reg⌊es et p⌊rincipes mirum accip⌊iunt in suum odorem et convertunt in suum commodum et dancken hinder sich[1] da fur. Sed etc. Sed maius: 1 conscientiam con⌊solari, hominem erigere perterrefactum, — melius quam 10 reg⌊na, quae non possunt uno momento redimere ex peri⌊culo unius p⌊eccati venialis. Sic de r⌊emissione p⌊eccatorum, v⌊ita ae⌊terna promittenda, de claudendo inf⌊erno et aperiendo celo, omnia veniunt

---

*zu 5 hinter* Artista *ist* ut de vita mortalium iudicet *vom Rande eingewiesen*[2]
*11* vitae] vita

[1]) *D. i. verkehrt = lohnen mit Undank: vgl. etwa Unsre Ausg. Bd. 31¹, 107, 25.*
[2]) *Von Dietrichs Hand.*

Dr] quantum velit). Primum quod sum Baptisatus, Deinde quod habeo etiam Euangelion, hic auditur vox Ecclesiae. Video vitam quoque uteunque imitantem hoc verbum, quanquam non perfecte imitetur. Audio quoque fratres posse consolari, iudicare de omni doctrina, vita, moribus et quicquid in mundo est. Hoc nec Iurista nec medicus nec Artista nec ullus homo sapiens facit, ut possit de suo vitae genere iudicare, quale sit coram Deo, Solus autem Christianus certo statuit: ista vita placet Deo, ista non. Haec sapientia tantus thesaurus est, qui nullo precio potest estimari. Ac si nihil aliud boni haberet haec doctrina, quam quod conscientias certas facit, Magistratum et Iuristas et alias professiones esse in bono statu, tamen mundi opes hoc unum beneficium non possent pensare. Nullus enim fuit ante hanc doctrinam, qui potuisset affirmare certo de suo vitae genere et Politia, quod Deo placeret. Quid igitur est sapientia mundi, cum ipsa nesciat de se iudicare, quid sit? Haec autem minima virtus verbi est, scire: hoc genus vitae placet Deo, illud non, et tamen est infiniti odoris. Fruuntur autem eo reges et principes pro suo commodo et vertunt contra Euangelion, sicut Iuristae etiam faciunt; fiet autem, ut, sicut ipsi pro hoc beneficio Dei gratias agunt, ita quoque ferant dignum premium huius ingratitudinis.

Hs] ex verbo. Ista viluerunt assiduitate et copia, hoc omnium est pessimum. Ibi perit pretium istius doct⌊rinae et obscuratur Christi cog⌊nitio et vilescit in cordib⌊us nostris Christi beneficentia et Christus. Sic Iudeis commisit, nunquam obl⌊ivisci diei, qua ex Aeg⌊ypto. Si oblivis⌊cimur malorum, tum 5. Moſe 11, 4
non estimamus beneficentiam, in qua sumus. Nostri Timones[1] obliti, in quantis infernis fuerimus in Pap⌊atu. Ideo obscuratur in oc⌊ulis nostris. Non videtur, quanta res, solide doceri, commutare mortem in vitam, p⌊eccatum in iustitiam, diab⌊olum in deum. **Das macht** nimia copia, quod ingratitudo **draus wird.** [Bl. 87[b]] Pro⌊pheta **wolts gern g⌊ut machen.** 'Ex vest⌊imentis max⌊imus odor.' qui audiunt, non possunt satiari eo, quia est odor vitae, quia perter⌊ritus homo cum p⌊eccato, morte nihil potest dulcius aud⌊ire et odorari quam praedicatorem, qui expedite et solide consoletur. Cetera turba secura non curat. 'Nos sumus odor vitae ad', quod P⌊aulus 2. Kor 2, 16

5 beneficentiam] b—[a] [*eigentlich* = beneficia] 8/9 ingratitudo] ingr[a]

[1]) *Plutarch, Antonius LXX; ed. Teub. p. 410.*

Dr] Sed maiora sunt illa beneficia, Posse erigere hac doctrina conscientias et hominem perterrefactum consolari. Hoc beneficium maius est quam decem regna possidere, neque enim possunt illa uno momento redimere conscientiam ex periculo unius venialis peccati, taceo de mortali peccato. Christianus autem potest, qui certo potest affirmare, hoc placere Deo, si credamus eum nobis gratis per Christum ignoscere. Sic de remissione peccatorum, de vita aeterna promittenda, de claudendo inferno et aperiendo coelo, de commutanda morte cum vita solus Christianus potest docere, quia habet verbum Dei, ex quo ista omnia veniunt, Quanquam viluerunt ista assiduitate et copia, quod verba facile imitari omnes possunt, quod omnium est pessimum. Hinc enim fit, quod cognicio Christi obscuratur ac perit estimatio atque precium huius doctrinae et vilescit in cordibus nostris misericordia et beneficentia Christi, quod obliviscimur et beneficiorum, quae per Christum habemus, et malorum, ex quibus sumus erepti. Deus autem precipit Iudaeis, ne obliviscantur bonorum ac malorum. Oblivio enim malorum facit, ut beneficia quoque excidant. Sic nunc, quia obliti sumus, in quantis infernis (ut sic dicam) sub papatu vixerimus, ideo obscuratur in oculis nostris beneficium Euangelii, nec cernitur, quanta res sit, unam conscientiam laborantem solide confirmare, consolari, docere, mortem commutare in vitam, peccatum in iusticiam, Satanam in Deum. Haec bona nos negligimus, at spiritus sanctus libenter vellet ea amplificari. Ideo predicat odorem vestium Christi, quod spirent eius vestes odorem vitae, ut omnis, qui audit Euangelion, veram consolationem animo concipiat. Ac quando adest afflicta conscientia, quae cum peccato et morte luctatur, quid iucundius audire potest illo odore vestium, ut audias fratrem, qui expedite et solide erigat ac consoletur? Qui autem securi sunt, illi non curant, his est odor in mortem, quod aliis est odor in vitam.

Hs] etiam pars istius vestis et vestitus istis vestib⌊us Christi et spargit in
orb⌊em ter⌊rarum suum odo⌊rem; alii d⌊icunt stercus diaboli[1], Ut H⌊erzog
G⌊eorg et Pap⌊a: quid b⌊oni auditur de hac doct⌊rina? turbatur pax, politia,
quid b⌊oni inde? Iudei P⌊aulo: Quid P⌊aulus praedicat? quod lex non
servanda! Qui perturbant, hinc venerunt. Perturb⌊atores dicimur t⌊otius
orbis ter⌊rarum, eversores regnorum, reip⌊ublicae et qui concedunt licen-
tiam omnibus malis hominibus. Sed perdurate. Ipsi erunt ipsis sibi
prophetae. Nos erimus vere perturb⌊aturi ipsos et ever⌊suri R⌊egna,
Luk. 23, 2 q⌊uanquam non volentes, sed per Antiparistasin. Sic Christo: ‘Sedux⌊it
prohibens’. geſchahen yhn[2] eben ſo. Sic prophetant sibi, ut Caiph⌊as:
Joh. 11, 48 ‘Venient’ etc. Ubi occid⌊erunt Christum, non venerunt amoe⌊nitates, nunc
dese⌊rebantur eher. Sic ablatis nobis stabit regnum, ut cog⌊itant, ut rustici
cuspides.[3] Nos conservatores reg⌊norum, reip⌊ublicae et omnium b⌊onorum,
per verbum conservamus. Nemo sic commendavit matrimonium, mag⌊istratum.
Et hoc vident, et tamen dicunt: pertur⌊batores. Sic Christo Iud⌊ei et P⌊aulo

*1* istis *c aus* istius *4* Indei *o* *10* ſo⟨l⟩

[1]) = *Teufelsdreck; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 230, 13.* [2]) *Für* geſchah yhn *oder* yhnen. [3]) *Sprichw. = (aber) verkehrt? vgl. Unsre Ausg. Bd. 45, 120, 30.*

Dr] Sic Sanctus Paulus et reliqui Apostoli sunt etiam pars huius vestis
et spargunt odorem in totum orbem terrarum, quo reficiuntur pia corda.
Alii offenduntur eo et dicunt esse stercus diaboli, sicut adversarii nostri
accusant doctrinam nostram, quod nihil boni pariat, sed sit inventum dia-
boli. Sic Iudaei de Paulo dicebant: quid predicat boni? nempe hoc, quod
Apg. 24, 5 lex non sit servanda, et: ‘invenimus hunc hominem pestiferum et conci-
tantem sediciones omnibus Iudaeis in universo orbe’, Act. 24. Sic Apostolos
quoque sediciosos mentiti sunt, sicut nos hodie, et vocarunt eversores rerum-
publicarum ac regnorum et qui concedant licentiam omnibus malis. Quid
faciemus? Perdurandum est, et erunt sibi ipsis Prophetae, ut vere simus
ipsis perturbatores et eversores regnorum, non effective, sed per *ἀντιπαρ-
ίστασιν;* quoniam enim ipsi verbum, quod nos docemus, persequuntur, fiet, ut
impingant, et sibi ipsis accersent iudicium, ut pereant, sicut Iudeis quoque
accidit cum Christo. Nam illi quoque idem prophetabant, quod nostri ad-
Joh. 11, 48 versarii hodie: ‘si paciemur eum diucius, venient (inquit Cayphas) Romani
et tollent nostrum regnum et gentem’, Iohan. 11.; volunt igitur id cavere,
crucifigunt Christum, crucifixo autem Christo, cum putarent se probe con-
stabilivisse regnum, veniebant Romani et tollebant locum et gentem. Sic
nunc de nobis cogitant, nobis sublatis Germaniam pacatam fore, et eo ipso,
quo praecavere suum exicium volent, diversum accidet, ut ipsi pereant. Nos
enim hodie sumus conservatores regnorum, rerumpublicarum, legum et quic-
quid est boni creatum a Deo, hoc totum retinemus et sustinemus nos, qui

23 enersores *im Urdruck* 28 indicium *im Urdruck*

Hs] g⌊entes. Sic nos Pap⌊am et germaniam ynn ein[1] werffen; quia vocant verbum d⌊ei perturbatorem reip⌊ublicae, ideo erit sic, non culpa dei vel verbi, sed tua pertinacia, furore. Ideo nihil nos moveat, quod conspurcat[2] nostra op⌊era, dona et d⌊ivinam sapientiam, ex qua habent salutem et p⌊acem; apud mundum male odorantur[3], apud nos d⌊ulcis odor, est balsamum, aloes etc. Non frolicher[4] odor, doctrina quam ista. Etiam impii sentiunt et fruuntur, et tamen damnant. H⌊ertzog G⌊eorg non, sicut[5], uteretur dominio, nisi mag⌊istratum decorassemus. M⌊unzerus, T⌊urca[6] et Anab⌊aptistae, tota defensio eorum est ex verbo dei. [Bl. 88ᵃ] Quando zu lang wollen machen et conservatorem mit fuſſen tretten: — Si verbum vntert⌊rucken, ſo ſollen[7] hie nicht lang ſitzen. Sic Iud⌊aei, quando Christus ablatus et P⌊aulus perversor Iudais⌊mi. Donec P⌊aulus vivebat, bene hab⌊ebant; — Veniebant Ro⌊mani salvatores et conservatores Iudais⌊mi! tales volunt nostri. Christus habet

9 eorum *o*  12 bene hab⌊ebant *o*

[1]) *Erg.* hauffen = *über den H.* = *vernichten; vgl. Unsre Ausg. Bd.* 46, 559, 12. [2]) *Erg.* mundus. [3]) = *sind verachtet; vgl. Unsre Ausg. Bd.* 50, 608, 14. [4]) *Komparativ.* [5]) *Erg.* utitur. [6]) *Luther nennt den Türken gewohnheitsmäßig als Gegner mit.* [7]) *Erg.* ſie.

Dr] docemus verbum Dei. Nemo est, qui sic ornavit coniugium et magistratum, sicut nos; hoc vident et inviti coguntur fateri, et tamen vocant perturbatores. Fiet igitur, ut vere simus eis perturbatores et eversores omnium rerum, et, sicut Christus Iudeorum regnum, Paulus Romanorum regnum evertit, ita nos Germaniam et Papam evertemus. Quia enim vocant verbum, quod ista omnia conservat, verbum perturbationis, Ideo dicit Christus: 'fiat tibi, sicut Matth. 15, 28 dicis'; Quia me talem esse putas, ero talis, non mea aut verbi culpa, sed tuo furore et pertinacia, ea te evertet.

Nihil igitur moveat nos, quod conspurcant blasphemiis et falsis criminibus nostra optima dona et divinam sapienciam, ex qua habent salutem et pacem. Non enim potest aliter fieri, quin coram mundo male oleat, Sed coram nobis, qui credimus, est tanquam vestis perfusa myrrha et balsamo, est suavissimus odor, quo nihil in mundo est iucundius, et mundus quoque sentit et fruitur eo, quanquam damnet. Principes, qui nobis adversantur, non auderent ea, quae hodie audent, nisi ex nobis didicissent nosque magistratum tam magnifice decorassemus. Ac sane Muncerus, Anabaptistae, Sacramentarii iam dudum maiores dedissent turbas neque resisti eis potuisset, nisi verbum obstitisset. Tota igitur defensio et religionis contra haereticos et Politiae contra sediciosos ex verbo est, quod illa omnia servat. Quod si nullum finem iniuriarum et blasphemiarum facient et conservatorem suum pedibus conculcare pergent, cum verbum sublatum fuerit, non diu durabit eorum dominium, Sicut Iudeis accidit, qui, cum Christus et Paulus, quos eversores Iudaismi vocabant, viverent, bene habebant, sublatis autem iis veniebant salvatores et conservatores Iudaismi Vespasianus et Romani, ii

Hs] opt⌊imum odorem apud pios de suis donis, quae diff⌊undit per totam 1. Kor. 12, 4 Ec⌊clesiam per s⌊piritum s⌊anctum. 'Divisiones donorum, Idem spiritus'. 'Templa ebur⌊nea': allegoria etiam pulchra. 'de templis ebur⌊neis': ex letitia tua. Pallatia regis facile est intelligere: ecclesia pomposa. al⌊legoria v⌊ult oc⌊ulos nostros spi⌊rituales aperire, ut ecclesiam Christi inspiciamus ut eius vestes, quia in speciem nihil vilius. **Elender**[1] **tropff** in terris non quam **arm pf⌊arrer.** Nullus rusticus tam spurcus, qui non putet, suum pa⌊storem esse stercus. Sic **Schar⌊rhanſen.** Sed si habet verbum dei et docet Christum, est **edelſtein**, qui dicitur **Rubin**[2], quia verbum dei est inest⌊imabile; sic ponderat verbum, ut c⌊oelum et ter⌊ra pro nihil⌊o hab⌊eat, solem, lunam, stel⌊las etc., et bene, quia per verbum omnia creat. Si ergo pastor Dan. 12, 3 habet, est ornatior quam omnes stellae. 'Qui erud⌊iunt, fulg⌊ebunt **al⌊s kein.**' verum in oc⌊ulis dei, S⌊anctorum ang⌊elorum, S⌊anctorum hominum. Sanctus Ioh⌊annes b⌊aptista, P⌊etrus, Pau⌊lus dicunt, quod simus tam pulchri. **Was iſt der Bap⌊ſt**, quid praedicat? Ibi aperiendus oc⌊ulus spi⌊ritualis. **Far**

2 ⟨in⟩ per 8 esse] est 9 Christum] Christus 13 S⌊anctorum *(2.)* o 14 pulchri] pulcher

[1]) *Komparativ.* [2]) *= der mit besonderen Kräften ausgestattet ist; vgl. Unsre Ausg. Bd. 31*[1]*, 455, 33.*

Dr] salvabant eos, sicut adhuc hodie videmus. Tales salvatores nostri adversarii quoque habere volunt, et contingent eis. Hoc est, quod hoc loco propheta dicit, Christum habere optimum odorem, sed solum apud pios. Loquitur enim de donis Christi, quae per spiritum sanctum per totam Ecclesiam diffundit. Divisio enim donorum est per spiritum sanctum, Unus autem est spiritus.

Cum procedis de palaciis eburneis.

Est haec quoque pulchra allegoria et facilis intellectu, nisi quod oculos nostros spirituales vult aperire, ut Ecclesiam sic intueamur sicut vestes, Quia in speciem nihil vilius, nihil contempcius est. Pauper aliquis pastor animarum contemptissimus homo est, adeo ut nullus rusticus sit, qui eum non putet quasi lutum esse, quod pedibus proculcandum sit, sicut faciunt quoque. Contra hanc speciem munit nos Spiritus sanctus et docet, ut aliter, quam mundus solet, de eis iudicemus et dicamus: Si iste habet verbum Dei, si docet Christum, tunc est nobilis et preciosa gemma, est Adamas aut Smaragdus quidam in oculis Dei, Quia verbum Dei est inestimabile donum, quod Deus sic aestimat et ponderat, ut coelum et terram, Solem, Lunam ac stellas prae verbo pro nihilo habeat. Nam per verbum illa omnia creata sunt et creantur. Pastor igitur, qui habet verbum, est ornatior quam sol Dan. 12, 3 et stellae, Sicut Daniel etiam vocat Dani. 12.: 'Qui erudiunt ad iusticiam, fulgebunt sicut stellae'. Hoc verum est in oculis Dei et sanctorum Angelorum et sanctorum hominum. Et S. Iohannes Baptista, Petrus, Paulus

Hs] hin, du ſaw, ſchlang: friſt du mich, ſo hab ichs; Ego credo in I⌊esum Christum, mea gloria est in domino, qui vocatur Christus. Si tu me non aspicis, nihil curo. lib⌊entius habeo, quod unus Ang⌊elus Gab⌊riel, quam omnes Reges. Illi insp⌊iciunt me ut gemmam. Sic Ecclesiae Christi sunt 'vestes'. 'Pallatia' eius sunt apud deum 'Eb⌊urnea'. Et Iudei edif⌊icabant domos ebur⌊neas. num ex marmel⌊ſtein. hoc wer zu hilff. S⌊piritus s⌊anctus nimpt sumptuosis⌊simam materiam, quae potest parari ad edificium. Ebur candidum, perpetuum. [Bl. $88^{b}$] In Reg⌊ibus Achab edi⌊ficabat domum Ebur- 1. Kön. 16, 32 ⌊neam; si tantum hab⌊ebant Ele⌊phantem, fuerunt divites. signum est, quod sepe R⌊eges Israel et Iud⌊aeorum pallatia ex Ebore vel aliquo pretioso; per metaph⌊oram dicuntur 'Eb⌊urnea'. Sic Ecclesia habet pal⌊latia Ebur⌊nea. quis credit, quod Ec⌊clesia Wit⌊tebergensis, ubi praedicatur E⌊uangelium, ubi baptisati pueri? bap⌊tismus, Euch⌊aristia, verbum non inane, gubernatio ecclesiae non inanis, consolatio. Quid hic pretiosi videtur? Si intelligas oc⌊ulis, est ein treck ſack.[1] de Ecclesia nihil vides, tamen Ecclesia nostra est 'pal⌊latium

1 friſt] feiſt 6 hoc *mit Strich zu* Iudei *Z. 5 gezogen* 13 pueri] puelli

[1]) *Lies* treckſtadt *(vgl. Z. 39); s. Unsre Ausg. Bd. 41, 483, 23;* treckſack *braucht L. = Madensack, sterblicher Leib.*

Dr] dicunt eum pulchriorem esse omnibus stellis, Sed mundus contemnit tanquam hominem nihili. Hic igitur aperiendus est oculus spiritualis et dicendum ad tales contemptores: Tu es unus porcus, quodsi me devoras, sum devoratus, Sed tamen, quia credo in Ihesum Christum, habebo, qui me vindicabit in gloriam. Mea enim gloria et vestes sunt in domino, qui vocatur Christus. Si igitur me contemnis nec dignaris aspicere, sit sane, non curo, gracius mihi est, si me uno momento Gabriel angelus laeto vultu inspiciat, quam si me decem reges ferant in oculis et exosculentur. Iam vero non solum inspicit me Gabriel et Angeli reliqui ut gemmam preciosam, propterea quod verbum Dei doceo, sed laudant etiam et mirantur. Hoc mihi satis est.

Hoc vocat 'palacia eburnea', nominat enim spiritus sanctus nobilissimam materiam Ebur enim notum est, quod sit solidum, candidum et perpetuum; quare aedificia ex ebore sine dubio sunt pulcherrima et prestantissima, saepe autem alibi fit mentio aedificiorum ex ebore. Quod si non fuit solidum ebur, fuit tamen alia materia preciosa, ut per metaphoram dicatur eburnea domus. Dicit igitur: noster rex Christus habet palacia facta non ex 'luto, ligno, stipula', sicut apud nos aedificatur, sed ex ebore. Quis 1. Kor. 3, 12 autem est, qui credat, quod Ecclesia Wittebergensis, Kembergensis et aliae, ubi est baptismus et verbum, sit in oculis Dei palacium eburneum? Et tamen vere sic est. Quia baptismus non est inanis, sic nec verbum, nec gubernatio Ecclesiae, nec consolatio afflictorum est inanis. Quodsi speciem consideres, quid hic Wittenbergae preciosi vides? nihil vides de Ecclesia speciosum, est vere lutea civitas, et tamen est palacium eburneum Christi. Si vilis-

Hs] Ebur⌊neum' Christi; sic in pago. tamen istud precium non ex specie ec⌊clesiae, visu 5 sensuum, existima⌊tione rationis hu⌊manae, non ex leg⌊ibus, artib⌊us, Philosophia; sed quia verbum, bap⌊tisma, Euch⌊aristia dei, gubernatio divina est ibi, conso⌊latio consci⌊entiarum, timor, fid⌊ucia, patientia dei. Imitatio Christi est ibi. Ista inspicienda.. Sed hic hab⌊itat Christus, et hoc reg⌊num, quod in speciem turpis⌊simum, est in oculis eius pretiosis⌊simum. quae hic scribuntur, Allegorice eo pertinent, ut ape⌊riat[1] nobis 1. Kor. 2, 12 oc⌊ulos spi⌊rituales, ut discamus inspicere nostra dona. 'Datus s⌊piritus s⌊anctus nobis, ut cognoscamus', 1. Cor. 2. Dona sunt **da**, Sed donum **druber**, scire et cognoscere hec dona. Dicitur de quodam, quod admiratus sit baptismi verba et formam et dixit, quod nunquam vellet timere a diab⌊olo, Si esset baptisatus sic. Et est verum, dona adsunt, audimus verbum et discretiones Ec⌊clesiae et quomodo defend⌊atur contra hostes, quomodo vincat diab⌊olum et maneat invicta contra diab⌊olum. Sed beatus, qui intel⌊ligit. Si **ſo kund achten**, si possem estimare meum b⌊aptismum, E⌊uan-

[1]) *Erg.* spiritus sanctus; *vgl. unten im Druck Z. 28.*

Dr] simus pagus etiam est palacium eburneum, in quo est pastor et credentes aliqui. Sed ut hoc videas, aliis oculis quam oculis carnis opus est. Nam precium hoc non estimatur ex specie aut iudicio quinque sensuum et racionis, non ex legibus, non ex artibus aut Philosophia, sed ex verbo Dei, quod ibi est Verbum, Baptismus, Eucharistia, gubernatio divina, consolatio conscientiarum, timor Dei, fiducia in Deum, pacientia Dei, imitacio Christi etc. Haec sunt inspicienda, quae cum vides alicubi, nihil te nec species nec aliae res moveant, sed simpliciter conclude: hic est Christus in palaciis eburneis, hic habitat Christus. Hoc regnum, quanquam in speciem nihil sit, tamen in oculis Dei est iucundissimum.

Ergo haec allegorica omnia eo scribuntur a spiritu sancto, ut aperiat nobis oculos spirituales contra illa scandala Ecclesiae, ut discamus nostra dona inspicere et magnifacere. In hoc enim datur spiritus sanctus, 'ut 1. Kor. 2, 12 sciamus, quae a Deo donata sunt nobis', 1. Cor. 2. Dona enim Dei adsunt, sed maius donum est, ea scire et agnoscere. Sicut de quodam scribitur, qui, cum forte incidisset in baptismum pueri et audisset grandia illa verba, quae in baptismo recitantur, admiratus eorum vim: Si scirem, me quoque talibus verbis baptisatum esse, nunquam vellem mihi metuere a Diabolo. Et est verum: Dona adsunt, Audimus verbum, videmus baptismum, item gubernationem Ecclesiae et discrimen Ecclesiae, quomodo defendatur contra hostes, quomodo vincat diabolum et maneat contra eum invicta. Haec dona adsunt, sed beatus, qui intelligit. Nam si ego possem estimare pro dignitate baptismum meum, ministerium et vocationem meam in verbo, Item opera mea, quae sunt in Christo, tunc nulla tanta res, periculum nullum

Hs] gelium, vocationem, ministerium, mea opera, quae sunt in Christo, wolt ich in ſprungen ghen [1], ut In bobus cernimus.[2] Ideo max[imum donum, cognoscere hoc; Homo iam unus resur[rexisset, esset in paradiso et meliore, quam Adam fuit. Sed diab[olus non permittit ista videre nos, et quando Rust[ici, murren wir et estimamus tanta mala, ut non vid[eamus. [Bl. 89ᵃ] Sed d[icere debemus: was iſts mir umb den T[euffel, keiſer, ſack vol konig [3], f[urſten, teuſel, quid ipsorum furor, persecutio? Si spectes I[esum Ch[ristum: filius dei tuus sanguineus, habes eius bap[tismum, habes effectus verbi, claves Christi, quibus c[oelum aperire et claudere; da gehort s[piritus s[anctus dazu, posse hoc intel[ligere. Et hic psalmus lib[enter vellet pingere ob oc[ulos magnitudinem et inest[imabilia pretia, dona etc. Ideo Wit[tebergensis et quaelibet Christiana ec[clesia est koſt[liches ſchlos, ebur[nea. 'Letificant te': i. e. thut den leuten ſanfft, sicut odor tuus letificat et pallatia, quod ſo ſchon kleidung haſt et ſo riechen. Si secundum mundum spec[tas, dices: Ecclesia est I miserum stabulum, ubi mendicus non infeli-

5 89 *c aus* 91  8 verbi] verbis  12 est *doppelt*

1) = *mich höchlich freuen.*  2) *Der Vergleich ist unklar; sind übermütige Kinder gemeint?*  3) = *einen ganzen Haufen Könige.*

Dr] incidere posset, quod non contemnerem forti et leto animo. Est igitur donum super donum, habere verbum et Christum, sed cognoscere etiam et quasi in speculo illa dona intueri perinde esset, ac si homo resurrexisset ac esset in paradiso et meliore vita, quam Adam fuit in paradiso. Sed diabolus non permittit, ut ea perfecte videamus. Cum igitur rustici aut nobiles tam ingrati sunt in verbum et ministros, commovemur et indignamur et tam afficimur, ut prae iis obliviscamur donorum nostrorum, Cum contra sic deberemus dicere: was iſts umb ein ſack voll zorniger Furſten, Konig, Turckiſch keiſer, ja umb ein ſack voll teuffel? Quid est, etiamsi male propicii nobis sint principes et reges furiant? Quid est persecutio, si huc spectes, quod Christus est tuus? qui est filius Dei, Cuius verbum et baptismum habemus et videmus, item, si spectes fructus et effectus verbi, consolationem conscientiarum, Claves Christi, quibus possis aperire coelum et claudere infernum. Sed opus est spiritu sancto, ut haec dona sic videas. Et hic Psalmus id facit, ut pingat nobis ob oculos magnitudinem rei et inestimabilia dona ista. Ad hunc igitur modum witteberga et omnes aliae Ecclesiae sunt arces et palatia amenissima, in quibus habitat et regnat Christus.

### Ex quibus delectaverunt te.

Hebreus coniungit hoc membrum cum superioribus: 'Cum procedis de eburneis palaciis, quae letificant te', id est: Odor ille et palacia exhilarant et delectant te et homines, sed in oculis apertis et spiritualibus. Sed secundum iudicium mundi et speciem contrarium est. Verum ibi Ecclesia

Hs] eius, sordidius. Wit⌊tebergensis coram Ḫ⌊erzog G⌊eorg est ec⌊clesia execra-
⌊bilis, abo⌊minabilis, non ſpital[1] ei conferant. Et lieſſen ſich duncken, si
Joh. 16, 2 possent auſroten, ut da leg 'deo obseq⌊uium', Ioh. Ideo beatus, qui intel-
⌊ligit. Qui ecclesiam, pastorem, fratrem, quod baptisatus, hab⌊et dona
Euangelii, fidei. Ibi ſiheſt yn himel reich, paradis. Et huc figendi oc⌊uli
et discamus ista ag⌊noscere et magnificare, alia vilipendere: R⌊ex, cesar,
aurum, vita sunt sordes et tantum usurpemus ad usum. quae mundus habet
pro maximis et pretiosissimis, hec nos pro vilissimis et contemptis⌊simis.
22. Octo. Aud⌊ivistis istam alleg⌊oriam et commend⌊ationem istius Regis a
sap⌊ientia, potentia, fort⌊itudine, victo⌊ria et o⌊mnibus virtutib⌊us regni eterni,
tam tempore pacis quam belli. Seq⌊uitur fere ult⌊ima particula de illa pompa,
de Reg⌊ina, quia rex, qui tantum potentiae, gloriae, opum, pallatiorum, debet
etiam, ut Reginam et generet filios et non sit solitarius. hoc aget[1] in fine:
de fecunditate et multi⌊tudine huius R⌊egis. Ideo dat ei sponsam et Reg⌊i-
nam uxorem vel potius 2, unam Iu⌊daeos et G⌊entes, et describit ista⌊m
fecundam magnificis pompis etc. Er hat wol gebauet et gerecht geſorgt

---

7 quae] quod

[1]) = *Armenhaus; vgl. Unsre Ausg. Bd. 16, 490, 19.* [2]) *Erg.* propheta.

Dr] dicitur turba mendicorum, ita ut nullum infoelicius stabulum sit quam
Ecclesia. Sic in oculis adversariorum nostrorum nulla colluvies latronum
sic mala est ac nostra Ecclesia wittebergensis, quam si funditus delere pos-
Joh. 16, 2 sent, 'putarent se officium Deo presta[Bg. 1]re'. Beatus igitur est, qui intel-
ligit. Nam qui Ecclesiam, pastorem, fratrem sic potest intueri, quod sit
baptisatus et habeat dona Euangelii et fidei, is coelum et paradisum intuetur.
Huc igitur fige oculos et disce ista cognoscere et magnifacere, alia autem
omnia prae his contemne, ut dicas: Potencia mundi, Aurum, argentum,
Pompa, Imo ipsa vita sunt merae sordes prae his donis, ut ista, quae
mundus maxima et preciosissima esse iudicat, tu pro vilissimo et contemp-
tissimo habeas.

Haec igitur est allegoria ista et commendatio regis nostri a sapientia,
potencia, foelicitate, fortuna, victoriis et omnibus virtutibus regni, et quidem
regni aeterni, tam pacis quam belli tempore. Sequitur iam fere ultima parti-
cula huius pompae, de Regina. Decet enim, ut talis rex, qui habet tantam
potenciam et gloriam, tantum palaciorum et opum, habeat etiam reginam et
generet filios, ne sit solitarius. Usque ad finem igitur aget de foecunditate
et multitudine prolis. Ideo addit ei duas reginas uxores, alteram Iudeorum,
alteram gentium Ecclesiam, et describit sobolem valde magnifice. Et sicut
hactenus regem pulchre instruxit armis, potencia et pompis, ita reginam
quoque producit, quae habeat filios et filias, quod est maximum donum et
2. Moſe 23, 26 benedictio divina. Nam sterilitas in lege maledicta fuit. Et Deus singulari

Hs] [Bl. 89ᵇ] armis. Iam etiam educenda Regina, quae pariat fil⌊ios. Benedictio fil⌊iorum est Max⌊imum, sterilitas est maledicta, quia deus creavit ho⌊minem, ut generet: 'Non est bonum, hominem'. mag⌊num et eg⌊regium 1 Mose 2, 18
donum in con⌊spectu dei, multiplicare genus hu⌊manum. Ideo creavit hominem adhibito consilio. Sic aliae bestiae. Sic dedit coniugem, ut sit benedictus in generatione. Sic hic:

'Stat a dextris tuis', 'filiae regum': 'Eitel klar golt et nobilis⌊simum v. 10
aurum ex ophir', non: 'deauratum'. Ipsa sponsa et nuptiae istius regis sunt, quia wird das fraw⌊en Zimer komen.[1] Ipse habet Regum filias, quae ad nuptias invitatae et furen des K⌊onigs farb[2], R⌊ex ornavit eas, i. e.: in pretiosis vestib⌊us et cleinodiis tuis. Hic accip⌊imus 'filias R⌊egum' etiam simpliciter, quia E⌊uangelium non tantum vocat feces pop⌊uli, ut 1. Cor. 1., 1 Kor. 1, 26
sed etiam nob⌊iles et capita mundi; q⌊uamquam verum: 'Non multos' etc., tamen non solum pauperes, sed etiam aliquot ex magnis. Non omnes P⌊rincipes. R⌊eges sunt diaboli, sed deus habet ex princip⌊ibus partem. 'Filias regum' accip⌊imus, quae conversae ex etc. forte. Sal⌊omon habuit

3 ho⌊minem *(1.) o*    8 Ipsa] Ipsi    *15* princip⌊ibus] pr/

1) *S. oben S. 538, 12.*    2) = *Wappenfarbe, Hoftracht: vgl. Unsre Ausg. Bd. 51. 217, 22.*

Dr] consilio in principio creavit hominem ad procreationem, Cum dicit: 'Non 1. Mose 2, 18
est bonum, hominem esse solum' etc. Visum igitur est in oculis maiestatis egregium donum, multiplicare genus humanum. Ideo non procreavit hominem sine adhibito consilio, sicut caeteras bestias, sed dicit scriptura, Deum secum deliberasse et addidisse coniugem, ut multiplicaretur homo et esset benedictus in generatione.

Filiae regum in honore tuo. Stat regina a dextris tuis in vestitu v. 10
deaurato, circumdata varietate.

Sic disponit versum hebraeus. Nec est 'deaurato' sed: de solido et nobilissimo auro ex ophir. Sic pingit hic sponsam, nuptias et gyneceum. Pertinet enim ad nuptias, quod dicit, filias regum invitatas adesse et omnes incedere in ornatu regis, in des Koniges farbe, hoc enim significat hebreis vocabulum 'honor'. Accipio autem 'filias regum' simpliciter ad literam, quia Euangelion non tantum vocat feces hominum, sicut 1. ad Cor. 1. est, sed 1. Kor. 1, 26
etiam nobiles et capita mundi. Et quanquam non multi potentes Euangelio credant, tamen non soli pauperes et viles homines, sed etiam aliquot principes vocantur et veniunt ad fidem. Neque divites et potentes omnes sunt diaboli, sed habet Deus partem quoque ex principibus. Accipimus igitur filias regum ad literam, reginas conversas ad hunc regem. Sumpta autem est allegoria ab aula Salomonis, qui habuit in gyneceo suo filias finitimorum 1 Kön. 11, 1 ff.
regum Ammon, Moab etc., quae etiam subverterunt tandem eius cor, bonus enim princeps nimis familiaris eis erat.

Hs] 1 Kön 11,1 ff. filias in suo Gynaeceo, quae etiam subverterunt eius cor, — multorum Regum filias, quae inced⌊ebant in vestitu, ornatu regiis ipsius Salomonis. Das ist pompa Sal⌊omonis gewest.

Aud⌊istis nos. transfertur; possemus alleg⌊oriam, quod ho⌊mines infimi, Off. 4, 4 et tamen hab⌊eant coronas, secundum Apo. etc., et quaelibet anima vocetur Allegorice 'Regis filia'. 'Cytharae' sunt praedicationes, g⌊ratiarum a⌊ctiones per totam Ec⌊clesiam. Omnis praedicator Christi est Cytharista dei celestis. Sic habent Thymiamata. quia hec duo principalia in Ecc⌊lesia, praedicare et orare. 'Corona': fides. Das sind nostra officia, quae pertinent ad deum, quibus sumus sacerdotes. Sic possem Alleg⌊orice, sed nolumus. Sed 'filias V. 13 R⌊egum' ut infra 'filia Tyrum', i. e. ad literam, quod etiam Reges sint incli- Matth. 11, 29 nati, et submiserunt suas cervices 'Iugo Euangelii'. [Bl. 90ᵃ] Et mulieres magnae et quaeque sint ferventiores viris, Ut Ro⌊mae Anast⌊asia[1] hab⌊ebat 100 corda. Joh. 20, 1 ff. q⌊uanquam infirmius, tamen, ubi fit kecker, Ut Magd⌊alena Petro. Id est: Christi reg⌊num tam amplum, ut etiam 'f⌊iliae Regum'.

Vis est in vocabulo: 'in honore tuo'. Reginae relinq⌊uent suum orna-

1 Gynaeceo] Gynaceo

[1]) *Vgl. Unsre Ausg. Bd. 45, 713, 28; Bd. 49, 43, 8; 380.*

Dr] Quodsi quis magis probat allegoriam, potest eam sequi, quod infimae conditionis homines vocet reginas, qui coronas habent in capite, Sicut in Off. 4, 4 Apo. pingitur Ecclesia, ut quaeque anima sit filia regis, Quia corona est fides in Christum Ihesum. Cytharae in manibus sunt praedicatio, qua Christus per totam Ecclesiam praedicatur, ut omnis predicator sit Citharedus Dei. Sic habent Thymiamata, id est, orationem. Haec enim duo sunt principalia in Ecclesia, Praedicatio et oratio, quae sunt nostra sacrificia et officia, quae proprie ad Deum pertinent et quibus sacerdotes efficimur. Sic possem Reginas allegorice accipere, sed nolo, simpliciter accipio sicut Matth. 11, 29 sonat, quod etiam Reges sint inclinati et submittant cervices suas 'iugo' Euangelii, ut sic loquar, quanquam proprie loquendo non sit iugum. Nam multi divites et nobiles adhaeserunt Christo, item nobiles quedam foeminae, quae sepe sunt ardenciores viris, sicut S. Anastasia, quae una videtur habuisse centum corda. Quanquam enim natura sit infirmior sexus, tamen Joh. 20, 1 ff. accensus spiritu aliquando facit mirabilia, sic Maria Magdalena fortiore animo erat quam Petrus. Senteneia igitur est: Christi regnum tam erit amplum et magnificum, ut etiam regum filiae convertendae sint ad fidem.

## In Honore tuo.

Est vis in his vocabulis, quasi dicat: Relinquent suum ornatum et honorem, Non gloriabuntur in suis principalibus vestibus, sed induentur

29 sepae *im Urdruck*

Hs] tum, non gloriabuntur in suis coro⌊nis Reg⌊iis, sed induent novum aurum, vestes et ornabuntur vestimentis celest⌊ibus et Christianis. Ideo dicit: 'In tuo vesti⌊tu'. Christi vestitus: non habet, ubi caput, nihil habet in t⌊ota terra Matth. 8, 20
nec spatium pedis nec mortuus in terra, sed tam pauper, ut in aere. Non locus pedis ad moriendum. Ideo alius ornatus. Corona fidei: caput mit eitel golt ornatum, Ut fil⌊iae Reg⌊um. Deinde in ch⌊aritate, spe, patientia et donis aliis spiritualibus, — das ſind vestimenta Christi. per fidem ornati et ipsius gemmas et ipsum met Ceteraq⌊ue dona. Das iſt 'f⌊iliae Regum'. Allegoricae Ecclesiae ſind et particulares animae. Non soleo sequi alleg⌊oriam, ubi vitare etc., abstrahit freq⌊uenter a vocabulo et simp⌊licitate fidei. Die Jungf⌊rauen ſind da et warten auff braud et ornatae, i. e. Christo, s⌊piritu s⌊ancto cum omnibus suis donis.

Iam venit sponsa, incedit inter istas puellas. sponsa, uxor, Regina maritata. In toto quasi auro. Das iſt sponsa Ecclesia, totum illud corpus, praesertim sumptum ex Synag⌊oga, quia P⌊aulus multas c⌊ivitates convertit et ceteri Ap⌊ostoli, inter quos fuerunt magni p⌊rincipes et R⌊eges. P⌊aulus Sergium et alios mag⌊nos viros et mulieres. Sed una est sponsa collecta Apg. 13, 12

7 aliis *o* Christi] Christus 13 *über* incedit *steht* ghet er fur

Dr] novo auro et vestitu, nempe coelesti ac Christiano. Per antithesin igitur est accipiendum 'tuo', quasi dicat: non suo. Quae autem sunt Christi vestes? cum 'non habeat, quo reclinet caput suum', et in tota terra ne qui- Matth. 8, 20
dem pedis spacium habeat, quod posset dicere suum esse, in quo mori posset, Sed sublimis in aere moritur. Ergo est alius ornatus quam mundi, Nempe corona fidei, qua caput Christianorum ornatum est, velut pulcherrimo auro; Deinde quoque charitate, spe, pacientia et aliis donis spiritus sancti. Hae sunt vestes Christi, in quibus incedunt etiam filiae regum, ornatae per fidem, habentes iudicium de omnibus rebus, Imo habentes quoque ipsum Deum et gemmas ipsius.

Allegorice quoque possunt accipi filiae regum pro Ecclesiis vel qualibet particulari anima. Sed ego vito allegorias, quia non est tuta interpretatio per allegorias, sed plerunque abstrahit a veritate et simplicitate fidei. Haec de puellis et gyneceo dixit, pulcherrime exornatis fide, Christo, spiritu sancto et omnibus eius donis. Iam sponsam quoque producit.

Stat regina a dextris tuis in vestitu aureo etc.

Reginam vocat sponsam, uxorem, illa stat in toto quasi auro. Haec sponsa est Ecclesia et totum corpus, presertim quod sumptum est ex Synagoga, Quia Paulus et reliqui Apostoli multas civitates et gentes converterunt, inter quas etiam principes et reges fuerunt. Sic Sergius conversus est. Sed Apg. 13, 12
una est sponsa, collecta ex omnibus istis membris Regum, Principum, in-

Hs] ex omnibus istis membris Iuvenum, virorum. Da wird draus 1 sponsa, scilicet Ecclesia. Nihil vulgatius quam Christum sponsum et Ec⌊clesiam
Eph. 5, 31 f. sponsam, ut P⌊aulus Eph. 5.; per verbum, [Bl. 90ᵇ] per bap⌊tismum et verbum E⌊uangelii, vitae ornat, induit eam g⌊ratia, r⌊emissione p⌊eccatorum, misericordia. Das heiſt: 'a dextris tuis'. Das iſt her⌊lich commendatio. Et gehort, ut sponsa sit prox⌊ima ad sponsum. Max⌊imum, quod Ec⌊clesia hab⌊et omnia, quae Christus; unum corpus ex utroq⌊ue, quae Christi, sint ecclesiae. Econtra. Hec nemo potest exprimere. Est fig⌊ura in corpora⌊li matr⌊imonio: unus amor, fides etc. Ibi tantum spectacula, figurae, ludi istarum nuptiarum. Ibi Christus alius spon⌊sus, et tamen omnia, quae Christus, sunt Ecclesiae. Hec nostra super⌊bia, quod gloriamur non in nostris, iustitia, sed in sua iustitia, sap⌊ientia et q⌊uidquid in eo, quia, quando coniunguntur masculus et femina, fit 1 corpus, communia bona, lib⌊eri. Eque domina supra domum etc. et nihil differt, nisi quod dominus est uxoris maritus; loquitur de sua veste etc. Sic Ecclesia dicit: hoc meum,

2 sponsum] sponsam 6 sponsum] sponsa 15 *über* de *steht* tanquam

Dr] firmorum, pauperum, virginum, coniugum, et ex his omnibus fit una sponsa, Ecclesia. Sunt autem vulgata illa, quod Christus sit sponsus et Ecclesia
Eph. 5, 31 f. sponsa, Sicut Ephe. 5. et aliis locis. Per baptismum enim et verbum Euangelii vocat eam, ac ornat et induit eam misericordia, gracia, remissione peccatorum. Hoc est quod dicit: 'a dextris stat'. Est magnifica commendatio, et etiam sic decet, ut nemo sponso propior sit quam ipsa sponsa. Est igitur hoc summum, quod Ecclesia habet omnia, quae sunt Christi, et est factum unum corpus ex utroque, ut, quae sunt Ecclesiae, sint Christi, et econtra, quae Christi sunt, sint Ecclesiae. Sunt autem haec maiora, quam ut humana oratione possint explicari aut etiam a corde nostro comprehendi. Sunt tamen adumbrata tenuiter in matrimonio, ubi summus sponsi erga sponsam amor est, una fides, unum corpus et unus animus. Inter Christum autem et Ecclesiam res vera est, cum in matrimonio corporali tantum sunt spectacula et figurae istarum spiritualium nupciarum, ubi Christus sponsus est et omnia, quae habet, donat Ecclesiae. Haec igitur est Ecclesiae superbia, quod gloriamur non in nostra sapiencia et insticia, sed in insticia et sapiencia sponsi nostri Christi et in omnibus, quae ipse habet. Quia in corporali matrimonio, quando coniunguntur masculus et foemina, fit unum corpus, communia bona, liberi communes et omnia, uxor aeque est domina super res mariti ac ipse maritus et nihil differt a marito, nisi quod maritus est dominus uxoris; sed respectu aliorum, qui non sunt mariti, est uxor domina omnium, sicut maritus. Sic Ecclesia agnoscit Christum dominum et respectu aliorum hominum dicit de omnibus donis sponsi sui: haec mea sunt. Quodsi obstrepit peccatum, apprehendit Christi

Hs] gloriatur in Christo. Si volet obstrepere diab⌊olus cum p⌊eccato, appreh⌊endit sui sponsi iustitiam: Si in me invenis p⌊eccatum, Ego in Christo. Si vexat eam tristitia, peri⌊culum: In sponso meo est Pax, gratia, vita, et mea est salus, letitia, g⌊audium meum. Contra diab⌊olum terrentem: quia Christus est meus. Est simpliciter domina et Reg⌊ina potentis⌊sima supra mortem, p⌊eccatum, terrores et omnia, quae diab⌊oli, et possidet plenis⌊simo iure in Christo regina vitam, salutem. Ideo max⌊ima consol⌊atione plenum, Christus sponsus Ecc⌊lesiae etc., nisi voluerint assid⌊ue. Et deinde Episcopos vocaverunt Ec⌊clesiae sponsos; Ioh⌊annes dixit se 'amicum sponsi', Joh. 3, 29 non sponsum. Omnes sunt amici vel ministri sponsi. Est unus sponsus, qui dat huic sponsae omnia. Diab⌊olus obscuravit sic ista nobis verba et usus quot⌊idianus. Sed si bene acueremus et urg⌊eremus cogitando, dicendo, credendo, non est maior g⌊loria. Reges, p⌊rincipes, non potestis magnificentius explicare, quam: [Bl. 91ᵃ] Ec⌊clesia est sponsa Christi, quia ex hac pictura sequitur: Si est Ec⌊clesia sponsa, tum habet omnia, quae Christus, qui

*3 über* Pax *steht* Ioh. 16 *[V. 33]*

Dr] sui sponsi iusticiam et dicit: habeo iusticiam sponsi, illa mea est, Tu igitur tace. Similiter cum oggannit diabolus et vult terrere, hic vertit vultum ad sponsum et dicit diabolo: Si tu in me invenis peccatum, in Christo, qui meus est, nulla peccata invenis, Mitte igitur me. Sic cum tristicia vexat, dicit: In sponso meo est vita, gracia, pax, gaudium, salus. Haec mea sunt, quia Christus est meus. Cur igitur me terres? Sic est simpliciter domina et regina potentissima supra mortem, peccatum, terrores et omnia, quae sunt diaboli, et possidet plenissimo iure in Christo vitam, iusticiam, graciam et salutem tanquam regina.

Sed quia haec vulgata sunt, Christum esse sponsum Ecclesiae, Ideo etiam contemnuntur et accidit, ut Episcopi, Pontifices, Sacerdotes se sponsos Ecclesiae appellarunt, Quod tamen ne quidem S. Iohannes baptista de se dicere ausus est, sed solum 'amicum sponsi' se appellat. Ergo Papa et Joh. 3, 29 Episcopi, etiamsi pii sint, tamen non sunt sponsi, sed tantum amici et ministri sponsi. Nam unus est sponsus, Ihesus Christus, qui huic sponsae dat omnia. Diabolus igitur illas appellationes Papae et Episcoporum invexit, ut obscuraret nobis haec dulcissima verba. Quae quia sunt in omnium ore et assiduo usu, ideo negliguntur. Sed si bene acuerentur et urgerentur cogitando, dicendo et credendo, tunc afferrent summam consolationem, Quia remissio peccatorum et totus thesaurus divinae misericordiae non potuit magnificentius pingi et ostendi, quam quod Ecclesia dicitur sponsa Christi, Quia ex hac pictura sequitur, quod sponsa habet omnia, quae sunt Christi. Quid autem

*17* tertere *im Urdruck* *25* sponsos *im Urdruck*

Hs] habet iusticiam, sap⌊ientiam, potentiam, ver⌊itatem, vitam, leticiam, omnia eterna. Tum ec⌊clesia est domina, R⌊egina misericordiae, vitae, salutis, omnium. Sicut cantatum de M⌊aria, dominatur diab⌊olo, peccatis, terrorib⌊us et omnib⌊us malis, quae sunt in demo⌈nibus et hominibus, non suis meritis, virt⌊utibus, sed Christi sponsi, qui omnia an yhr hals, conculcavit pro ea mortem, largitus ei vitam, — omnia peri⌈cula, sang⌊uinem effudit. Ad hereticos dicit Ec⌊clesia: mea est sap⌊ientia; ad g⌊entes: mea iustitia; ad Iud⌊aeos: meus cultus, religio; ad mortem: mea vita, non per seipsam, sed Christum. Das iſt pulcher⌈rima commutatio, quod misera ec⌈clesia ſol ſo gros ſein coram deo. Si spec⌈tes faciem Ecclesiae exter⌈nam, non est Sch⌊wermerus, qui non doctior Ec⌈clesia, non R⌈ex, nobilis, non peccatum ſo gering, kan ec⌊clesiam perturb⌊are, mors terret etc. Ideo nullus visus ap⌊paret in facie ec⌊clesiae quam ea, quae dicuntur: vocatur sponsa diab⌊oli, deserta a Christo. Ideo oportet assuescere et parare habitum sursum levandi cor, ut non iudicemus secundum sensum, sed fio diaboli, quia sentio in con⌈scientia adhuc

12 visus *fehlt*  14/15 *hinter* iudicemus *nochmals* non

Dr] habet Christus? nempe aeternam insticiam, sapienciam, potenciam, veritatem, vitam, laeticiam, graciam, Ecclesia igitur est domina et regina misericordiae, vitae, salutis et omnium. Quae igitur de Beata Maria virgine in templis cecinerint, ea de Ecclesia rectius canerentur et eam debebant, quod Ecclesia dominatur morti, peccato, inferno, diabolo, omnibus terroribus et malis, quae sunt in daemonibus et hominibus, non suis virtutibus aut meritis, sed sponsi Christi, qui omnia haec pulcherrima ornamenta colla eius circumdedit, qui conculcavit pro ea mortem, largitus est ei vitam ac sanguine suo redemit eam ab omnibus periculis. A sponso igitur omnia illa habet, Et dicit iure ad haereticos: mea est sapiencia, ad Gentes: mea est insticia, ad Iudaeos: meus est cultus et religio, ad mortem: mea est vita, ad peccatum: mea est remissio peccatorum, ad legem: mea est libertas, ad terrores: Mea est pax et laeticia, Non per me ipsam aut meis viribus, Sed per Iesum Christum, sponsum meum. Haec est illa pulcherrima commutacio, ut illa misera Ecclesia in oculis hominum, tam sit ornata in oculis Dei.

Nam si speciem spectes, nullus est haereticus, qui non eam vincat sapiencia, nullus tam infirmus diabolus, qui eam non superet viribus, nullum tam exiguum peccatum, quod non eam turbet et ad tristiciam compellat. Sic terretur morte et aliis malis, ut videatur secundum speciem diaboli esse sponsa, quae nihil commune cum Christo habeat, sed ab eo sit deserta. Est igitur assuescendum, ut paremus nobis habitum et levemus corda sursum nec iudicemus secundum id, quod sentimus. Hoc enim si facimus, perimus, Quia sentimus in nobis adhuc multum peccatorum ac terrorum in carne et sagittarum diaboli. Ego saepe irascor, saepe sum negligens in docendo et

Hs] multum peccatorum, terrorum, sagit⌊tarum diaboli, terreor a morte. Ideo non iudicandum de nobisipsis secundum nostrum iud⌊icium. Non sic: quicunque habet p⌊eccatum, est odibilis deo; ego, ergo etc. Sed superandum p⌊eccatum et sensum peccati: Sive sit hic sensus p⌊eccati, mortis, nihil curo; altius ascendendum, ad meum sponsum per fidem in verbo eius. Et dicendum: mihi prohibitum iudicare secundum meum sensum, de ec⌊clesia secundum faciem, sed praeceptum, ut iudicem secundum verbum promis⌊sionis, Euangelium; [Bl. 91ᵇ] hoc proponit Christum, 'in quo non peccatum, 1. Petri 2, 22 non dolus'. Is 'vicit mundum', p⌊eccatum, Ioh. 16., 'peccatum vobis' etc. Joh. 16, 33 Röm. 6, 14 is factus sponsus et communicavit sponsae omnia. et symb⌊olum certum hab⌊eo, E⌊uangelium, baptis⌊mum. Ista est max⌊ima scientia, ideo lib⌊enter velim ista verba inculca⌊re; non statim intel⌊ligitur: Christus est sponsus. Si recte intel⌊ligeremus, nunquam sentiremus sensum peccati etc. Sed quia non percipimus, facit, ut vexet con⌊scientia, perturb⌊ent peric⌊ula, perter⌊refaciat cogitatio mortis et affl⌊ictiones. Est defectus in apprehensione, non in Christo. Facio ut is, qui in aquis plus solicitus de reliquis memb⌊ris

7 ut *o*  9 mundum *c aus* mundus  Ioh. *mit Strich zu* mundum *gezogen*

Dr] orando, haec cum video, perturbor, verum non est iudicandum secundum iudicium nostrum de nobis ipsis. Ratio enim sic concludit, quod quicunque habet peccatum, est odibilis Deo. Ego habeo peccatum, ergo ego sum odibilis Deo, ac timeo Deum iratum. Tu dicas: Non sic, — sed aperi oculos et supera peccatum et sensum peccati, et dic: Sive sit in me peccatum sive non, nihil curo, sive adsit sensus mortis, sive non adsit. Alcius est ascendendum, nempe ad sponsum meum, per fidem in verbum eius, et dicendum: Si adest peccatum, nihil moror, est enim mihi prohibitum, ut vel de me secundum sensum meum vel de Ecclesia secundum speciem externam iudicem, Sed est praeceptum, ut iudicem secundum verbum promissionis. Euangelium autem aliud dicit et monet quam sensus meus, Nempe quod sit unus, 'in quo non est peccatum, nec dolus 1. Petri 2, 22 in lingua eius', qui vicit in se mortem, mundum et peccatum, qui dicit: 'confide, ego vici mundum'. 'Peccatum vobis ultra non dominabitur', et si Joh. 16, 33 Röm. 6, 14 qua sunt similia in sacris literis. Hunc unum scio, et hoc etiam scio, quod est sponsus factus et communicavit sponsae suae Ecclesiae omnia, quae habet. Eius Ecclesiae ego sum pars. Habeo enim certa Symbola et signa, nempe Baptismum, Euangelion, Eucharistiam, quae testantur me esse membrum Christi etc. Haec est magna consolatio et cognitio, quae non tam cito intelligitur quam vellem. Nam si eam plene complecti possemus, nunquam sensum aliquem vel mortis vel peccati sentiremus. Defectus autem, quod non plene haec intelligimus, facit, ut nos vexet conscientia, perturbent pericula, perterrefaciat cogitatio mortis et afflictiones. Hic defectus est in

Hs] quam capite, quod iam emersit. Sic nos appreh⌊endimus Christum tenuiter per parvam fidem. et tamen, quantulaecunque, conculcat diab⌊olum et omnia. Mag⌊na et inest⌊imabilia et ineffabilia verba: Christus est sponsus. — celest⌊ia et infinita verba, quae nunquam auſlernet. qui igitur iactat, se scire, quod Christus sponsus, — den rauch ſiheſt wol, sed nescis, ubi ignis ardeat.[1] Inculco vobis ista verba s⌊piritus s⌊ancti. quae loquitur in nostram conso⌊lationem, ut discamus, amplif⌊icare, dilatare; nemo est, qui nimis fortiter Christum ap⌊prehendat etc. Non credes nimium. Diab⌊olus, c⌊aro et sang⌊uis, ratio fa⌊ciunt, ut infirment appre⌊hensionem. Tantum appreh⌊endo, eo habeo vitam et sal⌊utem. Ergo fa⌊cies ec⌊clesiae est facies peccatricis vexatae, dereli⌊ctae, morientis, contristatae et q⌊uidquid diaboli est. Cum reliqua sua parte Ec⌊clesia fluctuat in his malis, sed cum corde regnat, Ut
Eph. 2, 5 P⌊aulus: 'convivificavit nos', Eph. 2. Per quid? fidem. In vocabulo sponsae ergo comprehenditur infinita misericordia, qua facti socii et particip⌊es

13 In *c aus* den

[1]) *Sprichw., vgl. Unsre Ausg. Bd. 17, 96, 1.*

Dr] apprachensione nostra, non est in Christo. Sicut autem, qui in medio flumine mersus forte apprehendit ramum arboris, quo se quamvis aegre sustentat, ne pereat, Ita nos quoque in mediis peccatis, morte, turbationibus apprehendimus Christum infirma fide, ea tamen fides, quantulaecunque sit, tamen servat nos et dominatur morti ac conculcat diabolum et omnia.

Sunt ergo magna verba et inestimabilia, quando audis Iesum Christum esse sponsum et Ecclesiam esse sponsam. Imo sunt coelestia et infinita verba, quae nullius hominis corde capiuntur nec unquam perdisci possunt. Qui igitur gloriantur se haec nosse, illis dic, quod tantum sonum quendam huius doctrinae audiverint et quasi procul fumum viderint, rem autem plane ignorent. Dico autem haec ideo, ut vos excitem ad illa verba spiritus sancti ponderanda, quae in nostram consolationem loquitur, ut discamus ea magnifice dilatare. Nemo enim est, qui in hac parte nimis audere possit et Christum nimis fortiter amplecti, Nihil hic est nimium. Apprehende, quantum potes, et tamen videbis te deficere nec posse tantum fidere in hunc sponsum, quantum ipse exigit et nobis opus erat. Adsunt enim Satan, peccatum, Caro, Sanguis, ratio nostra, ea repugnant huic apprehensioni, et tamen si apprehendis, sive parum sive multum, habes sponsum et per eum vitam et salutem.

Facies igitur Ecclesiae est facies peccatricis vexatae, desertae, morientis et contristatae. Quidquid enim totus Satan est et habet, hoc Ecclesia patitur. Sic igitur haec distinguenda sunt. Quod Ecclesia cum reliqua parte, quae adhuc superest, hoc est, cum carne, fluctuat in his malis, sed corde regnat
Eph. 2, 5 f. et triumphat in Christo, ut Paulus dicit Ephe. 2.: 'Consedere nos fecit in

Hs] gratiae, ut sponsa domina fit omnium rerum sponsi. Wie ſich domina ſtelt in domo gegen familiam, vicinos, Sic Christiani erga Christum, quod omnis constitutus heres mundi, prin⌊ceps [Bl. 92$^{a}$] super p⌊eccatum, mortem, non per opera, sed Christum sponsum. Discamus, ut g⌊loriam nostram exalt⌊emus et ampl⌊ificemus nostra dona, et sic, quod t⌊otus mundus vilesceret in oc⌊ulis nostris cum sole Et diab⌊olum rideremus cum bellis. Multa mala amara, mors etc. Sed nihil ad Christum, ista omnia ad eum ut gutta maris ad mare et incendium ext⌊remi diei, ut magnificetur Christus in ore et corde nostro, Ut discamus, infi⌊nitum et inenar⌊rabile bonum. Et tamen assuescendum, ut magnificemus. Non est superb⌊ia, quod iacto, quod dominus super diab⌊olum et dominus super omnia p⌊eccata, et dico p⌊eccato: sede in pul⌊vere et las mich vnuerworren, quia Christus, cui incorporatus, collocatus cum eo in cel⌊estibus; iam reg⌊no. Ideo debeo usurp⌊are et exer⌊cere hoc regnum. Ibi non est superbia. Exerce hec, videbis, wie ſauer dirs werden. Ideo gestamus omnes aureas coronas in cap⌊ite super ista mala.

8 diei] idei    13 debeo] dз

Dr] coelestibus cum Christo etc., conresuscitavit, convivificavit'. per quid? per fidem. In vocabulo igitur Sponsi comprehenditur infinita misericordia et inestimabilis gracia, qua sumus participes omnium rerum sponsi. Sicut igitur materfamilias in domo se gerit erga illos, qui non sunt mariti, sic Christianus gerere se debet erga omne, quod non est Christus, Quia scit se esse dominum super peccatum, mortem et omnia mala diaboli, non per cucullum aut alia opera, ac ne quidem per legem Dei, Sed per suum sponsum Christum, in quo fide haeret. Haec discenda sunt, ut gloriam nostram exaltemus et sciamus dona nostra amplificare et dilatare, ut sol et luna prae nostris donis vilescant et Satan cum omnibus caedibus et terroribus rideatur. Amara quidem est mors, amarae aliae calamitates et afflictiones, Sed nihil ad Christum, in cuius comparatione sunt sicut una gutta aquae ad mare vel potius ad incendium extremi diei comparata, ut sic magnificetur Christus in cordibus nostris et ore nostro, ut discamus apprehendere infinitum et inenarrabile nostrum donum, quod quanquam nullius oratione digne potest dici, tamen assuescendum est, ut de eo multum loquamur idque quantum possimus amplificemus. Neque enim est superbia dicere ad peccatum: fuge hinc, ad diabolum: sine me. Sum enim dominus tuus, Quia Christus est dominus, cum hoc sum consuscitatus et collocatus cum eo in coelestibus. Regno igitur et debeo exercere regnum, ut assuescam. Haec dicere, inquam, non est superbia, sed vendica tibi omnia, quae sunt Christi, et assuefac te ad ius tuum possidendum, et videbis, quam sit difficile. Sumus enim re vera reges super ista mala et domini omnium bonorum, quae sunt in Christo, ac gestamus omnes aureas coronas, sed fide, quae

Hs] Es wird an die hoffart wol gehen. Est ein⌊er in Christo, Ergo ad T⌊euffel et
prin⌊cipes, sap⌊ientiam mundi: es magnus dominus etc., diab⌊ole; Sed mihi
collatus nihil es, quia sum baptisatus, credens in Christum. et sic super-
Röm. 5,3 bimus et 'gloria⌊mur etiam in trib⌊ulatione': Was iſts denn? Wenn der
T⌊euffel t⌊ol et torich iſt [1], was fragen wir darnach? nihil curamus. wer nicht
lachen wil, der mag zurnen. Non est de Christo, ut qui perturb⌊et; spe-
cialis [2] Christus; ipsa mera vita apud cred⌊entes. Ideo quanta donata ex
eo. Discamus, ut arrogemus cum S⌊umma superbia istum triumphum et
d⌊icamus ad diab⌊olum et p⌊eccatum verbum: bene vale. Sunt duo mundi.
Joh. 8,44 Zurnet! Sic nos ſollen T⌊euffel Zurnen et ſagen: ghe ad 'patrem'! [Bl. 92b]
Ec⌊clesia, si eam spectes, est adhuc peccatrix, sed sponsus nimpt ſich yhrer
gutes an [3] et econtra.

'Stat regina in auro ophir': es iſt doch lauter golt, was an der K⌊onigin
iſt, quia Ec⌊clesia hat mher quam quilibet Christianus, quia in ec⌊clesia sunt
omnia i. e. merus Christus, eitel sapientia fidei; vita, gloria Christi, sap⌊ientia

*1* ad *fehlt* *8* istum] ista *13* lauter] lautes

1) = *wütend vor Zorn.* 2) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 26.* 3) *Wohl = schützt ihren Besitz.*

Dr] fides cum specie diversa luctatur. Nihil igitur est hac superbia spirituali
difficilius, quae est in Christo, atque utinam hanc superbiam perfecte discere
et exercere possimus, ut dicamus ad Satanam: Quid mihi facere potes cum
omnibus peccatis, cum morte et omnibus malis? Apud sapientes mundi es
aliquid, apud Turcam, papam, principes es magnus dominus, Sed mihi col-
latus es unum nihil, Mihi, inquam, non in quantum sum persona, sed in
quantum sum baptisatus et credo in Christum. Et sic superbimus et
Röm. 5,3 'gloriamur etiam in tribulatione', sicut Paulus dicit, et irridemus Satanam et
mundum ac dicimus: Quid ad me, etiamsi Diabolus et Turca furiant? Quid
ad me, etiamsi peccatum mordeat? Scio enim, quod Dominus meus Iesus
Christus non contristat, sed diabolus contristat sub specie Christi. Christus
autem nihil est nisi vita, gaudium, gratia et pax etc.

Ergo in hoc omnes incumbamus praecipue, ut Christum bene discamus cognoscere, ut arrogemus nobis cum omni superbia illum triumphum et maiestatem illam, quam habemus in Christo, et dicamus diabolo vale, quantumvis indignetur et furiat. Est enim in gloria dei [Bg. K] superbiendum, non in stercoribus operum et meritorum nostrorum, Sed quod sponsus est omnipotens in Ecclesia, quae, quanquam onerata est variis malis, tamen habet sponsum, qui in se recipit eius mala et communicat ei potenciam et gloriam suam; atque hoc est, quod dicit: 'Stat regina in auro Ophir'. Debet enim egregie ornata esse prae caeteris, quod tota Ecclesia plus habet donorum, quam singuli Christiani. Omnia enim bona in ea sunt, hoc est, est in ea merus Christus, mera sapiencia fidei, vita et gloria. His est

Hs] ornata von oben an bis vnden, nihil macularum, paupertatis. Coram deo sic ornata, ut nicht an yhr ſehe flecklin, rincklin[1], sed eitel k⌊oniglichen ſchmuck, quia deus nihil videt quam suum filium, et Ec⌊clesia est induta gloria, sap⌊ientia, virt⌊ute Christi. Si p⌊eccatum ades⌊t, das mag diab⌊olus ſehen et ego sentire, sed deus non, quia tota formosa sine macula et ruga, quia in Christo non macula, nihil ſterblich, nihil bos, et per eum ec⌊clesia est vestita. Habemus konig, ſitzt ym reg⌊no et habet speciosam. Nunc ghen die exhortationes an.

'Audi': Alloquitur s⌊piritus s⌊anctus in communi ipsam Ec⌊clesiam et Synag⌊ogam, et wird nu ſchwer werden, ut omnibus relictis audire h⌊unc Regem et soli intendere. Et iste pop⌊ulus hab⌊ebat mirabiliter vex⌊ationes a diab⌊olo per circuitum hostium, et omnium g⌊entium religiones vexarunt eos. Iam cum Aegy⌊ptiis, Ammo⌊nitis etc. et zogen yhre G⌊ötter zu ſich[2], liſſn vom temp⌊el. Sic postea nobiscum. Iudei, postquam E⌊uangelium Christi praedicatum et ſol totus pop⌊ulus Iud⌊aeorum et Gentil⌊ium adherere, V. 11

3 deus (de⌊us) 12 hostium] hostes 14 liſſn] leſſn

1) = *Fältchen (in der Haut), zu Runke (DWtb. = Falte), statt rünklin.*

2) = *eigneten sich deren Götter an; vgl. Unsre Ausg. Bd. 37, 641, 21.*

Dr] ornata ab imo pedis usque ad verticem, ut nihil malorum in ea conspiciatur et nulla macula deformitatis appareat, Sed coram Deo et extra conspectum hominum. Deus enim nullam rugam in ea conspicit, quia nihil in ea videt nisi suum filium, quo Ecclesia induta est, ex quo habet salutem, vitam et gloriam, quae in Christo est. Quodsi peccatum adest, id diabolus cernit et singuli in conscientia sentimus, sed Deus non videt. Nam propter filium Christum, quo est induta, tota est formosa, sine macula et rugis, quia Christus totus formosus et sine macula est. Quare Ecclesia quoque per ipsum et in ipso vestita talis est. Sic igitur et regem in sua pompa et reginam descripsit, quod Christus habet Ecclesiam, quam Apostoli ei parant, quae est in primo flore. Iam addit etiam exhortationes.

**Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui.** V. 11

Alloquitur spiritus sanctus in communi Ecclesiam et Synagogam, quasi dicat: Difficile erit, quod praescribo, siquidem hoc solum et praecipuum vobis praestandum est, ut tantum hunc regem audiatis, omnibus aliis regibus et magistris sepositis, et huic uni intendatis. Porro, quia populus Iudeorum mirabiliter a diabolo vexatus est et undique cinctus fuit hostibus, qui diversam religionem sequebantur, Ideo eorum exemplo ipsi quoque ad idolatriam flectebantur et iam cum Aegyptiis, iam cum Assyriis, iam cum Moab, iam cum Ammon etc. se coniungebant nec retineri in vera religione et cultu templi sui poterant. Cum igitur Christus iam natus esset et doceret, hoc

Hs] da iſt das ſchwerſt arg⌊umentum, quod Iud⌊aei et nos hodie. Arg⌊umentum Iud⌊aeorum: Patres, pop⌊ulus dei, M⌊oses, prophetae. Das hat ſie geſtoſſen zuruck. Sic apud nos: Ec⌊clesia tot seculis erraverit, quae sancta? Credo Matth. 16, 18 2. Moſe 20, 2 Ec⌊clesiam usque ad finem mundi, Matth. 16. [Bl. 93a] 'Ego deus tuus'; contra 1. praecep⌊tum, contra Christum et ecclesiam! Et ſtoſt[1] vns wol ſelber: Num omnia vnrecht, num nullum opus, quo deus placaretur? bene Aug⌊ustinus et patres doc⌊uerunt. Das iſt max⌊imus mons et aqua profundis⌊sima, et nisi P⌊aulus ap⌊ostolus solvisset, wer vns muhe et erb⌊eit geweſt cum Iud⌊aeis, g⌊entibus et nobiscum. Dar an wird ſichs ſtoſſen.[2] Vos gloriamini de patribus, sanguine. Da wird ſichs ſcheiden: promissio, sang⌊uis iſt etwas, sed sic intelligendae, quia redactae in cap⌊italem promis⌊sionem Christi. scitis, quod adhuc vobis expectandus Christus. 'Scep⌊trum'

2 ſie *c aus* ſich    4 16 *c aus* 26

1) = *stört, beunruhigt.*    2) = *das wird Anlaß zur Spaltung, s. Z. 10 und Unsre Ausg. Bd. 50, 585, 31.*

Dr] eis faciendum fuit, ut omnes eius verbo, tanquam sponso suo uxor, adhererent. Sed quid fit? non solum non audiunt eum, sed etiam persequuntur et occidunt. Ergo Propheta hic summum et difficillimum argumentum, quod ab initio in mundo fuit et adhuc hodie est, attingit, nempe, quod contra doctrinam Christi et Apostolorum ingeminabant: Patres, Patres, templum, templum, Moses, Moses, Prophetae, Prophetae. Hoc scandalum superare non potuerunt, cum tamen essent manifestae Prophetiae, fore ut lex et regnum aliquando cessarent, sed impegerunt et corruerunt, sicut hodie apud papistas insuperabile argumentum est, quod opponunt: Anne putas Ecclesiam tot annis errasse, quae est sancta et Catholica et habet promissionem, quod sit duratura usque in finem mundi? Quia autem contra hanc Ecclesiam, quam ipsi iactant, nobis docendum est, ideo offenduntur. Iudei opponebant Euangelio Mosen, promittentem sub conditione, quam non animadvertebant, Pſ. 132, 12 regnum, Sicut in Psalmo quoque est: 'Si custodierint filii tui testamentum meum' etc., Psal. 132., et pronunciabant Euangelion esse doctrinam contra primum praeceptum. Sic nostram doctrinam accusant Papistae, quod sit contra ipsum Christum et Ecclesiam. Idem igitur argumentum est, quo et Iudaei tum et nostri adversarii hodie offenduntur et nos etiam aliquando offendimur, quando conscientia nobiscum disputat: Putasne omnia illorum esse damnata ac te solum plus videre et sapere censes quam tot summos viros, qui in Ecclesia fuere? Hoc argumentum est quasi ingens mons et immensum mare, quod nobis superandum et traiiciendum est. Et certe nisi Paulus in Epistola ad Roma. tam graviter id solvisset, plurimum negocii nobis cum Iudaeis, gentibus et nobis ipsis quoque fuisset. Et Propheta hoc loco videt plurimum periculi et offensionis in ea re fore, quod essent gloriaturi Iudei de sanguine, patribus et promissionibus. Promissio enim san-

Hs] et sacerdotium hab⌊ebitis et Deus erit vobis, Sed ſthet dabey: 'donec veniat' 1. Moſe 49, 10
Sylo; wuſten wol, quod reg⌊num, sacer⌊dotium ſol ſich keren ad Mess⌊iam: quando is veniret, ſollen ſie horen yhn. Sed laſſen das ſthen[1] et dicunt: ineternum sumus pop⌊ulus dei. Si etiam veniat Mes⌊sias, non poterit melius docere. Das iſt promis⌊sionem principale⌊m depravare, quae absorbet omnes alias. Sic nos: Verum est, habemus promis⌊sionem Ecclesiae, quod Christus manebit apud Ec⌊clesiam. Erhelt fide⌊m, bap⌊tismum, scrip⌊turam, est unum de max⌊imis mira⌊culis, conservasse bib⌊liam et quod quidam fuerint, qui legerint. Sed sic: Etiamsi non studemus in Bib⌊lia, tamen hab⌊emus autoritatem clavium et qui aud⌊it his praeceptis, est Christianus et Ecclesia non potest errare. Ideo manent ut Iud⌊aei et hab⌊ent eandem fidem carnalem de Ecclesia ut ipsi de populo. Putant se Ec⌊clesiam, sac⌊erdotium dei, quod seq⌊uuntur trad⌊itiones hu⌊manas et vertunt spiritualissimam promis-

zu 1/2 Deute. 12.[2] r

[1]) = *kümmern sich nicht darum: s. Unsre Ausg. Bd. 47, 346, 7.* [2]) *Hier stehen die Vorschriften für die Kultstätte Silo.*

Dr] guinis est vera, eam non revocat Propheta hic neque negat primum praeceptum, Sed dicit, sic esse intelligendam promissionem, ut reducatur in Christum tanquam in caput, quem expectare et excipere debeant, quasi
dicat: Habebitis sceptrum, habebitis sacerdocium, sicut est Gen. 49.: 'Deus 1. Moſe 49, 10
erit vobiscum', sed additum est: 'donec veniat Silo'. Hoc ergo sciebant Iudei, expectandum esse Messiam et ei hunc honorem habendum, ut audirent eum, sed quid faciunt? Particulam 'donec' praetereunt et urgent promissiones simpliciter ac concludunt: Nos in aeternum sumus populus Dei. Quodsi venerit Messias, tamen non poterit aliquid melius docere, quam quod Moses docuit. Manebimus igitur populus Dei, sicut hactenus fuimus, nisi quod regem potentiorem tum habebimus, qui liberabit nos a Romanis. Hoc autem est depravare et absorbere promissionem de Christo, quae in se omnes alias promissiones continet.

Sic nos habemus promissionem Ecclesiae, quod Christus manebit apud Ecclesiam Habemus Baptismum, Eucharistiam, Euangelion, scripturam sanctam, pastores, dona spiritus sancti. Haec omnia manent in Ecclesia singulari beneficio Dei. Nisi enim Deus custodivisset Bibliam et dedisset aliquos, qui eam legerent, iam olim a Satana esset abolita et extincta. Quod autem Episcopi hoc addunt et dicunt: etiamsi Biblia non legamus, etiamsi nihil eorum faciamus, quae requirit officium nostrum, tamen, quia habemus autoritatem clavium, non errabimus, Quia Ecclesia non errat nec potest errare, Hoc tollerari non potest, nec ipsi possunt ferre, ut impugnetur. Habent igitur eandem fiduciam de carnali Ecclesia, quam Iudei habebant de populo Dei et vertunt promissionem spiritualissimam in promissionem carnalissimam. Qui voverit Deo religionem (dicunt), qui coelebs vixerit etc., est beatus.

Hs] ⌊sionem Christi in carnalem: qui servarit, pax etc. Das ſind carnalia, quia ducunt a Christo in nosipsos. Ideo omnis sanctitas Pa⌊patus est carnalis, [Bl. 93ᵇ] sed debemus sedere in regno vitae supra mortem, p⌊eccatum. Das iſt spiritualis promis⌊sio; non legere cum monachis et hereticis. Das heiſt nicht sedere supra mortem, sed in reg⌊no diaboli et abo⌊minationis. Sicut herent Iud⌊aei, sic ipsi in promis⌊sione car⌊nali et exting⌊uunt promis⌊sionem spi⌊ritualem. Ideo tubas, glocken accip⌊ias et expergef⌊acias: 'Audi' etc., noli iudica⌊re de c⌊arnali iustitia, s⌊apientia, q⌊uasi d⌊icat: niſi aud⌊ieris, si vis sapere et iudicare, quid sit Ec⌊clesia, tum actum. Ideo dicit: Audi, vide, Inclina. Es wird ein ſtarck arg⌊umentum das.

28. Octob. 'Audi, filia': Sicut cernimus post descriptum R⌊egem in persona et cum omni sua administr⌊atione ex⌊terna et interna, post addit exhort⌊ationem ad Sy⌊nagogam et pop⌊ulum, qui habebat de hoc R⌊egno prophetias.

*zu 9 oben am Rand der Seite steht:* E⌊uangelium coronavit reges, hat yhn die Chron auffgeſetzt, die *[mit Strich zu einem ganz oben stehenden* vomicam aute *gezogen]* yhn ſchon vom kopff gefallen war; nu wollen ſie yhm die augen mit aufſtechen[1], das wird er[2] nicht leiden

[1]) *Wohl bildlich = ihn (Gott) blenden, täuschen; vgl. etwa Unsre Ausg. Bd. 34$^1$, 582, 7; oder wahrscheinlicher = es (das Evangelium) beiseite schieben. Vgl. Bd. 7, 403, 33.*
[2]) *Nämlich Gott.*

Dr] Haec autem sunt mere carnalia et abducunt a Christo in nos ipsos, qui sumus carnales. Omnis igitur sanctitas papatus est mere carnalis. Sed Ecclesia debet vivere in promissione spirituali et debet sedere domina vitae super mortem, peccatum et Satanam, per Christum et remissionem peccatorum. Haec est spiritualis promissio. Non debet sedere cum Mose et monachis, id enim non est sedere in imperio super diabolum et peccatum, Sed in regno diaboli et abominationis. Sicut igitur Iudei haerebant in carnali promissione et spiritualem extinguebant, sic hodie papistae faciunt. Ergo hoc summum argumentum est, quod Propheta hic tangit, et opus est omnibus tubis et buccinis, quae id canant: Audi, Audi, Audi, filia, expergefias, claude oculos carnis, noli iudicare de carnali iusticia et sapientia, quasi dicat: Nisi audieris, sed voles esse sapiens et iudicare ex specie, quid sit Ecclesia, quid non sit Ecclesia, periisti. Ideo utitur tam vehementibus verbis et vult nobis inculcare vertitatem, ne scandalo decipiamur, quia est firmissimum argumentum, sicut audivimus.

Est igitur exhortatio ad Synagogam et populum, qui habebat de hoc regno promissiones, Prophetias et Cantica. Praevidet enim in spiritu incredulitatem populi propter insuperabile argumentum, quo nitebantur, quod, nisi Apostolorum interpretatio intervenisset, impossibile quodammodo fuisset nobis solvere. Experimur enim in omnibus rebus difficile esse consueta relinquere. Quod nova testa capit (vulgo dicunt), inveterata sapit.[1] Quanto

[1]) *Mittelalterliches Sprichwort, s. Werner, Sprichw. S. 82 Nr. 204.*

Hs] Praevidet enim in spiritu p⌊ropheta illam incred⌊ulitatem pop⌊uli fut⌊uram. Est arg⌊umentum insup⌊erabile, et nisi sap⌊ientia Apostolica interveniret, non esset, quod respi⌊cerent. tanta vis huius argumenti, quia in omnibus reb⌊us consueta relinque⌊re, quando testa[1]; quantomagis in max⌊imis reb⌊us spiritualibus, quae pertinent ad fut⌊uram vitam, de qua max⌊ima contentio est, quia hic magnae serit⌊atis. Zelosi quaerunt ad v⌊itam eter⌊nam. Ideo ibi studiis summis agitur res. Pop⌊ulus autem habebat istas privileg⌊ias, erat natus ex Ab⌊raham, Ro. 9., ex semine patrum; nihil, quae pertinent ad illum Röm. 9, 4 f. pop⌊ulum, quae non sint divina, ad g⌊entiles nihil. Ideo invictis⌊simum arg⌊umentum. hoc sentit proph⌊eta: hic nulla ratio iuvandi, nulla solutio suffi⌊ciens. Non, si non 'audieris', nihil etc., quia quo magis disputatur, minus appreh⌊endunt. Nos Pap⌊istas vincere non poss⌊umus, quos testimonio vicimus, quanto difficilius, ut deserat[2] suam relig⌊ionem et istam ampl⌊ificet, quia miserrimum vivere in mortib⌊us et calu⌊mniis talibus. Et ipsi debebant deserere poss⌊essionem temporalium. Nullum remedium

2 interveniret] intervereret 5 pertinent] pertinet 6 ad *doppelt* 7 istas] ista(s) 13 *über* ut deserat *steht* Iud⌊aeis persuadere

[1]) *Vgl. S. 566, 34.* [2]) *Nämlich* populus Iudaeorum.

Dr] autem difficilius id est in maximis rebus et spiritualibus, quae pertinent ad futuram vitam, de qua maxima contentio est, Quia hic sunt zelosi, qui magno studio quaerunt, quae sunt vitae aeternae. Nemo enim hic libenter falli vellet, Sed agitur res summis studiis. Iam populus Iudeorum habebat istas praerogativas et privilegia de semine et erat natus ex Abraham et, sicut Paulus Rom. 9. (ubi eandem rem agit) enumerat, habebat 'adoptionem, Röm. 9, 4 f.
gloriam, testamenta, legislationem, cultum, promissiones, patres', In summa, nihil est, quod ad illum populum pertineat, quod non prorsus sit divinum. Haec si opponantur gentilibus, est invictum argumentum. Quare Propheta hanc difficultatem sentit et monet: 'Audi', quasi dicat: Nulla ratio iuvandi est, nulla est solutio sufficiens, nisi audias. Si non audieris, non intelliges. Sed quanto magis contra eos disputatur, eo fiunt induratiores. Et quid mirum est in Iudeis, cum papistas non possimus flectere, etiamsi fateantur nostram doctrinam veram esse; quanto minus Iudei flecti potuerunt, ut desererent pristinam religionem divinitus traditam, tot miraculis ornatam, a tot ac tam magnis sanctis patribus, Prophetis et regibus cultam? Accedit huc, quod miserrimum est vivere quotidie in mortibus et periculis, sicut nos vivimus, cum ipsi habebant promissionem rerum corporalium et terram Canaan, quae eis erant relinquenda. Dicit igitur: tantum AVDI, quasi dicat: Nulla salus, ratio nulla, remedium nullum est perseverandi in religione, nisi audias; qui non vult audire, huic non potest consuli, Sicut

Hs] manendi in relig⌊ione Christiana nisi per auditum. Qui non v⌊ult audire.
Joh. 3, 11 Sic Christus: 'quod videmus, et vos testimonium', Ioh. 3.
[Bl. 94ᵃ] Ista doct⌊rina pertinet ad eos, qui aud⌊iunt et discunt; qui
Röm. 2, 8 non, sed 'ex contentione', Ro. 2. —: non viceris contentiosum ho⌊minem, praesertim in ista mater⌊ia. Alii laſſen yhn 'audi, vide' ſingen[1], nihil etc. Ista res quia ardua, ideo excitandus animus, ut hereat in solo verbo. Wer das verſihet[2], nihil fit. Ego cum Sacra⌊mentariis geſchlagen[3], sed nunquam
Spr. 18, 2 potui assequi, ut verba ad propositum starent, non stant, quia 'stultus non,
Spr. 27, 22 nisi dix⌊eris, quae in corda'. 'In mortario' etc. contentionem nemo, Christus, prophe⌊tae superarunt. Ergo pertinent ista ad eos, qui habent aurem audientem, isti captivos se trad⌊unt in obse⌊quium Christi et d⌊icunt: nolo iud⌊icare de istis rebus secundum meam sap⌊ientiam, sed me tradere disci-p⌊ulum huic verbo. Ideo las bey dem 'audi' bleiben.

8 verba *scheint* verbum    11 nolo] noli

[1]) = *kümmern sich nichts um seine Mahnung.*    [2]) = *versäumt.*    [3]) *Erg.* mich = *habe mich herumgestritten.*

Joh. 3, 11 Dr] Christus subinde ad verbum remittit: 'Nos quod videmus loquimur, et vos testimonium nostrum non accipitis', Iohannis tertio. Sic Papistae quia audire nolunt, frustra cum eis disputamus.

Pertinet igitur haec doctrina ad eos, qui parati sunt audire ac discere, Non ad contenciosos, ii enim non accipiunt, sive dicas, sive canas, sive pingas eis, hoc 'Audi'. Dicitur tamen eis ad perditionem suam, ut sint inexcusabiles, nobis autem dicitur, ut spectet animus ad verbum et discat haerere in solo verbo; qui hoc omittit aut non admittit, illum nullis argumentis persuadere poteris. Ego etiam pugnavi contra Sectas nostri temporis, sed nunquam potui hoc ab eis impetrare, ut unum verbum ad propositum responderent, etiamsi rem sic ob oculos ponerem, ut vel manu posset pal-
Spr. 18, 2 pari. Ratio est: 'Non recipit stultus verba prudencia, nisi ea dixeris, quae
Spr. 27, 22 versantur in corde eius', Pro. 18. Item: 'Si stultum in mortario contuderis, non tamen audiet'. Nullus vomer tam est acutus, nullum tam robustum aratrum, quod subigere eos possit. Nec Prophetae nec Christus nec Apostoli id potuerunt. Quia contentiosi nolunt audire et semper habent, quod evomant, ergo pertinent ista ad eos, qui habent aurem audientem et tradunt se captivos verbo in obsequium Christi et dicunt: ego nolo sapere, nolo iudicare secundum meam sapientiam de istis rebus, sed me tradere discipulum huic verbo, et audire, quid mihi divina maiestas dicat, Sicut spiritus sanctus hic dicit et consulit: 'Audi', Et addit:

## Et vide.

Hoc refero ad opera. Sic enim distinguenda iudico pro mea simplicitate, ut 'Audi' referatur ad verbum et 'Vide' ad opera Christi, Quia Deus

Hs] 'Et Vide': Das ghet ad opera. Sic disting⌊uere vol⌊umus nostram rel⌊igionem vel devotionem. Iuxta verbum deus solitus signa edere, mira⌊cula. Nunquam revelatum verbum nisi additis signis. Ab⌊rahae verbum, — signum Circumcisionis. Mos⌊i addebatur verbum educendi po⌊pulum, — addita signa. Sic Christus rep⌊levit orbem miraculis, Sic nos Christiani Euch⌊aristiae, bap⌊tismi. Et magna mira⌊cula, nos conservatos in pace tot annis et adhuc: hoc mundus et caro non intel⌊ligunt. Sed qui sciunt potestatem Sat⌊anae et potentiam mundi. Non obruti tyrannide princip⌊um, dolis Papae et fraude hereticorum. Audies istum R⌊egem, et vid⌊ebis eius opera. Non apparebit in oc⌊ulis, non erit terrenus, sed aud⌊ies eius verbum, et opera et miracula eius videbis. Postea, si audieris et consid⌊eraveris eius opera, tum intus se revelabit in spiritu; aliter non videbis eum. Verbo dei auditur, in suis signis videtur. Post revelationem verbi et sig⌊norum sequitur fides, cer⌊titudo s⌊piritus s⌊ancti, qui confortat in omnib⌊us errorib⌊us. S⌊piritus s⌊anctus dicit: Dabo neces⌊sario reg⌊num. 'Audi', 'Vide', quid faciat.

———

*3* Nunquam *c aus* N—) [= Nullum]

Dr] semper solitus est iuxta verbum signa dare vel miracula addere. Neque unquam novum verbum revelatum est sine additis signis. Sic cum Abrahae daretur promissio vitae, additum est signum circumcisionis. Sic Mosi una cum mandato de populo traducendo in Chanaan addita sunt signa. Sic Christus orbem miraculis replevit, cum doceret, una cum Apostolis. Sic nos quoque habemus nostra signa, verbi, baptismi et Eucharistiae. Quin adhuc hodie magna opera in Ecclesia fiunt, ut extent testimonia doctrinae nostrae, quae tamen opera pii tantum vident, impii non vident. Nam quod tot annos preter omnem nostram et adversariorum spem conservata pax est et adhuc hodie miraculose conservatur, in tanto furore et odio mundi contra Euangelion, an non magni signi loco ducis? sed mundus et caro nec vident neque intelligunt haec. Pii tamen, qui habent oculos spirituales et norunt potenciam Satanae ac maliciam hominum, illi haec miracula vident, quod doctrina nostra iam multis annis nec tirannide principum nec odio et fraude Papae nec hereticorum malitia everti potuit. Manet igitur hic: Audies hunc regem, videbis eius opera, quanquam non apparebit in oculis nec erit terrenus rex, sed verbum eius audies et videbis occulta eius miracula. Haec tibi sufficiant. Nam postquam audieris verbum et videris opera eius ac consideraveris, tunc se intus tibi revelabit etiam in spiritu. Aliter eum audire non poteris nisi in verbo, et aliter non poteris videre nisi in signis. Post hanc verbi et signorum revelationem sequetur fides et certitudo et alia, quae spiritus sanctus afferet, qui confirmabit te contra omnes errores et dubitationes: tantum audi, mea filia, quid dicat, et vide, quid faciat rex tuus Christus.

Hs] 'Inclina': i. e. Crede. [Bl. 94[b]] significat per appositum populi cervicem, q⌊uasi d⌊icat: mea filia, noli collum erige⌊re et cervicem indurare. Ubi aud⌊ieris et videris, crede. 2 ſind externa. 3. ut incli⌊net. cervice et collo humiliato. Das mus ſein, alioqui nunquam satisfit. Istam doct⌊rinam hat er auch geſurt.[1] Omnes dix⌊erunt, quod in casib⌊us con⌊scientiae, quod audiendus frater consolatorius. Sufficit consilium b⌊oni viri. Sed con⌊scientia dicit: Ubi inveniam b⌊onum virum? quis scit, an sit? Sic max⌊ima scientia, ut se relinquat et pendeat ex autoritate et auditu verbi alterius. Das iſt mortificare suum sensum et extra te saltare et aud⌊ire, quid dicat praeceptor, frater, consolator. Gerson hoc non vidit, non pot⌊uit fundare consilium b⌊oni viri in verbo d⌊ei, quia deus commendavit ministris verbi, ut consolentur etc., omnia opera diab⌊oli dissolvent. cum hoc scio, habeo consol⌊ationem; ergo debeo ei credere, quia debet consolari. tum obed⌊io deo, tum est consil⌊ium boni viri, scilicet Christi, quia eius verbum mihi offertur.

---

4 Das *doppelt* 6 consilium *mit Strich zu* consolatorius *gezogen* 9 te *o* dicat] dt [= dicit]

[1]) *Wohl = angeführt, zitiert.*

Dr] Et inclina aurem tuam.

Id est, crede. Significat enim oblique duram cervicem populi huius, quae inclinari nesciat, quasi dicat: Mea filia (sic enim appellat populum Iudaicum), noli erigere te contra verbum neque indures cervicem tuam, ubi audieris et videris verbum et opera Dei, sed crede, demitte caput tuum et humilia te. Duo enim priora externa sunt. Hoc tertium est internum, ut inclinet cor et dicat: credo. Id quod necessarium est, alioqui non est salus. Monuerunt idem quidam doctores, ut Gerson et alii, quanquam verum modum non tenuerunt, quod in casibus conscientiae sit audiendus frater consolans, et dixerunt, sufficere consilium boni viri. Sed hoc non satis est monere. Conscientia enim laborans dicit: ubi inveniam bonum virum et quomodo ero certus hunc esse bonum virum? Quare hoc est existimandum consilium boni viri, simpliciter abiicere omnem sensum praesentem et pendere ex solo auditu verbi, quod ex fratre audis. Sed est hoc valde difficile et vere est mortificare seipsum et extra se saltare et omnibus sensibus clausis attendere, quid dicat consolator, Quia mandatum divinum est, audire fratrem afferentem verbum Euangelii in talibus periculis conscientiae. Sed Gerson et alii, quanquam hoc viderent esse faciendum, tamen non potuerunt consilium boni viri fundare in solo verbo. Nam in hoc sunt datae claves Ecclesiae, ut per verbum alius alium consoletur et dissolvantur sic opera diaboli. Qui igitur scit divinitus hoc preceptum esse, ut alius alium consoletur, potest se consolari et dicere: ego teneor fratri huic credere, quia ipse tenetur expedire perplexitates conscienciarum et eis mederi verbo, et

Hs] Quando ergo pugnandum cum Papa et solvendum Diabolicum arg⌊umentum, habet Papa arg⌊umentum, quod sit Ecclesia: Num tu solus sapis? Iſt ein bos et forte arg⌊umentum. Ibi dicendum: audio promissa, legislationem, populum dei. Ecclesiam esse pop⌊ulum dei, ſind ich, cum Papa habet Bap⌊tismum, vocabulum Ecclesiae et est apud eum Ec⌊clesia, — Et tamen non mus mich laſſen gefangen nhemen. Das iſt viel ſchwerer, — q⌊uamquam grave, arg⌊umento respondere contra autoritatem Pap⌊ae et Ecclesiae, — quando in corde Sat⌊an contra te solum pug⌊nat: Tu unus es, et vis dissolvere istas monarchias constitutas? Et esto, quod sint errores, p⌊eccata. Num tu sine err⌊oribus, peccatis? et tamen turbas omnia in Ec⌊clesia dei, cum nihil dicas quam: errores et p⌊eccata!, — et tuipse plenus er⌊roribus et peccatis. [Bl. 95[a]] Ibi nostra lucta in eo ipso arg⌊umento, quo lab⌊oravit P⌊aulus ad Ro. et quo nos hodie contra Pap⌊am. Röm. 9, 4f. Ibi vis sita in apprehenso verbo et audiendo et videndo opera divina et credendo eis. Non Papam accuso erroris, vellem eius cr⌊imina, peccata

*1* Diabolicum *c aus* P⌊apae *3* forte] fortis *4 hinter* dei *(2.) nochmals* esse

Dr] sic Deo obedio, cum fratrem audio. Tunc vere dicitur consilium boni viri, scilicet Christi, eius verbum mihi offertur et ego credo.

Sic in pugna contra Papam et contra diabolicum argumentum, quod iactat Ecclesiam, quod, quanquam Papa in sua persona sit peccator, tamen habeat legitimum officium et administracionem, cui obedire nos oporteat, ibi non alio gladio nos tueri possumus quam hoc versu, quod preceptum est nobis: 'Audi et vide et inclina aurem tuam', ut dicamus, sicut Paulus contra Iudeos dicit capi. 9.: audio patres, audio ecclesiam, audio officium, quod Röm. 9, 4f. sedet Papa in ministerio verbi, quod habet baptismum, quod habet communionem et titulum Ecclesiae, Sed distinguam nec sinam me capi hoc argumento: Papa hoc dicit, ergo est faciendum, Quia hic est preceptum: 'Audi'. Quando igitur secundum verbum aliquid docet Papa, audiam et faciam, sed quando contra verbum dicit, non audiam.

Longe autem gravius est hoc argumentum in corde, quando a Satana tibi soli obiicitur: Ecce, tu unus est et vis dissolvere istam pulcherrimam monarchiam, summo consilio constitutam. Esto enim, quod sint in Papatu errores et peccata, quid tu es? nunquid tu sine erroribus et peccatis es? Quare igitur confundis et facis turbas in tabernaculo domini, cum nihil obiicias quam errores et peccata, quibus tamen tu quoque abundas? Haec valde angunt, sicut apparet Paulum quoque in hoc argumento sudasse, Roma. 9. Ibi assuescendum est, quod vis omnis sita est in apprehenso verbo, in audiendo verbo et videndis operibus Dei ac credendis; quod qui non facit, subvertitur a Satana. Respondemus igitur, quod non accusamus Papam de erroribus et peccatis privatis, ea enim, quanquam damnare

Hs] tolera⌊re, ut mea volo ignosci, sed agitur, quod Pap⌊a praeter cr⌊imina impugnat Christum, verbum dei, illum auditum vult et nos discip⌊ulos avertere ab. Non est quaestio de errore, vita Pap⌊ae, sed sublimiorib⌊us rebus, sed de filio dei mortuo etc., de ipso praedicato et praedicando et resurg⌊ente; p⌊eccatum et er⌊rores ignoscimus, blasph⌊emias, negationes non.

'Et domum': i. e. Christus veniet abrogare to⌊tam legem et reg⌊num totum Iud⌊aeorum. ratio, quare deb⌊eat aud⌊ire, inclinare cervicem et credere: quia 'domus patris tui' ſol auff horen. Das iſt ein boſer text. 'Pop⌊ulum' non intel⌊ligamus grammatice, quasi sit vocabulum, 'domus', quasi lap⌊ides et lig⌊num. 'Pop⌊ulus' significat pop⌊ulum S⌊anctum dei et qui constitutus politia et rel⌊igione divinitus a mose tradita et accep⌊ta a deo, ubi R⌊eges, P⌊rincipes, Sacerdotes, qui in pol⌊itia et Ec⌊clesia administr⌊abant, et omnia divinitus, non munita per ho⌊mines, et defensa per miracula, per deum. Ipsi habent patres, pop⌊ulum, domum, et tamen dicit: 'Obli⌊viscere'. Es iſt ausdermaſ⌊ſen[1] hart wort. non: desere⌊re, peregrinare a pop⌊ulo, Sed:

2 vult *mit Strich zu* impugnat *Z. 1/2 gezogen* 7 *über* Iud⌊aeorum *steht* sacerdotium 15 peregrinare] peregrare

[1]) = *außerordentlich.*

Dr] debemus, tamen condonamus et ignoscimus, sicut nobis nostra volumus ignosci. Non igitur de privatis personae viciis et peccatis contra Papam agimus, sed de doctrina et de audiendo verbo, quod Papa cum suis praeter peccata propria etiam impugnat gloriam Dei et graciam et Christum ipsum,
Matth. 17, 5 de quo dicit pater: 'hunc audite'. Vult enim Papa hunc auditum tollere a Christo et ad se rapere ac nos discipulos Christi a Christo ad se avertere. De hac re pugnamus. Non est questio de errore et peccatis vitae, Sed de sublimioribus rebus, nempe, de filio Dei pro nobis mortuo et resuscitato et de ipso praedicato et praedicando ac audiendo. Hoc cum prohibere velit Papa obiiciendo autoritatem Ecclesiae, dicimus: Abi retro, Satana, ignoscimus tibi peccata, Sed blasphemias et negationes Christi non ignoscimus nec in eas consentimus, quia maior est Christus, quam Ecclesia, quam tu nobis obiicis. Imo quia tua Ecclesia verbum Christi persequitur, non est Ecclesia Dei, sed Satanae etc.

Et obliviscere populum tuum et domum patris tui.

Hic est clarissimus textus, quod Chri[Bg. L]stus venit abrogare totam legem, sacerdocium et regnum Iudeorum. Haec enim est ratio, cur audire, videre, inclinare aurem et credere debeat, quod scilicet domus patris sit deserenda. Est valde durus textus contra Iudeos, suavis autem pro nobis, qui credimus. Non enim 'populum' grammatice tantum pro multitudine et 'domum' pro lapidibus et lignis accipere debemus, sed vocat populum Dei, populum, qui est divinitus constitutus, Politia et religionibus a Mose datis,

Hs] Damnata, repudiata ista politia, ut sit tibi obliviscendum. In Iesu Christo, novo illo Rege, nihil valet iustitia legis, cultus templ⌊i, relig⌊io sacerdotum et Levitarum, vet⌊eris test⌊amenti. **Er ſchlecht** cum Iudeis **vber der** Iust⌊itia. Pop⌊ulus hab⌊ebat max⌊imam commendationem a relig⌊ione, Ut Deute⌊ronom. 4.: 'Sapiens iste pop⌊ulus. Vestra iud⌊icia sunt divina'. Ideo **ſo** 5. Moſe 4, 6 **viel geſagt**: Ista gloria iustitiae legis, pol⌊itiae nihil est, quia per hec etc., filia, non iuvaberis. [Bl. 95ᵇ] V⌊ult transferre istum populum adeo, ut iubeat oblivis⌊ci, ut nunquam **ſol hinderſich**[1] **ſehen**, Ut Ab⌊rahae: 'exies e terra', 1. Moſe 12, 1 cogebat oblivisci terrae. Sic Ioseph: vocatur Manas⌊se, 'deus fecit obli- 1. Moſe 41, 51 visci', i. e. desperavit de reditu. Sic ad hunc Regem: sic transfereris, ut plane desperes de gloria, regno isto; aliud reg⌊num, Politiam, sacerdotium, cultum dei Rex ille instituet. Et s⌊piritus s⌊anctus satis indicat hoc verbo, quam tenera haec doctrina et impatiens omnium cultuum, ut **nicht leiden**,

2 templ⌊ *ist ergänzt zu* templum  3 ſchlecht *oder verschriebenes* ſecht  12 Rex ille instituet *o*

[1]) = *rückwärts.*

Dr] acceptis autem a Deo ubi principes et reges in Politia, Sacerdotes ac Levitae in Ecclesia non constituti nec defensi sunt ab hominibus, sed divinitus dati ac conservati per miracula. Qui igitur habent iam populum patres, domum, iis dicit: 'Obliviscere', nec solum dicit: desere aut peregrinare a populo, sed simpliciter: 'obliviscere' ac scito, quod sit damnata ista Politia ac religio et repudiata, sic ut penitus oblivisci eam debeas.

Sequitur igitur inde, quod in Ihesu Christo nihil valet iusticia legis, cultus templi, religio, sacrificia sacerdotum et laevitarum. Hic autem vides esse Pauli argumentum, ubi contra Iudeos pugnat de religione, quam mordicus contra Euangelion retinebant. Habuit enim laudem iste populus singularem a religione, Sicut est Deut. 4.: 'Haec est vestra sapiencia et in- 5. Moſe 4, 6 telligencia coram populis, ut dicant: certe iste populus sapiens et intelligens, gens magna est' etc. Hic autem dicit: ista gloria iusticiae legis et operum nihil valet sub hoc rege, quia per haec, mea filia, non iuvaberis, obliviscere igitur omnium. Pertingit autem his verbis in imum cordis, quod sic vult eos ad Christum converti, ut penitus obliviscantur priorum ac ne 1. Moſe 12, 1 respiciant quidem, sicut Abraham oblitus est terrae Chaldeorum et Ioseph 1. Moſe 41, 51 suae patriae, cum omni spe reditus abiecta filium suum Manassen appellaret. Ita hic quoque dicit: sic transfereris ad hunc regem, ut de illa Politia et sacerdotio ac toto veteri cultu plane desperandum sit. Nam pariet tibi aliud et melius regnum, quam illud legis fuit.

Ergo spiritus sanctus hic indicat, quam tenera sit haec doctrina et quam impaciens omnium aliorum cultuum sit fides, ut ne quidem meminisse eorum velit. Sicut etiam dicit Psal. 15.: 'Nec memor ero nominum eorum Pſ. 16, 4 per labia mea', vocat enim 'nomina' eo loco cultus, religionem ac totam

Hs] Pſ. 16, 4 das man dran gedencken ſol. 'Non memor.' Ich wil des pop⌊uli nicht mher
dencken, cultus, relig⌊ionis, iustitiae legis; non vult amplius praedicari, licet
quidem memorari gesta, sed non praedicanda, sed ita habere, quasi deplorata,
2. Petri 2, 22 nunquam sperandum, quod aliqua iustitia operum etc. non 'redeundum ad
Phil. 3, 13 vomitum', sive priora legis sive a nobis conficta, 'sed in anteriora', ut
Christus magis et magis percipiatur, donec penitus oblivis⌊camur, ut d⌊icamus: Ich denck nicht, quod monachus fui, sed quod semper fui Christianus.

Ego, cum Mo⌊nachus, fatigatus max⌊ime, vexavi me Ieiuniis et orat⌊ionibus extra ord⌊inem. Ich dachte nicht, quod vergeſſe⌊n wirde, tamen obl⌊itus sang⌊uinis. Quidem.[1] S⌊umma S⌊ummarum: ista vox 'oblivis⌊ci' multa complectitur, v⌊ult illam doct⌊rinam habere puram; facile offenditur. Non patitur ludum fama, fides, oculus.[2] Est tener⌊rima doct⌊rina, et ideo,
2. Moſe 16, 3 quia cor nostrum semper respi⌊cit ad 'Aeg⌊yptias ollas', i. e. magno impetu

*zu 1* Ps. 16. *r*   *zu 5* Phil. 3. *r*   *11 vor* habere *am Zeilenanfang nochmals* doctrinam   *zu 12* Non patitur fama, fides, oculus *r*

[1]) *Zum Sinn vgl. unten im Druck Z. 29f.*   [2]) *Sprichw., vgl. oben S. 48, 7.*

Dr] iusticiam legis, quorum non vult meminisse, non quod non liceat recordari
eorum, quae cum isto populo sunt facta, sed quod non sint predicanda ac
docenda, sed habenda pro rebus desperatis ac deploratis, quae nunquam
2. Petri 2, 22 sint reditura neque ullius usus in posterum sint et quod non sit 'redeundum
Phil. 3, 13 ad vomitum', sed procedendum et 'tendendum in anteriora', ut Christus
magis ac magis cognoscatur, donec penitus obliviscamur iusticiae legis, ac si nunquam fuerit. Sicut ii, qui in monasteriis et in captivitate illa Babilonis vixerunt, postquam ad Christum accesserunt, ita in uno Christo occupati esse debent (quod ad iusticiam attinet), ut ne in mentem quidem veniat, quod unquam fuerint monachi aut celebraverint missam aut ullum sanctum unquam invocaverint etc., Sed videantur sibi perpetuo fuisse Christiani. Ego quidem, cum essem monachus, valde defatigabar per quindecim fere annos quotidie sacrificando, macerando me ieiuniis, vigiliis, oracionibus et aliis longe gravissimis operibus, quia serio cogitabam de iusticia per mea opera adipiscenda, nec putabam possibile esse, ut unquam oblivíscerer eius vitae. At nunc, Dei gratia, oblitus sum. Memini quidem adhuc eius carnificinae, sed non sic, ut existimem redeundum ad illum carcerem, quanquam carnaliter loquendo non erat carcer, sed delicatum vitae genus, remotum ab omnibus illis molestiis, quas vel Politia vel Oeconomia infinitas habet, Carcer tamen fuit bonis hominibus, qui non tantum de ventre cogitabant, sed cupiebant salvari. Sic ista vox 'Obliviscere' valde multa amplectitur, et precipue, ut doctrina poenitus sit pura, quae tamen facile corrumpitur et obscuratur.

Sicut autem doctrina nullum patitur additamentum, Ita fides quoque
est tenerrima res et valde opus habet precepto: 'obliviscere domus patris
2. Moſe 16, 3 tui'. Caro enim semper respectat 'ad Aegyptum et ollas carnis', id est,

Hs] rapi sentio ad iusticiam carnis. Si non monachatus, tamen velim invenire opus, quo fiderem: Ego hoc et hoc feci. Anab⌊aptista mus das et das thun; reiectis hereticis Operum, recrescunt alia; reiectis op⌊eribus monasticis repullulat opinio de aliis. [Bl. 96a] Quisque hat ein groſ⌊es ſchand M⌊aul, i. e. quisq⌊ue lib⌊enter vellet gloriari de suis: Hodie hoc feci, oravi; semper sequitur, quando feci⌊t homo suae vocationis, ut letior sit, quam si non etc. ſol wol letitia ſein[1], sed non pura, quia vult turbare con⌊scientiam, tener⌊rimam in Christo. Ideo nemo sit securus; qui confitemur Christum, amb⌊ulemus in timore et semper proficiamus in melius. Ego trag stultam et c⌊arnalem opinionem operum, ein g⌊roßen munch, velim in Albi.[2]

Ideo s⌊piritus s⌊anctus: 'obliviscere'. Externo ministerio haben wir da hin b⌊racht[3], scribimus, docemus iustitiam puram, gratiam; Sacramenta pura, conso⌊lationes, guber⌊nationes purae. In corde ſols auch wol ſo purum

6 sequitur *c aus* consequitur 9 *über* proficiamus *steht* ut 11 *vor* haben *steht schon einmal* haben *abgekürzt*

1) = *lasse ich als l. gelten.* 2) *Erg. ersäufen.* 3) = *ein für allemal erreicht (also nichts mehr zu erwarten).*

Dr] naturaliter rapimur magno quodam impetu ad iusticiam carnis et querimus opera, in quibus gloriari et confidere possimus ac Deo obiicere: ecce, hoc et hoc feci, pronuncies ergo me iustum, Sicut Anabaptistae et alii, reiectis hereticis operum sub uno nomine, reducunt eos sub alio nomine. Alius pilea gallica damnat et laudat tunicam griseam, ut vocant, Alius nihil vult habere proprii, ut eo liberius, quae aliorum sunt, sine labore ad se transferat, ac in his nugis ponunt sanctitatem aliquam. Sic reiectis operibus monachorum veterum reducunt novos monachos. Ac ne simus nimium securi ab hac peste, unusquisque nostrum gestat in sinu suo magnum monachum, hoc est, singuli vellemus tale opus, in quo possemus gloriari: Ecce hoc feci, Satisfeci hodie Deo meo orando, benefaciendo, ero igitur animo magis ocioso. Nam mihi quoque accidit hoc, quod, cum feci opus vocationis meae, multo sum letior, quam si non fecissem. Ac letari quidem per se non est malum, sed haec leticia est sine fide et non pura et est eiusmodi, quae vult capere conscientiam ac turbare. Conscientia autem, quia tenerrima res est, non potest satis muniri contra hoc vicium presumptionis. Quare nemo sit securus, sed qui confitemur Christum, ambulemus in timore et proficiamus in fide et agnoscamus, quod singuli gestemus in pectore ingentem et deformem Monachum, hoc est, stultam et carnalem opinionem operum, pestem fidei.

Contra hanc opinionem impiam Spiritus sanctus proponit hic absolutam metam puritatis, nempe, ut primo obliviscamur huius iusticiae, saltem in externo ministerio. Id quod Dei gracia nos hic consecuti sumus, ne iusticia operum praedicetur, Sed pura iusticia Christi pro nobis passi et a morte resuscitati. Sunt quoque pura reliqua, quae fiunt in ministerio hoc, nempe

Hs] ſein. In ministerio verbi, docendo Oblitus plane Monachi, sed in corde credendo. quod doceo pure per os, non possum per fidem etc. Doct⌊rina debet tener⌊rima esse et ponitur ut meta, ad quam debet tendere, ut tam pura sit fides in appreh⌊endendo et tenendo Christo. Ideo pugnamus contra nostrum monachum et suum diab⌊olum. Ideo scrip⌊tura exhortatur, ut 'aud⌊iamus', 'videamus', 3. 'discamus' oblivisci omnium praeteritorum operum et praesentium. Sicut doctrina est oblita talium.

'Pop⌊ulum': non gentilem, impium, prophanum, sed habentem lege⌊m. tamen Lex bona a deo. quare ergo abro⌊gas legem? Lex M⌊osi est abrogata propter con⌊scientiam fidei. Si con⌊scientia non leditur opinione iustitiae, tum bene externe. Sed quia in hoc arg⌊umento, quod dicitur Christus cap⌊ut nostrum, ibi abscindenda non solum traditio hu⌊mana, sed univers⌊a l⌊ex, etiam divina et reservandus puris⌊sima fide Christus. Wil lex nicht

1 Oblitus *c aus* pl⌊ane   6 praeteritorum] ptorↄ   7 praesentium] p—t)

Dr] Sacramentorum administratio, consolationes, gubernationes sunt purae. Ac quemadmodum in ministerio est haec puritas, ita quoque debebat esse in nostris cordibus. Sed quid fit? In ministerio plane sum oblitus huius monachi nec quisquam nomen eius ex me audit, Sed in corde non servo verbum meum, quod pure per os doceo, sed obrepit nonnunquam monachus imprudenti. Est autem hoc quoque magnum beneficium Dei, quod Deus metam puritatis ponit in doctrina, ut saltem doctrina sit pura. Ad eam metam debemus tendere, ut, quam pura est doctrina, tam pura quoque sit fides in apprehendendo et tenendo Christo. Sed hoc non fit. Ideo quo ad vivimus, luctamur contra istum monachum et diabolum, qui regit eum et fovet. Ac spiritus sanctus quoque, quia videt naturam nostram sic monachatam, adest monendo et hortando, ut audiamus, ut discamus oblivisci omnium preteritorum operum, etiam optimae iusticiae nostrae, ut, sicut doctrina oblita est monachi huius, ita quoque cor nostrum obliviscatur omnium et hereat pura fide in unius Christi iusticia.

Hoc est, quod dicit: 'obliviscere populum tuum', nempe populum non gentilem, impium aut prophanum, sed habentem legem et iusticiam eius. Imo lex bona est (obiiciunt) et Deus eam precepit, quare igitur eam reiicis? Hic credo vos bene eruditos esse et scire, quid sit respondendum. Lex enim est abrogata propter conscientiam fidei. Quando igitur non ledit conscientiam opinione iusticiae, tunc potest servari in externis moribus, sicut aliae leges Policiae. Quia autem in hoc loco agimus de eo articulo, quid dicitur Christus, quod sit Rex noster et caput nostrum, ibi abrogatae et reiectae sunt non solum traditiones humanae, sed universa lex etiam

31 eam *(2.)*] eum *im Urdruck*

Hs] auffhoren, fidem zu perturbirn, — ehe ichs wil leiden, wil ich l⌊egem auch corporaliter auffheben. Wils zu viel mur⌊ren et caro oc⌊casionem nhemen ex lege, ut iusticias[1] erigerem, [Bl. 96[b]] Ideo disper⌊sit Iud⌊aeos per orb⌊em et Ierus⌊alem vastavit. Sic Pap⌊ae faciet; si non cessa⌊bit, wird er im[2] kloſter etc.[3] Loquitur de abrog⌊atione in spiritu, quia f⌊ides nihil scit de lege, operib⌊us, de nostris; iſt hoher. Debet eam collocari in paradisum, supra et ultra terram in celest⌊ibus, ubi non aud⌊ias: quid fecisti? hoc hic non audiendum conclavi. Sed hoc: dilex⌊isti, vixisti, quid ille fe⌊cerit, dederit, quid exigat, sed amplexum, ut g⌊ratias a⌊gas pro sua morte. Si venit l⌊ex, gehorts nicht in paradisum sed in montem Sinai. Das iſt Abrog⌊atio spiritualis: den p⌊opulum hie oblivis⌊cas. Ideo nolite gering achten. 'Pop⌊ulus' et 'domus' ſind die hochſten auff erden; quam[4] iste pop⌊ulus et domus patris. Et nents. Imo disce! tamen deb⌊es audire prophetas, princip⌊es quam spirituales et

9 sua] suo

1) *Erg.* operum. 2) = *ihm.* 3) *Erg.* zerſtören. 4) *Erg. vor* quam: nulla res maior.

Dr] divina, ut retineatur unicus ille rex Christus purissima fide. Quia enim lex non cessat perturbare fidem et conscientiam in Baptisatis, pociusquam hoc paciatur Christus, etiam corporaliter eam abrogat. Est igitur sublata lex tota, primum spiritualiter, a conscientia, Deinde etiam corporaliter, ubi quanquam non erat necesse eam tolli, tamen propter periculum fidei eam sustulit, ut non solum cultus cessaverit, sed templum ac Ierusalem sint destructa et Iudei dispersi per totum orbem, Ac merito. Idem fiet cum Papa. Quia enim non cessat persequi verbum, ideo ruet ipse cum omnibus monasteriis, episcopis et collegiis sacerdotum.

Loquitur igitur de abrogatione legis in fide et spiritu, Quia fides nihil scit de lege, operibus et iusticia nostra ac viribus nostris; longe enim sublimior est his omnibus et debet collocari in Paradisum, supra et ultra terram, in coelestibus, ubi non audias: Quid fecisti? Quid obmisisti? Hae enim legis conciones non sunt admittendae ad conclave conscientiae et in Paradisum, Sed ubi audias tantum de isto rege, quid ille fecerit et contulerit tibi, quid ille exigat, nempe amplexum et graciarum actionem pro tantis beneficiis. Haec tantum audienda sunt in hoc loco. Quodsi lex venit, eiice eam ex hoc conclavi sponsi, et dic, ut subsistat in terra et eat Damascum, ad Sinai, ubi locum habet. Haec est spiritualis abrogatio, quam significat per verbum 'oblivisci'. Nec sunt extenuanda haec vocabula: Populus et Domus. Sunt enim summae res in hoc orbe, nec ulla alia res in tota creatura est cum his conferenda. Invidiose autem addit pronomen 'populum TVVM', 'domum patris TVI', Quasi audiat obstrepi filiae: Ecce est tuus

*31/32* Dama cum *im Urdruck*

Hs] temporales. Seditiosa predicatio, quod relinquere patrem, matrem et meos cives perdere. Si quis d⌊icat: non dabis Zins princip⌊i, ne obed⌊ias consuli, Das iſt exhor⌊tari ad rebellionem. Er kund nicht greulicher ſetzen[1] quam: 'domus patris'. Ibi s⌊umma obedientia post deum, et ipse heiſſt auffhoren. est mandatum contra d⌊ivina praecep⌊ta! patrem honorab⌊is, p⌊arentes coles, sed praferes eis deum. Quando ſo kompt, das ſichs wil bleuen[2], ut vel deus, vel pater cum suo verbo deserendus, dicendum: Pater, vale cum t⌊uo prae⌊cepto et tota 2. tab⌊ula, nihil de te scio, rein verg⌊eſſen, quia iam agitur non de 4. p⌊raecepto sed 1. tab⌊ula, U⌊trum deus sit verax, u⌊trum audiendus filius dei. Da mihi hoc primum, postea audiam 'domum patris', colam et serviam. Sed thuts nicht; quando venit in cor, ſo wils yhm haus, bl⌊ut; 1. Sam 12,22 et in pop⌊ulo: 'Deus non deseret [Bl. 97$^a$] pop⌊ulum', tu non solus sapis.

Ego vellem Pap⌊ae servare o⌊mnia, quae praecipit, et 'domum patris' Pa⌊pae wil ich gern an nhemen; sum baptisatus in domo Papae et Pap⌊am istum hono⌊ro et cives charis⌊simos, sed relin⌊quat primam tab⌊ulam, sinat

6 bleuen *c aus* pleuen  12 sapis *c aus* pop⌊ulus

[1]) = *sich nicht schrecklicher ausdrücken.* [2]) = *daß die Notwendigkeit sich zu ergeben scheint; vgl. Sanders s. blauen = sich zeigen.*

Dr] populus, est tui patris domus, ergo non debes eam relinquere, sed audire et obtemperare nec temere amplecti novam doctrinam, a lege divinitus tradita dissencientem. Nam in speciem loquitur sediciose contra quartum preceptum, perinde ac si quis principi non dandum tributum dicat, hoc enim esset exhortari ad rebellionem et subversionem Politiae. Ita hic oblivisci domus patris predicat tanquam summum cultum, cum quartum praeceptum divinitus mandatum doceat de honorandis parentibus.

Ad hoc sic responde: Parentes honorare, Principi obedire est bonum et pium, Sed preferendus tamen illis Deus, cui magis est obediendum. Si igitur incidat eiusmodi casus, ut aut pater aut Deus relinquendus sit, ibi dic: vale pater cum quarto precepto et cum tota tabula secunda, nihil de te scio, sed plane sum tui oblitus. Quia iam non agitur de quarto precepto aut secunda tabula, Sed de prima, Utrum Deus sit verax, utrum debeatur ei gloria, Utrum sit audiendus filius Dei. Da hoc primum, postea te quoque colam omni genere pietatis. Sed non concedit, quia, quando Domus patris in cor venit, tunc sic occupat cor, ut sola ibi esse velit et regere, ibi summa 1. Sam. 12, 22 pertinacia repugnat fidei, sicut patet in Iudeis dicentibus: 'non deseret Deus populum suum' etc. Idem nobis cum Papa accidit. Non enim solum Papam adorare vellem, si mihi permitteret doctrinam sanam sequi, sed quemvis etiam scholasticum; nihil enim nocet fidei meae adorare eum, modo relinquat mihi primam tabulam. Sum enim baptisatus in domo Papae, sum

28 Sed] Se *im Urdruck*

Hs] credere in Christum et adherere tener⌊rima con⌊scientia; sed hoc nolunt. Ideo si non kan bey ſamen behalten fidem et domum patris. maneat rex et fahr hin domus. Omnes rel⌊igiones divinas, et iustitiae, etiam legis, apud g⌊entes, philosophos, Iurisperitos, als rein hin weg. 'Nec ex vol⌊untate', Ioh. 1. Joh. 1, 13

'Tunc': das iſt ſeer fein. s⌊piritus s⌊anctus sentit, hoc monstrum herere V. 12
in nostra natura, quod vellemus esse ſchon coram deo. Omnis tentatio sub Pap⌊atu: lib⌊enter irem ad Sac⌊ramentum, si tantum dignus. Quare ista verba dico? Ideo: ich wolt gern vor rein ſein, prius lustro vitam et velim puritatem laudari a deo. Iste habitus est radicatus in misera c⌊arne, — hoc sentit s⌊piritus s⌊anctus, — quo possemus tuto accedere ad deum. Ego orarem lib⌊enter, sed non rein. Istae cog⌊itationes ex g⌊roſſen M⌊onchs kopff veniunt; iste sic intox⌊itat con⌊scientiam nostram, ut d⌊icamus: Ich wolt

Dr] catechisatus, didici scripturam; hunc honorem libenter habebo populo meo et civibus meis charissimis, ne obliviscar domus patris mei, tantum sinat, ut credam in Christum solum et conservem conscientiam liberam ab omni onere. Sed Papa hoc non concedit et urget, ut suam doctrinam sequar, neglecto verbo Christi. Dico igitur: quoniam non possum ambo retinere, domum patris et Christum, Maneat mihi Rex meus Christus, et domus patris cum toto populo abeat, quo velit. Sic appellat 'domum patris' et 'populum' hoc loco omnes religiones, omnes iusticias, omnes leges, etiam gentium, Philosophorum et Iurisperitorum. Omnia ista abeant tanquam inutilia ad hoc regnum. Imo noxia quoque, ut stet illud: 'nec ex sanguinibus nec ex Joh. 1, 13
voluntate viri nec ex voluntate carnis, Sed qui ex Deo nati sunt', Ioha. 1.

Et concupiscet Rex decorem tuum. V. 12

Est suavissima promissio. Sentit enim spiritus sanctus, hoc monstrum haerere in corde, quod vellemus puri et sine macula esse coram Deo. Sic in Papatu omnis nostra tentacio erat, quod dicebamus, nos libenter ad Sacramentum ituros, si essemus digni. Sic quaerimus naturaliter puritatem in nobis, et lustramus totam vitam nostram ac cupimus invenire puritatem in nobis, ne opus sit gratia, sed ex merito pronunciemur iusti. Iste habitus est radicatus in nostra carne, et sentit spiritus sanctus, nos velle decorem ex nobis. Sic oraturi cogitamus: libenter orarem, sed non sum dignus, ut me Deus exaudiat. Hae cogitationes veniunt ab illo magno monacho, de quo antea dixi[1], qui in nobis est et intoxitat conscientiam nostram, ut respiciamus dignitatem nostram nec prius orare velimus, quam simus meliores. At sic fiet, ut nunquam ores, si eo usque expectare vis, donec dignus fias. Si enim hoc prius requiritur, ut simus iusti, quare oramus in oratione

27 omni *im Urdruck*

[1]) *Siehe S. 575, 31 f.*

Hs] g⌊ern orare, si dignus. Quando o⌊rabo? si non pecco! qui? Si vis orare Matth 6, 12 iustus, nunquam etc. Cur dicis: 'Remitte' etc.? Si es peccator indignus, max⌊ime orandum, communicandum. Non iustificaberis nisi in sacramento et verbo. In quoque argumento inveniri monach⌊us magnus, qui dictat nos esse puros. Ideo dicit[1]: Jch dabo pulch⌊errimum consilium, si me audieris, eris formosis⌊sima. vis esse coram deo pulch⌊errima puella, lib⌊enter aud⌊ire, ut omnia placerent ei, quae dicis, facis, loqueris; Si scilicet bene praedicereris etc., Sic facito: audi, vide, inclina, obli⌊viscere, tum ista feceris; et oblita iustitiae prioris, omnis legis, trad⌊itionis, iusticiae et credis verbo, ſo biſtu ſchon, et est verum, quia tum decora non tuo ornatu, sed R⌊ex ornavit te suo verbo, [Bl. 97b] quod af⌊fert suam iustitiam, pruden⌊tiam et omnia dona s⌊piritus s⌊ancti. Sed nos fallit 1. op⌊inio mona⌊stica nostra, quae heret in c⌊arne et con⌊scientia, deinde vilitas verbi, quod praedicatur in vulgus et nullus specialem doct⌊rinam ha⌊bet.[2] Ideo putamus non nos satis ornatos, quando verbum solum habemus; Nos non satis bap⌊tismum, E⌊uan-

---

*15* non *fehlt*

[1]) *Erg.* spiritus sanctus. [2]) *Der Sinn deutlicher im Druck unten Z. 32f.*

Dr] Matth. 6, 12 Dominica: 'Dimitte nobis debita nostra'? Quin potius, cum sentis te esse peccatorem et ineptum ad orandum, tunc maxime accedendum est ad orationem et ad Sacramentum; unde enim aliter vis iustus fieri, nisi per verbum et Sacramenta? ex te et tuis operibus certe nunquam iustus fies. Sic in omnibus nobis est hoc pestilens argumentum nostri monachi, quod respicimus nostram puritatem.

Ergo spiritus sanctus dicit: Ego dabo tibi pulcherrimum consilium, quo, si me audieris, efficieris formosissima puella; si enim vis esse speciosa coram Deo, ut omnia tua opera ei placeant, ut dicat: Placet mihi oratio tua, placent omnia, quae dicis, facis et cogitas, sic facias: 'Audi et vide et inclina aurem tuam', et sic eris formosissima, cum audieris, videris, oblitus eris iusticiae prioris et omnis legis, omnium traditionum et tocius istius monachi, et credideris. Tunc es decora, non proprio decore, Sed decore regis, qui ornavit te verbo suo, quod ad te affert suam iusticiam, suam sanctitatem, veritatem, fortitudinem et omnia dona spiritus sancti. Sed hic primum fallit nos opinio nostra, quam monachus nobiscum natus habet, quae heret in carne et conscientia nostra, Deinde vilitas verbi, quod in vulgus predicatur et nullam singularem speciem habet. Ideo putamus nos non satis ornatos fore, cum verbum solum habemus, cum sumus baptisati, Eucharistia communicati, Euangelio vocati. Hunc ornatum summum non putamus ornatum esse secundum speciem, quia est vilis et omnibus, ut videtur, communis; qualis enim ille est ornatus (dicunt Anabaptistae), perfundi aqua? Sic enim oculi carnis iudicant, sed si spiritualibus oculis baptismum intuearis, videbis, quod

Hs] gelium[1], ut ornet, quia aqua, quae videtur oculis car⌊nalibus. Si vero oculis spi⌊ritualibus, tum Catech⌊ismus, E⌊uangelium induit me Christi ornatu, Christi auro. Sic Euch⌊aristia, si eam percipio, omnia decora Christi. Sic alieno ornatu debemus esse ornati. Cum ergo ista feceris et ut obl⌊iviscaris iustitiam, ut nihil scias in quo fidendum nisi in istis, so biſtu die ſchonſte metz.[2] Nos contrarium: hoc, quod iubet oblivisci, revocamus. Non dignus! fieri prius purus et S⌊anctus, sum iam peccator! Das iſt revocare domum patris et pop⌊ulum obliviscendum et monach⌊um accersere. Sed sic d⌊icendum: Ego oblitus, an sim dignus vel indig⌊nus, illa iamdudum praeterierunt. Si sum indignus externe, das las ich bleiben. Sed hic interne sumus dig⌊nissimi, Sanctis⌊simi, quia Rex amat illum decorem et tum dicit: du ſchons metzlin[2], ubi aud⌊io, vid⌊eo et oblitus fuero omnium. Ergo nihil debeo dub⌊itare, me formosissimam et omnia, quae fecero, max⌊ime placere deo,

---

*4* ornati *scheint* ornatus    *6* iubet] iubi    *11* decorem] decor◦    du] d—⌢— *12* oblitus] obl—/9

[1]) *Erg.* aestimamus.    [2]) = *Mädchen.*

Dr] Baptismus te induat vestitu et ornatu Christi. Sic Eucharistia induit te ornatu Christi, sic Euangelion induit te ornatu Christi. Quem autem meliorem et magis preciosum ornatum optare potes, quam quo Christus ornatus est et suos ornat?

Sic monet sanctus spiritus, nos alieno decore formosos efficiendos esse. Tunc (dicit), cum audieris et credideris et oblita fueris tuae iusticiae, ut nihil velis scire, in quo tibi sit fidendum, quam in ornatu sponsi Christi, Tunc eris vere decora et rex concupiscet decorem tuum. Sed quid nos facimus? contrarium scilicet. Domum patris, cuius iubet oblivisci, revocamus. Ah (dicimus), sum peccator, volo prius dignus fieri et purus, quam accedam ad hunc sponsum. Hoc quid est quam revocare domum patris et velle offerre propriam iusticiam, quam iubet deserere, et Monachum illum accersere? Atqui sic debebas dicere: Nihil scio de illa dignitate, sive dignus sim, sive indignus, non curo, illa iamdudum praeterierunt. Si sum indignus externe et in secunda tabula, Sit sane, ille enim sunt meae sordes. Interne tamen sum formosus ornatu alieno, ibi sum sanctissimus et optime decoratus, quia Rex amat illum decorem, quando verbum audio et obliviscor mei Monachi et regi meo Christo credo, quod eius sanguine redemptus sim et eius merito iustificatus. Haec fides cum adest, quicquid post facio, placet ei et delectatur pulchritudine mea, quam ipse mihi contulit. Ergo nihil debeo dubitare, me esse formosissimum et maxime placere Deo omnia, quae facio, propter Christum, quem fide apprehendo tanquam redemptorem, ut cum os aperio ad docendum vel orandum, debeo credere, quod omnes Angeli arrideant et letentur, et qui audit me docentem, is sciat se sacrificium sua-

Hs] Ut quando aperio Os et praedico, oro, quod angeli rideant, et qui audit, praestat sacrificium suavis⌊simi odoris. Videtis, quam amplis⌊simis v⌊erbis loquitur s⌊piritus s⌊anctus: ʻOblivis⌊cere domus' etc. ʻEt rex' etc. wirſtu yn zwingen cum fide etc., ut facias, quae voles, —: persequetur, blandietur et
Joh. 14, 23 ʻtecum mansionem', et facit, quando dedit verbum. Dat tentationes mundi, c⌊arnis et diab⌊oli. Das ſind sui amplexus, sic enim inhab⌊itat in nobis, alioqui sic non disceremus aud⌊ire, [Bl. 98ᵃ] videre, oblivisci. Ideo signum, quod nobis nachl⌊äuſt, cum vid⌊et nos synceriter adhere⌊re. Max⌊imae consolationes: non solum R⌊ex complacentiam in verbis et f⌊ide, sed amorem sponsi, das nachlauffen.[1] Iste amor est furiosis⌊simus. Modo si audias etc. Es iſt ſchwer zu thun. Dominus det g⌊ratiam, ut in ministerio, doct⌊rina faciamus et etiam incipiamus in opere obliviscendi. Cing⌊lium et alios hat der gros M⌊onch gar gefreſſen. Sie ſind eitel platten et Munch⌊e.

*4 über* persequetur *steht* macht iustum  *8* nobis] nos  *10* audias] audiaris  *11* Es] Est  *12* faciamus] facimus  incipiamus] incipiamur

[1] *Nämlich des Bräutigams.*

Dr] vissimi odoris prestare Deo. Huc enim est eundum et hoc est oblivisci domus patris et populi, Statuere praesentem iusticiam fidei contra veterem operum iusticiam, tunc fiet, ut Deo simus gratissimi.

Utitur autem spiritus sanctus amplissimis verbis: ʻRex concupiscet decorem tuum', hoc est, coges eum ista fide, ut faciat, quae voles, ut amoris
Joh. 14, 23 stimulis concitatus te ultro sequatur, ut apud te sit ac ʻmansionem apud te faciat'. Quia, quando Deus dedit verbum, tunc non obmittit opus suum, quod in te cepit, sed dat primum tentationes mundi, diaboli et carnis, quibus te excitet. Hi sunt amplexus [Bg. M] eius, quibus complectitur sponsam prae impaciencia amoris, Quia, si essemus sine tentationibus, non quereremus eum, non disceremus audire, videre et inclinare aurem. Urget igitur nos, ut forcius adhaereamus verbo et credamus ei, idque facit nimio amore nostri; sed illi complexus tam suaves sunt carni nostrae, ut lachrimas saepe exprimant, prosunt tamen nobis. Sunt igitur hae maximae consolationes, si modo eas possemus prae magnitudine complecti. Quod Rex noster Christus non solum complacenciam habet in verbo et fide, Sed amore, qualis in sponso erga sponsam est, erga nos fertur ac urgetur, ut ultro sectetur nos. Eo adigimus eum, modo verbum audiamus, et credamus et obliviscamur nostrae iusticiae. Sed est difficile. Deus det gratiam, ut haec saltem in doctrina et ministerio verbi et signorum ac ex parte in vita etiam prestemus et, sicut cepimus, discamus oblivisci monachi istius, saltem ne regnet in nobis, sicut in Sacra-

*18* amori *im Urdruck*

Hs] 29. Octob. | Cepimus hunc versum: 'Concup⌊iscet Rex pulch⌊ritudinem tuam, quia ipse est D⌊ominus deus tuus, et adora eum'. Nostram pulch⌊ritudinem dixi consist⌊ere non in p⌊ropriis virtutib⌊us nec in donis ac⌊ceptis a deo, per quae virtutes operamur et fa⌊cimus, quae pertinent ad cultum dei, sed quam ex Christo hab⌊emus; si h⌊unc Appreh⌊endamus et cred⌊amus, tum formosi. hunc decorem sp⌊ectat Christus, praeterea nullum. Ideo nihil, quod sacrificiis apud eum pulch⌊ri. Apud ho⌊mines speciosa et in oc⌊ulis sapientum, sed necesse est habere aliam pul⌊chritudinem in oc⌊ulis dei, quae unica et sola: credere in Ies⌊um. illa tergit omnes rug⌊as, maculas et facit gratos deo et est res omnipotens. Hoc aud⌊i. Extra Christum sumus perditi cum omni, quod habemus.

'Quoniam ipse Deus': In praesenti versu diff⌊icilis doct⌊rina assuetis in iustitia legis, et quam pauci appreh⌊endunt eam, ut confidant sola g⌊ratia Christi et repud⌊iant suam iust⌊itiam. Hoc nobis difficil⌊e et Papistis praecipue. Nos max⌊ime luctamur, ut accip⌊iamus etc. Et tamen nullum aliud arg⌊umentum, quam quod sola iustitia f⌊idei sancti etc. Das iſt noch erger,

8 est] esse

Dr] mentariis, Anabaptistis et Papistis, quos Monachus ille totos voravit, ut nihil sint nisi monachi rasi, a qua peste Deus nos benigne servet. Amen.

Haec igitur summa est, Nostram pulchritudinem non consistere in propriis virtutibus nec etiam in donis acceptis a Deo, per quae operamur virtutes et facimus omnia, quae pertinent ad vitam legis, Sed in eo, si Christum apprehendamus et credamus in eum, tunc sumus vere formosi, et solum eum decorem spectat Christus, ac preterea nullum. Ergo docere, quod velimus religionibus electis et iusticiis propriis pulchri esse, nihil est. Apud homines quidem et in aulis sapientum sunt speciosa, Sed in aulis Dei necesse est habere nos aliam pulchritudinem. Ibi est haec una et sola pulchritudo, credere in Dominum Iesum Christum. Ille detergit omnes maculas et rugas ac facit gratos Deo. Haec fides est res omnipotens et pulchritudo maxima, praeter quam nulla pulchritudo est. Nam sine et extra Christum sumus damnati et perditi cum omnibus, quae habemus et sumus.

Quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum.

In proximo versu audivimus doctrinam valde difficilem iis, qui assueverunt ad iusticiam legis, quare pauci sunt, qui tam plene eam apprehendunt, ut confidant soli graciae Christi et repudient suam iusticiam ac ad repudiatam suam iusticiam non redeant. Et quid mirum Iudeos non apprehendere, qui in lege educati sunt, cum Papistae eam non recipiant, cum quibus iam multis annis luctamur non alia de re, quam quod sola fide iustificari peccatores docemus et non operibus legis, Multo minus autem operibus,

Hs] quod Iud[aeos fur den kopff [1], scilicet relinq[uere p[atrem et matrem et domum, [Bl. 98b] quia hic habes legis dominum, ergo credendum etc. Ibi rex, qui est deus tuus. Ergo discernendum inter donantem et donum. Quanto praestat donator a dono! Ipse dedit, inquit, p[er filium. Non tantum dedit legem, iust[itiam legis, pulcher[rima dona spiritus. Quicquid est servilium legum et donorum, debet subesse regnanti ipsi domino, quia ipse author,
Kol. 2, 9 fons, caput, in quo 'plenitudo'. In ceteris omnibus reb[us est particula
1. Kor. 12, 4 deitatis, 'sunt var[iae distrib[utiones'. Ibi est tota possessio, sors, quia dominus est. Sic ergo in eius amplexu deb[emus mori, ut nihil sciamus de peccatis, iusti[tia et exter[nis cere[moniis, tantum aperiat cor deus, ut appreh[endat magnitudinem Regis, ſo ghet ihene hin weg, 'Oblivis[ci'. Quando ergo urgent multa opera, concedo: dona sunt dona. Sed hic disting[ue

*4* dono] deo *5 über* dona *steht* miracula *zu 8* P[etrus: 'olokleros' *[Jak. 1, 4] r* *12* multa *c aus* multum

[1]) *Erg. stößt = irre macht.*

Dr] quae sine certo Dei mandato eliguntur? Huic argumento difficilimo subiicit aliud longe difficilius, quod Iudei ne audire quidem possunt, et de quo in Ecclesia quoque magnas turbas Heretici excitarunt. Postquam enim docuit Synagogam, ut obliviscatur et populum et domum patris sui ac in solo auditu Euangelii hereat (quod per se gravissimum est), addit iam racionem minus tolerabilem Iudeis, nempe, quod Christus sit dominus eorum et Deus eorum, quem adorare debeant, Hoc est, quod Christus sit Dominus legis, cui caedere debeat et populus et domus patris et universa lex. Idque ideo, quod lex per servos sit tradita, Nunc autem adsit ipse Dominus et Rex et Deus.

Hic igitur institue differenciam inter donum et donatorem. Deus dedit Mosen, dedit sanguinem Abrahae, dedit legem, dedit iusticiam legis, dedit miracula in veteri lege, dedit multa alia dona spiritus sancti. Sed quid haec sunt ad id, quod tandem se ipsum dedit? Quicquid igitur est legum et donorum, In summa, Quicquid non est Dominus, hoc totum cedat huic regi et pareant omnia regnanti domino, Christo, In cuius unius pulchritudine
Kol. 2, 9 tuto confidere possumus et debemus, quia in eo placuit 'inhabitare omnem plenitudinem divinitatis', In caeteris rebus est tantum particula quaedam
1. Kor. 12, 4 minuta divinitatis; 'varia enim sunt dona et variae distributiones operum',
Jak. 1, 4 Sed hic in Christo (inquit Petrus) estis 'ὁλόκληροι', habetis totam sortem, quia in eo est tota possessio et omnia bona cumulatissima, quia ipse est dominus. Sic ergo, inquit, in eius complexu debetis haerere, ut omnium priorum obliviscamini et nihil de preteritis moribus ac iusticiis vestris, nihil de externis ceremoniis sciatis et tantum apprehendatis magnitudinem vestri regis et domini.

Ergo cum urgent adversarii aut Satan legem et obiiciunt dicta illa:
Matth. 5, 44 per pacienciam debes vincere malum, 'dilige inimicos' etc., Dic: concedo

Hs] inter donum et donatorem. Num equabis ista aut praeferes? Non debemus donis, sed donatore imbui. Ideo nec nos reiicimus b⌊ona opera, sed distinguimus et damus donis suum circulum. Sed reservamus nostro d⌊omino totum c⌊oelum et regnum. Subsint dona et fa⌊ciant sua ministeria, sed non regnent, sed Christus sit d⌊ominus con⌊scientiae nostrae. In hoc maneamus soli, puri, tunc vita, salus et tota possessio. Ideo hec ratio, quare oblivis⌊cendum etc., scilicet in comparatione ipsius Regis, qui, inquit, te diligit et ipse est dominus.

'Adonai' est vocabulum Sacrum, quod non appropriatur nisi vero et naturali deo in t⌊ota scrip⌊tura, testib⌊us o⌊mnibus Iud⌊aeis. Adonai clare hic vocatur, ut supra. Est probatio, quae magis exasperat quam propositio, quae est: 'obliviscere'. Das iſt probatio absurdi per magis absurdi. Ipse deus probat per suum verbum; q⌊uod dix⌊it, est stultum.[1]

[1]) *Nämlich* rationi.

Dr] totum argumentum; et cum inculcat: At tu id non prestitisti, es ergo damnatus, Hic responde ex hoc loco Psalmi et dic: Agnosco culpam, quod peccavi. Sed volo tamen esse dialecticus et distinguere inter donum et donatorem. Num tu aequabis donum donatori, aut etiam preferes? Non opinor. Quid ergo tam accusas, quod in dono illo deficio et in legem peccavi, cum ipsum donatorem habeam, qui est dominus et Deus meus? Debemus autem prius donatorem habere et pluris facere quam dona. Non autem reiicimus bona opera, sicut nos accusant, sed distinguimus et damus operibus et donis suum circulum et locum, Sed ipsi domino nostro reservamus totum coelum et regnum. Ergo serviant dona et virtutes et exerceant nos, sed non regnent in nobis. Regnet autem in nobis Christus, is sit dominus conscientiae nostrae, in hoc maneamus soli et puri, tunc erimus salvi et omnia placebunt Deo. Haec est ratio, quare mandet repudiare et oblivisci omnis iusticiae, donorum et virtutum, scilicet in comparatione regis et propter regem, qui nos diligit et est Dominus Deus noster.

Ipse est Dominus.

'Adonai' est nomen sanctum, quod in hac forma, qua hic est positum, non appropriatur nisi uni vero et naturali Deo, testibus omnibus Iudeis. Quia autem clare tribuitur hoc nomen Christo, magis exasperat haec probatio Iudeos quam assumpta propositio, quia dicit contraria: Homo est Deus. Propheta igitur hoc loco secundum Iudeos et racionem incredibile et absurdum probat per aliud magis absurdum et incredibile. Sed Deus non curat, quid impii senciant de suo verbo, Sed per verbum suum sic

*19* qui] quid *im Urdruck* *27* compartione *im Urdruck*

Hs] Sed nostrum, audire et inclinare aurem, [Bl. 99a] tum intel⌊ligemus istam probationem fortis⌊simam. Q⌊uidquid est iustitiarum et legum, debet cedere
V. 3 Regi. Arg⌊umentum scandalosum alterum, Christum, qui est homo, 'prae filiis' etc. Ibi aperte vocat deum, ut supra. Ideo iste psalmus unus ex praecip⌊uis, qui continet reg⌊num Christi et praesertim personam Christi, quod sit deus et homo. Et isti loci vobis tenendi contra Sabel⌊lios, Samosatenum, Ar⌊rianos, Eu⌊nomianos, omnes ascendentes voluerunt appreh⌊endere; non intel⌊lexerunt, quomodo digeratur cibus, quomodo oculus percip⌊iat colorem, auris sonum; ipsa nostra opera non possumus dicere, et tamen insensati et furiosi ascendimus extra nos et metimur divinitatem secundum insulsissimam rationem hu⌊manam. Isti non audiunt de⌊um loq⌊uentem sed se. Ideo

*1 neben 99 steht* (101) *zu 1ff. am Rand der Seite steht quer:* Christus deus
*6* Samosatenus

Dr] statuit et pronunciat, quod semper est absurdum rationi. Est autem nostrum, humiliter audire et assentiri, quod cum fecerimus, intelligemus hanc probationem esse efficacissimam. Ipse dicit hunc regem Christum esse Deum, non igitur mentietur. Si autem est Deus, ergo omnia debent ei cedere, Moses, Lex et quicquid est in tota Ecclesia iusticiarum et legum. Est igitur hoc alterum argumentum scandalosum, quod appellat Christum
V. 3 Deum et Regem, Supra autem hominem vocavit: 'Tu es speciosus prae filiis hominum'. Est ergo hic Psalmus unus de precipuis, qui continent regnum Christi et presertim descriptionem personae eius, quod sit verus Deus et verus homo.

Sunt autem diligenter tenendi hi loci et muniendae conscientiae contra sagittas diaboli: videmus enim, quod multi, qui hos locos non tenuerunt, sint subversi a diabolo, Sicut Ariani, Sabellii, Eunomiani, et ante eos Samosatenus, qui omnes voluerunt cogitacionibus in coelum ascendere et apprehendere maiestatem divinam, Cum tamen ea opera, in quibus ipsi vixerunt et nos vivimus, plene cognoscere non potuerint. Quis enim est, qui ausit affirmare se scire, quomodo sermo gignatur in ore, quomodo digeratur cibus et potus ac paulatim convertatur in sanguinem et carnem, Quomodo unam vocem pariter et perfecte multa milia hominum audiant, quomodo obdormiamus etc.? Si igitur ea opera, inter quae versamur omnes et quotidie vivimus et in nobis et a nobis fiunt, non possumus attingere et dicere, quae insania, quis furor est, velle ascendere in coelum, extra nos, et metiri divinitatem secundum insulsissimam rationem humanam? Sed tales sunt superbi illi spiritus, qui non audiunt, non vident, non inclinant aurem ad Deum loquentem, sed volunt ex suo capite de tantis rebus disputare et loqui. Quare munite vos contra tales cogitationes. Si enim nihil nostrarum

*24* Ennomiani *im Urdruck*

Hs] munite v⌊estram con⌊scientiam. Quandoquidem nihil nostrarum virium et operum intel⌊ligimus, multoplus. Ideo standum eius verbo et inclinanda auris. Sed dicit incredibilia! was leit dir dran? Arg⌊umentum Hyl⌊arii: Patiens es in ignorantia sensuum tuorum, et impatiens in ignorantia dei: Quomodo deus p⌊ater, f⌊ilius, s⌊piritus s⌊anctus unus deus? P⌊rimum off⌊endit Iud⌊aeos usque in hoc, ut nihil execratius aud⌊iant quam: I⌊esus Christus filius dei et deus. Diab⌊olus etiam non lib⌊enter audit. Ideo ſaſſe verbum dei in aurem. Si specul⌊aris, actum. Ego in inferiorib⌊us art⌊iculis expertus: si praeter scrip⌊turam ago, fit mihi etc. Item, quod creator deus celi, Item de bap⌊tismo dispu⌊tans mecum, amitto k⌊rafft et ſafft.[1] Ideo nolunt doceri neq⌊ue cog⌊itari art⌊iculi fid⌊ei, praesertim iste max⌊imus, nisi in puro et solo verbo dei. Iudei non possunt hoc Arg⌊umentum ferre,

6 ut *fehlt*

[1]) *Von L. oft verbunden, s. Unsre Ausg. Bd. 12, 564, 14.*

Dr] virium et operum intelligimus, quomodo poterimus Deum extra nos positum, invisibilem et incomprehensibilem intelligere? Et discite, in hoc articulo et similibus simpliciter esse standum ex verbo Dei et inclinandam esse aurem. Quodsi Deus incredibilia dicit, quid ad te, cum alia longe viliora et exposita sensibus non intelligas? Sicut etiam Hilarius argumentatur, cum simus pacientes in ignorancia sensuum, non convenire, ut simus impacientes in ignoratione Dei. Non scimus cibum et potum, quem sumimus, quomodo et per quid mutetur, et scilicet absurdum est ac dolet non posse scire de Deo, quomodo pater, filius et spiritus sanctus, tres personae, unus, verus, individuus Deus sint?

Hic igitur articulus de Christo Deo offendit primum Iudeos, ut nihil putent execrabilius esse quam audire, Christum Deum esse. Deinde offendit etiam Satanam. Tertio offendit etiam racionem nostram. Horum ne tu sis similis, sunt enim hostes Christi et verbi eius, Sed inclina aurem et preterea nihil admitte, Quia, quando sine verbo de hoc articulo specularis, tunc de te actum est. Nam hoc quoque in inferioribus articulis accidit, ut, si sine scriptura de eis disputes aut cogites, incidas in miram prophanitatem. Nam ego quidem, cum nonnunquam de Deo creatore coeli, de Baptismo et aliis huiusmodi omisso verbo cogito, nullum plane succum ea cogitacio habet, sed est quasi inane quoddam somnium. Quid putas fore in hoc articulo summo? Quare scias, quod neque doceri nec cogitari volunt articuli fidei sine verbo Dei puro et solo, praesertim hic de divinitate Christi. Discamus igitur assuefacere nos ad verbum et inclinare aurem. Hoc autem quia Iudei non faciunt, plane furunt, cum audiunt Christum Deum dici, cum tamen hoc loco clarus habeatur textus, quem ut eludant, ad vanissimas calumnias vertuntur.

Hs] furunt et conspuunt. Ideo vertuntur ad meras cal⌊umnias. Sic Arr⌊iani, qui dix⌊erunt, quod Christus secundum alt⌊eram naturam esset quaedam persona, et finxerunt eam mediam inter divinitatem; Non esset angelicam nec divinam essentialiter, sed est quaedam perfectis⌊sima creaturarum ante omnes creat⌊uras creata, [Bl. 99b] per quam omnes alias creat⌊uras deus creat, celum et ter⌊ram. Et ego sic possem speculari et sic die ſchrifft

Sir. 24, 5 (Vulg.) drauff gezogen[1]: 'Ante' lucif⌊erum, Ec. 24. Videbant divinitatem Christi urgeri per scrip⌊turam, ideo Non kunden fur vber.[2] Ideo finx⌊erunt: post divinitatem creatam perfectis⌊simam creaturam, per quam postea deus crearit creaturas. Sic Mahometh fingit deum loqui cum eo ut cum filio. Sic Franciscani suum F⌊ranciscum. Istas specul⌊ationes Ideo recito, ut putetis non difficiles. Sic prius Samosa⌊tenus: Christus non esset deus, sed verbum divinum significaret intel⌊lectionem in divinis. Hec omnia facilia philoso-

*3* persona] personam *5* alias *c aus* aliam *7* Videbant *c aus* Di⌊vinitatem *13* omnia] omnis

[1]) = *die Schriftstelle darauf bezogen.* [2]) = *konnten nicht sich dagegen verschließen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 31*[1]*, 319, 31.*

Dr] Sic Ariani offensi hoc articulo dixerunt, Christum secundum alteram naturam esse personam mediam inter divinam naturalem et creatam Angelicam naturam. Tribuebant igitur ei vocabulum Divinitatis, quam tamen revera negabant, quod, quanquam non esset essencialiter et natura Deus, tamen esset perfectissima creatura, ante omnes alias creaturas creata, per quam coeterae absolutissime creatae essent. Sed quae haec est sapiencia, discedere a verbo et fingere quiddam ex suo capite, et post id scripturis male detortis in speciem ornare? Sic ego etiam quaelibet possem speculari et depravare. Quare isti sunt homines vere odiosi, qui existimant hoc singulare artificium esse, quod alii non teneant, primum comminisci aliquid

Sir. 1, 4 consentaneum cum racione, Deinde id confirmare scripturis, Eccles. 1.: 'prior omnium creata est sapiencia'. Ibi est verbum 'creata', ergo Christus est creatura etc. Quia enim videbant se premi scriptura, dixerunt, post divinitatem naturalem esse creatum verbum seu sapienciam Dei lucidissimam et formosissimam, per quam Deus post creaverit omnia. Egregia vero sapiencia, qua omnes impostores usi sunt. Sic enim Mahmeth quoque fingit, se proximum Deo esse et Deum secum tanquam cum filio loqui, Sic Franciscanus suam regulam et Franciscum suum tanquam idolum colit. Recito autem haec ideo, ut videatis nihil esse facilius, quam novi aliquid speculari et fingere. Sic Samosatenus fingit, verbum non esse personam, sed verbum significare intellectionem Dei naturalem, spiritum significare motionem divinam. Haec omnia sunt facilia, Quia sunt Philosophica, quae racione comprehendi possunt, nec opus habent fide, neque sunt analoga fidei, sed a gentili et

*19* absolutissimae *im Urdruck*

Hs] phica et comprehensibilia, ad hec non indigeo fide. Non sunt analoga fidei. Ein heid et puer X Annorum possunt hec speculari, posito fundamento, quod deus unus. Sed heiſſt: 'quae oculi non' etc. per s[piritum s[anctum intelli- 1. Kor. 2, 9 gunt art[iculos fidei et verbum, ratio abhorret ab eis, Ut in Iud[aeis et gentib[us. Ratio hic submergitur vel oportet eruat oc[ulos et aud[iat deo et captivam se praebeat deo: sunt mihi incredibilia, sed quia deus dicit et confirmavit miraculis, ideo credo. Ideo munite vos scrip[tura pro isto art[iculo: 'Deus dedit' etc. Ibi iterum: 'Rex est deus tuus'. Cavillari possunt: Eph. 1, 22 David et omnes R[eges sunt adorati, ergo adorare non est proprie divinitatis; sed a priori habetis scrip[turas manifeste testantes Christum esse f[ilium dei et deum. Ibi rationem las dich nicht yhrr[1] machen. 'In prin- Joh. 1, 1. 3 cipio erat'; 'non factum'; benedictus in secula.

---

7 vos *fehlt*

[1]) = *irre.*

Dr] impio homine, Imo a puero decem annorum excogitari et intelligi possunt. Posito enim hoc principio, quod Deus unus sit, facile est ista de verbo transeunte in corde et motu divino comminisci; consenciunt enim cum racione, ne, quod unum est, sit triplex. Sed qualis haec fides est, quam ratio potest assequi? Qualis est quoque haec industria, postea ad illam rationalem imaginacionem abuti verbo Dei?

Quare vos primum hoc scitote, articulos fidei vere esse sentencias de talibus, 'quae oculus non vidit, auris non audivit nec descenderunt in cor 1. Kor. 2, 9 hominis' et per solum verbum et Spiritum sanctum docentur ac intelliguntur, et est ea natura omnium articulorum fidei, ut universa ratio ab eis abhorreat, sicut in gentibus et Iudeis cernimus. Nam sine spiritu sancto non possunt intelligi. Sunt enim abyssi sapienciae divinae, in quibus ratio plane submergitur et occiditur. Qui igitur vult esse Christianus, ille eruat oculos rationi suae et tantum audiat, quid Deus dicat, et prebeat se captivum Deo ac dicat: Quanquam ista, quae audio, sunt mihi incomprehensibilia et incredibilia, tamen, quia Deus dixit et confirmavit potentibus miraculis, ideo credo etc. Munite igitur conscientias vestras de isto articulo: Christus est Deus, nec multum disputate. Clarus textus est: 'Quia ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum'. Videtur quidem posse per calumnias eludi: David etiam est adoratus, ergo adorare non est proprium Dei. Sed testimonia scripturae sunt duplicia; quaedam sumpta sunt a priori, quae manifeste dicunt Christum esse filium Dei et verum ac naturalem Deum, qualia multa sunt in Iohanne; quae si quis evertere volet, is sciat, quod scriptura sancta evertenda sint, et non ratione humana. Quid clarius esse potest, quam quod dicit: 'In principio erat verbum', Item: 'Omnia, quae facta Joh. 1, 1. 3 sunt, per verbum illud facta sunt'. Non dicit verbum esse factum, sed

Hs] Paulus a posteriori, i. e. effectibus, i. e. quod filius Regnet omnia, quae Pſ. 110,1 per ipsum creata, super omnem creat⌊uram: 'sede ad dex⌊tram', et 'facit, quae Joh. 5,19.21 pater', 'vivificat', Ut in Ioh. Hec a posteriori probant deum Christum, quia arrogat sibi equalitatem dei. [Bl. 100ᵃ] Vel phanatica, ut furiosi loq⌊uuntur, vel philosophica ars, Schwer⌊meri. Das heiſt nicht fidem praedicare, quae Hebr. 11,1 'est non ap⌊parentium, non visib⌊ilium'. Tamen credere deum, est impossibile, invisibile. Unus de locis est iste, qui max⌊ime off⌊endit Iud⌊aeos et reddit phanaticos super illos spiritus. Si Ec⌊clesia habere⌊t hodie leges per s⌊piritum s⌊anctum constitutas, tamen ad comparationem ad Christum cedat cum leg⌊ibus a s⌊piritu s⌊ancto donatis, quia ei debetur g⌊loria et honor, quod regnet super omnia.

'Et adora': Da ſthen die verba proprie. Non versatur in historia, ubi David dicitur adorari, sed in doct⌊rina et s⌊ummo art⌊iculo fidei. 'Adorare'

zu 1 A priori / posteriori r    12 Da] S    zu 13 'Ador⌊are' r

Dr] quod omnia per verbum facta sunt, ergo ipsum verbum non est factum, sed semper fuit. Sed haec clara sunt et tractata a nobis alibi.

Deinde alia testimonia sumpta sunt a posteriori, hoc est, ab effectibus, sicut Paulus clare dicit filium regnare super omnia, sicut in Psalmo quoque Pſ. 8,7 Pſ. 110,1 est: 'Omnia posuisti sub pedibus eius', Item: 'Sede a dextris meis'. Item Joh. 5,19.21 apud Iohannem, ubi se dicit similem patri, Omnia patris sua esse, 'se etiam facere, quae pater faciat, vivificare, iustificare' etc. Haec sunt argumenta a posteriori, quae probant Christum Deum esse, quod arrogat sibi aequalitatem Dei, nec potest ratio contra haec quicquam afferre nisi Philosophica et racionalia vel plane fanatica. Voco autem Philosophica, quae cuique facile est intelligere et fingere. Sed queso te: estne hoc fidem docere, quae Hebr 11,1 'est rerum non apparencium et invisibilium'? id est, earum rerum, quas non possumus assequi in hac vita, Sed quae tantum credendae sunt, donec suo tempore revelabuntur, iam autem sunt invisibiles.

Est igitur hic locus unus de precipuis, quo maxime offenduntur Iudei et alii fanatici spiritus, quod Christum appellat Deum, cui cedant Moses et Lex. Et si Ecclesia hodie habeat leges per spiritum sanctum constitutas, etiam dicendum esset: Cedat Ecclesia, caedant leges ille, ut extollatur ille Rex super omnia, quia ei debetur gloria, honor, et sicut hic dicit: 'Quia est Deus tuus, quem adorabis'. Sunt enim verba hic maxime proprie posita, quia Propheta non est in Historiis, sicut de Davide in historia dicitur, eum esse adoratum, Sed est in doctrina et summo articulo fidei; ergo adorare 2. Moſe 20,2 hic proprie significat cultum Dei, Sicut in primo precepto ponitur: 'Hunc solum adorabis', ubi certe de λατρεία dicit. Scandalosum igitur est coram gentibus et Iudeis, quod Christus sit adorandus, cum tamen primum pre-

Hs] significat proprie cultum dei, proprie pertinet, ut ex 1. praecep⌊to, et hic
dicit tam g⌊entibus quam I⌊udaeis. Ibi reperimus nos sap⌊ientiam salutarem,
Ne d⌊icat conscientia: Dicis, quod deb⌊eam relinquere iustitias legis et istum
suscipere; quid, si per hoc fierem idolatra? 'Tantum unus deus, Non 2. Moſe 20, 3
habebis!' Ideo s⌊piritus s⌊anctus declarat hic primum praecep⌊tum, quia
prohibitum sub ira 'in 4. genera⌊tionem', si quis alium d⌊eum, et tamen dicit, 2. Moſe 20, 5
quasi sit alius. Ibi inter saxum.[1] Ibi periculum deserendi 1. praecep⌊ti et
deinde prophetiae huius etc. s⌊piritus s⌊anctus: manebit salvum 1. praecep-
⌊tum et unitas dei. Ideo cum confidentia relinque omnia d⌊ivina et humana,
deum et etc., tantum adora illum, ſolt[2] recht treffen. Nunc, qui credimus
in Christum, G⌊entes et I⌊udaei, certificati, quod non erremus, si cred⌊imus
et confessi f⌊ilium dei verum et naturalem deum. Si non, wie es zu ghe,
non curo, aurem adhibeo: 'Ipse dominus deus tuus, mando tibi, ut adores'.

---

*4* si *fehlt* fierem] fierrem *13* adores] adorem

[1]) *Sprichwort; erg.* 'et sacrum'; *z. B. bei Plautus, Capt. 3, 4, 84;* = *in schlimmer Verlegenheit sein.* [2]) = *sollst es.*

Dr] ceptum tantum unum Deum adorandum esse dicat. Sed nobis est salu-
tare et consolatorium, ne conscientia nostra dicat: audio quidem legis
insticiam esse deserendam, sed quid si idolatra fiam, cum Christum tan-
quam Deum adoro, contra primum preceptum, quod unum Deum
adorari iubet? Spiritus sanctus igitur his et aliis locis munit nos contra
hanc cogitacionem et declarat primum preceptum, quasi dicat: Audis in
primo precepto unum Deum adorandum, aut fore, ut Deus idolatriam puniat
in tertiam et quartam generationem, metuis igitur, ne fias desertor primae 2. Moſe 20, 5
tabulae. Contra audis hic etiam prophetiam de adorando christo, eam quo-
que non debes deserere, quia idem Deus hic quoque loquitur. Hic haeres
inter sacrum et saxum, ne vel primum preceptum vel Propheciam hanc
deseras. Me igitur audi et confidenter adora Christum, manebit tibi salvum
primum preceptum, manebit etiam salva Unitas Divina, non errabis, Sed
derelinque cum confidencia omnia divina et humana et tantum adora hunc
Christum, ex eo pendeas totus, et tunc pendebis ex vero et uno Deo.

Ergo nos gentes, qui credimus in Christum, sumus hic certificati et securi facti, nos non errare, sed summe Deo placere, si credamus in filium eius Ihesum Christum, verum, unum et naturalem Deum, et eum confiteamur. Quodsi non assequimur, quomodo Deus unus sit et tres personae, relinquamus hoc ipsi, tantum adhibeamus aurem. Ipse sic dicit, quod Rex noster sit Deus, et mandat, ut adoremus eum, quare nos credamus eum Deum nostrum esse. Et sic nullum erit periculum ab idolatria, ne falsum Deum adores. Sed si stulta superstitione, ne primum preceptum violes, hunc regem reieceris, tunc totum et verum Deum reiecisti, sicut Ariani fecerunt. Dum enim vitant vicium, stulti in contraria currunt. Illi dum volunt primum praeceptum

Hs] Cum hie, wil ich yhn fur G⌊ott haben. Ideo non falsum vel novum deum. Et non rectius adoraveris, quam si cred⌊ideris illo novo. [Bl. 100[b]] Ar⌊riani lieben l⌊egem, primum praecep⌊tum: Num adorandi plures dii? directe contra primum praecep⌊tum. Sic der heilos Zw⌊inglius: der esset mag⌊nus idolatra: Pono corpus. Qui istis non assueti simil⌊itudinibus, terrentur: iſt werlich war; ſo ghets an. Nam si incipis disp⌊utare, ſo iſts auch. Sed verbum Christi da; si sum idol⌊atra, ſo ant⌊wort er da fur. Sic Evae gings im Parad⌊is, lies
1. Mose 3, 1 ſich vber⌊reden: 'Num prohib⌊eret istam arb⌊orem, in qua b⌊onum et malum, Si omnes'[1], etc.? Habet mandatum in ore, sed non feſte. Sic facit omnibus.

Ideo ante omnia constituite, quid credatis in Christiana rel⌊igione, et habete art⌊iculos bene munitos et meditatos locis. Tuas cavil⌊lationes et
V. 11 specul⌊ationes kund ich auch haben. Christus dicit: 'Fili, audi', primum

2 si *fehlt*

[1]) *Erg.* permisit.

Dr] salvare, directe faciunt contra primum praeceptum, ac dum idolatriam, ut vocant, fugiunt, in duplicem idolatriam incidunt: Primum praeceptum, inquiunt, tantum docet unum Deum adorare, ergo idolatria est Christum adorare; sic dum putant magnum peccatum esse, Christum adorare, committunt, quod maius est, et adimunt Christo divinitatem, et per hoc verum Deum negant. Sic miser Zinglius primum movebat auditores hoc tonitru, idolatriam esse credere, quod panis sit corpus Christi, Dei et hominis. Hoc cum audirent, primum simplices mentes deliberabant paulisper, post capti similitudine veri assenciebantur; postquam enim diabolus a corde et oculis removit verbum et eo nos adducit, ut sine verbo de articulis fidei cogitemus, tunc actum est. Sed tu dic: noli deliberare, an sit verum vel non, sed simpliciter credam, sicut Christus dicit: 'Hoc est corpus meum'. Si sum idolatra ob hanc fidem, fit culpa et periculo Christi, cuius verba sic sonant; ipse igitur me bene defendet. Hoc enim certissimum est, quam primum dubitare et disputare de articulo aliquo fidei cepcrimus, amittimus eum et ruimus in
1. Mose 3, 1 impiam opinionem, Sicut Eva, cum deliberaret secum de mandato Dei, ruebat, ſie lies ſich auch bereden auff ein bedencken[1], da war ſie ſchon gefallen. Inicio habet mandatum in ore et contra Satanam egregie se defendit, postquam vero incipit deliberare, victa iacet. Sic omnibus accidit.

Ergo vos, qui incumbitis sacris literis, ante omnia constituite, quid credatis in religione Christiana, ut habeatis articulos fidei munitos bonis textibus scripturae sanctae et bene meditatos. Deinde, quando tecum volunt disputare vel Satan vel eius instrumenta, haeretici, tunc obiice eis illos textus et desere eos, dicens: cavillationes et speculaciones tuas audire nolo. Hoc enim dicit spiritus sanctus, qui me monuit, ut audirem et inclinarem

[1]) = *ließ sich bereden, darüber nachzudenken.*

Hs] quod deserenda iustitia omnis et tantum in eum fid⌊es col⌊ligenda; Deinde maior [1], quod verus deus et adorari debet. Da bin ich ſicher et arg⌊umentum solutum ex 1. praecep⌊to. Ideo concedo arg⌊umentum. Non facio alium deum quam antea. Est una essentia etc., non volo habere p⌊lures deos. Hic est unitas divinitatis. sed quomodo istae personae differant, — sufficit mihi scrip⌊tura. Si per philosophiam appreh⌊endere possem, quid opus scrip⌊tura? Zw⌊inglius amisit art⌊iculum de bap⌊tismo, Sac⌊ramento, gratia, de p⌊eccato orig⌊inis, verbo. Ideo Theo⌊logus sit bonus textualis; et ut in sac⌊ris Reb⌊us non philosophandum, hoc principium, quia ego tam bene disputare possem ut alius nullus. In sacris rebus tantum audiendum et credendum et statuendum in c⌊orde firmiter, quod deus verax. Ille rex, quem praedico: natus de virg⌊ine v⌊erus homo, est etiam verus d⌊eus, quia fingitur vocabulo.[2] Et

5 divinitatis] divinitas   *10* possem *fehlt*

[1]) *Erg.* sententia.   [2]) *Zum Sinn vgl. S. 594, 15ff.*

Dr] aurem, fore enim doctrinam novam et magnam, in qua multi offendantur, quod omnis iusticia sit deserenda et tantum in uno Christo eiusque insticia confidendum et nitendum, Deinde quod hic Christus sit natura Deus et adorandus. Securus igitur sum, me non errare, et solutum est argumentum, quod ex primo praecepto obiicitur et ex Prophetis de uno Deo. Si opponant: ergo facis plures Deos, Respondeo: non facio alium aut plures Deos, Sed dico eundem esse Deum patrem, filium et spiritum sanctum. Est unitas substancialis et una essencia, quanquam tres sint personae, nec volo habere plures Deos, quia plures dii pugnant inter se, nec possunt esse, Sed hic est unitas. Quomodo autem differant personae, si non intelligo, sufficit mihi scriptura sancta, quae dicit ac nominat patrem, filium et spiritum sanctum. Matth. ultimo. Si possem ista assequi ratione aut sensibus, quid opus esset Matth. 28, 19
fide? quid opus esset scriptura divinitus per spiritum sanctum revelata? Quodsi nihil, nisi quod ratione comprehendere possum, credere volo, amittam brevi Baptismum, Sacramentum altaris, verbum, graciam, peccatum Originis et omnia, nam horum ratio nihil intelligit. Sic videmus Sacramentarios et Anabaptistas haec omnia amisisse, de nullo enim horum recte senciunt. Quare prima haec Theologi cura sit, ut sit bonus textualis, ut appellant, et teneat hoc principium primum, in sacris rebus non esse disputandum aut Philosophandum. Quia, si racionalibus et verisimilibus argumentis hic esset agendum, ego tam facile calumniari possem omnes articulos fidei quam Arius, Sacramentarii et Anabaptistae. Sed in Theologia tantum est audiendum et credendum et statuendum in corde: Deus est verax, quantumcumque rationi videantur absurda, quae Deus in verbo suo dicit.

*24* Matth.] Mar. *im Urdruck*

Hs] mandatur ei adoratio, i. e. cultus dei ex 1. praecep⌊to. Ibi loco obliti cultus et repudiati alium novum. Et deus simp⌊liciter 1. praecep⌊tum transfert in h⌊oc praecep⌊tum: 'Dominum deum tuum'. 'Non facies'¹, hoc in verbis et syl⌊labis accipit et trib⌊uit huic regi. [Bl. 101ᵃ] Qui hunc non adorat, non trifft deum. Accipiamus leges Mosi aliquot, q⌊uidquid est bonum, quot⌊iens hactenus me coluisti, — vobis iam mando, ut f⌊ilium meum adoretis. Das ſol mein cultus ſein. Ideo qui huic serviverit Regi, ille solus implet primum praecep⌊tum. Ideo debemus audire deo; si vel⌊imus 1. tab⌊ulam servare, audiamus eum loq⌊ui nobis de filio revelato nobis. Nam debemus esse veri,
Joh. 4, 24 non ado⌊ratores ut olim, sed 'in veritate et spiritu', i. e. fide dil⌊ecti filii; es heiſſt: qui h⌊unc, et me spreverit; adoraverit, et me. Nihil est periculi, quod fiamus idol⌊atrae. Ipse verus deus hoc mandat: adorate f⌊ilium, ego sum adoratus, quia f⌊ilius et ego sumus unum. Ideo me non treffet quam

5 est *doppelt* 13 treffet *c aus* per treffn *möglich* *hinter* treffet *nochmals* me

¹) *Text des ersten Gebotes; erg.* alios deos.

Dr] Ita hoc loco dicit, hunc regem (quem predicamus natum ex virgine, verum hominem fuisse) naturaliter esse Deum, quia hoc vocabulum per totam scripturam in hac forma, qua hic positum est, tantum uni Deo tribuitur, et adorare eiusmodi est cultus, qui etiam uni Deo debetur. Ergo loco veteris cultus, quem supra iubet oblivisci, instituit hic alium novum cultum et transfert primum praeceptum in numeris et sillabis suis in hunc regem. Hunc adora, dicit; Qui hunc non adoraverit, is a vero Deo aberrabit, quasi dicat: nemo debet queri, quasi omnes cultus perierint et sublati sint. Quod enim hactenus ceremonias servastis, sacrificastis, fecistis decalogum et alia legis opera, omitto iam, fuerint ista hactenus cultus; sed novus cultus iam erit, et unicuique et mihi gratissimus, adoratio huius regis, in quem transfero primum praeceptum, et mando, ut eum adoretis, quod cum feceritis, tunc me adorastis, mihi exhibuistis cultum. Quicunque enim hunc regem colit, ille solus implet primum preceptum et nemo alius, quia iussi, ut sederet a dextris meis etc. Debemus igitur obsecundare Deo loquenti
Joh. 4, 24 nobis de filio revelato, ut simus veri adoratores, non ut olim, sed 'in spiritu et veritate', id est, in fide sui filii dilecti. Qui hunc adoraverit, me adoraverit, qui hunc spreverit, me spreverit, ut omnia sint in gloriam illius filii. Nec periculum est, ut simus idolatrae. Pater enim mandat et dicit, cum filium adoraveris, se adoratum esse, se cultum esse, sibi servitum esse, quia sit unum cum filio, nec posse nos alia via aut certius pervenire ad patrem,
Kol. 2, 9 quam per filium et in filio, 'in quo est omnis plenitudo divinitatis'. Non

21 perierint] peierint *im Urdruck*

Hs] in et per f⌊ilium. Ibi 'omnis plenitudo divinitatis'. Ideo cum g⌊audio et Kol. 2, 9
letitia, certitud⌊ine adorare filium dei, dominum nostrum ut verum deum, non speculatum. Cultus nunc dei non est servare ullas relig⌊iones, cer⌊emonias g⌊entium, Pape, Mo⌊si, Circumcisionem, sed ap⌊prehendere et credere h⌊unc R⌊egem et verum f⌊ilium dei et post in timore ag⌊noscere et credere et omnia in obseq⌊uio eius operari. 'Modo fiant omnia in nomine d⌊ei.' Tum Kol. 3, 17
omnes sacerdotes, omnes vestiti eadem relig⌊ione. Est unicus sacerdos, fides. Et pulch⌊riores nostrae iustitiae quam vet⌊eris test⌊amenti. Est ein ſeiner, k⌊öſtlicher vers.

'Et filia': Hoc consolatur Ec⌊clesiam quasi etiam exter⌊na consolatione. V. 13
Difficile est, deo credere sine exemplo. Si deus 1 ſol allein furen, ut Ab⌊rahamum, videre ceteras g⌊entes abhor⌊rere ab E⌊uangelio et 1 sapere, 1. Moſe 12, 1
iſt ſchwer. Si sic fueris speciosa in oculis meis, dabo fort⌊unam tuae fidei, cultui, praedicationi de me, ut das beſte in der welt accedat; disparia ei plurima [Bl. 101[b]] Q⌊uanquam potentis⌊sime impug⌊nent, tamen aliquos ad-

2 dei *o*  *6* in *(1.) vor der Zeile*  *12* ceteras] certeras  *14* disparia] dispartim

Dr] possumus igitur aberrare a Deo, Sed cum gaudio, leticia, fiducia et summa certitudine possumus adorare hunc nostrum regem Christum, filium Dei, dominum nostrum, et verum Deum, non speculatum a Philosophis, sed divinitus sic appellatum.

Est ergo nunc cultus Dei, non servare ceremonias Mosi, Papae, Monachorum, gencium, Turcarum, Sed adorare hunc regem, hoc est apprehendere et credere hunc regem esse filium Dei, pro nobis passum et resuscitatum, Deinde agnoscere eum in timore et accipere verbum eius et credere et omnia in fide eius operari, in gloriam ipsius, ut fiant omnia, sicut Paulus ait, 'in nomine Ihesu'. Sic omnes sumus Sacerdotes, vestiti et ornati eadem Kol. 3, 17
sanctitate Christi, quam fide accipimus, multo pulchriores quam omnes iusticiae veteris testamenti et Papatus. Est insignis versus, quare eum vobis commendo.

Et filiae Tyri in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur V. 13
omnes divites plebis.

Hic consolatur Ecclesiam quasi externa consolacione. Difficile enim est Deo credere sine exemplo et duci a Deo, sicut Abrahamum duxit solum, 1. Moſe 12, 1
et videre omnes alias gentes abhorrere a religione, quam tu sequeris, teque solum diversum ab omnibus aliis hominibus credere et sequi. Spiritus sanctus igitur praevidens, quod haec res pariat magnas infirmitates, consolatur eam et dicit: Ego sic faciam, cum ita fueris speciosa in oculis meis et colueris me sincera fide, relictis omnibus iusticiis tuis, tunc addam fortunam et successum tuae praedicacioni de me, ut optima pars mundi

Hs] iungit, decimam v⌊ult habere. Absurdis⌊simum et incred⌊ibile, quando praedicatur. Item videntur blas⌊phema et idolatrica. tamen praeter opinionem convertit doct⌊rina f⌊ilias R⌊egum et macht gros et perstant, necantur, fundunt
Pſ. 8, 7 f. Jeſ. 49, 23 sang⌊uinem. 'Oves et boves et peco⌊ra'. Et Esa.: 'erunt Reges'. Ec⌊clesiam suam etiam conservat temporaliter. si enim debemus praedicare et Christum conf⌊iteri, tum hoc corpus indiget sustentatione. Si omnis contra nos p⌊rinceps, nullus locus, panis, quies, tum moreretur Ec⌊clesia uno die. Ideo suscitat princip⌊es, qui fovent et fac⌊iunt mag⌊na f⌊ide, devotione et fortit⌊udine, Ut Processus et Mart⌊inus in Neronis aula et alii. Sic consiliarii. Sic etiam hic: convertam ad te aliquot ex magnis cap⌊itibus. 'Sterilis
Jeſ. 49, 21 f. eram, unde tibi?', Esa. 'Tum afflues' etc.

Eb⌊raica phra⌊sis, i. e. ipsa Tyrus. Eadem vox: Geen zur Tur.

---

*3 über* et *(2.) steht* ut  *zu 9* Processus, Marti⌊nus *r*

Dr] Pſ. 2, 1 f. eam amplectatur, ut, quanquam totus mundus impugnet Euangelion, 'gentes fremant, populi conveniant, reges congregentur' contra te, tamen aliquot ex nobilibus, Regibus, principibus et sapientibus mundi te sibi adiungant et verbum accipiant. Vult enim Deus ex illa multitudine regnorum et populorum decimas suas habere; esset autem hoc impossibile, nisi fieret per benedictionem divinam. Est enim praedicacio absurdissima et incredibilis. Ideo damnatur a mundo tanquam haeretica, blasphema, idolatrica. Deus tamen praeter omnem racionem et opinionem convertit per hanc doctrinam fidei semper aliquos, ut Ecclesia augeatur, cum semper aliqui sint, qui perstant ac sanguinem fundunt pro ista doctrina. Dicit igitur idem hic, quod
Pſ. 8, 7 Jeſ. 49, 23 in alio loco: 'Omnia subiecisti sub pedibus eius', et Esai.: 'Erunt reges nutricii eius'. Deus enim Ecclesiam etiam corporaliter conservat, idque necessario. Si enim debemus predicare et confiteri Christum, indiget hoc corpus sustentatione, opus est pace, victu et aliis necessariis. Si igitur nullus usquam princeps esset, qui Euangelion amplecteretur, nullus locus, nulla pax, non victus, non amictus, Ecclesia brevi interiret. Suscitat ergo Deus aliquos principes, qui fovent, largiuntur et alunt pios, et faciunt hoc cum magna fide, sicut in aula Neronis fuit Processus et alii, qui etiam mortem propter Christum adierunt. Hoc est Dei opus. Ita hic promittit: non debes esse solitaria, sed convertam ad te etiam magnos principes, sicut
Jeſ. 49, 21 f. in Esa. quoque dicit: 'Sterilis eram, unde autem mihi hi?' etc.

## Filiae Tyri.

Hebraismus est, id est: ipsa Tyrus. Nam quod hebreis 'Zor' est, puto Tyrum esse, cum sit facilis commutatio Z in T.

---

*16* Deus] Dens *im Urdruck*

Hs] 'In muneribus': die ſol dir ſchencken. significat, quod T⌊yrus debet fieri Ecclesia et recip⌊ere verbum, istos dif⌊ficiles art⌊iculos et prompta et confiteri suam fide⌊m et pascere pauperes Christianos. Per T⌊yrum per Synech⌊dochen intel⌊ligas omnes potentes, C⌊aesares, Iud⌊ices. fuit notis⌊sima, ut si hodie appel⌊lemus Venetias. liberaliter et hylariter.

'Et ador⌊abunt divites': ubicunque est aliquis pop⌊ulus et divites, debet ado⌊rare Christum et Ec⌊clesiam, ministram Christi. Et venient in omnib⌊us pop⌊ulis et werden fro ſein, ut te aud⌊iant praedicatorem. Et hec videmus, quod pii habent mag⌊nam humilitatem erga verbum et serviunt ministris verbi et pauperes Christi. Das heiſt confit⌊eri Christum cum exter⌊no obseq⌊uio, dono et subministratione. Et consol⌊atio, quod Ec⌊clesia in trib⌊ulationibus hab⌊ebit etiam exter⌊nam consol⌊ationem, deinde quod suum verbum multip⌊licabitur etiam per divites [Bl. $102^{a}$] et irrepet per aulas principum et Regum, ut hodie paucae aulae, in quibus non sint, qui diligant et revereantur Euangelium.

---

5 liberaliter *mit Strich zu* pauperes *Z. 3 gezogen*

Dr] In muneribus.

'Afferet ad te munera', loquitur enim de donis mundi. Significat autem, sicut supra dixi, quod Tyrus debet converti ad Ecclesiam et recipere verbum et illos difficiles articulos et confiteri fidem suis donis et eleemosinis in pauperes sanctos. Porro accipies Tyrum per Sinecdochen pro omnibus aliis potentibus urbibus gencium, Tyrus enim tempore huius Psalmi fuit nobilissima, Perinde ac si hodie dicam: Veneciae recipient Euangelion et largiter fovebunt pauperes et afflictos Christianos, ut ita numerus Ecclesiae augeatur.

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites terrae.

Ubicunque est aliquis populus et divites, ibi erunt aliqui, qui adorent Christum propter illud verbum. Et quanquam incredibile videatur, tamen dabo ex omnibus populis, qui veniant et cum summo gaudio audiant te predicantem et revereantur verbum etc. Sicut videmus hodie etiam in impiorum principum aulis multos bonos viros esse, qui vere pii verbum reverentur, ministris verbi cum humilitate inserviunt, fratres iuvant omnibus officiis, quibus possunt. Hoc est confiteri Christum cum externis donis et obsequiis. Hoc ab inicio huius predicacionis in Ecclesia factum est et adhuc fit. Est autem magna consolatio, quod Ecclesia in mediis tribulacionibus et persecucionibus habebit etiam externam consolacionem, Deinde quod verbum multiplicabitur etiam per divites et aletur, sicut hodie pauci sunt principes, in quorum aulis non aliqui sint, qui faveant verbo et adorent.

Hs] 4. Novemb. 'Ipse est D⌊ominus Deus tuus, ado⌊ra': Sic aud⌊ivimus, quod
Synag⌊ogam sit allocutus, ut deserat pop⌊ulus iusticiam leg⌊is, omnem domum
p⌊atris. Hoc si fecerit, tum erit gratis⌊simus regi, erit decor opt⌊imus, erit
iustitia infinita, qua induetur non a servo M⌊ose sed domino. Et sequitur
ista consolatio: 'filia tyri coram te aderit'. Necessaria est illa consolatio,
quia psalmus t⌊otus allegoricus et nisi in spiritu consolatur, tum plane
sig⌊nificat v⌊erba mendacia, quia nihil minus invenitur in Christianis quam
Ps. 2, 2 ho⌊minum reverentia. 'Tyri et divitum pop⌊uli.' Sed 2. ps.: 'reges, tumultuantur gentes, f⌊urunt pop⌊uli'. Ideo spectanda ista res secundum spiritum:
quin etiam R⌊egum filiae, R⌊eges aliquot adoraturi istum dominum, culturi
istam s⌊anctam ec⌊clesiam, quia alias esset impossibile. Si deus nullum
daret principem bonum, esset suum reg⌊num aus. Sed maiore parte mundi
contra E⌊uangelium seviente, suscitat Ezech⌊ias, Davides, Reg⌊es Bab⌊ylonicos,
ut sit subsidium. Das iſt consolatio: Non deerunt sancti etiam defens⌊uri,
alit⌊uri in hoc seculo, aliquot Regibus patronis. Si nullus servaret, foveret,
Ps. 110, 2 tum actum. Sed heiſſt: 'in medio inimicorum'. Iam sequitur Gyneceon
istius Regis:

V. 14 'Omnis gloria regis': Latinus Interp⌊res confudit distinctionem. est intus in
fibulis aureis induta. 'filia regis': Eb⌊raicus modus loquendi: regina; quia 'filius'

*1* ado⌊ra *scheint* odo⌊ *7* minus] —(—ɔ) *8* reverentia] reverentiam

Dr] Postquam igitur adhortatus est Synagogam, ut populum et domum
patris, legem et omnia deserat, et promisit tunc fore pulcherrimam et habituram iusticiam infinitam et aeternam, qua ab ipso rege induetur, non a
servo Mose, sed ab ipso Domino et Deo suo, addidit hanc externam consolationem valde necessariam. Quia enim totus Psalmus est allegoricus,
Ideo, nisi in spiritu istas magnificas predicationes consideres, singula verba
videbuntur mera mendacia esse. Nihil enim minus est videre in Apostolis
et Christianis quam honorem regis et divitum studium, Sed regnat secundus
Ps. 2, 2 Psalmus, quod 'gentes tumultuantur et populi furunt'. Quare omnia sunt
spectanda secundum spiritum, Sic tamen ut vere etiam filiae regum sint
culturae istam sanctam Ecclesiam, Quia alias esset impossibile manere hoc
regnum. Si enim Deus nullum daret locum, ubi doceretur verbum, si nullum
daret principem, qui Euangelion amaret, non diu duraret Ecclesia. Quare
caeteris furentibus et maiore parte mundi Euangelion persequente suscitat
Davides, Iosias, Ezechias, etiam aliquando ipsum regem Babilonis, ut sit
ocium et pax ad ministerium verbi et propagandum verbum. Necessario
igitur consolatur hic Ecclesiam, quod non deerunt sancti et filiae Ecclesiae,
etiam ex potentibus et divitibus mundi, qui Ecclesiam alant ac patroni
Ps. 110, 2 Ecclesiae futuri sint, ut stet illud Psalmi: 'Dominare in medio inimicorum
tuorum' etc.

Hs] amici, 'mortis', petre, 'pharetre', vaginae, calamarii Ebraismus est. Ego tamen Pſ. 79, 11 Klag. 3, 13
intelligo de successione, ut 'Regina' illa, de qua supra, sit ipsa Sy⌊nagoga vel V. 10
Ecclesia ex Sy⌊nagoga vocata; ut Pau⌊lus: 'qui ex 2 unum pop⌊ulum fecit, Eph. 2, 14ff.
inimicicias inter istum pop⌊ulum'; quia magna res et insigne mira⌊culum, quod
offend⌊it Iud⌊aeos et omnes homines, qui non sunt Christiani, [Bl. 102$^{b}$] quod
deus sustulit omnes persona⌊s et quod nihil distinxit inter Cor⌊nelium et Apg. 10, 47
M⌊osen circumcisum. Tollere simpliciter illum par⌊ietem medium. Iud⌊aei
circumcisi irriderunt gentes, econtra. illi volentes esse pop⌊ulum et contemnebant, quod non haberent promis⌊siones. Ideo nec tibi, illi, Sed ſtrich per.[1]
'Nec Iud⌊aeus est, nec g⌊entilis', Papiſt, 'sed qui cred⌊it in Christum'. Ideo Röm. 10, 12f
Iud⌊aei non derffn auffrucken[2] sanctitatem gentil⌊ibus et isti sapientiam Iudeis.
Eins mit dem andern hin weg, sap⌊ientia et sanctitas. 'Ex Iud⌊aeis quidem Joh. 4, 22
Salus', sed non solum apud I⌊udaeos manet. Das iſt magnum scandalum.
De hoc loquitur iste versus. 'Filia Regis' i. e. successus Ecclesiae, quae
cepit in pop⌊ulo Iud⌊aico; sive berieff g⌊entes sive Iudeos, E⌊uangelium

3 qui] ut   zu 12 *[wohl zu Z. 3 gehörig]* Eph. *r*   14 quae *c aus* qui

1) = *ein Strich hindurch gemacht = umgestoßen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 47, 318, 35.*
2) = *vorwerfen.*

Dr] Omnis gloria eius filiae regis ab intus in fimbriis aureis. V. 14

Latinus male reddidit hunc versum. 'Filia regis tota gloriosa est
intus et auro induta.' 'Filia regis' hebraismus est pro ipsa regina, sicut
dicunt 'filium mortis', filium regni, filium petrae, 'filium pharetrae' etc. Ego Pſ. 79, 11 Klag. 3, 13
igitur de successione accipio, ut 'regina', de qua supra dixit, sit ipsa Syna- V. 10
goga vel Ecclesia vocata ex veteri Synagoga, 'Filia' autem regis sit Ecclesia
ex Iudeis et gentibus constituta, ut ex duobus populis, Iudeis et gentibus,
fiat 'unum corpus', Sicut Paulus etiam loqui solet. Est enim magna res et Eph. 2, 16
insigne miraculum, quo non solum Iudei offenduntur, sed omnes, qui non
sunt Christiani, quod Deus tollit personam et nihil discernit inter nos
gentes, qui vivimus sine lege, et Iudeos oppressos onere legis, nihil discernit
inter Cornelium gentilem et Mosen circumcisum, Sicut patet ex Actis. Apg. 10, 47
Sunt igitur portentosa verba, tollere sic simpliciter istam maceriam mediam,
quae iudeos et gentes distinguebat et perpetuas inimicicias pariebat. Nam et
Iudei contemnebant et damnabant gentes viventes sine lege, et gentes
vicissim ridebant Iudeos et oderant tanquam populum prodigiose superſticiosum. Has inimicicias, inquit Deus, tollam, nec tu circumcisus nec tu
incircumcisus prestabis aut melior iudicaberis, Sed qui crediderit in Christum.
Sic nec Iudeus gentilitatem ethnico, nec ethnicus stulticiam iudeo exprobrabit et sublatae erunt simul sanctitas iudeorum et sapientia gencium, ut
'nullum plane sit discrimen' et sublata sit omnis gloriatio. Nam quamquam Röm. 10, 12f.
'salus est ex Iudeis' et non ex gentibus, non tamen manet in solis Iudeis. Joh. 4, 22

Hs] suum sequetur. Manebit ineternum R⌊ex et tamen, quot generabit f⌊ilios
Jeſ. 43, 6 et filias. 'Dicam Aquiloni: redde mihi filios.' Sententia: Vocata Iud⌊aica
Ecclesia per Ap⌊ostolos et constituta reg⌊ina a dex⌊tris eius, per eam genuit
Apg. 13, 46 filiam, gentilem Ec⌊clesiam. 'Ecce. vos indig⌊ni v⌊itae eterna⌊e, Ec⌊ce'; ad
1. Kor. 4, 15 Cor.: 'Ego vos per E⌊uangelium, Non multos p⌊atres'. Si etiam peda⌊gogi, **meiſter**, qui docent opera, tamen 1 doctor: qui per E⌊uangelium etc. Gentilem Ec⌊clesiam ergo intelligo, quae nata ex Iud⌊aica; ista est princeps. Non enim Iudei ex g⌊entibus, sed econtra. Non Iudei per gentes, Sed econtra facti Christiani. Incipit ergo celeb⌊rare propagationem huius Regis per nativitatem filiorum, filiarum usque ineternum. 'Filia' i. e. Ecclesia amplificata, multipl⌊icata per illam Reg⌊inam sponsam, Iud⌊aicum pop⌊ulum, per ap⌊ostolos sanctos, per primitivam Ec⌊clesiam. illa est gloriosiss⌊ima 'intus', Sicut possumus dicere de R⌊egio Gynaceo: **Im fr⌊auen Zimer eitel gold** et **ſeiden**. Ibi **heugt ein berl⌊in**[1], **gulden, ſeiden rock**, non videntur arma, sordes, sed [Bl. 103a] mere gloriae.

15 sed *auf der neuen Seite nochmals*

[1]) *Adjekt., mit Perlen besetzt, s. DWtb., perlen.*

Dr] De hoc scandalo puto Prophetam hic loqui, quod filia regis sit successio Ecclesiae, quae cepit in Iudeis et propagata est in gentes.

Alia sentencia est, quamquam non longe distat a priori, ut 'filiam reginae' non accipias pro corpore Ecclesiae collectae ex Iudeis et gentibus, Sed pro Ecclesia gencium ex Iudeorum Ecclesia nata, ut significet hunc regem non sterilem fore in coniugio, sed habiturum eum filios et filias, sicut
Jeſ. 43, 6 in Esa. est: 'dic aquiloni: da mihi filios' etc. Nam Iudeorum Ecclesia est 'regina' per Apostolos constituta, per hanc genuit 'filiam', ecclesiam gencium,
Apg. 13, 46 sicut Paulus dicit Act. 13.: 'Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce
1. Kor. 4, 15 convertimur ad gentes', et I. ad Corinthios 4.: 'Ego vos genui per Euangelion; Etiamsi habetis multos paedagogos (nam magistros, qui bona opera docent, multos est invenire), tamen unus tantum pater est, qui gignit'. Non enim Iudei per gentes, Sed gentes per Iudeos sunt Christiani facti. Sic celebrat propagationem huius regni per nativitatem filiorum usque ad finem mundi.

Filia regis tota gloriosa intus.

Id est, Ecclesia amplificata per illam reginam populi Iudeorum, multiplicata per Apostolos sanctos, per primitivam Ecclesiam, illa est gloriosissima et pulcherrime ornata 'intus', id est, in suo gyneceo (sicut nos dicimus), Ut sit sentencia: in gyneceo huius reginae nihil est videre quam aurum,

21 eum] cum *im Urdruck*

Hs] 'Intus': ym frauenzi⌊mer helt man das freulin geſchmuck⌊t mit eitel gold. sumpta alleg⌊oria a Gy⌊neceo regali, i. e. Ecclesia est ornata donis et 1. dono fidei in Christum. Das ſind die gulden ſpangen, Ut supra: 'Circum- V. 10 data varietate' etc. Tota debet esse inaurata R⌊egina. Sic hic filia ornata 'fibulis aureis', i. e. Ecclesia g⌊entium equa et non minus habet de Christo quam Iud⌊aica. Ipsi induti auro nobilis⌊simo i. e. iustitia d⌊omini nostri I⌊esu Christi; 'salute et corona sponsi circumdedit me', In Esa. Est prin- Jeſ. 61, 10 cipalis iustitia, cap⌊italis fid⌊ucia, qua induti Christo, non tantum donis. Das iſt aurum et gulden ſpangen, quas Ecclesia g⌊entilis accepit per ipsos Apostolos.

'In Picturatis, Phrygionicis adducetur R⌊egina, virg⌊ines proximae V. 15 eius adducentur tibi.' Sponsa adducetur f⌊ilia Regis, quae sic ornata in heimlich tha⌊lamo, coram deo, ubi est R⌊ex conscientiae; heimlich tal⌊amus, ubi sponsus et sponsa, ubi nemini licet ingredi. Da iſt aurum totum, ubi educitur ad choream. In phry⌊giis, in ſticker kleider.[1] hec sunt

3/4 *über* Circumdata *steht* astitit  9 quas] q̄a  12 adducentur] adducetur  Sponsa *scheint* c *aus* Ipsa  14 Da(s)  15 *über* In phry⌊giis *steht* in varie coniectis

[1]) = *gestickten Kleidern.*

Dr] argentum, purpuram, sericum, non sunt ibi arma, non sordes, sed gloriae aurearum, argentearum vestium etc. Sumpsit enim allegoriam a gyneceo regio. Significat autem Ecclesiam variis donis esse ornatam, precipuo autem dono fidei in Christum; hae enim sunt 'fibulae' illae 'aureae'. Sicut enim supra dixit 'reginam ornatam auro', ita hic filiam reginae dicit aureis fibulis V. 10 ornatam. Ergo Ecclesia gencium non minus habet de Christo quam Iudeorum Ecclesia, Sed est quoque induta auro purissimo, id est, iusticia domini nostri Iesu Christi et salute, sicut in Esaia dicit ca. 1.: 'Induit me vestimentis Jeſ. 61, 10 salutis, et indumento iusticiae circumdedit me quasi sponsum decoratum corona et quasi sponsam ornatam monilibus eius'. Haec enim est 'nuptialis vestis', de qua in Euangelio quoque dicit, capitalis scilicet fiducia et insticia, Matth. 22, 11 qua sumus induti ipso Christo tanquam dono. Hoc est aurum, hae sunt fibulae, quas accepit per primitivam Ecclesiam et Apostolos Ecclesia gencium.

### Adducentur regi virgines post eam, proximae eius afferentur tibi. V. 15

Hic et versum corrupit interpres et male reddidit senteneiam. Sic enim legendum est: Deducitur ad regem in vestibus acu pictis, et virgines sectantes eam, quae ei sunt proximae, adducuntur ad te. Sentencia autem est: Ecclesia, quae sic splendide ornata incedit in suo gyneceo, ubi nec ingressus nec egressus est, sed est thalamus conscientiae, ubi sponsus et sponsa soli cubant, ubi est totum aurum, Illa Ecclesia, cum deducitur ad choreas,

Hs] dona, quae seq⌊uuntur auream vestem f⌊idei. ubi sola f⌊ide vestiti, toto auro puro, pretios⌊o, seq⌊uuntur dona spiritus s⌊ancti, quia in nomine Christi effunditur s⌊piritus s⌊anctus, qui operatur mirabilia. Ille doctor, pastor et
Röm. 12, 6 1. Kor. 12, 4 facit dona varia in Ec⌊clesia, Ro. 12., 1. Cor. 12. Sic adducitur in pub⌊licum zum tantz. Da wird der R⌊ex e⌊in tantz anrichten. Etiam non sola adducetur, sed totum Gy⌊neceum; multitudo est Ecclesiarum in toto orb⌊e ter⌊rarum. Sic in Gy⌊neceo Regina et Reginula Habet ancillas, pedis⌊sequas et socias; furſten et grafen Dochter adducuntur ad cho⌊ream, ubi ecclesia gubernans et gubernata. [Bl. 103b] Diversi ad⌊ducuntur Apostoli,
Eph. 4, 11 1. Kor. 12, 8 ff. Röm. 12, 6 ff. Prophetae, Eph. 4., Cor. 12., Ro. 12.: 'Aliud donum fidei, prophetiae, curationis'. Das muſſen b⌊leiben differentiae donorum. Unus plus, alius minus
1. Kor. 12, 14 ff. de Christo, 'non omnes sunt aures, oculi, corpus diversis membris, officiis, pulcher⌊rima har⌊monia compactum'. Rot⌊tensis unus quisq⌊ue vult esse omnia. Reg⌊ina procedit et filia sequitur eam etiam in vestib⌊us pulcher⌊rimis. Est eadem Re⌊gina Ecclesia. Et tamen quando ad tantz, iſt eine rod, grun, ſtickt gekleid, et tamen unum corpus Ecclesia etc. quae sunt eius sodales, ducuntur omnes ad R⌊egem, ghet als[1] ad obs⌊equium et cultum

---

*10* 4 *c aus* 2

[1]) = *bezieht sich alles auf* —.

Dr] est induta vestibus acu pictis. Haec sunt dona, quae sequuntur aureum illum vestitum, id est, fidem. Postquam enim fide sumus iusti et vestiti auro puro et precioso, tunc sequuntur alia dona spiritus sancti, qui post operatur mirabilia in credentibus, docet, exhortatur, baptizat etc., sicut est
Röm. 12, 6 1. Kor. 12, 4 Rom. 12. et 1. Cor. 12. In tali ornatu adducitur ad choream, in pu- [Bg. O] blicum, ubi rex cum ea saltat. Nec solum ipsa ducitur, sed totum gyneceum, hoc est, magna multitudo Ecclesiarum passim in orbe, Sicut dicit:

Post eam virgines etc.

Omnia sumpta sunt ex moribus aulae, in qua Regina et reginulae habent suas pedissequas, imo pocius socias, scilicet filias aliorum principum, quae eas sequuntur. Significat autem tam gubernantes Ecclesias quam
Eph. 4, 11 gubernatas. Sic enim administrat Deus hoc regnum, ut det 'Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Doctores, interpretes, gubernatores' etc., 1. ad
1. Kor. 12, 8 ff. Röm. 12, 6 ff. Corinth. 12.: 'Aliud enim donum est fidei, aliud Propheciae, aliud curacionis' etc. Hae differenciae donorum manent in Ecclesia, et habet unus
1. Kor. 12, 14 ff. plus alio. Non enim omnia membra corporis possunt esse pedes aut manus aut oculi etc. Sic etiam vult Ecclesiae suae corpus esse diversis muneribus et officiis pulchra harmonia compactum. Hoc non est apud phanaticos spiritus et sectarios, ubi unusquisque vult esse omnia, pes, manus, oculus, auris etc. Ita hic pingit reginam procedere habentem multas pedissequas,

Hs] huius Regis. Idem faciunt Ap⌊ostoli, Prophete, presby⌊teri, als dem Christo nach, quia omnes inducuntur ad credendum et serviendum in f⌊ide d⌊omini nostri I⌊esu Ch⌊risti. Omnes, quantumcunque diversi in donis, tamen in supremo art⌊iculo iidem: fides in Christo. Ego, si sum doctor, idem facio, quod P⌊aulus, Luc⌊as, idem quod Pet⌊rus, Pastor Alex⌊andrinus idem quod Prophetae. Omnes inducuntur ad illum R⌊egem, nihil sapiunt praeter Christum crucif⌊ixum. Ibi dona habent, incedunt vestitae, quamquam in sup⌊erioribus inferio⌊ribus, licet in summo vestitu nulla differentia, quia omnes in fide etc. Da ghen heretici nicht, non ad Christum nec seq⌊uuntur Reg⌊inam, sed sub nomine Christi vadunt ad infer⌊num. Ibi manet unitas fidei et omnium inter differentissima dona. Varietas vestium. Sed als hin zum tantz haus des K⌊önigs, non im hurhaus, sed in obs⌊equium Regis. Num etiam lib⌊enter faciunt?

'Ince⌊dunt cum max⌊ima laetitia': Hic fingit Ecclesias et pop⌊ulum V. 16
dei S⌊anctum adduci in pal⌊latia ad ipsum Christum, tanquam ad Epulas, convivium, cho⌊ream. Sed hic aperiendi oc⌊uli spi⌊rituales. S. Agath⌊a, cum duceretur ad car⌊nificium per lictores: N⌊ihil ingratum mihi vid⌊eo, Ich

Dr] quarum alia alio vestitu ornata incedit, verum ipsae quoque adducuntur ad regem, ut sic omnia ad obsequium ac cultum huius regis fiant. Sic Apostoli docent Christum, eundem docent Prophetae, Doctores, Episcopi, Pastores, Ministri, qui baptisant, qui porrigunt Sacramenta, Omnes adducuntur ad Christum, ut credant et serviant in fide Domini nostri Iesu Christi, unusquisque in suo genere. Omnes enim, quantumcunque diversi sint in donis, tamen sunt unanimes et consencientes in summo articulo, quod fide in Christum fiant salvi et nulla alia re. Sic ego, si sum Doctor Euangelii, idem facio, quod Paulus et Petrus faciunt. Sic pastor Antiochenae Ecclesiae idem facit quod Prophetae. Omnes sequuntur unum Christum, nihil volunt scire, sapere, predicare praeter Christum crucifixum. Sic in summo vestitu conveniunt, in fide scilicet, quanquam colores variant, hoc est, habent dona diversa. Sed Haeretici eunt quadam alia propria via sub nomine Christi ad infernum nec sequuntur reginam hanc, sed suas opiniones. Hic autem in vera Ecclesia manet unitas fidei, verbi, doctrinae, opinionis inter differentissima dona. Quanquam enim vestitus sit varius, tamen omnes ad choream illam veniunt, ad obsequium, gloriam et pompam regis, non in lupanar, sicut Heretici. Sed faciuntne id volentes? Sequitur:

Afferentur in laeticia et exultacione, adducentur V. 16
in templum regis.

Commuta in presencia. Fingit enim Ecclesiam et populum Dei adduci in palacia, ad ipsum Christum, tanquam ad choream et convivium regale. Quare hic quoque requiruntur oculi spirituales, quales Sancta Agatha habuit,

Hs] eo ad Epul⌊as et [Bl. 104ª] cho⌊ream. quod ducitur quis ad trist⌊iciam, vex⌊ationes, cruces, marty⌊ria, tamen in con⌊scientiae letitia: ibi s⌊piritus s⌊anctus irridens et faciens irri⌊dere iram, furore⌊m, diab⌊olum cum omnib⌊us furorib⌊us. Ich wolts auch nicht thun unum sermonem, nisi animarer istis promis⌊sionibus, quod Christus, d⌊ominus noster, vivit, quod adducimur ad eum, qui pie docent, ducunt ad herendum isti domino. Si hoc verum, sive occidamur, spoliemur, sive mors, vita, — mit freuden hin durch. ista chorea est sumpta ab Allegorica, non cum carnali letitia. Hic est supernaturalis et spi⌊ritualis, vincens terrores mortis, ridens furias diab⌊oli et memb⌊rorum eius. i. e. Ecclesiae erudiuntur fide, das iſt vestis aurea; charitate, patientia
Röm. 5, 3 confirmari in trist⌊itia, 'in trib⌊ulatione, ut glorietur', Ro. 5. Das het ich gern. Ideo praedicavi, legi, das ich Bauer concit⌊arem persecutionibus et ty⌊rannide; zur welt hin aus, ſo ghet cho⌊rea recht an.

Die Paranymphi: i. e. ministri ec⌊clesiae, qui braud furen. Videtur
2. Kor. 4, 8 6, 10. 8 crux, sed salus, mors vita, 2. Cor. 4. 6.: 'Omnia pas⌊si', 'pauperes' etc., 'per

---

*14* qui *mit Strich zu* Paranymphi *gezogen*

Dr] quae, cum ob confessionem Christi ad supplicium raperetur, dicebat, se ad choream duci et ad lautas epulas. Sic Ecclesia obiicitur omnibus malis et cruciatibus et singuli Christiani aut coniiciuntur in carcerem aut obruuntur tristicia, vexacionibus, martyriis, paciuntur tamen omnia haec in leticia conscienciae, quia spiritus sanctus est cum eis, faciens eos irridere iram et furorem mundi et totum diabolum cum omnibus suis terroribus, ut pericula cum gaudio quodam adeant. Qui igitur fit, quod Christiani perdurant in tot tentacionibus, cruciatibus internis et externis, nec tamen negant Christum? nempe quod senciunt se esse in cultu sui regis Christi et adduci cum Pompa ad eum. Sic ego quoque ne quidem unum sermonem publice facerem, nisi talibus promissionibus animarer, quod Christus vivit et est Dominus noster. Haec enim pariunt certam fiduciam, ut sic cogitemus: Si hoc est verum, quod Christus est Dominus noster et Rex, ergo, sive occidamur sive spoliemur, sis laeto et infracto animo. Haec est allegorica chorea, de qua Propheta hic dicit, in qua est laeticia nec naturalis nec carnalis, sed supernaturalis et spiritualis, vincens terrores mortis et ridens furias inferni et Satanae ac membrorum eius. Ecclesia enim erudiri debet
Röm. 5, 3 fide, ea est vestis aurea. Deinde ornari charitate et paciencia, 'ut in tribulatione glorietur', ut, cum aliquis persecutionem patitur propter verbum, dicat: Recte, hoc ipsum quesivi mea predicatione, ut mundum et Satanam in me concitarem, non igitur ideo desistam. Sic recte saltatur hec chorea.

Paranymphi, qui ducunt reginas, sunt ministri Ecclesiae. Illi consolantur eam, dicunt, ut sit laeto animo, videri quidem carni hanc esse mortem, sed revera vitam esse, videri nobis desertos nos a Deo in cruce, sed tum

Hs] ignominiam, nobilitatem' etc. So tantzen wir, das muſſen ministri Ec⌊clesiae
thun: ducere sponsam ad Christum verbis s⌊piritus s⌊ancti, consolatione:
halt feſt, thue ein ſprunglein. est ars, quod ſol lecken¹ et tantzen in trib⌊u-
latione et vex⌊atione con⌊scientiae, diab⌊oli. P⌊aulus: 'Scolops'. Das iſt 2. Kor. 12, 7
ein tantz, der T⌊euffel lohn dem pfeiffer, qui hunc t⌊antz pfeifft. Ibi in
omnibus trib⌊ulationibus, ibi saltandum in medio trib⌊ulationis, quia ſo furt
mans zum konig et leſt ſpringen 'in letitia et exul⌊tatione'. Promissiones
ſind die pfeiffen; die den tantz furen, sunt praedicatores. [Bl. 104ᵇ] Ec⌊clesia
alind non habet g⌊audium quam spirituale. Ideo voluit exhibere per
speciem exter⌊nam nup⌊tiarum; quando es beym tantz, dic: ista incedit in
allegoria Ecclesiae crucifixae; qui den tantz furt, est pastor, pfeiffer est
Christus, ang⌊eli et suae promis⌊siones. Iam komen Nepotes. Iste rex
non deficiet.

'Pro patribus': Ibi ghet er extra Sy⌊nagogam; non tantum habet V. 17
r⌊egnum in pop⌊ulo I⌊udaeorum, sed in omni terra, per totum mundum,
q⌊uamquam non habet omnes, qui sunt in mundo. Christus ſol zu Pate et

6 saltandum] salandum 9 *vor* aliud *schon einmal* habet

¹) = *springen; vgl. Unsre Ausg. Bd. 36, 289, 6.*

Dr] maxime a Deo amari et custodiri. 'Quos enim diligit, castigat', ut sic ex Hebr. 12, 6
cruce salutem, ex morte vitam, ex infamia gloriam, ex paciencia voluptatem
faciat, Sicut Paulus loqui solet: 'In omnibus tribulacionibus patimur, sed 2. Kor. 4, 8 ff.
non angustiamur, Perturbamur, sed non destituimur, Persecutionem patimur,
sed non derelinquimur, Deiicimur, sed non perimus; semper mortificationem
Domini Ihesu in corpore nostro circumferimus, ut et vita Ihesu manifestetur
in corporibus nostris' etc., 2. Corinth. 4. Sic paranymphi ducunt Ecclesiam
ac verbis fidei et consolationibus spiritus sancti confirmant et erigunt eam:
Sustine ac confide. Sed est magnae artis, scire, quod haec Christianorum
chorea sit, quando cor palpitat in acerbissimo odio mundi, In vexatione
diaboli et peccati, sicut Paulus queritur de 'stimulo et angelo Satanae'. Est 2. Kor. 12, 7
dura chorea et carni impossibilis, faciendum tamen, ut ipsos nos cohortemur
et dicamus sicut ille: hic fac saltum.¹ Promissiones sunt tibiae, Ministri
verbi sunt saltatores, qui ducunt puellas. Haec duo possunt acerbam hanc
choream mitigare. Neque enim aliud gaudium habet Ecclesia quam verbum.
Sic voluit spiritus sanctus hac leta pictura adumbrare Ecclesiam afflictam.
Quando igitur es in aliqua chorea, tunc cogita: Ecce haec puella incedit in
allegoria alicuius vexatae Ecclesiae et crucifixae; choragus est pastor, tibiae
sunt promissiones Christi et Angeli. Sed hi sunt spirituales oculi, qui in
tribulatioue haec spectant.

¹) Hic Rhodus, hic salta. *Aus der Äsopschen Fabel.*

Hs] Tauff ſthen, si tantum 1 b⌊onus rusticus. Sic cathedra docentis nomen Christi. Et hoc non solum durabit per latitud⌊inem, sed longitudinem temporis, ut sub T⌊urca multi, qui docent bap⌊tismum, credunt et habent eandem vestem auream, dona, licet sub T⌊urca suppressi; et adhuc sub Papa in Gal⌊lia, Ita⌊lia, quos deus servat invito Papa. Quia Iudei te nolunt, Joh. 4, 22 qui tamen patres. Quia 'ex Iud⌊eis salus', Christus iſt filius patrum, i. e. istius pop⌊uli. Illi nol⌊uerunt, recusarunt te. Ideo istorum l⌊oco habes Röm. 11, 17. 20. 25 filios i. e. gentes. 'Oleaster insertus' etc., 'quia rami propter', 'ex magna parte', licet aliqui servati et manserit oliva cum rad⌊ice et pinguedine.

'Hos': Ach, es ſind arme princip⌊es; Ut 'Regina', Sed oc⌊cultum reg- Röm. 11, 25 num. Ideo dicitur 'mysterium', Reg⌊num cel⌊orum, filia, reg⌊ina celorum, et sic principes. Sic Apostoli omnes Episcopi reg⌊ni celo⌊rum. quis credit, quod debeo arrog⌊are gloriam et sup⌊erbiam, quod 1 de p⌊rincipibus reg⌊ni celorum, Ein churfurſt in c⌊elesti reg⌊no? Omnes doct⌊ores, Episcopi, videtur esse superb⌊ia immanissima, et tamen non est. Omnia redundant in gloriam

Dr] V 17 **Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram.**

Hic egreditur extra Synagogam et dicit de nepotibus huius regis, quod non tantum habebit regnum in populo Iudaico, sed in omni terra, per totum mundum, quod Baptisterium suum, suggestum suum, ex quo doceat Apostolos et Doctores suos, habiturus sit Christus in civitatibus et pagis, etsi vix unus aut alter ibi sit, qui credant. Sic nomen Christi, sic altare, in quo administratur Sacramentum, manet, nec solum durabit in latitudinem, sed longitudinem temporis quoque, ut Christus et nomen eius in omnibus angulis per totum orbem inveniatur. Sic sub Turca etiam sunt, qui fidem Christi et Baptismum habent et eandem vestem auream et dona, licet sint oppressi a Turca. Sic sub Papatu semper fuerunt et adhuc sunt aliqui credentes, quos nos ignoramus, quos Deus per verbum et Sacramenta servat invito Joh. 4, 22 diabolo et Papa. Sic 'salus quidem est ex Iudeis' et sunt Iudei patres, sicut eos hic appellat, quia autem nolunt assentiri Euangelio, eorum loco alii filii nascuntur. Nam gentes conversae ad fidem sunt et Christo ad- Röm. 11, 17 ff. haerent, 'insitae in oleam, cuius rami fracti et concisi sunt', sicut Paulus dicit.

**Constitues eos principes etc.**

Miseri vero 'principes', sicut quoque vocat 'regnum' et 'filios regis' et 'reginam', sed omnia sunt valde occulta et abscondita ab oculis Röm. 11, 25 hominum. Ideo appellatur 'mysterium', item regnum coelorum et principes coelorum, non autem regnum et principes terrae. Sic Apostoli et omnes ministri sunt Episcopi. Quis autem nostrum hoc audet credere et sibi arrogare, se esse unum de principibus coelorum? et tamen

Hs] R⌊egis; quia ipse R⌊ex gloriae: qui docent verba eius, sunt eius consiliarii et principes. [Bl. 105ᵃ] T⌊urca habet suos Waſcha[1], Pap⌊a Card⌊inales et Car⌊olus 7 electores. S. Aug⌊ustinus ein landgraff, Yrenens; Ego ein junger notarius Zu Rom vel Card⌊inalis. Princip⌊es: hic scriptum, ergo verum. Coram mundo aſſchebrödel[2], 'filii mortificatorum', ps., mortis, 'perips⌊emata', 'catar⌊mata', maledicta, abo⌊minationes, 'opprobrium hominum'. Pſ. 79, 11 1. Kor. 4, 13 Hebr. 10, 33 Si volo inspicere rusticos, So wil ich mich die ſtund an ein galgen.[3] Sic, si mich rechen, quomodo nob⌊iles, principes, Eras⌊mus. indignum quidem me iudico, quia natus peccator, sed baptisatus, Doctor. Ego sum Elector princeps. Hec pertinent ad nostram consol⌊ationem, quod Ecclesiae sint Reginae, f⌊iliae Regum et reg⌊ni eterni, victoriae super omnia. Et qui sunt in ministerio, sunt paranymphi, qui b⌊raut furen, sunt Elect⌊ores, Card⌊inales, Ertzbiſ⌊ſchoffe, Episcopi, pastores ord⌊inati imperii Christi. Pauperes quidem in mundo, opprob⌊rium, maledictum in mundo, bene conculcent, consp⌊uant, contaminent, permingant

1 verba *fehlt*

¹) = *Pascha.* ²) = *verachtet; vgl. Unsre Ausg. Bd. 51, 171, 21.* ³) = *sofort aufhängen.*

Dr] sic est, ego et omnes alii pii ministri sumus principes. Videtur autem immanissima superbia esse, haec sibi arrogare, sed non est superbia, Redundat enim in gloriam Regis. Quia enim ipse est Rex gloriae et coelorum, ideo, qui eius ministeria obeunt, illi sunt ei a consiliis et magni principes, etiamsi non credant se tantos esse. Sicut enim Carolus Cesar suos electores, Turca suos satrapas, Papa suos Cardinales habet, ita enim rex noster magnos principes habet ministros. Augustinus est quidam princeps elector in coelis, sic Quadratus, Irenens et alii etiam sunt principes et comites. Sic nos, qui hodie docemus Euangelion. Sed coram mundo sumus contemptissimi et fere 'filii mortificatorum', 'peripsemata', 'catharmata', abominaciones et 'opprobrium hominum', maledicta et 'abiectio plebis'. Pſ. 79, 11 1. Kor. 4, 13 Hebr. 10, 33 Pſ. 21, 7 Tales sumus, si nos existimemus eo modo, quo nos existimant rustici, nobiles, principes et sapientes mundi, Sed non debemus eorum iudicium de nobis sequi, sed pocius occidi, Quia, si recte aestimo, quis sim, Invenio me esse baptisatum et constitutum divinitus in ministerium Dei, quare sine dubio invenior ego quoque inter ordines huius imperii.

Sic pertinent haec ad nostram consolationem, ut videamus et senciamus Ecclesiam magni fieri in oculis Dei et esse reginam quandam regni aeterni, victricem mortis et peccati, beneficio sponsi et regis sui, Et nos esse in regno, in quo est imperium contra mortem et diabolum, Habere etiam regem

15 Vidutur *im Urdruck* 21 princeps] principes *im Urdruck* 24 perissemata *im Urdruck*

Hs] Nob⌊ilis, ru⌊sticus, Civis, sed in oculis dei, ang⌊elorum. Ibi sumus comites, Episcopi, principes, Electo⌊res, rideant nos, Ut Ep⌊iscopus Trie⌊riensis: sunt Luth⌊erani Episcopi, Christiani Episcopi; Itali: i. e. narrn. Et Iuristis zu Leip⌊zig: Theol⌊ogi. congregate Joachimstaler, — 'Principes', audietis, 'constitues'. Das werden noch furſten noch Pap⌊a euch [1], quod possent discernere unum genus vitae. Iurista, Episcopus, nemo sciret officia parentum, Episcoporum, servorum. Es ſind wol ſo weiſe l⌊eute geweſt, qui fecerunt l⌊eges, et tamen non sciverunt. Ideo, wens zum treffen kompt [2], ut iudicemus de causa coram deo, omnis sap⌊ientia etc. Si konig ſo gros, oportet audiat principem in spiritualibus. Ego lib⌊entius princeps coram deo quam R⌊ex Franciae, Carol⌊us et T⌊urciae Cesar.

---

*4/5* constitues *mit Strich zu* Principes *Z. 4 gezogen*

[1]) *Erg. gleichtun.* [2]) *= wenn es Ernst wird.*

Dr] nostrum suos electores, principes, comites etc.; in horum numero nos quoque esse volumus et gloriari de tanta dignitate, licet pauperes simus in mundo, licet tam nobiles quam rustici nos conculcent et conspuant, Sed in oculis Dei, ubi sunt principes infinito maiores quam principes mundi, ibi alius comes, alius dux, alius princeps elector est. Rident quidem nos potentes mundi, cum talia ex nobis audiunt, et cum ludere volunt nostrorum parochorum inopiam, vocant eos Episcopos Lutheranos, Sicut quidam in hoc faceti esse volunt, ut, cum contemptissime de nobis loqui volunt, dicant: est Theologus, quod nomen tantum eis significat ac si dicant: fatuus, et nescio quid. Sed sint beati, colligant opes et existimationem, videbunt tamen iudicium Dei suo tempore, quod verum sit, quod hic Propheta dicit: 'Constitues eos principes'. Quin pars huius dignitatis etiam in hac vita incipit. Hoc enim neque principes ulli, nec Papa, nec Iuristae possunt, ut de uno genere vitae docere possint, quale sit coram Deo, sicut vidimus ante hanc lucem verbi, quod in extremo mortis articulo de genere vitae tanquam impio dolebant et querebantur; neque tamen dubium est, quin illi, qui leges condiderunt et docuerunt, tantum valuerint ingenio et prudencia, quantum isti hodie valent, qui Theologiam sic rident; Et tamen hoc, quod non est maximum, nesciverunt, ut de vitae generibus possent discernere. Idem nesciverunt etiam ii, qui scripserunt libros Philosophicos. Quando igitur opus est, ut iudicetur de causa aliqua coram Deo, ibi nulla sapiencia, leges nullae, nulla Philosophia iudicare potest, Sed tantum ille princeps spiritualis, de quo hic dicit; ab illo coguntur requirere et audire consolationem, rogare absolutionem et alia spiritualia officia. Tum humiliari eos necesse est et subiici pedibus horum principum, etiamsi sint maximi reges et sapientissimi homines.

---

*28* valuerunt *im Urdruck*

Hs] [Bl. 105[b]] Iam habetis totam administrationem R⌊egni et propagationem, eternitatem, profunditatem. Iam concludit: M⌊oſes ſol nu auffhoren, nihil praedicandum quam iste. Si tantus, latus, potens et ſo herlich, gut et laut macht. Bringt den krantz widder zu ſamen et die letzt blum ad 1. Sicut 1. dixit, se canere, Si⌊c ineternum cantabo.

Das wird der man ſein, de quo loquendum von ewig⌊keit zu ewig⌊keit. V. 18
'Memor in fut⌊urum et fut⌊urum', et sic, ut lauderis, celebreris. In novo test⌊amento non cultus quam unicus, praestantis⌊simus, quam celeb⌊rare, landa⌊re filium illum dei, manifeste cantemus, praedicemus, legamus. Das iſt sacrificium laudis et mortis, quia druber ſterben muſſen. Et nihil aliud quam confiteri. Ibi ghe beſeits, l⌊ex, Moses, p⌊eccatum, quia in Ec⌊clesia debet vox sonare sponsi, sponsae etc. Das ſol geſch⌊ehen et fit, et quando cessat, Christus desinit. Si ende adest, aderit et wird ſich laſſen ſehn. In-

3 potens] potes 7 lauderis] laudaberis celebreris] celebraris

Dr] Porro optabilius est, coram Deo esse gubernatorem trium pagorum in iudicio spirituali, quam esse Imperatorem Turciae; neque enim mentitur spiritus sanctus, vocans eos principes divinitus constitutos.

Habetis igitur iam totum hunc regem preclare descriptum cum omni administracione regni et propagatione usque in aeternum. Iam concludit carmen. Cesset iam Moses, inquit, nihil aliud porro predicetur et doceatur quam hic Rex, qui sic est salvificus. De illo uno canamus. Concludit igitur eodem modo, quo cepit, et coronam, quam nexuit et absolvit, hic colligat, quasi dicat: Sicut dixi me canere velle de rege inicio eumque predicare, ita etiam in fine cano et predico eum.

Memor ero nominis tui, Domine, in omni generatione et V. 18
generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum et in saeculum saeculi.

Quasi dicat: Hic erit vir ille, qui canendus, docendus, predicandus, laudandus est in aeternum, cuius nomen nunquam silebitur. Memor ero sic nominis tui, Domine, ut lauderis et celebreris in aeternum. Hic est unicus et prestantissimus cultus novi testamenti, celebrare, laudare illum filium Dei canendo, scribendo, predicando. Hic cultus est simul sacrificium laudis et mortis, nos enim ob hunc cultum, ob predicationem hanc patimur et occidimur. Porro, quia dicit, memorare nomen Domini esse unicum cultum, abrogatur et damnatur Moses et quicquid usquam est philosophicarum doctrinarum, ut in Ecclesia tantum sonet vox sponsi et fiant graciarum actiones et laudes huic regi. Hoc debet fieri et fit, nec cessabit, donec consumetur saeculum, cum veniet hic Rex noster et se nobis ostendet de facie ad faciem. Interim regnamus nos principes sola predicatione et ministerio verbi, item consola-

Hs] terim regnamus nos p[rincipes sola praedicatione, consol[atione, ministerio verbi et Sac[ramentis. Das heiſt 'memorare'. Ridet nos mundus, nihil nos habere rerum quam verbum. Ubi res finita, videbimus, wie wir ynn die kamer komen et bey yhm bleiben.

*3* finita] finis

Dr] tionibus et Sacramentis. Atque hoc est, 'Memorare nomen Domini'. Rideat interim nos mundus, quod nihil habeamus preter nudum verbum et simus afflictissimi et miserrimi, nos tamen expectabimus regem nostrum, cuius nuptiae cum finitae erunt, videbimus, ut in conclave eius introducamur et ibi cum eo maneamus et vivamus in sempiternum. AMEN.

*6* sumus *im Urdruck*

# Nachträge und Berichtigungen.

*Zu S. 16, 29ff. — Vgl. Schäfer, Luther als Kirchenhistoriker S. 428f., Migne 73, 794.*

*Zu S. 46, 11* — Nichts iſt in augen gut, *s. Luthers Sprichw. Unsre Ausg. Bd. 51 Nr. 43. [O. B.]*

*Zu S. 55, 8. — Objekt zu* zu ſchmieſſen (*lies* zuſchmeiſſen) *kann nicht Lanze sein, sondern etwa 'Alles', s. Z. 27* omnia. *[O. B.]*

*Zu S. 63, 9.* — ut *wohl = (im gleichen Maße) wie anderseits diejenigen — — mich nicht können; s. Z. 27* plus *bis* quam. *[O. B.]*

*Zu S. 75, 19. — Vgl. Schäfer S. 274.*

*Zu S. 85, 2. — Die Erklärung von* pellibus *ist kaum aufrechtzuhalten, es ist einfach Übersetzung von Balg, noch heute 'liederliches Fell', 'Leder'. Für Vermischung von* pellex *und* pellis *finde ich in der lateinischen Literatur keinen Beleg, wohl aber ist* scortum *in doppelter Bedeutung alt und vielleicht Ausgang für die Verwendung von Balg = Hure gewesen, das mhd. noch fremd scheint. Vgl. übrigens die unsrer Stelle parallele Stelle Unsre Ausg. Bd. 32, 372, 9. [O. B.]*

*Zu S. 86, 27ff. — Vgl. Brief des Hieronymus an Eustochium, Migne 22, 398, 7. Auch Schäfer S. 258.*

*Zu S. 94, 7.* — securus hin gehts *wohl verschrieben für* geht, *der Sinn ist = wenn einer sicher* ('contrarius' *dem Verzweifelten), unbekümmert durchs Leben geht; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 369, 21, wo statt* achten *steht* machen uns kein Gewiſſen. *[O. B.]*

*Zu S. 124, 14.* — dici] *die Form* dicier *ist beizubehalten, es ist die im 16. Jahrhundert gerne verwendete archaische Form. [O. B.]*

*Zu S. 126, 6.* — monstrarier et dicier *ist gleichfalls richtig lateinisch und beizubehalten; Formen wie* monſtrarieren *und* diciern *sind unerhört [O. B.]*

*Zu S. 128, 6.* — hebt ſich *genauer = die Ursache (des Angriffes, der Feindseligkeit) ist nicht Geld. So auch an den oben angeführten Stellen. [O. B.]*

*Zu S 140, 2.* — sua ban *ist nicht richtig; entweder muß es* suo *oder* ban(nung *heißen. [O. B.]*

*Zu S. 147, 10.* — wens geredt *genauer = wenn es verfällt auf, sich wendet zu. [O. B.]*

*Zu S. 150, 8.* — mir der gloria nicht = *komme mir nicht mit d. G.; vgl. Unsre Ausg. Bd.* $31^{1}$*, 250, 14. [O. B.]*

*Zu S. 158, 8.* — ex collo *ergänze nicht 'das Hemd', sondern 'die Zunge', oder 'den Bissen'. [O. B.]*

*Zu S. 160, 3f.* — non me doctorem *vgl. Unsre Ausg. Bd 33, 686 zu S. 587. [O. B.]*

*Zu S. 160, 4.* — es gilt *ist zu ergänzen: wer den andern überlistet, betrügt;* es gilt = *es kommt darauf an; eigentlich ist damit eine Wette angeboten; vgl. Unsre Ausg. Bd. 38, 325, 18; 329, 26. [O. B.]*

*Zu S. 188. — In der Einleitung ist bereits erwähnt, daß zu den Psalmenvorlesungen noch die Präparationen Luthers in Unsrer Ausg. Bd.* $31^{1}$ *vorliegen. Da es für die Kenntnis der Arbeitsart Luthers doch von Wichtigkeit ist, zu sehen, wie genau er sich im Kolleg an seine Entwürfe hielt, geben wir im folgenden eine Vergleichung der einander entsprechenden Stellen aus den beiden Bänden.*

## Pſalm 2.

### Erſter Präparationszettel.

| Präparation. Bd. 31 [1]: | | Vorleſung. Unſer Band: |
|---|---|---|
| S. 484, 5 | = | S. 197, 4f. [5. März. |
| 6 | = | 204, 6f. |
| 7 | = | 207, 9 |
| 8 | = | 210, 9. 212, 10 |
| 9f. | = | 202, 2–6 |
| 11 | = | 219, 3–6 [9. April. |
| 12 | = | 226, 10. 13–227, 1 [15 April. |
| 13f. | = | 221, 8f. 231, 7. 235, 5.6f. |
| 15 | = | 236, 7f. 238, 2 |
| 15–17 | = | 242, 7f. [16. April. |
| 18 | = | 243, 12f. |

| Präparation. Bd. 31 [1]: | | Vorleſung. Unſer Band: |
|---|---|---|
| S. 484, 19f. | = | S. 247, 9f. |
| 20 | = | 246, 3–5 |
| 21 | = | 256, 9–11 |
| 22f. | = | 258, 12 |
| 24–26 | = | 263, 11–15 [27. Mai. |
| 27f. | = | 273, 3f. 275, 4f. [28. Mai. |
| 485, 1–4 | = | 279, 9–11 (3. Juni kein Entwurf.) |
| 5 | = | 297, 5f. [5. Juni. |
| 6 | = | 310, 11 |
| 7–10 | = | 202, 9–203, 5 |

### Zweiter Präparationszettel.

| Präparation. | | Vorleſung. |
|---|---|---|
| S. 485, 12–14 | = | S. 257, 3f. [16. April. |
| 15–17 | = | 257, 11f. 258, 3–5 |
| 18 | = | 260, 4–6. 261, 12–15 [27. Mai. |
| 19f. | = | 249, 8–10 |
| 21f. | = | 258, 10–12 |
| 23–25 | = | 259, 11–13 |
| 26–28 | = | 251, 7–10 |
| 29f. | = | 260, 1f. |
| 31–36 | = | 243, 4–6. 250, 1–12 |
| 486, 1–3 | = | 246, 1–247, 1 |
| 4 | = | 249, 6–8 |
| 5–7 | = | 249, 8f. |
| 8–10 | = | 250, 4–9 |
| 11–14 | = | 270, 3–10 [28. Mai. |
| 15–18 | = | 271, 9–272, 1 |
| 19–21 | = | 274, 10f. |
| 22f. | = | 275, 2–10 |

| Präparation. | | Vorleſung. |
|---|---|---|
| S. 486, 24 | = | S. 276, 1–3 |
| 25f. | = | 276, 9–277, 4 |
| 27f. | = | 278, 1–7. 279, 9–12 |
| 29 | = | 282, 3 [3. Juni. |
| 30f. | = | 287, 5–9. 288, 4f. |
| 32 | = | 282, 10–283, 1 |
| 33 | = | 293, 10–294, 4. 295, 1f. |
| 487, 1–3 | = | 286, 14–287, 5 |
| 4–6 | = | 285, 13-286, 6. 288, 1-4 |
| 7f. | = | 307, 7–308, 2 [5. Juni. |
| 9f. | = | 303, 9 |
| 11f. | = | 309, 7f. 310, 1–3 |
| 13–15 | = | 241, 7–11. 204, 6–9 [5. März. |
| 16–19. 20–24 | = | 202, 9–203, 2 |
| 25–29 | = | 203, 5–11 |
| 30–33 | = | 203, 2–5 |
| 488, 1–13 | = | 204, 10–205, 5 |

## Pſalm 51.

Erſter Präparationszettel (über die Reihenfolge der beiden Zettel vgl. die Bemerkung in unſrer Einleitung oben S. 188).

| Präparation. Bd. 31 [1]: | | Vorleſung. Unſer Band: |
|---|---|---|
| S. 538, 1–3 | = | S. 320, 12–321, 2. 335, 2f. [10. Juni. |
| 4–7 | = | 443, 4f. [Gehört zur Vorleſung vom 23. Juli.] |

| Präparation. Bd. 31 [1]: | | Vorleſung. Unſer Band: |
|---|---|---|
| S. 538, 8–539, 4 | = | S. 315, 10–316, 3. 317, 2–4. 11–13 [10. Juni. |
| 539, 5–8 | = | 318, 2–4 |

| Präparation. Bd. 31[1]: | | Vorleſung. Unſer Band: |
|---|---|---|
| S. 539, 9 | = | S. 341, 4—6 [11. Juni. |
| 10 f. | = | 351, 10—12 [17. und 18. Juni. |
| 12—22 | = | 350, 8—351, 4 359, 2 f. 7 f. 362, 6 f. 365, 1—4 |
| 23 28 | = | 365, 11—366, 2 |
| 29—540, 2 | = | 365, 7 f. 321, 11 |
| 540, 3—12 | = | 371, 5—10. 376, 17—377, 1 [8. Juli. |
| 13—16 | = | 383, 9. 380, 11 f. |
| 16—27 | = | 392, 4—6. 393, 15—394, 1 [9. Juli. |
| 28—541, 2 | = | 400, 3—8. 406, 8—16 [16. Juli. |
| 541, 3 6 | = | 114, 8 f. 410, 4 [22. Juli. |
| 7 f. | = | 418, 5 f. 13 f. |
| 9 f. | = | 419, 5 |

| Präparation. Bd. 31[1]: | | Vorleſung. Unſer Band: |
|---|---|---|
| S. 541, 11—17 | = | S. 423, 1—3. 14—424, 4. 425, 3 f. [23. Juli. |
| 18 f. | = | 426, 4 f. |
| 20—26 | = | 426, 6—427, 4 |
| 27—542, 2 | = | 427, 5—10 429, 1 11. 430, 11—13. 432, 8—11 |
| 542, 3—5 | = | 441, 8 f. 13 |
| 6—8 | = | Vorleſung anders 441, 14—444, 11 |
| 9—11 | = | 444, 12—445, 2 |
| 12—16 | = | 446, 11—447, 6 [30. Juli. |
| 17 f. | = | 450, 4—452, 14 |
| 19—36 | = | 457, 1—461, 13 |
| 543, 1—5 | = | 466, 18—23 [6. Auguſt. |
| 6 f. | = | 467, 9—11 |
| 8 f. | = | 468, 3—8 |

## Zweiter Präparationszettel.

| | | |
|---|---|---|
| S. 510, 4—13 | = | S. 316, 4—317, 7 [10. Juni. |
| 14—20 | = | 340, 1—341, 11 [11. Juni. |
| 21—23 | = | 345, 5—8 [17. Juni. |
| 23—27 | = | 345, 16—347, 8 |
| 29—32 | = | 345, 9—16 |
| 32—34 | = | 349, 10—13 |
| 35—38 | = | 352, 9—353, 12. 355, 4—6 |
| 511, 1—9 | = | 358, 15—359, 14 [18. Juni. |
| 10—13 | = | 362, 2—5 |
| 14—17 | = | 364, 10—367, 12 |
| 18—25 | = | 367, 13—368, 3. 368, 9—370, 4 [8. Juli. |
| 26—32 | = | 370, 5—372, 1 |
| 33—35 | = | 373, 3—7 |
| 36—40 | = | 372, 1—11. 374, 3—9 |
| 512, 1 | = | 377, 10—378, 4 |
| 2—3 | = | 368, 4—8 |
| 4—9 | = | 378, 5—379, 13 |
| 10—12 | = | 380, 1—14 |
| 13—17 | = | 380, 14—383, 9 |
| 18—22 | = | 385, 11—386, 8. 392, 7—9 [9. Juli. |
| 23—27 | = | 396, 18—397, 7. 401, 1—3 [16. Juli. |

| | | |
|---|---|---|
| S. 512, 28—34 | = | S. 408, 11—409, 6. 414, 3—12. 415, 4—5. 417, 6—418, 4 [22. Juli. |
| 35—38 | = | 415, 6—11 |
| 39—513, 8 | = | 418, 5—15 |
| 513, 9—12 | = | 421, 2—4. 11 [23. Juli. |
| 13 f. | = | 422, 4—6. 423, 6 f. |
| 15 f. | = | 423, 1—5 |
| 17 f. | = | 423, 8 f. |
| 19—25 | = | 424, 9—16 |
| 26 f. | = | 425, 1—10 |
| 28 f. | = | 426, 4 |
| 30 | = | 426, 15 |
| 31 | = | 129, 1 |
| 32—34 | = | 429, 2—4 |
| 35 f. | = | 129, 8 |
| 37—39 | = | 432, 8—11 |
| 514, 1—7 | = | 133, 9—434, 5 |
| 8 | = | 435, 7—10 |
| 9 | = | 436, 8—10 |
| 10 f. | = | 437, 11—438, 2 |
| 12—14 | = | 438, 3—5 |
| 15—17 | = | 441, 2—7 |
| 18 f. | = | 411, 14. 442, 5 f. |
| 20 | = | 445, 16 [30. Juli. |
| 21 f. | = | 450, 4 f. |

## Pſalm 45.

| Präparation. Bd. 31[1]: | | Vorleſung. Unſer Band: | Präparation. Bd. 31[1]: | | Vorleſung. Unſer Band: |
|---|---|---|---|---|---|
| . 565, 1–3 | = | S. 472, 1 [20. Auguſt. | S. 569, 3–9 | = | S. 539, 11–542, 8 [21. Oktober. |
| 4 f. | = | 480, 14–17 | 10–14 | = | 542, 9–543, 5. 549, 11–14. 551, 11 f. |
| 6–8 | = | 483, 6–8 [26. Auguſt. | 15–18 | = | 553, 11–554, 15 [22 Oktober. |
| 9–13 | = | 485, 12–486, 5 | 19–22 | = | 555, 13–556, 15 |
| 14–18 | = | 486, 8–14 | 23–28 | = | 553, 7–11. 554, 4–15 |
| 19–22 | = | 487, 7–488, 5 | 28–570, 9 | = | 552, 9–13 |
| 23–26 | = | 488, 9–489, 11 | 570, 10–15 | = | 563, 9–11. 574, 1–13 [28. Oktober. |
| 27–30 | = | 489, 11–490, 14 | 16–18 | = | 580, 5–12. 581, 10–13 |
| 566, 1–13 | = | 495, 3–499, 6 [27. Auguſt. | 19–21 | = | 582, 11–13 |
| 14–17 | = | 499, 7–500, 4 | 23–25 | = | 585, 6–8 [29. Oktober. |
| 18–26 | = | 500, 5–14 | 26 f. | = | 590, 12 f. |
| 27–567, 5 | = | 501, 7–503, 11 | 28–32 | = | 595, 10–15 |
| 567, 6–10 | = | 503, 12–505, 12 | 33–37 | = | 597, 1–598, 3 |
| 11–14 | = | 505, 14–507, 11 | 571, 1–3 | = | 598, 4–8 [4. November. |
| 15–22 | = | 509, 6–15 | 4–8 | = | 599, 1–3. 600, 2–4. 10–12 |
| 23–25 | = | 507, 12–509, 5 | 9 | = | 601, 1–3. 6–9 |
| 26–28 | = | 510, 6–8 [14. Oktober. | 10 f. | = | 602, 3–5 |
| 29–32 | = | 515, 8–11 | 12 f. | = | 603, 6–8 |
| 33–37 | = | 516, 4–8 | 14 f. | = | 602, 7 f. |
| 568, 1–5 | = | 524, 3–11 [15. Oktober. | 16–19 | = | 603, 14–16. 604, 2–4 |
| 6–9 | = | 516, 5 f. | 20–23 | = | 605, 1–3. 5–7 |
| 10 f. | = | 531, 10–13 | 24–27 | = | 605, 14–16 |
| 12–15 | = | 533, 1–534, 5 | 28–31 | = | 609, 6 f. 11 f. |
| 16–23 | = | 536, 5–7 | | | |
| 29–32 | = | 536, 11–537, 6 | | | |
| 33–38 | = | 537, 7–538, 4 | | | |
| 569, 1 f. | = | 515, 8 f. | | | |

*Zu S. 189. — Die Stelle, an der Melanchthon Anstoß nimmt, steht in Unserm Band S. 359, 15.*

*Zu S. 257, 5 ff. — Augustin, Enarratio in ps. II., Migne 36, 71.*

*Zu S. 290, 16 ff. — Vgl. etwa Brief Basilius d. Gr. an Gregorius, Migne, ser. graeca 32, 228, 3.*

*Zu S. 324, 7. — Lies:* Iudicia.

*Zu S. 337, 10 f. — Vgl. z. B. Gregor. magnus, Homiliarum in Evangelia lib. I. Homil. 2, Migne 76, 1083, 3 f.*

*Zu S. 362, 26 ff. — Vgl. Unsre Ausg. Bd. 8, 601, 18 ff. und Anm. Desgl. Schafer S. 444. Andere Stellen z. B. Unsre Ausg. Bd. 24, 550, 22 ff.; Bd. 29, 427, 17 und 707; Bd. 40[1], 687, 19 ff.; Bd. 45, 265, 8; Bd. 47, 85, 12; Bd. 50, 609, 8.*

*Zu S. 365, 6. —* böſe habe mit uns *vgl. Unsre Ausg. Tischr. 2, 187, 12: = es ist ein boses Ding um uns, wir sind ein unnützes Ding: vgl. das folgende* sumus mere nihil. *[O. B.]*

*Zu S. 376, 12. — Lies:* potestate, crearemus.

*Zu S. 380 Anm. 2. — Lies: S. 379, 33.*

*Zu S. 404 Anm. 4. — Lies: Z. 19.*

*Zu S. 420. — Variante zu Z. 16 lies:* occasiones.

*Zu S. 421, 17. —* Dixit ille philosophus: Non vadit dormitum *scheint Erinnerung an Aristoteles, Magnorum Moralium lib. II. cap. XV.: οὐ καθευδήσει, ed Teubn. ser. A 33 pag. 98; ähnlich auch Aristoteles, Metaphysicorum lib. XI. cap. IX., ed. Teubn. ser. A 32 pag. 263.*

*Zu S. 449, 22ff. — Vgl. Cicero, Pro Annio Milone 2, 5; ed. Teubn. ser. B 23 pars II. vol. III. pag. 283.*

*Zu S. 485, 30f. — Das Zitat ist nicht aus Weisheit Sal. 7, 29, sondern aus Aristoteles, Ethicorum ad Nicomachum lib. V. cap. 3., ed. Teubn. ser. A 30 pag. 97; es findet sich auch in Apologia Conf. Aug. art. IV, 24.*

*Zu S. 490, 13. — Lies:* lab[i]iis.

*Zu S. 506, 1. — Lies:* duo. *Zur Sache vgl. Schäfer S. 279.*

*Zu S. 524, 11ff. — Vgl. Cicero, De re publica lib. III.; ed. Teubn. ser. B 23 pars IV. vol. II. pag. 331. Luther kannte den Inhalt des fragmentarischen Dialogs wohl aus Augustin, De civ. dei II, 21; Migne 41, 66f.*

*Zu S. 543, 15. —* Virtus est, placuisse bonis *scheint Teil eines Verses. Ähnlich Horaz, Epist. I, 17, 35. Vgl. Tischreden, F.-B. 2, 339.*

*Zu S. 587, 3ff. — Vgl. Hilarius, De Trinitate lib. XII.; Migne 10, 467f., 53.*

*Zu S. 596, 9. — Über Processus und Martinianus vgl. Acta Sanctorum ad d. 2. Iulii, tom. I, 266ff.*

*Zu S. 603, 16ff. — Über die heilige Agathe vgl. Unsre Ausg. Bd. 36, 163, 15ff.; Bd. 12, 382, 20f.; Bd. 45, 713, 27; Bd. 51, 67, 3; 293, 35.*

*Zu S. 607, 22. — Über Quadratus vgl. Acta Sanctorum ad d. 26. Maii, tom. VI, 355ff.*

*[A. F.]*

Weimar. — Hof-Buchdruckerei.

Papier von Gebrüder Laiblin in Pfullingen (Württemberg).